Ἰωακεὶμ δὲ καὶ αὐτὸς τοῖς οἰκείοις συγχαίρων, τοῖς φυλέταις συνεορτάζων, καὶ τῇ γερουσίᾳ μὲν τὰς φιλοτιμίας, τοῖς ἱερεῦσι δὲ τὰ ὀφειλόμενα μετὰ πλείονος προσαγόμενος ἀφθονίας καὶ φιλοτιμίας, χαρμονικῶς ἀπεδίδου τῷ Σωτῆρι τὴν εὐχαριστίαν, Κύριε, λέγων, ὁ Θεός μου, ὑμνήσω σε, δοξάσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα, βουλὴν ἀρχαίαν, ἀληθινὴν, *καὶ ἠξίωσας ἐφ' ἡμῖν ἀληθεύοντα δεῖξαι τὸν ἱερόν σου προφήτην Ἡσαΐαν· καὶ ἔστιν ὁρᾶν ἄρτι στεῖραν τὴν οὐχὶ τίκτουσαν, εὐφραινομένην· καὶ τὴν οὐκ ὠδίνουσαν, ἐπὶ τέκνῳ βοῶσαν καὶ ἀγαλλιωμένην. Καὶ τίς ὁ ὕμνος, τίς ὁ αἶνος, τίς ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἡ μεγαλοπρεπὴς εὐχαριστία; Οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος, οὐδὲ σύνεσις, τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς Δεσποτικῆς δωρεᾶς τὸ τέλειον αἰνέσαι. Οὐ γὰρ κατὰ φύσιν μόνον ἡ τοῦ τέκνου δόσις ἡμῖν· οὐ κατὰ φύσιν τῆς καλλιπαίδος ἡ γέννησις· πολλῷ δὲ μᾶλλον ἐκ δυνάμεως ῥήματος Θεοῦ. Διὸ καὶ τὸ δώρημα, τέλειον καὶ ἀξιέραστον, ὡς ἄνωθεν ἐφ' ἡμῖν ἦκεν ἐκ σοῦ τοῦ τῶν φώτων Πατρὸς, καὶ ὡς ἠρέμα δηλοῦν τὴν ὕστερον ἐν αὐτῷ φανερωθησομένην δόξαν. Ἡ γὰρ [ἐπὶ] τὸ βέλτιον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως καινοτομία, ἔργον ὁμολογουμένως οὖσα τῆς παντοδυνάμου χειρὸς, μέγα τι καὶ ἀγαθὸν οἶον, ἐν οἷς γίνεται προαγορεύει.*

Οὕτω μὲν οἱ πανόλβιοι τῆς Θεόπαιδος γονεῖς, καὶ μετὰ τοιαύτης αὐτὴν πίστεως ἐκτεκόντες καὶ σπουδῆς, μετὰ πλείονος καὶ θερμοτέρας ἀνέτρεφον τῆς

A Ac in his quidem gaudet Anna, et valde lætatur, prolemque in ulnas suscipit, ac novo magnifice partu gloriatur. Convocat vero puellas, accersitque vetulas, ac cunctis tribulibus congratulari jubet ac congaudere; cunctis denique in eam attendentibus animum, gaudium ac admirationem facit; ac quidem gratiarum actionis munera munerum largitori rependit. Et, *Quænam ego, Domine mi, Domine*, inquit, *sum, quod meam sic petitionem audisti? quod opprobrium meum, quod suspicata eram, abstulisti? quod majora quam petieram tribuisti? Etenim ego solummodo prolem petebam, tu vero præterea etiam spem salutis Israelis dedisti. Video enim velut certis omnino indiciis quod futurum est: velut in ænigmatis, in iis, quas in puella intueor, gratiis, salutarem tuam* B *paulatim prælucentem gratiam, certaque dantem indicia, fore ut per eam manifestetur, quem olim prophetarum oracula prædicaverunt. Ecquænam ego sum, quæ tam munifici doni radix exstiterim, tantæ gratiæ parens, ut tantorum bonorum fons audierim? Haud tamen mihi quod tuum est usurpo. Non penes me occulto, Domine, donum tuum; sed ubi ablactavero, sanctuario tuo offeram, et Sanctis sanctorum munus consecrabo* [18]. Hactenus Anna.

Joachim vero et ipse cum necessariis gratulans, festum cum tribulibus agitans, ac quidem senibus honoratis magnifica dona, sacerdotibus vero majori cumulo debita stipendia præbens atque munera, gaudio exsultans gratiarum actionem Salvatori red- C debat, dicens: Domine Deus meus, laudabo te; glorificabo nomen sanctum tuum, quia fecisti res mirabiles, consilium antiquum, verum [19]; *et dignatus es in nobis veracem ostendere sanctum tuum prophetam Isaiam; ac videre est sterilem, quæ non parit, lætantem; et quæ non parturit, filii causa clamantem ac exsultantem* [20]. *Ac, quodnam canticum, quæ laus, quæ magnifica gratiarum actio ob ea quæ in præsenti sunt? Nullus enim nobis est sermo aut intelligentia, ut beneficii magnitudinem ac doni Dominici perfectionem laudemus. Non enim ex natura solum data nobis filia est; non ex ejus legibus præclaræ infantis nativitas; sed multo magis ex verbo virtutis Dei. Quapropter etiam donum perfectum est ac digne* D *amore prosequendum, qua ratione in nos desursum venit a te, Patre luminum, utque sensim manifestandam postea in eo claritatem ostendit. Natura enim meliore statu novata, quæ sit explorate dexteræ omnipotentis opus, magnum quid ac eximie bonum præsagit, in quibus occurrit* [21].

Sic quidem beatissimi divinæ puellæ parentes, tantaque fide et opera ea suscepta, majori ferventiorique educabant propensæ voluntatis diligentia; do-

[18] Psal. cxviii, 59. [19] Isa. xxv, 1. [20] Isa. liv 1. [21] Jac. i, 17.

Digitized by Google

nec triennem, uti se voto obstrinxerant, hostiam donumque obtulerunt Deo. Nos vero Dei Genitricis natale hodie honoremus, ac præ illis majore gaudio exsultemus, spiritaliter festum celebrantes atque lætantes, quanto et majorem ex illa utilitatem consequimur; quanto nunc magis, splendidiusque ac perfectius gratia per Dei parentem coruscat ac præmitet. Honoremus vero, nedum quod carnali ratione ex sterili processit, sed longe magis quod ex superna gratia spiritu nata est, animo quidem considerantes atque colentes, canticis vero plaudentes et magnificantes ac dilaudantes; quatenus purissima omni hoc exuta sæculo, supercœlestique Sponso prope adjuncta ac cum eo in sacratissimum incorruptissimumque thalamum ingressa, regnique solio ei consociata, pro nostra intercedit salute, adjuvatque cum Patre et Filio et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

προθυμίας· ἕως αὐτὴν τριετίζουσαν, καθὼς ηὔξαντο, δῶρον ἀνάγοντες ἐκαρποφόρησαν τῷ Θεῷ. Ἡμεῖς δὲ τιμήσωμεν τῆς Θεοτόκου τὴν γέννησιν σήμερον, καὶ μᾶλλον ἐκείνων ἀγαλλιώμεθα, πνευματικῶς ἑορτάζοντες καὶ εὐφραινόμενοι, ὅσῳ καὶ πλείονος ἐξ αὐτῆς μετέσχομεν τῆς ὠφελείας, ὅσῳ νῦν μᾶλλον ἢ τότε, λαμπρότερόν τε καὶ τελειότερον ἡ χάρις διὰ τῆς Θεομήτορος ὑπερεκλάμπει. Τιμήσωμεν δὲ, μὴ μόνον τὴν ἐκ τῆς στείρας κατὰ σάρκα πρόοδον, πολλῷ δὲ μᾶλλον τὴν ἐκ τῆς ἄνωθεν χάριτος κατὰ πνεῦμα γέννησιν αὐτῆς, ἀναθεωροῦντες μὲν τῷ νοῖ καὶ σεβόμενοι, κροτοῦντες δὲ τοῖς ὕμνοις καὶ μεγαλύνοντες καὶ δοξάζοντες· καθ' ἣν ὅλον ἡ πάναγνος ἀπεκδυθεῖσα τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ τῷ ὑπερουρανίῳ Νυμφίῳ προσεγγίσασα, καὶ εἰς τὴν ἱερωτάτην αὐτῷ παστάδα καὶ πανακήρατον συνεισελθοῦσα καὶ συμβασιλεύουσα, τὴν ἡμετέραν πρεσβεύει σωτηρίαν, καὶ συνεργεῖ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO II.

In exaltationem venerandæ ac vivificæ crucis.

Qui cruci honorem habeam, explorate crucifixo habeo: qui vero honorem habeam crucifixo, crucem dubio procul adoro. Utrique enim vicissim, aliique ex alio gloria et adoratio conflatur. Nam neque crux ante Christi apparitionem gloriam habebat (quippe cum mortis organum, atque id infamis, esset), et, *Jesus*, inquit, *nondum erat glorificatus* [28], quia necdum tum crucem adierat. Laudemus igitur ter beatam Domini crucem, et adoremus et glorificemus, ut et Deum gloriæ in ea pariter laudemus ac exaltemus. Qua vero laudemus ratione? Non ita ut crapula et ebrietatibus corrumpamur, sed ut jejunio ac precibus castitatem colamus: non ut sæculi curis ac turbis suffocemur, sed ut Domini spe fideque illustremur. Ne avaritiæ reique injustis lucris augendæ studio animum addicamus, sed divina ac veritatis scientia dilatemur. Prorsus vero Christi amore ad alta contemplationis ducente, sanctificemur, non occupatis nequitiæ opinionibus, non simultatis malignitatibus, non superbiæ jactantia, non vesani gloriæ appetitus vanitate, nec ullo omnino alio vitio interiorem hominem labefactemus ac conspurcemus.

Non scurrilitatibus mente evagemur, non turpiloquio linguam inquinemus, non conviciis aut mendaciis conscientiam fœdemus; neque vero temere juramento assuescamus, per quod in perjurium (negati scilicet Dei scelus) prolabamur. Verum hæc impiis et incredulis gentibus relinquamus, jam a puero pravæ mancipatis consuetudini, ac quæ vitia hæc tanquam nativos affectus, præ longo temporis usu, consectentur, ac quæ ne hoc quidem ipsum intelligant, quod delinquunt. Nos autem quibus crucifixus atque ejus crux adoretur ac colatur, si utique vere adorare volumus, ab omni prius inqui-

[28] Joan. VII, 39.

ΛΟΓΟΣ Β'.

Εἰς ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ.

Τὸν σταυρὸν τιμῶν, ὁμολογουμένως τὸν σταυρωθέντα τιμῶ· τὸν σταυρωθέντα δὲ τιμῶν, ἀναντιβρήτως προσκυνῶ τὸν σταυρόν· δι' ἀλλήλων γὰρ ἀμφοτέροις ἡ δόξα συγκροτεῖται καὶ ἡ προσκύνησις. Οὔτε γὰρ σταυρὸς πρὸ τῆς ἐπιφανείας δεδόξασται τοῦ Χριστοῦ· ὄργανον γὰρ θανάτου, καὶ ἄτιμον, καθίστατο· καὶ, *Ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω*, φησὶν, *ἐδοξάσθη*, ὅτι μήπω ἦν τότε τῷ σταυρῷ προσωμιληκώς. Ἐπαινέσωμεν τοιγαροῦν τὸν τρισόλβιον τοῦ Κυρίου σταυρὸν, καὶ προσκυνήσωμεν καὶ δοξάσωμεν, ἵνα καὶ τὸν τῆς δόξης Θεὸν ἐν αὐτῷ συνεπαινέσωμέν τε καὶ συνυψώσωμεν. Ἐπαινέσωμεν δὲ πῶς; Μὴ κραιπάλαις καὶ μέθαις καταφθειρόμενοι, ἀλλ' ἐγκρατείᾳ καὶ προσευχαῖς ἁγνιζόμενοι. Μὴ μερίμναις καὶ τύρβαις βιωτικαῖς συμπνιγόμενοι· ἀλλ' ἐλπίδι καὶ πίστει τοῦ Κυρίου φωτιζόμενοι· μὴ τὴν καρδίαν εἰς πλεονεξίαν τιθώμεθα, ἀλλ' εἰς θεολογίαν καὶ ἀληθογνωσίαν ἐμπλατυνώμεθα· ὁλικῶς δὲ τῷ ἀναγωγῷ ἔρωτι ἁγιαζώμεθα τοῦ Χριστοῦ, μὴ πονηρίας προλήψεσι, μὴ μνησικακίας κακότησι, μὴ ὑπερηφανίας αὐχήματι, μὴ δοξομανίας ματαιότητι· μηδ' ἄλλῃ μηδεμιᾷ κακίᾳ, συνόλως εἰπεῖν, τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον ἀχρειώσωμεν ἢ χράνωμεν.

Μὴ εὐτραπελίαις μετεωριζώμεθα, μὴ αἰσχρολογίαις τὴν γλῶσσαν καταῤῥυπαινώμεθα· μηδὲ λοιδορίαις ἢ ψεύδεσι τὸ συνειδὸς μιαινώμεθα· μήτ' οὖν ὅρκωμα μάτην κατεθιζώμεθα, δι' οὗ πρὸς ἐπιορκίαν, εἶτ' οὖν ἄρνησιν Θεοῦ, καταπίπτομεν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔθνεσιν ἀσεβέσι καὶ ἀπίστοις παρῶμεν, πονηρῷ νηπιόθεν δεδουλωμένοις ἔθει· καὶ ὡς φυσικὰ, ταῦτα μετιοῦσι τὰ πάθη διὰ τὴν τοῦ χρόνου συνήθειαν· καὶ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο εἰδόσιν, ὡς ἁμαρτάνουσιν. Ἡμεῖς δὲ οἷς ὁ ἐσταυρωμένος καὶ ὁ τούτου σταυρός ἐστι τὸ προσκυνούμενον καὶ σεβόμενον, εἰ ἀληθῶς ἄρα προσκυνεῖν ἐθέλοιμεν, παντὸς μολυσμοῦ

Digitized by Google

σαρκὸς καὶ πνεύματος πρότερον ἑαυτοὺς διὰ πνευ- A
ματικῆς ἀγάπης ἐκκαθηράμενοι, καὶ ὅλον τὸν Χρι-
στὸν διὰ πάσης εἰσοικίσαντες ἀρετῆς, οὕτως πνεύ-
ματι προσκυνῶμεν καὶ ἀληθείᾳ. *Πνεῦμα* γάρ, φη-
σὶν, *ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν*
πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Καὶ ὥσπερ
ὁ προσκυνούμενος σταυρὸς ἔχει μέν τι καὶ σωματι-
κὸν, τὴν ἀπὸ τῆς γῆς δηλαδὴ λαμβανομένην ὕλην
πρὸς αὐτοῦ κατασκευήν· πᾶσα δὲ ἡ δόξα καὶ ἡ με-
γαλοπρέπεια τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἔσωθεν ἀπὸ τοῦ
Πνεύματος ἐπιχορηγεῖται τοῦ ἐσταυρωμένου· οὕτω
χρὴ καὶ ἡμᾶς διττὴν αὐτῷ τὴν προσκύνησιν ἀπο-
νέμειν, καὶ τὴν τιμήν· προηγουμένως μὲν, τὴν ἐν
πνεύματι κατὰ δεύτερον δὲ λόγον, καὶ τὴν σωμα-
τικήν.

namento carnis et spiritus per spiritalem dilectionem mundati, ac qui totum Christum; omnis virtutis cultu, mentis hospitio exceperimus, sic spiritu ac veritate adoremus. *Spiritus* enim, inquit, *est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare*[23]. Ac sicut crux, quæ adoratur, ipsa quoque corporeum quid habet (terrenam scilicet substantiam, quæ ad fabricam illius assumitur), omnis vero claritas et magnificentia virtutis ejus, interius a Crucifixi Spiritu subministratur; sic nos quoque duplicem ei adorationem ac honorem impendamus necesse est; primo quidem, adorationem quæ in spiritu est, consequenti vero ratione, etiam eam, quæ corpore præstatur

Ἀποδῶμεν τοιγαροῦν τὸ τῆς προσκυνήσεως χρέος B
τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. Κάμψωμεν αὐτῷ γόνυ τοῦ
σώματος· κάμψωμεν πολὺ πρότερον τὸν ἀκαμπῆ
τῆς καρδίας αὐχένα, τὸν μὴ δυνάμενον ὑποταγῆναι
τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ· τὸν αὐθάδη λέγω καὶ ἀλαζόνα
τῆς φιλαυτίας λογισμόν. Τοῦτον κλίνωμεν πρότερον,
καὶ κατακάμψωμεν τῷ σταυρῷ, τὸν ζυγὸν εὐμαρῶς
ὑποδεχόμενοι τῆς ὑποταγῆς τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕ-
τως ἡμῖν καὶ τῶν γονάτων ἡ κλίσις δεκτή. Οὕτως
προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν, ὡς αὐτῷ προσ-
πίπτοντες τῷ ἐσταυρωμένῳ ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ δο-
ξάσωμεν ταῖς αἰνέσεσιν, καὶ τοῖς ὕμνοις ὑψώσω-
μεν.

Reddamus igitur cruci Christi adorationis debitum. Genu ei corporis flectamus, longe vero prius inflexam cordis cervicem, legi Dei subjici non valentem (protervum scilicet et arrogantem cæci amoris ac libidinis sensum) flectamus. Hunc prius cruci inclinemus ac incurvemus, qui jugum subjectionis Christi placide suscipiamus: sicque fiet, ut quod etiam genua flectimus, acceptum reddatur. Sic adoremus ac procidamus, velut ei, qui pro nobis cruci affixus est, procumbamus; laudibusque celebremus ac canticis exaltemus.

Ὑψώσωμεν αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὑψώσω-
μεν αὐτὸν ἐν τῇ γῇ. Μᾶλλον δὲ καθ' ἑκάστην αὐ- C
τὸν ὑψοῦντες καὶ προσκυνοῦντες μὴ παυσώμεθα,
ἄχρις ἂν ὑπ' αὐτοῦ κυβερνώμενοι καὶ ποιμαινόμενοι,
τὸν πονηρὸν τοῦτον αἰῶνα καὶ τὰς αὐτοῦ δυσχερείας
διαβῆναι δυνηθῶμεν. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔνι χωρὶς τοῦ
ἡλιακοῦ τοῦδε φωτὸς βιωτὸν γενέσθαι τὸν βίον ἡμῖν,
οὕτως οὐδὲ ψυχὴν ἀνθρώπου δυνατὸν ἄνευ τῶν νοε-
ρῶν ἀπαυγασμάτων σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ διαβιῶναι
κατὰ Χριστόν. Καὶ ὥσπερ ἀναγκαία τοῖς ζῶσιν ἡ
τοῦ ἀέρος ἀναπνοὴ, οὕτως Χριστιανοῖς ἀπαραίτητος
ἡ σημείωσις τοῦ σταυροῦ.

Exaltemus eam in gentibus : exaltemus eam in terra[24]. Quinimo eam quotidie exaltandi et adorandi nullum finem faciamus, quoadusque ea gubernante atque regente sæculum hoc nequam ejusque molestias superaverimus. Quemadmodum enim fieri non potest ut absque solari hac luce vita nobis toleranda sit, sic neque hominis animus absque spiritalibus mentemque irradiantibus crucis Christi splendoribus Christiana pietate vixerit. Ac sicut vitæ usura fruentibus necessaria aeris spiratio, sic Christianis inevitabilis crucis consignatio est.

Σταυρὸς τὸ σημεῖόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, δόξα
Χριστοῦ, ὕψωσις Ἰησοῦ, σκῆπτρον τῆς βασιλείας
τῶν οὐρανῶν, βακτηρία Θεοῦ, *ῥάβδος* εὐθύτητος,
ῥάβδος δυνάμεως, *ῥάβδος* ἣν μάλα σαφῶς ἡ Μω-
σαϊκὴ ἐκείνη προεικόνισε *ῥάβδος*. Οὐκ ἂν ὁ Ἰσραὴλ D
ἐκεῖνος τοῦ τε Φαραὼ καὶ τῶν Αἰγυπτίων τότε τῆς
πικρᾶς ἐκείνης δουλοσύνης καὶ ταλαιπωρίας ἀπήλ-
λακτο· οὐκ ἂν τὴν θάλασσαν ἀνακοπεῖσαν αὐτῷ, ὡς
διὰ χλοηφόρου διέβαινε πεδίου, εἰ μὴ ἡ *ῥάβδος* ἐκείνη
ἐν χειρὶ Μωϋσῆ τὰ στοιχεῖα μετεσκεύασεν, καὶ τοὺς
ἀδικοῦντας ἀπώλεσεν. Καὶ οὐκ ἂν ἡμεῖς τοῦ νοητοῦ
Φαραὼ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ στρατηγουμένων δαιμό-
νων τῆς τυραννίδος ἀπηλλάγμεθα· οὐδ' ἄν, τῆς εἰ-
δωλολατρείας ὡς Ἐρυθραίας ἡμῖν ῥαγείσης, πρὸς
τὴν τῶν πατέρων κληρονομίαν, ἤτοι τὴν τοῦ Θεοῦ
πίστιν καὶ ἀλήθειαν διέβημεν, εἰ μὴ ὁ τοῦ Κυρίου

Crux signum est Filii Dei, Christi gloria, Jesu exaltatio, sceptrum regni cœlorum, Dei baculus, virga directionis, virga virtutis: virga, quam Mosaica illa clare admodum præfiguravit[25]. Nunquam Israeliticus ille populus amara tunc illa Pharaonis Ægyptiorumque servitute atque ærumna liberatus esset; nunquam intercisum illi mare, velut virenti solo incedendo, transisset, nisi virga illa in manu Mosis elementa mutasset, atque injuriæ auctores perdidisset: nec vero nos unquam spiritalis Pharaonis eique succenturiatorum dæmonum tyrannidem eramus excussuri, aut vero simulacrorum cultu velut mari Rubro nobis dirupto, ad patrum hæreditatem (Dei scilicet fidem ac veritatem) commeaturi, nisi crux Dominica nequissimum mundi principem profligasset, ascensumque in cœlum,

[23] Joan. IV, 24. [24] Psal. XLV, 11. [25] Matth. XXIV, 30; Psal. XXII, 4, et XLIV, 5; CIX, 2; Exod. III etc.

Digitized by Google

inaccessus cum esset, accessum volentibus præstitisset.

Crux, Ecclesiæ catholicæ splendor illustrisque ornatus, apostolorum gloria, sacerdotum sanctificatio, martyrum nitor, constansque adversus nequissimos patientia. Piorum ac monachorum firmitas, omniumque justorum fides atque spes, omnium denique sanctorum gaudium et corona exsultationis. Ne lex quidem expers virtutis crucis : nec qui gratam præcessere sancti absque ea admirabiles : sed et in illis paulatim obscuris quasi umbris delineata, suam gloriam vimque submonstrabat. Nam et magnus quondam Moses manibus in cœlum crucis figura extensis, Amalecum fugavit ac fudit [26].

Crux armatura Christianis omnibus invulnerabilis ac inexpugnabilis. Murus æneus, cunctis latronum insultibus insuperabilis. Turris fortitudinis a facie inimicorum. Signaculum regium inviolabile ac inadulterabile : locus munitus ac tutus ad salutem, his qui persecutionem patiuntur : domus refugii, his qui a peccato impugnantur : vitæ pharmacum, his quorum vita in periculo versatur [27].

Crucis signum Moses effingebat, cum in deserto olim e recto ligno velut malo, serpentem transversum exponeret : ac si quod lethiferum virus serpens morsu immisisset, eo læsus, in eam statim pilam ac simulacrum aspicere jubebatur. Mox igitur ac percussus crucis signo adhibebat oculum, etiam venenati vis morsus elanguescebat, noxaque interitum afferens facessebat; ac confestim qui morsus fuerat, sanitatis remedium ultro concessum referebat. Si autem crucis figura vivificam adeo operationem præbebat, multo magis crux ipsa. Si quidem enim Petri umbra infirmos sanabat (uti sacro proditum eloquio ac creditum est), longe potius ipse Petrus [28].

Crux sacerdotii consummatio ac signaculum, imperii robur ac fundamentum, potestas magistratuum, armatura ducum, victoria militum ac victoriæ tropæum, tuta salus pro imperio dominantium, subditorum compositio ac constantia. Crux eruditorum sapientia, insipientium disciplina, divitum fulcimentum ac firmamentum, pauperum gloriatio et solatium, eorum qui versantur in ærumna, gaudium et exsultatio, eorum qui morbis conflictantur, sanitas et refrigerium, eorum qui in cunctis vitæ malis agunt, ædificatio exhortatioque et consolatio.

Crux omnium sanctorum angelorum gloriatio et corona, dæmonum omnium plaga ac confractio, Judæorum offensio et afflictio, infidelium confutatio et condemnatio, fidelium conservatio et justificatio, cadentium excitatio, elisorum erectio [29].

Crux emortuorum vita, depositorum spes, virtute

A σταυρὸς τὸν πονηρὸν ἄρχοντα καταλέλυκε τοῦ κόσμου, καὶ τὴν πρὸς οὐρανὸν ἄνοδον, ἄβατον οὖσαν, εἰργάσατο τοῖς βουλομένοις βατήν.

Σταυρὸς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ὁ λαμπρυσμός τε καὶ στολισμός· τῶν ἀποστόλων ὁ καλλωπισμός· τῶν ἱερέων ὁ ἁγιασμός· τῶν μαρτύρων ὁ ἀγλαϊσμός, καὶ ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς ἀνένδοτος ὑπομονή· τῶν ὁσίων ὁ στηριγμός, καὶ πάντων τῶν δικαίων ἡ πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς, καὶ πάντων ἁγίων χαρὰ καὶ στέφανος καυχήσεως. Οὐδὲ ὁ νόμος ἄμοιρος τῆς δυνάμεως τοῦ σταυροῦ· οὐδὲ οἱ πρὸ τῆς χάριτος ἅγιοι τούτου χωρὶς θαυμαστοί· ἀλλὰ καὶ ἐν ἐκείνοις ἠρέμα σκιαγραφούμενος, τὴν ἰδίαν δόξαν ὑπέφαινε καὶ ἰσχύν. Ἐπεὶ καὶ Μωσῆς ὁ μέγας ποτὲ σταυροειδῶς τὰς χεῖρας πρὸς οὐρανὸν ἐκτεινόμενος τὸν Ἀμαλὴκ ἐτροπώ-
B σατο.

Σταυρὸς, ὅπλον Χριστιανοῖς πᾶσιν ἄθραυστον καὶ ἀπρόσμαχον· τεῖχος χαλκοῦν, πάσαις ἐφόδοις ληστρικαῖς ἀνεπίβατον· πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπου ἐχθρῶν. Βασιλικὴ σφραγὶς ἀπαράτρωτος καὶ ἀπαραποίητος· τόπος ὀχυρὸς τοῖς διωκομένοις εἰς σωτηρίαν· οἶκος καταφυγῆς, τοῖς ἐξ ἁμαρτίας πολεμουμένοις· ζωῆς φάρμακον, τοῖς εἰς θάνατον κινδυ-
νεύουσιν.

Σταυρὸν ἐτύπου Μωσῆς, ὀρθίῳ ξύλῳ καθάπερ ἰστῷ χαλκοῦν ὄφιν ἐγκάρσιον ἐπὶ τῆς ἐρήμου τὸ πρὶν ἐκδεδωκώς· καὶ εἴ τι θανατηφόρον ἰὸν ὄφις ἐναπῆμεσε δακὼν, ἐκείνῃ προσβλέπειν εὐθὺς τῇ στήλῃ παρήγγελτο. Ἅμα τοίνυν τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ προσεῖχε, καὶ τὸ ἰοβόλον ἠμβλύνετο δῆγμα· καὶ τὸ
C ὀλεθροτόκον ἐλύετο πῆμα· καὶ ἄμισθον αὐτίκα τὴν ἴασιν ὁ δηχθεὶς ἐκομίζετο. Εἰ δὲ ὁ τοῦ σταυροῦ τύπος ζωοποιὸν οὕτω παρεῖχεν ἐνέργειαν, πολλῷ μᾶλλον ὁ σταυρὸς αὐτός· εἰ γὰρ ἡ σκιὰ τοῦ Πέτρου τοὺς ἀσθενοῦντας ἰᾶσθαι καὶ μεμαρτύρηται καὶ πεπίστευται, πολὺ πρῶτον ὁ Πέτρος αὐτός.

Σταυρὸς τῆς ἱερωσύνης ἡ τελείωσις καὶ σφραγίς· τῆς βασιλείας ἡ κραταίωσις καὶ κρηπίς· ἡ δύναμις τῶν δυναστῶν, ἡ παγοπλία τῶν στρατηγῶν, ἡ νίκη τῶν στρατιωτῶν καὶ τῆς νίκης τὸ τρόπαιον· τῶν ἀρχόντων ἡ ἀσφάλεια τῆς ἀρχῆς, τῶν ἀρχομένων ἡ εὐταξία τε καὶ εὐστάθεια. Σταυρὸς τῶν πεπαιδευμένων ἡ σοφία, τῶν ἀσόφων ἡ παίδευσις, τῶν πλουσίων ἔρεισμα καὶ κραταίωμα, τῶν πενήτων καύχημά
D τε καὶ παρηγόρημα, τῶν ἐν θλίψεσιν χαρμοσύνη καὶ ἀγαλλίασις, τῶν ἐν νοσήμασιν ἴασις καὶ ἀνάψυξις, τῶν ἐν πᾶσιν ἐξεταζομένων τοῦ βίου κακοῖς οἰκοδομὴ καὶ παράκλησις καὶ παραμυθία.

Σταυρὸς τῶν ἁγίων ἀγγέλων πάντων τὸ ἀγαλλίαμα καὶ στεφάνωμα, τῶν δαιμόνων ἁπάντων θραῦσμα καὶ συντριμμὸς, τῶν Ἰουδαίων πρόσκομμα καὶ ὀλίμμος, τῶν ἀπίστων ἔλεγξις καὶ κατάκρισις, τῶν πιστῶν συντήρησις καὶ δικαίωσις, τῶν καταπιπτόντων ἀνάστασις, τῶν καταῤῥηγνυμένων ἀνόρθωσις.

Σταυρὸς ζωὴ τεθνατωμένων, ἐλπὶς τῶν ἀπεγνω-

[26] Exod. xvii, 11. [27] Psal. lx, 4; Psal. lxx, 5; Psal. xxx, 3. [28] Act. v, 15. [29] Psal. cxliv, 14.

Digitized by Google

σμένων, τῶν κατορθούντων κλίμαξ ὑψοῦσα πρὸς οὐρανὸν, τῶν διεστώτων συναγωγεὺς, τῶν ὀρθοποδούντων εὐθυδρομία καὶ συντονία, τῶν ἐκκλινόντων διόρθωσις καὶ χειραγωγία, τῶν μετανοούντων ἀνακαίνωσις καὶ ἀναγωγία. A

viventium scala in cœlum sublevans, discordantium conciliatio, recto pede incedentium rectus cursus ac contentio, declinantium emendatio et manuductio, pœnitentium renovatio et subvectio.

Σταυρὸς, τῶν ὅλων τοῦ θείου Πνεύματος χαρισμάτων βραβεὺς καὶ δοτήρ. Ὅσα γὰρ ἐν τῷ Χριστῷ μένοντα τοῖς ἀξίοις ἐπιχορηγεῖται, διὰ πίστεως καὶ δυνάμεως ἐπιχορηγεῖται τοῦ σταυροῦ. Σταυρὸς, φόβων νυκτερινῶν, βελῶν ἡμερινῶν, καὶ παντὸς πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, καὶ συμπτώματος παντὸς καὶ δαιμονίου παντὸς, οὐ μεσημβρινοῦ μόνον, τοῖς καλῶς αὐτὸν ὡπλισμένοις, ἤτοι σεσημειωμένοις, ἀναιρετικός τέ ἐστι καὶ ἀποτρόπαιος.

Crux omnium divini Spiritus donorum arbitra ac datrix. Quæcunque enim in Christo manentia dignis subministrantur, per crucis fidem ac potentiam subministrantur. Crucis ea vis, ut iis qui ea probe armati sunt seu consignati, timores nocturnos, diei sagittas, remque omnem in tenebris ambulantem, ac casum omnem, omneque dæmonium (nedum meridianum) interimat profligetque [30].

Σταυρὸς, τί δεῖ μακρηγορεῖν; τῶν παναγάθων τοῦ Θεοῦ δωρεῶν, ὧν ἐξ αἰῶνος ἀνθρώποις ἐδωρήσατο, τὸ θεοπρεπέστατον καὶ τελειότατον. Οὗτος τὸν ὀλισθον τοῦ προπάτορος ἀνεκαλέσατο, καὶ τὴν ἀρχαίαν ὑπήνοιξεν τοῦ παραδείσου τρυφήν. Οὗτος τὴν διὰ τοῦ ξύλου κατάραν, εἰς εὐλογίαν· τὴν φθοράν, εἰς ἀφθαρσίαν· τὴν πικρίαν, εἰς γλυκύτητα· καὶ τὴν ὑπερορίαν, εἰς βασιλείαν· καὶ τὸν θάνατον μετεσκεύασεν εἰς ζωήν. Οὗτος, οὐ μόνον πρὸς τὸν ἄνω παράδεισον εἴσοδος καὶ εἰσαγωγεὺς, ἀλλὰ καὶ ζωῆς ὄντως ξύλον, ὥσπερ τῷ λῃστῇ πρότερον, οὕτω καὶ πᾶσι καθίσταται τοῖς τὴν πίστιν ἐκείνου μιμουμένοις. B

Crux (quid refert prolixius dicere?) optimorum Dei donorum, quæ a sæculo mortalibus elargitus est, augustissimum perfectissimumque. Hæc primi parentis ruinam instauravit ac paradisi antiquas delicias subaperuit. Hæc invectam a ligno maledictionem in benedictionem, corruptionem in incorruptionem, amaritudinem in dulcedinem, exiliumque in regnum, ac mortem in vitam commutavit. Hæc nedum ingressus ac admissio ost ad supernum paradisum, sed et plane lignum vitæ, uti prius latroni, sic et cunctis qui ejus imitantur fidem [31].

Τοῦτον ὁ μέγας Πέτρος κρατῶν τῇ χειρὶ, καὶ ὡς ῥάβδῳ ποιμαντικῇ τούτῳ σκηριπτόμενος, ἀπεβουκόλησε μὲν τῆς Ἐκκλησίας ὡς ἐπίβουλον Σίμωνα τὸν Μάγον, καὶ τοὺς λύκους ἐξέτριψε τῆς Ἀραβίας· ἐν αὐτῷ δὲ τὰ πρόβατα προθύμως ἐποίμανεν καὶ ποιμαίνει Χριστοῦ. *Λήψομαι*, φησὶν ὁ θεσπέσιος Ζαχαρίας, *τὴν ῥάβδον μου τὴν καλὴν* (τὸν σταυρὸν ἐμοὶ δοκεῖν λέγων), *καὶ ῥίψω αὐτὴν ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατά μου, καὶ διασκεδάσω τὴν* [*Sixt.* αὐτὴν τοῦ διασκευάσαι τὴν] *διαθήκην μου, ἣν διεθέμην πρὸς πάντας τοὺς λαούς*· ἐν τῷ σταυρῷ γὰρ, τὸ γράμμα μὲν διεσκέδασται, ἀνέθαλε δὲ καὶ παῤῥησιάζεται τὸ πνεῦμα. C

Hanc magnus ille Petrus manu tenens, illaque tanquam virga pastorali nixus, Simonem magum, velut qui Ecclesiæ insidiaretur, abegit, luposque Arabiæ extrivit, atque in illa propense Christi oves rexit ac regit [31*]. *Sumam*, ait divinus Zacharias, *virgam meam pulchram* (crucem eum dicere arbitror), *et projiciam eam contra inimicos, et pascam oves meas, et dissipabo fœdus meum, quod pactus sum ad omnes populos* [32]. In cruce enim dissipata quidem littera est; refloruit vero ac se palam spiritus prodit.

Τοῦτον καὶ ὁ οὐρανοφοίτης Παῦλος ἄριστα περιφραχθεὶς, πᾶσαν περιώδευσεν τὴν οἰκουμένην, λογισμοὺς ἐν αὐτῷ καθαιρῶν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ αἰχμαλωτίζων πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

Hac quoque, qui in cœlo versaretur, Paulus optime instructus, universum terrarum orbem circuivit, destruens in eo cogitationes et omnem sublimitatem extollentem se adversus scientiam Dei, et captivans omnem sensum in obsequium Christi [32*].

Τὸν σταυρὸν καὶ πάντες ἀπόστολοι καὶ πάντες μάρτυρες, ἱερεῖς τε Κυρίου πάντες, καὶ πάντες ὅσιοι νοητῶς καθοπλιζόμενοι· οἱ μὲν κατὰ τῆς εἰδωλολατρείας λαμπρῶς ἀριστεύοντες· οἱ δὲ κατὰ πάσης ἀνομίας, ποικίλοις τροπαίοις νίκης τὸν ἐσταυρωμένον διὰ τῆς δυνάμεως δοξάζουσιν τοῦ σταυροῦ. D

Cruce omnes tum apostoli tum martyres, sacerdotesque Domini omnes, ac pii omnes et sancti spiritaliter armati; priores quidem, adversus simulacrorum cultum, alteri autem, adversus omnes hæreses; postremi adversus omnem improbitatem strenue dimicantes, variis victoriæ tropæis per crucis potentiam crucifixum clarificant.

Τὸν σταυρὸν καὶ Κωνσταντῖνος πρώην ὁ μέγας φωτὶ μορφαζόμενον ἐν οὐρανῷ κατιδὼν, καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν διὰ τοῦ τύπου συνεὶς, ὕστερον καὶ αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ πρωτότυπον τοῦ σταυροῦ ξύλον, ἐν ᾧ προσηλούμενος κατετάθη Χριστὸς, γῆς κατορω-

Crucem quoque magnus olim Constantinus luce formatam cum in cœlo vidisset, exque figura, illius potentiam intellexisset, postea illud ipsum prototypum lignum, in quo Christus distentus fuerat, alta defossum humo, per beatissimam ipsius matrem

[30] Psal. IX, 5, et 9. [31] Pro. III, 18; Luc. XXIII, 45. [31*] Habac. I, 8. Vulg. *Vespertinos*. [32] Zach XI, 10. [32*] Phil. III, 20; II Cor. X, 4.

Digitized by Google

(augustissimam scilicet Helenam) diligenter scrutatus reperit, repertumque religiose adeo coluit et exaltavit, ut ejus longe claritas in omnem orbem exuberet.

Quis vero illi spe devinctus, ad ejus adorationem non occurrit? Quis non exaltat atque adorat scabellum pedum Domini Dei nostri, quia sanctus est [33]? Quis non laudat ac magnificat eam, quæ emortuum genus nostrum ex morte et inferni perditione exaltavit et vivificavit? Nunc gaudent angeli atque exsultant archangeli, cum quibus etiam choros ducunt supermundani principatus et potestates, omnesque cœlorum virtutes, invisibilique præsentia, salutarem toto orbe adorari atque exaltari crucem videntes, cum Ecclesiis Dei collætantur. Neque enim ulla alia est bonis angelis æque festiva lætaque solemnitas, ac quæ salutis hominum argumento agitur.

Nunc apostoli clarescunt, et prophetæ, his quæ geruntur, magnifice splendescunt. Nunc martyres jucundantur, ac decorantur sacerdotes. Nunc religiosorum sanctorumque chori omnes diem festum agunt gestiuntque, qui nimirum quam illi clarificarunt, et quæ eos clarificavit, sacro ritu crucem clarificari videant, atque e terra sacris manibus in altum tolli: cum qua pariter sublati, per quam bono omnium Salvatori gratiarum actionem incessabilibus mysticisque vocibus modulantur ac promunt.

Omnis jam Ecclesia lætatur ac decore fulget, velutque cœleste donum, ut immortales delicias pignusque inviolabile, ita crucem sinu complectitur, universorumque conspectibus ad spectaculum simul et exaltationem ac adorationem proponens, filiis suis fortiter ad Dominum clamantibus, illius munere misericordiam et sanctificationem et illuminationem large impertitur. Jamque omnes gentes, quantas fecit Dominus, veniunt, ac vivifico terque beato ligno procumbunt [33*]. Adorant coram illo, ac per crucem Crucifixi nomen clarificant, quod revera magnus sit et faciens mirabilia solus [34]. Jam dæmonum aerea omnis aerique incubans cohors ac pompa triumphali cæditur ligno, frangiturque et rumpitur, exque cœlestibus jure merito sedibus deturbatur: cunctæque sanctorum Ecclesiæ et piorum cœtus velut cum scala e terra in cœlum exaltata, pariter exaltati, velut virgæ fortitudinis innixi, velut prælatum sceptrum regium, supremi omnium Regis crucem hodie deducentes, cœlestem commutant locum, pro terrenis cœlestes, ac pro mortalibus immortales effecti: igneaque romphæa triumphali ligno superata, ad supernum paradisum ac lignum vitæ recta procedunt.

ρυγμένον βάθεσιν, διὰ τῆς πανολβίας αὐτοῦ μητρὸς, τῆς κοσμιωτάτης Ἑλένης λέγω, φιλοπόνως ἀνερευνησάμενος εὗρεν· καὶ εὑρὼν, φιλοθέως ἐτίμησέν τε καὶ ὕψωσεν ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς τὴν αὐτοῦ δόξαν εἰς πᾶσαν ὑπερπερισσεύειν τὴν γῆν.

Καὶ τίς τῶν εἰς αὐτὸν ἠλπικότων οὐκ ἀπαντᾷ πρὸς τὴν τούτου προσκύνησιν; Τίς οὐχ ὑψοῖ καὶ προσκυνεῖ τῷ ὑποποδίῳ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὅτι ἅγιός ἐστιν; Τίς οὐ δοξάζει καὶ μεγαλύνει τὸν ἐκ θανάτου καὶ ἀπωλείας ᾅδου, τὴν ἡμετέραν ἀνυψώσαντα καὶ ζωώσαντα νέκρωσιν; Νῦν ἄγγελοι χαίρουσι, καὶ σκιρτῶσιν ἀρχάγγελοι, Ἀρχαί τε σὺν τούτοις ὑπερκόσμιαι καὶ Ἐξουσίαι, καὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν αἱ Δυνάμεις χορεύουσι, καὶ ἀοράτως παρεστῶσαι, καὶ τὸν σωτήριον ἐν πάσῃ τῇ γῇ προσκυνούμενον καὶ ὑψούμενον ὁρῶσαι σταυρὸν, ταῖς Ἐκκλησίαις συνευφραίνονται τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλη τοῖς ἀγαθοῖς ἀγγέλοις οὕτως ἑορτή τε καὶ χαρμονὴ, ὡς ἡ ἐπὶ σωτηρίᾳ τελουμένη τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν.

Νῦν ἀπόστολοι ἐλλαμπρύνονται, καὶ προφῆται τοῖς παροῦσιν ἐναγλαΐζονται. Νῦν οἱ μάρτυρες κατατέρπονται, καὶ οἱ ἱερεῖς ὡραΐζονται. Νῦν πάντες ὁσίων καὶ ἁγίων ἑορτάζουσι καὶ γεγήθασιν οἱ χοροὶ, τὸν ὑπ' αὐτῶν δεδοξασμένον, καὶ αὐτοὺς δοξάσαντα, βλέποντες σταυρὸν ἱερῶς δοξαζόμενον, καὶ ἀπὸ γῆς ἱεραῖς χερσὶν εἰς ὕψος αἰρόμενον· καὶ αὐτῷ συνεπαιρόμενοι, τῷ παναγάθῳ τῶν ὅλων Σωτῆρι τὸν χαριστήριον ἀκαταπαύστοις καὶ μυστικαῖς ἀναμέλπουσι ταῖς φωναῖς.

Ἄρτι μὲν Ἐκκλησία πᾶσα φαιδρύνεται καὶ καλλύνεται· καὶ ὥσπερ τι δῶρον οὐράνιον, ὡς ὅλβον ἀκήρατον, ὡς κειμήλιον ἄφαυστον, οὕτως ἐγκολπίζεται τὸν σταυρὸν, καὶ τοῦτον ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν εἰς θεωρίαν τε ἅμα καὶ ὕψωσιν καὶ προσκύνησιν προτιθεῖσα, τοῖς τέκνοις αὐτῆς στερρῶς ἐπιβοωμένοις τὸν Κύριον, δι' αὐτοῦ τὸν ἔλεόν τε πλουσίως καὶ τὸν ἁγιασμὸν ἐπιχορηγεῖ καὶ τὸν φωτισμόν. Ἄρτι δὲ πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἥκοντα, καὶ τῷ ζωοποιῷ ξύλῳ καὶ τρισολβίῳ προσπίπτοντα, προσκυνοῦσιν ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ τὸ τοῦ ἐσταυρωμένου δοξάζουσιν ὄνομα, ὅτι μέγας ἐστὶ τῷ ὄντι καὶ ποιῶν θαυμάσια μόνος. Ἄρτι δὲ πᾶσα τῶν δαιμόνων ἐνάερος στρατιὰ καὶ πομπὴ τῷ νικοποιῷ ῥαπίζεται ξύλῳ, καὶ θλᾶται καὶ ῥήγνυται, καὶ τῶν οὐρανίων ἐνδίκως οἰκητηρίων κατασπᾶται· πᾶσαι δὲ τῶν ἁγίων αἱ ἐκκλησίαι καὶ ὁμηγύρεις τῶν εὐσεβῶν, ὡς κλίμακι γῆθεν ὑψουμένῃ πρὸς οὐρανὸν συνυψούμεναι, ὡς ῥάβδῳ ἰσχύος ἐπερειδόμεναι, ὡς σκήπτρῳ βασιλικῷ προϊόντι, τῷ τοῦ παμβασιλέως σήμερον συνεπόμεναι σταυρῷ, τὸν οὐράνιον διαμείβονται χῶρον· ἀντὶ γηΐνων οὐράνιοι, καὶ ἀντὶ θνητῶν ἀθάνατοι καθιστάμενοι· καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τῷ τροπαιοφόρῳ παριόντες ξύλῳ, πρὸς τὸν ἄνω παράδεισον καὶ τὸ ξύλον κατευθύνονται τῆς ζωῆς.

[33] Psal. XCVIII, 5. [33*] Psal. LXXXV, 9. [34] Psal. LXXXV, 4.

Digitized by Google

Ἀλλ', ὦ σταυρὲ τίμιε, καὶ ὑπέρτιμε σωτηρίας καὶ ζωῆς χορηγέ· ὡς ἐμψύχῳ γάρ σοι καὶ ζῶντι διὰ τὴν ζῶσαν προσλαλῶ χάριν· τὸ μέγα καὶ καλὸν τῶν ψυχῶν φυλακτήριον· τὸ παντὸς εὐσεβοῦς νοὸς ἱλαστήριον, καὶ πάσης καρδίας καὶ διανοίας ὀρθῆς φωτιστήριον καὶ ἁγιαστήριον. Ὦ σταυρὲ, πάντων ὑπερασπιστὰ τῶν πιστῶν, πασῶν οἰκιῶν οἰκιστά, καὶ συνοικιστὰ τῶν χωρῶν· πασῶν πόλεων πολιστά, καὶ εἰρηνευτὰ τῶν ἐθνῶν. Ὦ σταυρὲ, τοῦ κόσμου παντὸς συναγωγὲ καὶ ἐνοποιὲ, οὗ τὸ ὕψος καὶ βάθος, μῆκός τε τοῦ παντὸς καὶ πλάτος ταῖς οἰκείαις κεραίαις διαγράφων, καὶ τὴν τετραπέρατον κτίσιν ἐν ἑαυτῷ διαζωγραφῶν καὶ συγκρατῶν, *σῶσον τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου· καὶ ποίμανον ἡμᾶς, καὶ ἔπαρον ἡμᾶς ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων.* Ἀμήν.

A Verum, o Crux venerabilis, omnique major veneratione, ac salutis vitæque conciliatrix (velut enim cum animata atque vivente loquor, ob eam qua prædita es vitalem gratiam), magnum præclarumque animorum phylacterium, piæ omnis mentis propitiatorium, necnon recti omnis cordis atque animi lucis ac sanctitatis promptuarium. O Crux, omnium defensio præsidiumque fidelium ! omnium ædificatio domorum, auctorque ut tractus et loca pari fœdere habitentur; omnium condendarum arbitra civitatum, et ut nationes pace componantur! O crux mundum universum concordia socians uniensque, cujus omnis altitudinem et profunditatem, longitudinemque et latitudinem tuis cornibus ramisque delineas, orbisque quatuor partes in te
B repræsentes contineasque, *Salva populum tuum et benedic hæreditatem tuam : et rege nos atque extolle in sæculum usque sæculorum* [35]. Amen.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Εἰς τοὺς ἁγίους καὶ κορυφαίους ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον (2).

Τίς ὁ τερπνὸς οὗτος ἦχος; Τίς ὁ τῶν ἑορταζόντων εὔσημος κρότος; Τίς ἡ θαυμαστὴ καὶ περιφανὴς αὕτη λαμπροφορία καὶ φωταγωγία; Ὑμεῖς ὁ περιούσιος τοῦ Θεοῦ λαός· ὁ τῇ Χριστωνύμῳ τετιμημένος κλήσει, ὁ καὶ παντὸς γένους καὶ βίου καὶ πολιτείας καὶ ἡλικίας, ζέσει πίστεως κεκινημένος, καὶ τὸν περιώνυμον τοῦτον τῶν ἀποστόλων σηκὸν πεπληρωκώς. Τίς ὁ δρόμος; τίς ἡ σπουδὴ τὴν ἱερὰν ταύτην καταλαβεῖν αὐλήν; πόθεν ὑμῖν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς
C συνθήματος, ἀφ' ἑσπέρας αὐτῆς ἐγηγερμένοις, τὰς ἰδίας μὲν οἰκίας ἐκκενῶσαι, τὸν θεῖον δὲ πληρῶσαι ναόν; καὶ ἑαυτῶν μὲν ὥσπερ ἐξεστάναι δοκεῖν· ἀλλήλων δὲ συμπνοίᾳ γεγενῆσθαι, γνώμης καὶ πίστεως ὁμοφροσύνῃ, καὶ γλώσσης συμφωνίᾳ, μονοειδῆ καὶ ἐναρμόνιον ὥσπερ ἐξ εὐρύθμων ὀργάνων τὸν τῆς δοξολογίας ἀνακροῦσαι φθόγγον; Τίς ὁ τὸν ἱερώτατον τοῦτον σύλλογον ἢ θίασον οὕτω πανάρμονίως συγκροτῶν; Ἢ δῆλον ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος, ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν ἀποστόλων ἀκρότης· Πέτρος, ἡ τῆς Χριστοῦ πίστεως ἀρχή· Παῦλος, ἡ τῆς ἀγάπης τελειότης· Πέτρος, ἡ ἀμετακίνητος τῆς Ἐκκλησίας πέτρα· Παῦλος, ὁ τὸν θεμέλιον ταύτης ἀσφαλῶς καταβαλόμενος.

Οὗτοι δὴ σήμερον οἷα νόες ὑπόπτεροι τῶν ὑπερφώτων καὶ οὐρανίων ὑποκαταβάντες χώρων, καὶ τοῖς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ ζῶσιν ἔτι νοερῶς τε καὶ φιλανθρώπως συγγινόμενοι· ὀξέως τε διατρέχοντες, καὶ ἐμπεριπατοῦντες ἐν ἡμῖν, πρὸς ὑπέρλαμπρον ἐκκαλοῦνται θυμηδίαν· καὶ ἄλλον ἀλλαχόθεν ἡσυχίᾳ καὶ ὑψηλῷ συγκαλούμενοι κηρύγματι, καὶ καθάπερ μέλη πλείω τοὺς πάντας εἰς ἓν σῶμα τῇ ἀρχι-

ORATIO III.

Laudatio sanctorum ac principum apostolorum Petri et Pauli.

Quisnam jucundus hic sonitus? Quis faustus clarusque festum agentium plausus? Quænam mira hæc ac splendida vestium candore luminumque gestatione pompa? Vos scilicet peculiaris Dei populus, Christi nominis nuncupatione ornatus, ex omni genere, instituto, civitate atque ætate, fidei fervore commotus, quique illustre hoc apostolorum delubrum, quantum est, concertantibus animis impleveritis. Quisnam cursus? Quæ diligentia et ardor, ut in sacrum hoc septum veniretis? Unde vobis ut velut ex uno condicto ab ipso excitati vespere, relictis vacuis domibus, divinam hanc ædem repleretis? ac quidem vobis ipsis prope modum excessisse; alii vero aliorum facti, animorum conspiratione fideique concordia ac linguæ consensione, uniformem atque concinnam velut modulatis organis laudationis vocem sonumque edere videamini? Quis sacratissimum hunc conventum seu chorum sic apte tantaque omnino harmonia cogit? Nonne palam Petrus et Paulus, princeps ille augustissimusque apostolorum vertex : Petrus, Christi fidei origo, Paulus, charitatis perfectio : Petrus immobilis
D Ecclesiæ petra, Paulus, illius tute certaque destinatione jactum fundamentum ?

Hi nimirum hodie velut aligeræ mentes a lucidissimis illis ac cœlestibus sese demittentes axibus, benignaque inclinatione illis spiritu congressi, qui mortalem adhuc agunt vitam, velociusque discurrentes ac ambulantes in nobis, ad omni majorem splendore jucunditatem invitant : aliumque aliunde placido altoque convocantes præconio, ac velut plura membra, in unum corpus, sacratissimi eorum

[35] Psal. xxvii, 9.

(2) Tota hæc oratio variis flosculis ludit, vixque alia ad historiam pertinentia sumit quam quæ ipsa Scriptura de principibus apostolorum sic magnifice tradit; quæ certe sunt maxima, et quæ merito maximam eis venerationem in fidelium animis concilient. Pauca itaque nobis annotanda.

Digitized by Google

spiritus fabricatione cunctos coaptantes, ad Dei cantica laudesque celebrandas, ipsorumque honestandam magnificentiam ac spargendos honores, congregant.

Igitur ea sonemus, quæ Spiritum nobis insonantem addeceant! Canamus tuba in Sion : prædicemus in monte sancto, in hac scilicet Ecclesia (mystica ac prædilecta Dei civitate, ac sacros ordinantes choros, sacrorum theologorum sacratissime religiosaque pietate cantica laudesque depromamus [36]. Qua vero id ratione? Non Sophistarum leges secuti ; non sermone celebrantes, quam quisque in terris patriam nactus sit ; non terrenum magnifice genus extollentes ; non nativitatis atque conversationis civilitatem sermone ornantes. Quæ enim laus eis proveniat, qui patrem habuerunt universorum Deum, patriam vero, cœlestem Jerusalem, genus, beatissimum patriarcham Abraham? quin potius illius fidem et justitiam, quibus etiam illi prorsus similes exstiterunt : conversationem, virtutem, et quæ ad Christum est per legem, primam institutionem ac præparationem? At neque cuncta ordine præclare illis ac magnifice Dei Verbi causa gesta sigillatim laudemus. Sic enim præterquam quod impossibilis ea molitio est, justæ mediocritatis legem excesserimus. Hæ vero etiam, si qua alia, quemadmodum in omnibus operationibus passionibusque et actibus, sic et in ipsis intellecta integraque sermonibus, laudem habet. Verum alia quidem alii tempori atque sermoni sunto reposita; alia vero nunc laudis argumento atque gloriæ disertissimis sermonis amicis offeramus : directoque ad eos laudis cantico, in hæc verba cum propheta : *Avete, filii Sion* [37], ipsos alloquamur.

Avete, paternæ divinæ originis clari præcones : divinorum Filii operum divinissimi explanatores : vivificæ Spiritus virtutis viva organa ac modulatissima, quæ videlicet dulcissimis vocibus atque modulis concinnissimis, universum simul orbem terram uni Verbo et Deo adhibueritis, et ad illi in spiritu et veritate serviendum institueritis [38].

Salve sis, Petre, cui claves regni cœlorum creditæ sunt ; super quem Christus firmavit Ecclesiam suam; quem ad Patrem migraturus suis ovibus pastorem præfecit [39].

Salve sis, Paule, qui fidelis et prudens dispensator paternæ domus enitueris, eamque ob rem etiam super omnia quæ illius sunt, constitutus sis ; qui adhuc vivens corpore, in tertium cœlum raptus sis, paradisumque mentis oculis aspectabilem conspexeris, ac verba arcana tuis ipse auribus audiveris [40].

Salve sis, Petre, qui prius quidem mutos sagena pisces capiebas [41] : postea vero, divino plexa opere ipse per Christum sagena effectus, et in sæculi missus mare, atque ex omni rationalium piscium

A τεκτονίᾳ τοῦ πανευαγοῦς αὐτῶν πνεύματος ἁρμόζοντες, εἰς ὕμνησιν μὲν καὶ δόξαν Θεοῦ, ἔπαινον δὲ καὶ τιμὴν τῆς οἰκείας μεγαλοπρεπείας συγκροτοῦσιν.

Οὐκοῦν ἠχήσωμεν τοῦ ἐνηχοῦντος ἡμῖν Πνεύματος ἐπάξια· σαλπίσωμεν σάλπιγγι ἐν Σιών· κηρύξωμεν ἐν ὄρει ἁγίῳ, τῇ Ἐκκλησίᾳ ταύτῃ, τῇ μυστικῇ καὶ ἀγαπητῇ τοῦ Θεοῦ πόλει· καὶ ἱερὰς συστησάμενοι χοροστασίας, τὰς τῶν ἱερῶν θεολόγων πανιέρως κροτήσωμεν ὑμνολογίας. Κροτήσωμεν δὲ πῶς ; Οὐ σοφιστῶν ἑπόμενοι νόμοις· οὐ τῷ λόγῳ τὰς κάτω σεμνύνοντες πατρίδας· οὐ τὸ ἀπὸ γῆς μεγαλαυχοῦντες γένος· οὐ γεννήσεως, οὐκ ἀναστροφῆς ἀστειότητα διεξιόντες. Τίς γὰρ ἐκ τούτων αἶνος, τοῖς Πατέρα μὲν, τὸν τῶν ὅλων σχοῦσι Θεόν·
B πατρίδα δὲ, τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ· γένος δὲ λαχοῦσι, τὸν μακάριον πατριάρχην Ἀβραάμ· μᾶλλον δὲ, τὴν ἐκείνου πίστιν καὶ δικαιοσύνην, οἷς αὐτῷ καὶ παντάπασιν ὡμοίωνται· ἀναστροφὴν δὲ τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν πρὸς Χριστὸν διὰ νόμου παιδαγωγίαν τε καὶ προκατάρτισιν; Ἀλλ' οὐδὲ πάσας ἐξῆς τὰς ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ Λόγου κατωρθωμένας αὐτοῖς μεγαλουργίας κατ' εἶδος ἐξυμνήσωμεν· οὕτω γὰρ πρὸς τῷ ἀνεφίκτῳ τῆς ἐγχειρήσεως, καὶ τὸν τῆς συμμετρίας ἂν νόμον παραβαίημεν. Ἐπαινετὸς δὲ καὶ οὗτος, εἴπερ ἄλλος τις, ὥσπερ ἐνεργείαις πάσαις καὶ πάθεσι καὶ πράξεσιν, οὕτω δὴ καὶ τοῖς λόγοις αὐτοῖς ἐνθεωρούμενος. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἑτέρῳ τεταμιεύσθω καιρῷ καὶ λόγῳ· τὰ δὲ νῦν αἶνον καὶ
C δόξαν τοῖς λογιωτάτοις προσάξωμεν τοῦ Λόγου φίλοις· καὶ πρὸς αὐτοὺς τὸν ὕμνον ἀποτείναντες, *Τὰ τέκνα Σιὼν, χαίρετε*, μετὰ τοῦ προφήτου, προσφθεγγώμεθα.

Χαίρετε, τῆς πατρικῆς θεαρχίας διαπρύσιοι κήρυκες· τῆς τοῦ Υἱοῦ θεουργίας ἱεροφάντορες θειότατοι· τῆς ζωαρχίας τοῦ Πνεύματος ὄργανα ζῶντα καὶ πολυαρμόνια· τὰ φθόγγοις ἡδίστοις καὶ μέλεσι παναρμονίοις, τὴν οἰκουμένην ὁμοῦ πᾶσαν, ἑνὶ Λόγῳ καὶ Θεῷ παραστησάμενα, καὶ τούτῳ πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ λατρεύειν συμβιβάσαντα.

Χαίροις, Πέτρε, ὁ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας τὰς κλεῖς πεπιστευμένος· ἐφ' ᾧ τὴν ἰδίαν ὁ Χριστὸς Ἐκκλησίαν ἐστηρίξατο· ὃν καὶ ποιμένα, πρὸς τὸν
D ἑαυτοῦ Πατέρα μεταβαίνων, ἐπὶ τῶν αὐτοῦ προβάτων κατεστήσατο.

Χαίροις, Παῦλε, ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος τῆς τοῦ Πατρὸς ἀποδειχθεὶς οἰκίας· δι' ὃ καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ καθεσταμένος· ὁ ἔτι σώματι ζῶν, πρὸς τὸν τρίτον ἁρπαγεὶς οὐρανὸν, καὶ τὸν νοητὸν παράδεισον τεθεαμένος, καὶ ῥημάτων ἀῤῥήτων αὐτήκοος γεγενημένος.

Χαίροις, Πέτρε, ὁ πρότερον μὲν ἀλόγων ἰχθύων σαγηνευτής· ἔπειτα σαγήνη θεόπλοκος διὰ Χριστοῦ γενόμενος αὐτὸς, καὶ εἰς τὴν κοσμικὴν θάλασσαν ἐμβεβλημένος, καὶ ἐκ παντὸς γένους τῶν λογικῶν

[36] Joel II, 1, 15; Psal. II, 6. [37] Joel II, 23. [38] Joan. IV, 23. [39] Matth. XVI, 18; Joan. XXI, 17. [40] Matth. XXIV, 46; II Cor. XII, 2. [41] Matth. IV, 19; XIII, 47.

Digitized by Google

συνειλεχὼς ἰχθύων · καὶ τῇ Δεσποτικῇ τραπέζῃ πολυτελέστατον παρασκευαζόμενος ὀψώνιον.

Χαίροις, Παῦλε, ὁ πρότερον μὲν τῷ ζήλῳ τοῦ νόμου καταφλεγείς · ἔπειτα τῇ τῆς χάριτος ἀγάπῃ πυρποληθείς · καὶ φυγὰς μὲν, ἀντὶ διώκτου · ἀντὶ βλασφήμου δὲ καὶ ὑβριστοῦ, δοκιμώτατος εὐαγγελιστὴς γεγενημένος · καὶ χερσὶ μὲν δέρρεις ἀψύχους συῤῥάπτων πρὸς σκηνοποιίαν · Πνεύματι δὲ θείῳ λογικὰς συνδέων καρδίας καὶ νοερὰς, καὶ σκηνὴν ταύτας ἀκήρατον, καὶ οὐράνιον πρὸς τὴν τοῦ Ὑψίστου κατοίκησιν ἀπεργαζόμενος.

Ὑμεῖς, εἰ καὶ κατὰ χρόνον τὸν ἴδιον ἑκάτερος τῆς ἐν σαρκὶ γεννήσεως ἐτύχετε, ἀλλὰ προαιωνίως ἐν Θεῷ Πατρὶ προεγνωσμένοι, καὶ τῆς τοῦ Μονογενοῦς δόξης σύμμορφοι γενέσθαι προωρισμένοι, ὅτε ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, καὶ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, πρώτως αὐτοὶ (3) τοῦτον ἐπιγνόντες καὶ λαβόντες · καὶ πρῶτοι τῆς ἐξ αὐτοῦ γεννήσεως ἠξιωμένοι, καὶ πρῶτοι τοῦτον ἑαυτοῖς εὐμοιρήσαντες ἐσκηνωκότα, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ συμμαρτυροῦν ἐσχήκατε τῷ πνεύματι ὑμῶν, ὅτι ἐστὲ τέκνα τοῦ Θεοῦ · εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι · κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ.

Ὑμεῖς, οὐ τῆς ἐπουρανίου κλήσεως μέτοχοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκλογῆς υἱοὶ κεχρηματίκατε · καὶ οὐκ ἐξελέγητε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐδικαιώθητε, ἀλλὰ καὶ ἐδοξάσθητε. Ὑμεῖς οὐκ ἀπὸ σαρκὸς καὶ αἵματος · διὰ δὲ τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς τὸν αὐτοῦ Χριστὸν ἀπαυγασθέντες, καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ φωτὶ τὸ μέγα φῶς τεθεαμένοι, καὶ τούτῳ σαφῶς πεπιστευκότες, καὶ νοῦν ἐν αὐτῷ καταστραφθέντες, καὶ ψυχὴν καταλαμφθέντες · μᾶλλον δὲ φῶτα λαμπρὰ καὶ θεαυγῆ (4) γεγενημένοι, εἰς φῶς ἐθνῶν ἀπεστάλητε, εἰς σωτηρίαν ἐσχάτου τέθεισθε τῆς γῆς.

Ὑμῶν τὴν πίστιν, ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης πρῶτος ἐμακάρισεν, ἄγγελοι ὕμνησαν, δαίμονες ἔπτηξαν, ἡ κτίσις ἐδόξασεν. Ὑμῶν τὴν ἐλπίδα, οὐ πυκναὶ βροχαὶ καὶ συνεχεῖς λογισμῶν ἐκτόπων παρεσάλευσαν · οὐ πονηροτάτων καταιγίδες γλωσσῶν καὶ βαρύτητες, ὡς ποταμοὶ προσπίπτοντες διέλυσαν · οὐ κινδύνων καὶ θανάτων ἐσμὸς, ὡς ἀνέμων βία προσρήσσουσα κατέῤῥαξεν. Ὑμῶν τὴν ἀγάπην, οὐκ Ἀρχαὶ, οὐκ Ἐξουσίαι, οὔτε ζωὴ, οὔτε θάνατος, ἀλλ' οὐδὲ πᾶς ὁ κόσμος ἰταμώτατα συγκινηθεὶς, τῆς οἰκείας αὐτὴν βεβαιότητος μετεκίνησε καὶ μονιμότητος.

Ὑμῖν πρώτως καὶ εἰλικρινῶς καὶ σαφῶς δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ · τοῖς

A genere congregans, laudatissimum mensæ Dominicæ edulium struis apparasque.

Salve sis, Paule, prius quidem legis æmulatione exæstuans; postea autem gratiæ charitate incensus; ac pro persecutore, qui ipse fugam inieris; pro blasphemo et injuriis atroce, probatissimus prædicator exstiteris : ac qui pelles quidem inanimes in usum tabernaculorum manibus ipse consueris [42], divino autem Spiritu corda utentia ratione ac mente prædita alia aliis Deoque devinciens, immortale hæc tabernaculum atque cœleste, in quo Altissimus habitaret, præstares.

B Vos, etsi suo quisque tempore in carne nati estis; ante sæcula tamen in Deo Patre præsciti, atque ut Unigeniti gloriæ similes efficeremini, prædestinati; quando venit plenitudo temporis ac Verbum caro factum est, tunc primum ipsi, illo agnito acceptoque ; ac primi ut ex eo nasceremini consecuti, primique ut ipsum in vobis manentem haberetis felici sorte nacti, ipsum Dei Spiritum habuisti testimonium perhibentem spiritui vestro, quod filii Dei essetis : si autem filii, et hæredes ; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi [43].

Vos, nedum cœlestis vocationis participes facti estis, sed et electionis exstitistis filii : nec solum electi estis, sed et justificati, sed et glorificati. Vos non ex carne et sanguine, sed Patris cœlestis illustratione, ejus Christum edocti, inque magna luce C magnam conspicati lucem, eique manifeste credentes, atque in illa mente collustrati penitusque animo illuminati; quinimo splendida divinique fulgoris lumina effecti, in lucem gentium missi estis : in salutem ad extremum usque terræ estis positi [44].

Fidem vestram, primus beatus ille et solus potens beatam prædicavit; concelebrarunt angeli, dæmones expaverunt, creatura gloria extulit. Spem vestram, crebri jugesque absonarum cogitationum imbres non concusserunt; nequissimarum linguarum procellæ, dirique blasphemiarum turbines ac molestiæ, irruentium more fluminum, non dissolverunt; periculorum agmina mortesque plurimæ, ceu venti vehementius illisi, non eliserunt. Vestram charitaD tem, non Principatus, non Potestates, neque vita, neque mors (at neque mundus totus sævissime commotus) a sua constantia et firmitate dimoverunt [45].

Vobis primum vereque ac manifeste datum est nosse mysteria regni Dei; reliquis autem, juxta

[42] Gal. I, 14; Act. IX, 2; Act. XVIII, 3. [43] Rom. VIII, 29; Gal. IV, 4; Joan. I, 14; Rom. VIII, 16. [44] Hebr. III, 1; Act. IX, 15; Rom. VIII, 30; Matth. XVI, 17; Psal. XXXV, 10; Isa. XLIX, 6. [45] I Tim. VI, 15; Matth. XVI, 17; VII, 25; Rom. VIII, 38.

(3) *Τότε πρώτως αὐτοί.* Id ita verum de Petro ac Andrea ejus fratre, qui sic primo primique Christum agnoverunt et receperunt; Paulus vero, aliquanto post, et tardius, Domino jam in cœlos recepto, a quo etiam de cœlo vocatus est. Sed et ipse inter primos et primus, quantum ad illos qui post illum ejusque maxime opera crediderunt.

(4) *Θεαυγῆ φῶτα.* Divini splendoris ac fulgoris lumina. Sic maxime apostoli et in eis principes, quorum sic divinus splendor et claritas, et qui dii quidam, toti Deo imbuti mortalibus sint.

Digitized by Google

quod divino proditum eloquio, est, in parabolis, pro cujusque nimirum certa quadam ratione cum sermone Verboque necessitudine. Vobis sublimis divinaque ac immediata in excelsis circa inaccessum thronum primæ sedis constituta dignitas, pro vestra illa cum divinissimo sermone Verboque necessitudine digne ac magnifice attributa : nec dictu temerarium arbitror, quæ a dextris atque sinistris summi universorum Regis sessio est, vobis a Patre præparatam esse [46].

Vos, terra quidem tanquam veritatem, juxta ac sacratissimum occinit melos, edidit : cœlum autem, justitiæ præcones produxit [47]. Nam terra quidem, velut elegantem emisit fructum : sua vero Dominus, in vobis alte defixa rataque benignitate, emicantibus ex vobis radiis creaturam omnem bonitate imbuit.

Vos primos vasa misericordiæ, suarumque gratiarum pretiosas penus condens, sacrosanctorumque donorum suorum plenitudine implens, ex vestra rursum plenitudine, cunctas deinceps gentium generationes munere afficit [48]. Ac sicut legis olim interpretem ac promulgatorem, cum suo illum spiritu illique proprio adimplesset, subjectos ei legisperitos ex illo impartit (quod ita manifeste Septuaginta seniorum, juxta Scripturam, vocatio prodit; ac quod a Mosaico ablatum, Spiritus illis demensum contributum est), sic in vos quoque postea principes, gratiæ doctores ministrosque, non commensa largitate; sed velut in summe necessarios, toto effuso adoptionis Spiritu, vestra ex plenitudine ut ex inexhausto fonte, gratiæ filios omnes bonitate imbuit et deitate.

Vos mundus universus non recte æmulatus, hoc quoque satagens ut perditionis profundo mergeret, sic nesciens imprudensque spe frustratus est, ut suos magis heros regesque agnoverit. Nempe reges, non qui rapina regnum caducum inierint, sed qui gloriam immortalem ac sempiternum regnum induerint. Omnis enim terra et mare excitatis, aquarumque more importabili impetu præcipitantium efferatis, linguæque multiplicis gentium cuneis, adversus sacros ipsos theologos; viros scilicet modestos ac graves, humiles, brevi lacerna opertos, nec ullum præterea sæculi hujus inferentes commeatum; atque his corpus perdere, prædicationem exstinguere, sensumque ac fidem sic radicitus evellere molientibus, ut nec memoriæ vestigium mundo exstaret: sic vicissim aversa, et ab absurdis inhibita conatibus sunt, ut divinum illud re ipsa oraculorum impletum conspiciatur [49]. Eorum nempe sermone compressa tempestate inque lenem traducta auram; atque illius quidem silentibus fluctibus; cunctis vero præ tranquillitate lætantibus, ac qui in divinæ voluntatis portum deducantur.

A δὲ λοιποῖς, κατὰ τὸν θεῖον Λόγον, ἐν παραβολαῖς, ἀναλόγως τῆς πρὸς τὸν Λόγον ἑκάστων οἰκειότητος. Ὑμῖν ὑψηλή τε καὶ θεία καὶ προσεχὴς ἐν ὑψηλοῖς περὶ τὸν ἀπρόσιτον θρόνον ἡτοιμάσθη προεδρία, κατὰ τὴν πρὸς τὸν θεαρχικώτατον Λόγον οἰκείωσιν ἀξιοπρεπῶς ἀποκεκληρωμένη. Ὑμῖν οὐ τολμηρὸν οἶμαι φάναι τὴν ἐκ δεξιῶν τε καὶ ἐξ εὐωνύμων τοῦ Παμβασιλέως καθέδραν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς προητοιμάσθαι.

Ὑμᾶς, ἡ γῆ μὲν ὡς ἀλήθειαν, κατὰ τὸ ἱερώτατον μέλος, ἐξανέτειλεν· ὁ οὐρανὸς δὲ δικαιοσύνης κήρυκας ἐξέφανεν. Καὶ γὰρ ἡ γῆ μὲν, ὡς ὡραῖον προῖσχετο καρπόν· ὑμῖν δὲ ὁ Κύριος τὴν οἰκείαν ἐνιδρυσάμενος χρηστότητα, ταῖς ἐξαλλομέναις ὑμῶν ἀκτῖσι
B πᾶσαν ἀγαθουργεῖ τὴν κτίσιν.

Ὑμᾶς πρώτους ἐλέους σκεύη, καὶ ταμιεῖα τίμια τῶν αὐτοῦ χαρίτων κατασκευασάμενος, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος τῶν τελεταρχικῶν αὐτοῦ δωρεῶν πεπληρωκὼς, ἐκ τοῦ ἡμετέρου πάλιν πληρώματος, τὰς ὅλας ἑξῆς γενεὰς τῶν ἐθνῶν εὐεργετεῖ· καὶ ὥσπερ τὸν τοῦ γράμματος πρώην ὑποφήτην, τοῦ ἐκείνῳ προσήκοντος πνεύματος πεπληρωκὼς, ἐξ αὐτοῦ τοῖς ὑπ' αὐτῷ μεταδίδωσι νομιζομένοις· εἴπερ ἀπόδειξις τούτου σαφὴς, ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα πρόσκλησις πρεσβυτέρων, κατὰ τὴν Γραφήν· καὶ πνεῦμα τοῦ Μωσαϊκοῦ μὲν ἀφαιρούμενον, αὐτοῖς δὲ ἐπιμετρούμενον· οὕτω καὶ ὑμῖν ὕστερον τοῖς κορυφαίοις τῆς χάριτος μυσταγωγοῖς καὶ διακόνοις, οὐκ ἐκ μέτρου
C τὸ Πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας· ἀλλ' ὅλον ὡς οἰκειοτάτοις ἐκχεάμενος, ὡς ἐξ ἀκενώτου πηγῆς τῆς ὑμετέρας πληρότητος, τὰ τέκνα πάντα τῆς χάριτος ἀγαθύνει καὶ θεουργεῖ.

Ὑμᾶς ὁ πᾶς κόσμος ζηλώσας οὐ καλῶς, καὶ βυθοῖς ἀπωλείας καταχώσειν βιασάμενος, οὕτως ἔλαθε τῶν ἐλπίδων ἀποτυχὼν, ὥστε μᾶλλον δεσπότας ἰδίους ἐπιγνῶναι καὶ βασιλεῖς· βασιλεῖς οὐχ ἁρπαγμῷ βασίλειον εἰληφότας καταργούμενον· ἀλλ' ἀκατάλυτον δόξαν καὶ διαιωνίζουσαν ἠμφιεσμένους βασιλείαν. Καὶ γὰρ ἡ γῆ μὲν πᾶσα καὶ θάλασσα, τὰς ἐκτεθηριωμένας καὶ πολυγλώσσους ἀγέλας τῶν ἐθνῶν, καθάπερ ὑδάτων βίαν ἀνυπόστατον, κατὰ τῶν ἱερῶν τούτων θεολόγων κατεγείρουσα, τῶν σεμνῶν, τῶν μικρῶν, τῶν βραχεῖ ῥάκει τὸ σῶμα σκεπομένων· ἄλλο
Secundum hæc igitur alterum alteri præferre non licet, ex illis, qui Deum viderunt, ejusque familiarius usi necessitudine sunt: cunctis scilicet velut præstantissimis margaritis una absolutis gratia; velutque pretiosis lapillis pari cultu ad eximiam unam Regi cœlorum coronam gloriæ instruendam contextis. Postquam vero omnes pariter, velut perfecti arietes, Principis pastorum ovibus dati duces juxta divinum oraculum Spiritum sanctum induerant, inde alius aliam orbis terrarum partem sortientes, ad propriam apostolatus sortem, operam Evangelio navaturi exierunt [82].

Κατὰ ταῦτα τοίνυν οὐκ ἔστιν ἕτερον ἑτέρου προτιμῆσαι (9) τῶν θεοπτῶν· πάντων οἷα μαργαριτῶν πολυτίμων μιᾷ χάριτι κατηρτισμένων· ἢ λίθων τιμίων ἰσοτίμως εἰς ἕνα στέφανον δόξης ὑπέρτιμον τῷ τῶν οὐρανῶν διαπλεκομένων Βασιλεῖ· ἐπειδὴ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἷα κριοὶ τέλειοι τῶν τοῦ Ἀρχιποίμενος προβάτων ἡγούμενοι, πάντες ὁμοίως κατὰ τὸν θεάρχιον λόγον ἐνεδύσαντο, ἄλλος μὲν ἐντεῦθεν ἄλλο μέρος διαλαγχάνοντες τῆς οἰκουμένης, πρὸς τὸν οἰκεῖον τῆς ἀποστολῆς κλῆρον, τῷ Εὐαγγελίῳ διακονήσαντες ἐξῆεσαν.

Tu vero omni mihi veneratione prosequende Andrea, res Deo digna, veræ fortitudinis exemplum, sustinentiæ adamas, patientiæ statua, altera post petram, petra [83]: a Christo statim firmum Ecclesiæ fundamentum, aquilone in sortis partem accepto, Iberos, Sauromatas, Tauros et Scythas, cunctasque regiones ac urbes Ponto Euxino ad aquilonem austrumque adjacentes circumiens insiti cucurristi, Jesu nomen celebrans ac clarificans cucurristi speciosis pedibus Christi Evangelium prædicaturus, tanquam lucis penus ipseque lux ipsa, ad eos qui densissimis obsiti tenebris erant ut lenissimus, ad eos qui furore incitatissimi [84] ut revera suavissimus ac mitissimus, ad eos qui immitissimi ac durissimi. Quantum enim istarum gentium protervia major,

Σὺ δέ μοι, σεβασμιώτατε Ἀνδρέα, ἀξιόθεον πρᾶγμα, τὸ τῆς ἀληθινῆς ἀνδρίας ὑπόδειγμα, ὁ τῆς καρτερίας ἀδάμας, ὁ τῆς ὑπομονῆς ἀνδριὰς, ἡ μετὰ
C τὴν πέτραν πέτρα· ἡ μετὰ τὸν Χριστὸν εὐθὺς ἀῤῥαγὴς τῆς Ἐκκλησίας κρηπὶς, τὸν βοῤῥᾶν κληρωθεὶς, Ἴβηρας καὶ Σαυρομάτας, Ταύρους καὶ Σκύθας, καὶ πᾶσαν χώραν καὶ πόλιν, ὅσαι τε πρὸς ἄρκτον Εὐξείνου τοῦ Πόντου, καὶ ὅσαι πρὸς νότον διάκεινται περιὼν, ἕδραμες ἐν δίψει δοξάζων τὸν Ἰησοῦν. Ἕδραμες ὡραίοις ποσὶν εὐαγγελιούμενος Χριστόν· ὡς πλήρης φωτὸς, καὶ αὐτοφῶς ὤν, πρὸς τοὺς σκοτεινοτάτους· ὡς πραΰτατος, πρὸς τοὺς μανικωτάτους· καὶ ὡς τῷ ὄντι χρηστότατος, πρὸς τοὺς ἀτεράμονας καὶ σκληροτάτους. Κατὰ τοσοῦτον γὰρ ἡ μεγαλοπρέπεια τῆς σῆς ἀρετῆς, καὶ ἡ δόξα

[80] Joan. VII, 39; XX, 22. [81] Act. II, 2. [82] I Petr. V, 4; Luc. XXIV, 49. [83] I Cor. X, 4. [84] Psal. LXI, 5; Rom. X, 15.

(9) *Ἕτερον ἑτέρου προτιμῆσαι.* Sobrie admodum apostolorum ἰσοτιμίαν exponit Nicetas, quod una vocatio, eadem concessa munera eadem cunctis destinata provincia, prædicandi Evangelii ac fundandi ecclesias, quod nihil lædit aliorum aliorumque *προνόμια*, maxime Petri, quod gregis princeps erat quodque in eo designata unitas, nec nisi ejus communione fundandæ Ecclesiæ, extra quam quidquid est, profanum est: nedum in ipsa Petri persona, sed et in illis qui Petri successores Ecclesiæ clavum tenent, in ipsum sæculi finem, ac quandiu Ecclesia, una illa sponsa, vel in suis fæcibus ac ruinis, superstes futura est. Glorientur itaque Græci, ac quotquot alii a Romana Ecclesia discessionem fecerunt, Ecclesiæ catholicæ nomine; παρασυναγωγὴ est, quæ sic ludit illisque mansit, non Petri privilegio seniorem Romam deficiente, ad
D novam (ipsam errorum matrem, totque hæresiarchis antistitibus incessam, uti merito Calecas noster ipse Græcus Græcis suis objicit, in suo Περὶ οὐσίας et ἐνεργείας) Ecclesiæ catholicæ res nomenque transivit. Describebam nuper ex V. cl. probeque eruditi D. Ballesdens, integro codice Gregorii Cyprii patriarchæ Constantinopolitani, post ademptam Latinis eam urbem, epistolas, quæ præcipue viderentur aliquid ecclesiasticum habere possentque frugis aliquid in rem ecclesiasticam afferre. In eis una Latinorum et cum eis sentientium insectatio, quod schismatici, quod scindant Ecclesiam, in eos ulciscendum, arcendos qui secus doceant vel sentiant: argumenta, quibus sua statuat, nulla, cum sic eruditus videri velit, et qui perpetuo illi blanditur ac laudat, magnus Logotheta.

Digitized by Google

τῆς ἁγιωσύνης ὑπερφερὴς, καθ' ὅσον καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ἰταμότης τούτων, καὶ ἡ θηριωδία περιφανής.

Ἔγνω γὰρ, φησὶ, *Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ*, καὶ τοὺς πρὸς ἑκάστην διακονίαν ἐπιτηδείους εἰδὼς, καὶ ἅμα τῇ πρώτῃ πλάσει τούτοις ἀθεωρήτως συνεισιὼν, ἀναλόγως τε τῆς ἑκάστου προθέσεως τὴν παρ' ἑαυτοῦ χαριζόμενος ῥοπὴν, πρὸς τὴν κατ' αὐτὸν ἕκαστον κατευθύνει τελειότητα. Ἐκεῖνος καὶ μετὰ σοῦ τοῖς ἀπηλλοτριωμένοις καὶ ζοφερωτάτοις ἐπιδεδημηκὼς, νοητὰς αὐτοῖς ἐπαφῆκε μαρμαρυγάς. Οἷα γὰρ νεφέλῃ φωτὸς, νεφέλῃ κούφῃ καὶ μυστικῇ τῇ διανοίᾳ ἐποχούμενος, καὶ τοῖς ἀλαμπέσιν ἐκείνοις ἔθνεσιν ἐπιφοιτῶν, σύμμετρον αὐτοῖς, καὶ ὡς ἦν θεμιτὸν, τὴν τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνα παρεγύμνωσε διὰ σοῦ.

Ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ φιλανθρωποτάτου πρὸς τοὺς ἀπανθρωποτάτους συνουσίας; Πρῶτον μὲν τῷ ὁμογλώσσῳ πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο τὴν ἀνήμερον ἀκοήν· τῷ ὁμοίῳ γὰρ φύσει τὸ ὅμοιον ἐφέπεται. Διὰ τοῦτο καὶ γλωσσῶν ἐν εἴδει τὸ Πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις ἐπεφοίτα· καὶ πρὸ τῶν ἄλλων σημείων, ὁ μερισμὸς αὐτοῖς ἐνήργητο τῶν γλωσσῶν, ὡς τῇ κοινωνίᾳ τοῦ λόγου μᾶλλον, ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι θαύμασι τῶν ἀτιθάσων ἡμερουμένων ψυχῶν. Τῷ ταυτῷ τοίνυν τοῦ φθέγματος, τὸ ἀγαθοειδὲς τοῦ τρόπου μιγνὺς, καὶ ἧπιον, καὶ πραῦ, καὶ τὸ τραχὺ τούτων καὶ ἄγριον ἐν τούτοις καταμαλάσσων καὶ ἀπηνὲς, κατ' ὀλίγον αὐτοὺς ὑπεποιεῖτο.

Εἶτα, φίλιον ἑαυτῷ καὶ προσήγορον τῇ συνηθείᾳ τὸ δυσμενὲς καταστησάμενος, οὕτως εὐκαίρως πρὸς ἐπίγνωσιν ὡδήγει Θεοῦ. Καὶ γὰρ τὸ ἐξαίφνης ἅψασθαι τῆς ὑψηλῆς θεολογίας, οὐ μόνον οὐκ ὤνησεν ἂν τοὺς ἄφρονας καὶ παχεῖς, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πολλάκις καὶ κακίας μείζονος ἀνῆψε πυρκαϊάν. Τὸ δὲ ταῖς κοιναῖς ὁμιλίαις πρότερον τοῖς ἀσεβέσιν ἐθιζόμενον, καὶ ὁμοιότητι τούτοις ἀνομοίῳ φιλιούμενον, φυσικοῖς τε καὶ συντρόφοις ὑποδείγμασι χρώμενον, οὕτω κατὰ μικρὸν συμβιβάζειν πρὸς εὐσέβειαν, ἀρίστην εἶναι τάξιν διδασκαλίας καὶ ἔργον ἀποστολικῆς οἶμαι φρενός.

Οὕτως ὁ μέγας ἀπόστολος, τὰ πλευρὰ τοῦ Βορρᾶ μετιὼν, ὄρη κατέστησε Σιών. Καὶ γὰρ ὅσοις ἴχνος εὐθύτητος μετῆν, ὅσοις μοῖρα λογικῆς φρενὸς καὶ διανοίας, ἄνθρωπον ὁρῶντες, τῇ τε τοῦ λόγου λαμπρότητι, τῇ τε τοῦ βίου τελειότητι κατὰ τοσοῦτον ἐκείνους ὑπεραίροντα, καθ' ὅσον αὐτοὶ τῶν θηρίων καὶ τῶν κτηνῶν ὑπερέχειν ὑπελάμβανον, καὶ τούτου παντάπασιν ἠττώμενοι τῆς ἀρετῆς, ὑπεκατέκλινον μὲν τῇ διανοίᾳ, προῆσαν δὲ τῷ δι' αὐτοῦ κηρυττομένῳ φωτί· καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος φωτιζόμενοι, καὶ τῷ τῆς ἀναγεννήσεως ὕδατι καθαιρόμενοι, καὶ τῷ τῆς υἱοθεσίας Πνεύματι τελειούμενοι, εἰς Ἐκκλησίας ἁγίας τῷ Ὑπεραγίῳ κατηρτίζοντο.

A sævitiaque ac feritas illustrior atque notior, tanto virtutis tuæ magnificentia, ac justitiæ claritas, excellentior atque altior.

Novit enim, inquit, *Dominus qui sunt ejus* [85] atque ad singula quæque ministeria idoneos cognoscens, illisque a prima statim formatione inaspectabili ratione suum eis auxilium benignissime præbens, unumquemque ad eam, quæ ex illius rationibus est, perfectionem dirigit. Ille una comes ad eos profectus, qui longe alienissimi ac caliginosissimi erant, spiritales eis fulgores immisit. Tanquam enim nube lucida (nube scilicet levi ac mystica) tua invectus mente, obscuratisque illis gentibus adveniens, moderatum, ac quantum licebat, divinæ cognitionis ac fidei radium, te auctore, illis manifestavit [86].

B

At quisnam modus, quo vir humanissimus cum immanissimis congrediebatur? Primum quidem ejusdem sermonis usu, ferocem auditum ad se attrahebat. Sic enim natura comparatum, ut simile simili proclive adducatur. Idcirco etiam Spiritus in specie linguarum apostolis advenit, ejusque afflatu, ante alia signa, divisis linguis impartiti sunt; quod nimirum sermonis potius communione, quam ullis aliis miraculis, agrestes animi et indomiti mansuescant ac cicurentur. Illi itaque paris eloquii vi, bonitatem commiscens et lenitatem et mansuetudinem, hisque qua horrebant, morum asperitatem et ferociam ac sævitiam subigens, eos paulatim alliciebat.

Deinde cum amicos ac colloquio faciles infensos C alioqui animos consuetudine ipsa reddidisset, sic opportune ad Dei notitiam fidemque adducebat. Quod enim quis repente sublimem theologiam aggrediatur, nedum nihil insipientes crassioreque ingenio homines juverit, verum etiam non raro iræ majorisque nequitiæ flammam accenderit. Communibus autem colloquiis prius impiis consuescentem, dissimilique similitudine eorum ineuntem gratiam, atque ex natura petitis familiaribusque exemplis utentem, sic paulatim pietati aptare ac componere, eum demum optimum docendi ordinem ac apostolicæ mentis facinus existimo.

Eum in modum magnus Apostolus latera aquilonis incessens, montes effecit Sionis [87]. Quodquod enim rectitudinis vestigium inerat; quotquot sensus animi ratione utentis mentisque particulam ullam retinebant, hominem contuentes, tum rationis splendore, tum vitæ perfectione, tam ipsis eminere, quam illi bestiis atque jumentis præstarent, arbitrabantur : illiusque omnino se virtuti impares agnoscentes, ei animum submittebant, atque ad eam, quam prædicabat, lucem accedebant : verboque gratiæ illustrati atque regenerationis aqua emundati, nec non adoptionis Spiritu consummati, in Ecclesias sanctas, ei qui omnem sanctitatem excedit componebantur.

[85] II Tim. II, 19. [86] Isa. XIX, 1. [87] Psal. XLVII, 3.

Digitized by Google

Nec absque cruore magnum fidei illis constabiliebatur mysterium : sed sicut Magister ac Dominus proprio sanguine testamentum suum obsignavit, sic quoque par erat ut probatissimus discipulus non nudis solum verbis salutare Dei annuntiaret, sed ut etiam proprio sanguine disciplinam sanciret. Quia igitur fieri non poterat, ut omnes penitus veritati assensum præberent; quemadmodum Judæi prius adversus Jesum manum extulerant, sic adversus Andream instructi Scytharum animi; regum ira præceps, cædem spirans præsidum impetus atque judicum, populorum fera coitio : hinc carceres atque verba, distracta membra ac dilacerata : quin et ligna et lapides et gladii, quidquid denique cruentis hominibus in manus venisset, armorum loco venerandum caput impetebant. Prompta victima, ut pro immolantibus prompte sacrificaretur; ac ceu debitum, ipsius causa prius immolato, suum ipse libaret cruorem; atque (o Dei imitationem)! pro neci tradentibus sacrificium offerret.

Quid vero magnus ille pontifex? Libentissime quidem habet victimam, volentisque animi perfectionem odoratur odorem suavitatis [88], perfectam tamen atque integram victimam rursus restituit, majoribus coronis atque præliis reservans. In eum modum Andreas adversarios superabat; atque Christo confixus cruci, per eum qui dilexerat, potiore in omnibus victoria gaudebat [89].

Omnes igitur aquilonis oras, omnemque Ponti maritimam, in virtute sermonis sapientiæ ac intelligentiæ, in virtute signorum et prodigiorum, Evangelii complexus prædicatione; ubique erectis aris, sacerdotibusque ac episcopis ubique fidelibus præpositis, ad illustre hoc Byzantium accessit. Huc vir admirabilis obiter veniens, exstructaque in arce Dei Matri æde; eleganti quidem illa schemate, cujus tamen moles pro fidelium tunc paucitate angustiis suis responderet; dignoque Ecclesiæ pastore magno Stachy assignato, uberes postmodum hac in urbe

A Καὶ οὐ χωρὶς αἵματος τούτοις τὸ μέγα τῆς πίστεως ἐκρατύνετο μυστήριον· ὥσπερ δὲ τὸν Διδάσκαλον καὶ Κύριον τῷ ἰδίῳ αἵματι τὴν αὐτοῦ σφραγίσαι διαθήκην, οὕτως ἔδει καὶ τὸν δοκιμώτατον μαθητὴν οὐ ψιλοῖς λόγοις μόνον τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον εὐαγγελίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ οἰκείῳ αἵματι τὴν αὐτοῦ βεβαιῶσαι διδαχήν. Ἐπειδὴ οὖν πάντας ἄρδην οὐκ ἦν τῇ ἀληθείᾳ συγκαταθέσθαι· ὥσπερ Ἰουδαϊκὴ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ πρότερον ἐπῆρτο χεὶρ, οὕτως κατὰ τοῦ Ἀνδρέου παρεσκεύαστο Σκυθική· καὶ θυμὸς βασιλέων προπετὴς, καὶ φονώδης ἀρχόντων ὁρμὴ, καὶ θηριώδης ἐπισύστασις λαῶν· καὶ εἱρκταὶ, καὶ μάστιγες ἐντεῦθεν, ἐλκυσμοί τε καὶ μελῶν σπαραγμοί. Ναὶ δὴ καὶ ξύλα καὶ λίθοι καὶ μάχαιραι, καὶ πᾶν τὸ ἐπιτυχὸν ταῖς μιαιφόνοις χερσὶν, ὅπλον κατὰ τῆς τιμίας

B ἐφέρετο κεφαλῆς. Καὶ τὸ θῦμα πρόθυμον, προθύμως ὑπὲρ τῶν θυομένων αὐτὸν ἱερουργούμενον· καὶ ὡς ὀφείλημα τῷ ὑπὲρ αὐτοῦ τεθυμένῳ πρότερον τὸ οἰκεῖον ἐπισπένδον αἷμα· καὶ (ὦ τῆς θεομιμησίας!) ὑπὲρ τῶν ἀναιρούντων προσάγον εἰς ἐξίλασμα.

Καὶ τί ὁ Ἀρχιερεὺς ὁ μέγας; Προσιέμενος μὲν τὴν θυσίαν ἀσμενέστατα, καὶ ὁσμὴν εὐωδίας τὴν τελειότητα τῆς προθέσεως ὀσφρώμενος· ἄρτιον δὲ καὶ ὁλόκληρον αὖθις τὸ λογικὸν ἱερεῖον ἀποκαθιστῶν, καὶ ἐπὶ μείζοσι τοῦτο δόξαις καὶ ἀγωνίσμασι ταμιευόμενος. Οὕτως ὁ μέγας Ἀνδρέας, τῶν ἀντιτεταγμένων περιῆν, καὶ οὕτως συσταυρούμενος τῷ Χριστῷ, ἐν πᾶσιν ὑπερενίκα διὰ τοῦ ἠγαπηκότος αὐτόν.

Πάντα τοιγαροῦν τὰ κλίματα τοῦ βορρᾶ, καὶ πᾶσαν τοῦ Πόντου τὴν παράλιον, ἐν δυνάμει λόγου σο-

C φίας καὶ συνέσεως, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων τῷ Εὐαγγελίῳ περιλαβών· πανταχοῦ τε θυσιαστήρια, ἱερεῖς τε καὶ ἱεράρχας τοῖς πιστεύουσι καθιστῶν πανταχοῦ, τούτῳ δὴ τῷ περιωνύμῳ Βυζαντίῳ προσεπέλασεν. Ἐνταῦθα κατὰ πάροδον ὁ θαυμάσιος γεγονὼς, καὶ ναὸν παρὰ τῇ ἀκροπόλει τῇ Θεομήτορι δειμάμενος, ναὸν ὡραῖον μὲν τὴν κατασκευήν (10)· ἀναλογοῦντα δὲ τὸ μέγεθος τῇ τῶν ἐν ἀρχῇ τότε πεπιστευκότων ὀλιγότητι· καὶ ποιμένα δὲ ἄξιον τῆς

[88] Gen. VIII, 11. [89] Gal. II. 19.

(10) *Ὡραῖον μὲν τὴν κατασκευήν.* Exstabat forte vestigium aliquod sic elegantis ædiculæ ac sacelli, vel a majoribus traditum Nicetas acceperat, cum ipsa moles exigua esset, ac pro eorum paucitate qui Byzantii nomen Christo dederant, per breve illud tempus, quo Andreas ille prædicavit. Ipsum oppidum ac urbem, πολίχνιον adhuc tunc vocat Metaph. sive quisquis auctor est Commentarii in Andream apostolum, a me repræsentati Latine ex cod. card. Mazar. et quod Græcorum Menæa integrum in ejus die festo habent. Quod vero Andreas ipse eam fundavit Ecclesiam, eique Stachyn unum e Septuaginta, ut Græcorum traditio est, præfecit, nihil apostolicam Ecclesiam facit, aut admodum celebrem, ante translatam eo imperii sedem, qua Byzantio novæ Romæ illata dignitas, sæculari primum fastu, postmodumque etiam sacerdotio; quanquam diu obluctante Romana sede; cui molestum videretur sæculari eo ambitu convelli Ecclesiarum privilegia, viamque schismati præstrui, et ut a matre discederet, quæ jure vel injuria reliquis præter eam, eique secunda jam tum præ esse vellet : ac quæ postmodum errorem affinxit, ut ejus ipsius jugum excuteret; unaque audiret Ecclesia Catholica, omnium ipsa προεδρία, nulla jam

D illi veteris Romæ τῆς προεδρίας dignitate ac potentia. Quæ prima Photii strues, tumque cærularii ab eoque reliquorum eam sedem non ornantium, sed fœde stuprantium; cæca sane temeritate, quasi non Christi hæc in Petro institutio, sed regum auctoritas atque jus in palpone incubatore, vel etiam in tyranno, ἀντάρτῃ tum imperii tum Ecclesiæ; quo utroque rubros calceos ambiisset, ac quorum in ipsa Ecclesia repulsa, qui æqualis Romano antistiti esse nequiverat, diabolica superbia, illi se superiorem ac summum Ecclesiæ πρόεδρον præfecit. Qua de re in Historia Byzant. ex monumentis quæ apud me exstant, omni majora exceptione, ad utriusque tyranni ac schismatis inceptoris tempora; jamque prelo parata sunt, si quando regia Lupara, aliis plene superfluis fatigata, ad ejus Historiæ absolutionem convalescat, eaque sibi, regique Christianissimo semper Augusto atque victori, gloriæ cumulum quærat.

Digitized by Google

Ἐκκλησίας τὸν μέγαν Στάχυν ἐγκεκληρωκὼς, ἔδειξεν τὴν εἰς ὕστερον ἐν τῇ πόλει ταύτῃ φανησομένην δαψιλῆ τοῦ Πνεύματος καρποφορίαν. Οἷα γὰρ σῖτος κόκκου ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος Στάχυς πεσὼν ἐν αὐτῇ, καὶ ταῖς οὐρανίαις ἀρδείαις δροσούμενος· καὶ τῇ ἐπιτηδειότητι τῶν ὑποκειμένων αὐτῷ ψυχῶν καὶ διανοιῶν ἐμπλατυνόμενος καὶ αὐξανόμενος, ἑκατονταπλασίω τὸν τῆς ἁγίας τελεσφορεῖ πίστεως ἄχρι καὶ τήμερον καρπόν.

futuros Spiritus fructus ostendit [90]. Velut enim tritici granum sacer ille Stachys in terram cadens, cœlestique rore irriguus, ac subjectarum illis animarum mentiumque aptitudine dilatatus adauctusque, centuplum etiamnum sanctæ fidei fructum integra segete edit.

Διὰ τοῦ Βυζαντίου δὲ Θρᾴκην ὁ θειότατος ἀνὴρ ἐπιὼν, ἵνα τὰ μεταξὺ συντέμω, διὰ Μακεδονίας καὶ Θεσσαλονίκης τοῖς Πελοποννησίοις, καὶ τελευταῖον ταῖς Πάτραις τῆς Ἀχαΐας προσχωρεῖ· ὅπου δὴ γενόμενος, καὶ ἱερῶς τοὺς ἐγγίζοντας ὁ Θεόσοφος ἐκκλησιαζόμενος· Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀχαιοί, παρεκάλει, πρὸς οὐρανόν· ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, καὶ πᾶσαν τῶν νοουμένων κτίσιν διδασκαλεῖον οὖσαν τοῦ Κτίσαντος ἐπίγνωτε. Ὅς, ἀεὶ ὢν ὁμοίως ἄναρχος καὶ ἀθάνατος, ἄπειρος καὶ ἀσώματος, ἄληπτος καὶ ἀπρόσιτος, πρῶτον μὲν νοερὸν κόσμον καὶ ἄϋλον, καὶ οἰκεῖον ἑαυτῷ εἰς δόξαν ὑπεστήσατο· δεύτερον δὲ τὸν αἰσθητὸν τοῦτον καὶ φθαρτὸν καὶ σωματικὸν, τὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς συνεστῶτα, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, κατεσκευάσατο. Ἰδίαις δὲ τὸν ἄνθρωπον μόνον τῶν ζώων διαπλάσας χερσὶ, καὶ λόγῳ τοῦτον τετιμηκὼς, καὶ νοῦ καὶ σοφίας ἠξιωκὼς, τῆς οἰκείας εἰκόνα μεγαλειότητος εἰργάσατο.

Byzantio autem vir divinissimus Thraciam ingrediens (ut quæ media sunt perstringam) per Macedoniam et Thessalonicam, Peloponnesios aggreditur; ac ad extremum Patras Achaiæ venit. Ubi constitutus sancteque eos qui accederent divinus magister pro concione cogens: *Tollite, quæso*, aiebat, *viri Achæi, in cœlum lumina; solemque et lunam et stellas, omnemque earum rerum, quæ mente intelliguntur, creaturam, ejus qui creavit ac condidit addiscendi ludum apertum agnoscite. Is, cum semper nihil dissimilis, æternus et immortalis, infinitusque et incorporeus, incomprehensusque sit et inaccessus, primum quidem animorum mundum atque mentium, nec existentem in materia, velutque sibi familiarem, in gloria condidit* (16); *tumque alterum, hunc nimirum sensibus objectum ac corruptioni obnoxium corporeumque, ex cœlo et terra constantem, cunctisque quæ in eis sunt, fabricatus est: solum autem ex animantibus hominem propriis formatum manibus, et ratione atque sermone ornatum menteque ac sapientia instructum, suæ simulacrum majestatis fecit.*

Τοῦτον ἐν παραδείσῳ θέμενος κατ' ἀρχὰς, τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐπέταξεν πάντων ἡγεμονεῖν. Φθόνῳ δὲ τοῦ διαβόλου καὶ ἀπροσεξίᾳ ἰδίᾳ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ παραβὰς, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ παραδείσου πεσὼν, καὶ τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις παρασυμβληθεὶς καὶ ὁμοιωθεὶς, αὐτοῦ μὲν ἦκεν εἰς λήθην ὁλοτελῆ· τῇ κτίσει δὲ λοιπὸν καὶ τοῖς ὁρωμένοις ἐναπερείδων τὸν νοῦν, καί γε τὸ καλὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς νομισθὲν ἀθέως θεοποιῶν, τοῦ ὄντως ὄντος ἀπολισθαίνει Θεοῦ· καὶ οὕτως ἀνθρώποις αὐτοῖς ὁ νοῦς, τοῦ ἑνὸς καὶ ἀληθοῦς τῆς φιλίας ἀπορῥαγεὶς, μυρίαις ὅσαις εἰδώλων καὶ πλάνης περιηνέχθη συμφοραῖς.

Hunc in paradiso ab initio positum, universis quæ in terra essent, præesse constituit. Diaboli autem invidia suaque ipsius socordia Dei mandatum transgressus eamque ob rem e paradiso prolapsus, ac jumentis insipientibus comparatus illisque similis effectus, in ejus plenam oblivionem venit [91]: *jamque creaturæ ac rebus in aspectum cadentibus adhibens animum, impieque quod pulchrum oculis visum esset in Deum consecrans, a vero excidit Deo: sicque mens humana, ab unius verique amore abscissa, innumerabilibus se simulacrorum errorisque ærumnis ac malis inseruit.*

Διὰ τοῦτο Θεὸς ἄνθρωπος γίνεται· Θεὸς αἰώνιος, ἢ ὑπεραιώνιος· Θεὸς ἀπροσδεὴς, τέλειος, μόνος τὴν φύσιν ἀγαθὸς καὶ ὑπεράγαθος· μόνος δυνατὸς τὴν ἰσχὺν καὶ ὑπερδύναμος. Οὗτος οἰκτῳ χρησάμενος, τὸν μονογενῆ, τὸν ἰσοσθενῆ καὶ συνάναρχον αὐτοῦ Λόγον, εὐδόκησε δοῦναι τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἱλαστήριον, ὃς Παρθένον ἁγίαν ἀπειρόγαμον ὑποδὺς, καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὑπερουσίως ὁ αὐτὸς ἡμῖν γεννηθεὶς· ἔπειτα μετὰ λαμπρᾶς καὶ θεοπρεποῦς τῆς ἐκ λόγων καὶ ἔργων μαρτυρίας ἀναδειχθεὶς· ἔπειτα τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν σωτηρίοις παθήμασι, καὶ τῷ θείῳ σταυρῷ προσωμιληκὼς, καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν τριήμερος ἀναστὰς, καὶ ἔμπροσθεν ἡμῶν ἀναληφθεὶς εἰς τὸν οὐρανὸν,

Eam ob rem Deus homo fit. Deus æternus, sive æterno major. Deus nullius egens, perfectus, solus natura bonus ac supra quam bonus: solus fortis ac potens omnemque potentiam excedens. Placuit huic miseratione uso, ut unigenitum, ejusdem secum naturæ ejusdem potentiæ ac coæternum Verbum suum peccatoribus propitiationem daret. Isque (Dei scilicet sermo) sanctam Virginem rei maritalis expertem subiens, Deusque ac homo idem nobis supersubstantialiter natus, tumque magnifico divinoque verbis operibusque testimonio declaratus atque proditus; ac deinde salutaribus nostri causa passionibus divinaque cruce perfunctus, atque ex mortuis triduanus suscitatus, nobisque coram in cœlum re-

[90] Joan. XII. 4. [91] Psal. XLVIII, 13.

(11) Cf. Greg. Theol. orat. in Christi natalem.

Digitized by Google

ceptus, in Dei dextera consedit. Qui et sanctum Spiritum suum in nos postea abunde effudit, cujus virtute ac invocatione, uti videtis, dæmones ab obsessis pelluntur corporibus, morbi fugiunt, cæci visum recipiunt, surdi auditum, claudorum bases consolidantur, resurgunt mortui, ægrique omnes animorum corporumque affectus insanabiles, solo Christi nomine convelluntur.

A ἐν δεξιᾷ κεκάθικε τοῦ Θεοῦ· ὃς καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον, μετὰ ταῦτα πλουσίως ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς, οὗ τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἐπικλήσει, καθὼς ὁρᾶτε, δαίμονες τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἐξελαύνονται, νόσοι δραπετεύουσι, τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, κωφοὶ ἀκούουσι· καὶ ἀναῤῥώννυνται μὲν χωλοί, ἀνίστανται δὲ νεκροί, καὶ πάθη πάντα ψυχῶν καὶ σωμάτων ἄνιατα, μόνῳ καταργεῖται τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ.

Igitur denuntiamus vobis, viri sapientissimi, ac adhortamur, ne verbum salutis hujus, quod per nos vobis annuntiatur, repudietis : sed variis istis virtutibus confirmati, credite uni Deo vivo ejusque Unigenito, qui pro nobis homo factus est et crucifixus et resurrexit, ascenditque in cœlos, ac rursus cum gloria e cœlis venturus est, ut vivorum ac mortuorum Judex sedeat, singulisque pro eo ac gesserunt reddat. Huic credentes, baptizamini in ejus nomine ; sanctique Spiritus suscepto dono, illuminamini animo, illuminamini mente, inque eum modum ab impura emundati dæmonum religione ac cultu, hæredes efficiamini vitæ æternæ in Christo Jesu.

B Τοίνυν παραγγέλλομεν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες σοφώτατοι, καὶ παραινοῦμεν, μὴ ἀποστραφῆναι τὸν λόγον τῆς ζωῆς ταύτης, τὸν δι' ἡμῶν ἐν ὑμῖν καταγγελλόμενον· ἀλλὰ ταῖς ποικίλαις ταύταις βεβαιούμενοι δυνάμεσι, πιστεύσατε ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, καὶ τῷ τούτου Μονογενεῖ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνθρωπισθέντι καὶ σταυρωθέντι καὶ ἀναστάντι, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντι, καὶ ἐρχομένῳ πάλιν μετὰ δόξης ἐκ τῶν οὐρανῶν, κρίσιν ποιήσασθαι ζώντων καὶ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Τούτῳ πιστεύοντες, βαπτίσθητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαμβάνοντες, φωτίσθητε ψυχὴν, δαιμόνων ἀποκαθαιρόμενοι τελετῆς, κληρονόμοι

φωτίσθητε νοῦν, καὶ οὕτως τῆς ἐναγοῦς τῶν γενήσεσθε ζωῆς αἰωνίου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Ejusmodi semper doctrinis tantaque prodigiorum vi, totam vir summe admirandus nimium quantum Achaiæ provinciam in stuporem agens, ab idolorum paulatim errore subducebat, virosque simul ac mulieres, senes, pueros, nobiles, privatos, sapientes et rudes, divites ac pauperes veritati admovebat. Adeoque provexit prædicatio et invaluit, ut et Maximilia proconsulis uxor et Stratocles illius frater, Deo vero crediderint; susceptoque baptimate, in doctrina Apostoli perseverarent. Sic Græcorum ac Barbarorum detritus omnis simulacrorum cultus ; sicque dæmonum omne supercilium, Jesu in Andrea virtute detractum atque convulsum : sic denique Domini Ecclesiæ quotidie exaltatæ ac fide roboratæ.

Τοιαύταις ἀεὶ διδαχαῖς, τηλικούτοις δὲ τέρασιν πᾶσαν ἐπὶ πολὺ τὴν Ἀχαΐδα γῆν, ὁ θαυμασιώτατος ἐξιστῶν, ὑπεξῆγε μὲν τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης κατὰ μικρόν· προσήγετο δὲ τῇ ἀληθείᾳ, ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, γέροντας, νήπια, ἄρχοντας, ἰδιώτας, σοφούς τε καὶ ἀμαθεῖς, πλουσίους καὶ πένητας. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ τὸν λόγον αὐξάνεσθαι καὶ κραταιοῦσθαι, C ὥστε καὶ Μαξίμιλλαν ἀνθυπάτου τὴν γαμετὴν (11*), καὶ Στρατοκλέα δὲ τὸν αὐτοῦ σύγγονον, τῷ τῆς ἀληθείας καταθέσθαι Θεῷ· καὶ βαπτισθέντας, τῇ τοῦ Ἀποστόλου προσκαρτερεῖν διδαχῇ. Οὕτως εἰδωλολατρεία πᾶσα τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· καὶ δαιμόνων ὀφρὺς οὕτω πᾶσα, διὰ τῆς ἐν τῷ Ἀνδρέᾳ τοῦ Ἰησοῦ δυνάμεως ἐμειοῦτο καταργούμενα· καὶ οὕτως αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Κυρίου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὑψοῦντο, τῇ πίστει στερεούμεναι.

Quia igitur eum in modum vir beatissimus in

Ἐπεὶ δὲ τοῦτον ἐπὶ πολὺ τὸν τρόπον ὁ μακαριώ-

(11*) *Μαξίμιλλαν ἀνθυπάτου τὴν γαμετήν.* Etiam Græci in Synaxario, fusiusque illis Metaphr. sive cujuscunque alius antiquis Actis, in quibus et D illud de ea habetur, Reverso Roma proconsule ac viro, noluisse maritali copula illi commisceri, eo quod Christiana jam fide imbuta nollet cum homine nesciente Christum consuescere ; sed cum Davide, qui Deum odissent, odisset : quod forte disciplinæ Christianæ non satis consentiat, nulla tali fideli conjugi licentia, nisi ubi infidelis illi commanere non sustinet absque Salvatoris injuria : exstant tamen in Actis Clementis Romani de Theodora Sisinii uxore pene similia, aliisque non paucis, quæ omnia durum dicere Manichæorum fuligine aspersa. Forte eam ipsam ducebant piæ mulieres Salvatoris injuriam, quod mariti obstinatius infideles manebant, et ut proclive est, sibi suæque superstitioni uxores addicere studebant : aut studere videri poterant. Quæ August. refert ac suggillat ex Actis Andreæ, l. *De fide contra Manich.*, c. 58, plane Manichaica sunt, vereque digna Leucio Manichæo auctore ; quod ipsa nolens viro debitum reddere, *supposuerit marito ancillam suam Eucliam nomine, exornans eam*, etc., aliaque plane putida, quibus nihil commune cum his quæ versamus, præter nimiam forte illam religionem castitatis servandæ, aut etiam viri infidelis consuetudinis vitandæ. Quæ exstat de Andreæ Passione Achaiæ presbyterorum Epistola, Maximillam Egetis uxorem non habet, sed senatoriam mulierem ac prænobilem, quæ martyris corpus et apostoli religiose sepelierit, cujus ille rei nomine ad imperatorem delaturus esset, non ausus, qua fulgebat nobilitate, ordinaria quasi potestate in eam manus injicere, seu etiam civium, qui plures Christiani essent ab Andrea conversi, majorem stragem edere : sive alias Maximilla ejus uxor erat, sive non. Non enim hæc pugnant : quod ejus tanta nobilitas, et quod uxor proconsulis esset. Nicetas ubique cautior, oratorisque licentia, uxorem Egetis dixit, reliqua tacuit, aut certe subobscurius dixit ; cum et ipse crucis Andreæ causam tradit, quod Egeatis γυναικὸς ἠστόχει καὶ ἀδελφοῦ, *uxorem fratremque quasi amittebat*, auscultantes fidei quam Andreas prædicabat.

Digitized by Google

τατος βεβιωκὼς, τὸ ἔργον τετελείωκε τοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτὸς μὲν ἐσχάτῳ γήρει τὸ σῶμα πεπονηκὼς ἐπόθει τὴν ἀνάλυσιν, ἐκάλει δὲ τοῦτον ἄνωθεν ὁ ὑπερουράνιος Νυμφίος πρὸς ἑαυτόν· καὶ ὁ Πατὴρ δὲ ὁ ὑπέρθεος (12), τὰς ἀγκάλας ὑφηπλωκὼς, εἰς τοὺς γάμους προσεδέχετο τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὡδοποίει τούτῳ τὴν ἄνοδον καὶ κατίθυνε· ὅ τε νυμφὼν αὐτῷ ὡς πανάγνῳ παγκάλως διηνέῳκτο, καὶ οἱ Σεραφεὶμ μὲν κύκλωθεν ἑστῶτες τὴν τρισάγιον αἴνεσιν ἡρμόζοντο· οἱ Χερουβεὶμ δὲ, τῷ ἐπὶ τοῦ θρόνου τὴν δόξαν εὐλογημένην ἀνεβάλλοντο, καὶ οἱ Θρόνοι πρὸς ὑποδοχὴν, καὶ πᾶσαι δὲ τῶν οὐρανίων αἱ Δυνάμεις τῷ τιμιωτάτῳ τοῦ Θεοῦ παιδὶ πρὸς δεξίωσιν παρεσκευάζοντο· καὶ οἱ μὲν τῶν ἱερῶν νόων ἐπ' αὐτὸν οὐρανόθεν ἐκεῖ καταβαίνοντες, οἱ δὲ ἀναβαίνοντες, λείαν αὐτῷ καὶ ἄγαν εὔπορον τὴν ἀνάβασιν ἡτοιμάζοντο, ἔδει λοιπὸν αὐτὸν κάτω τὸ τοῦ σώματος ἔλυτρον ἀφέντα, πρὸς τὸν ὑπερούσιον ἀσωμάτως ἀναπτῆναι· καὶ τοῦ τῆς σαρκὸς πάχους ῥαγέντα, γυμνῷ τῷ Πνεύματι πρὸς τὸ Πνεῦμα καθαρῶς ἐνδημεῖν. Ἔδει μεῖναι τὴν γῆν ἐπὶ γῆς, εἰς ἁγιασμὸν ἐσομένην τῇ γῇ, καὶ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἐνέχυρον, τὸ ἱερὸν σκῆνος καταλιπεῖν τοῖς πιστοῖς, αὐτὸν δὲ κοῦφον ἀρθῆναι πρὸς οὐρανὸν, τῷ ὑπερουρανίῳ συνεσόμενον.

A longos annos protracta vita, Christi opus peregerat[91]; ac quidem ipse extrema senectute defesso corpusculo, solvere cupiebat[91*]; supercœlestis vero Sponsus e cœlis ad se vocabat; omnique major deitate Pater, passis ulnis ad Unigeniti nuptias exspectabat; sed et Spiritus sanctus ascensum prospere muniebat iterque dirigebat; thalamusque, velut omni castitate ornato, decore omni patebat; ac Seraphim quidem in circuitu stantes trinæ laudationis canticum aptabant[92], Cherubim vero sedenti super thronum benedictam gloriam repetitis vocibus personabant[92*]; Thronique susceptionis ergo, ac cœlestes omnes Potestates, ad nobilissimum Dei famulum triumpho accipiendum paratæ erant; atque aliæ quidem sacrarum mentium ad eum B illuc e cœlis descendentes, aliæ vero ascendentes, planum valdeque expeditum ascensum muniebant; jam necesse erat ut relicto in terra corporis involucro, ad substantia omni majorem corporis expers evolaret; abruptaque carnis mole ac crassitie, nudo spiritu ad Spiritum pure emigraret. Necesse erat ut terra in terra manente, futuraque illa terræ in sanctificationem, illiusque pignus fidei, sacræ exsuviæ fidelibus cederent, ipseque levis in cœlum tolleretur, cum eo versaturus, qui excelsior cœlo est.

Ἀλλὰ τί τὸ τῆς ἀναλύσεως ὄργανον; Σταυρὸς, τὸ σημεῖον τοῦ ἐσταυρωμένου, τὸ σκῆπτρον τοῦ Παμβασιλέως, ἡ δόξα τοῦ Χριστοῦ, τὸ ἄθραυστον πάντων τῶν ἁγίων ὅπλον. Σταυρὸς, ὥσπερ ὄργανον μὲν πρότερον θανατικὸν τῷ Ἰησοῦ πρὸς τῶν Ἰουδαίων κατασκευασθεὶς, σύμβολον δὲ ζωῆς παρ' αὐτοῦ τοῖς ἁγίοις πᾶσι δοθεὶς· οὕτω καὶ τῷ πιστοτάτῳ τοῦ ἐσταυρωμένου Χριστοῦ μαθητῇ, τοῦ θανάτου μὲν ὄργανον πρὸς τοῦ Αἰγεάτου καταπηχθεὶς, καὶ τὸ αἴτιον, ὅτι C ἐπὶ γυναικὸς ἠστόχει καὶ ἀδελφοῦ, τῆς Ἀνδρέου πίστεως καὶ θεηγορίας ἠρτημένων· ζωῆς δὲ ξύλον, οὐ Μαξιμίλλῃ, καὶ τῷ Στρατοκλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσαις ὁμοῦ ταῖς Πάτραις, καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ σωτηρίας ὑπόθεσις γεγονώς.

Quodnam vero sic emigrandi atque solvendi organum fuit? Nimirum crux, signum crucifixi, sceptrum universorum Regis, Christi gloria, sanctorum omnium inviolabilis armatura. Crux, sicut prius a Judæis Jesu structa velut mortis organum, cunctisque ab eo sanctis data tanquam vitæ signum; sic et fidelissimo Christi cruci affixi discipulo, mortis organum ab Ægeate fixa (ea scilicet ratione quod uxore fratreque frustraretur, ab Andreæ pendentibus fide ejusque divinis sermonibus) quæ tamen nedum Maximillæ et Stratocli, sed et cunctis Patrarum civibus, omnique Achaiæ salutis causa exstiterit.

Καὶ γὰρ ὑψωθεὶς ὁ πρεσβύτατος ἐπὶ τοῦ ξύλου· καὶ οὐ προσηλωμένος, ἀλλ' ἐφ' ἡμέραις αὐτῷ προσδεδεμένος τρισὶν, ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς τινος ἢ ἀκρωρείας τοὺς παρεστῶτας αὐτῷ λαοὺς ἐφορῶν, καὶ τὰ τῆς μυσταγωγίας ῥήματα παρατιθεὶς, σαρκὸς μὲν D παρῄνει παραμελεῖν· ἡδονῆς τε σώματος ἠττᾶσθαι μηδεμιᾶς, μηδέ τι τῶν ὁρωμένων ἢ λυομένων ἄξιον ἡγεῖσθαι σπουδῆς· μόνης δὲ ψυχῆς καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας, τῆς κατὰ πίστιν ἀληθείας φημὶ, τῆς πρὸς τὸ τῶν ἐφετῶν ἀκρότατον ἐκστατικῆς ἀναγωγῆς, καὶ κοινωνικῆς ὁμοιότητος καὶ συναφείας θεολογικῆς, πάσῃ σπουδῇ, πάσῃ μηχανῇ καὶ παντὶ σθένει χρεὼν ἔλεγεν ὁ θεόληπτος ἐπιμελεῖσθαι.

Sublatus enim in crucem provectæ ætatis senex, nec illi confixus, sed tridui spatio alligatus, velut e specula montisque vertice astantes populos intuens, sacratiorisque doctrinæ verba proponens, hortabatur carnem despicere, nulli corporis voluptati ac libidini cedere, nihilque eorum quæ cerni oculis possunt aut intereunt, studii dignum ducere; animæ duntaxat ejusque operationis (veritatis scilicet fidei) exstatici ad supremum eorum, quæ desiderari possunt, animi ascensus, sociæque similitudinis ac conjunctionis theologicæ, omni diligentia, arteque ac robore, vir Deo plenus aiebat curam habendam esse.

[91] Joan. XVII, 4. [91*] Phil. I, 23. [92] Isa. VI, 3. [92*] Ezech. III, 12.

(12) Ὁ ὑπέρθεος. Quasi *supra quam Deus*; longe excedens quidquid demum de Deo concipiamus; sive deitas intelligatur, ut in creatis dicitur, et participatione, sive etiam ut in Deo, sic a nobis affirmate ex creatis, et ut illorum auctor est, intellecto: cujusmodi plura in I. *De Mystica Theologia*: non ὑπέρθεος, quasi aliis personis magis Deus, aut illis superior exsistat; quod esset Arianici furfuris.

Digitized by Google

Hujus unius quam maxime assumendam sollicitudinem, quippe cum Dei opus sit[94]; inque eo primitus laborandum; omnes autem terrenas possessiones, ceu fluxas, spernendas esse : bonam corporis habitudinem, ut quæ ipsa fragilis sit, contemnendam; animoque virtutis causa laborante connitendum fortiter admonebat, nec laboribus fatiscendum. Unam scire mortem qui sit philosophus, peccatum scilicet ac impietatem. Veram hanc mortem esse veram nimirum vitam ignorare, animique oculos claudere, ne Christi fidei radiis collustrentur. Hanc tremendam acerbamque aiebat mortem; quam autem infideles inferant, cunctis suaviorem deliciis, vitæque causam existimandam esse, ut quæ ipsi Vitæ, ipsi Luci atque luminum Patri (omnis scilicet pulchritudinis auctori omnisque bonitatis parenti) admoveat,

A Τούτου μόνου φροντίζειν ὅτι μάλιστα δεῖν, ὡς ἔργου καθεστῶτος Θεοῦ, καὶ περὶ τοῦτο προηγουμένως πονεῖν· κτήσεως δὲ γηΐνης πάσης, ὡς ῥεούσης, ὑπερορᾷν· εὐπαθείας σώματος, ὡς οὐ μενούσης, ὑπερφρονεῖν· καὶ ψυχῆς δὲ ὑπὲρ ἀρετῆς πονούσης, ἀνδρίζεσθαι παρήγγελλε, καὶ μὴ ἐκκακεῖν· θάνατον δὲ μόνον εἰδέναι φιλόσοφον, τὴν ἁμαρτίαν καὶ ἀσέβειαν. Θάνατον τοῦτον ἀληθῆ, τὴν ἀληθῆ ζωὴν ἀγνοεῖν, καὶ μυωπάζειν τοὺς τῆς καρδίας ὀφθαλμοὺς, ὡς μὴ ταῖς ἀκτῖσι τῆς πίστεως καταυγασθῆναι Χριστοῦ. Τοῦτο θάνατον ἔφασκεν εἶναι φρικτὸν καὶ πικρόν· τὸν παρὰ τῶν ἀπίστων δὲ ἐπαγόμενον, πάσης ἡδίω τρυφῆς καὶ ζωῆς αἴτιον ἡγεῖσθαι, ὡς αὐτῇ προσάγοντα τῇ αὐτοζωῇ, τῷ αὐτοφωτὶ, καὶ τῷ φώτων Πατρὶ· τῷ πάσης καλλοποιῷ καλλονῆς, τῷ πάσης B ἀγαθότητος ἀγαθοποιῷ.

Ne igitur, filii, eorum causa indignemini qui interimunt. Nam et inviti vitam conciliant; et cum lædere arbitrentur, beneficium præstant : putantes honori detrahere, honorem accumulant : existimantes affligere atque ærumnæ auctores esse, ad verum ac nunquam diffluens gaudium transmittunt. Non igitur mihi mœroris causa et tristitiæ animique doloris, injusta hæc existimata sententia. Esset mihi plane valde molesta ac tristis, ac vere mortis causa, siquidem justa esset. Si deprehensi essemus facinoris rei; si nos Ægeati morte dignos exhibuissemus. Nunc autem veram vitam, vitam stabilem, ineffabilem, intemeratam, quam oculis vidimus, manibus contrectavimus[95]; cujus ipso rei periculo virtutem cognovimus, cum C *annuntiemus, cunctosque (quod nostrarum partium est) boni socios assumere studeamus, ejusque rei gratia in talia incidamus, non delicti pœnas luimus, sed clarescimus; non punimur, sed servamur; nec (ut quis putaverit) morte afficimur, sed vita donamur*[96]. Quid enim vir fortissimus virtutis causa injuria affici ac cruciari, philosophi sensu existimaret, quam justificari ac coronari? Quid vero Jesu causa in crucem agi ac interimi, quam vita ac deitate augeri; ac sicut supplicii mortisque similitudine, sic claritatis societate ei copulari, ac cum eo in æternum regnare.

Μὴ οὖν ἐπὶ τοῖς ἀναιροῦσιν, ὦ τέκνα, δυσχεραίνειν. Ἄκοντες γὰρ ζωοποιοῦσι· καὶ κακοῦν νομίζοντες, εὐεργετοῦσι· καὶ ἀτιμοῦν οἰόμενοι, τιμῶσι· καὶ θλίβειν ἡγούμενοι, πρὸς τὴν ἀληθινὴν καὶ ἄῤῥευστον παραπέμπουσι χαράν. Οὔκουν ἐμοὶ δυσθυμίας, οὐκ ἀνίας, οὐδὲ λύπης αἰτία, ἡ ἄδικος αὕτη νομιζομένη κρίσις. Ἦν ἄρ μοι, φησὶν, σφόδρα λυπηρὰ, καὶ ὄντως θανάτου πρόξενος, εἴπερ ἔνδικος ἦν· εἰ κακουργοῦντες ἐάλωμεν· εἰ ἀξίους ἑαυτοὺς θανάτου τῷ Αἰγεάτῃ παρεστήσαμεν· νῦν δὲ ζωὴν ἀληθῆ, ζωὴν μένουσαν ἄῤῥητον, ἣν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν, ταῖς χερσὶν ἐψηλαφήσαμεν· ἧς διὰ πείρας ἐγνώκαμεν τὴν δύναμιν, ταύτην εὐαγγελιζόμενοι, καὶ βουλόμενοι πάντας ὅσον ἐφ' ἡμῖν, τοῦ ἀγαθοῦ λαβεῖν κοινωνοὺς, καὶ τοιούτοις περιπίπτοντες δι' αὐτὴν, οὐ τιμωρούμεθα, δοξαζόμεθα δὲ· οὐ κολαζόμεθα, σωζόμεθα δὲ· οὐδ' ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, θανατούμεθα, ζωούμεθα δέ. Τί γὰρ τὸ ὑπὲρ ἀρετῆς ἀδικεῖσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι ὁ ἀνδρειότατος ἐφιλοσόφει, ἀλλ' ἢ δικαιοῦσθαι καὶ στεφανοῦσθαι; Τί δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς Ἰησοῦ δόξης σταυροῦσθαι καὶ νεκροῦσθαι, ἀλλ' ἢ ζωοποιεῖσθαι καὶ θεοῦσθαι· καὶ ὥσπερ τῇ ὁμοιότητι τοῦ πάθους, οὕτω καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῆς δόξης συμφύεσθαι, καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ εἰς τοὺς αἰῶνας;

Atque hæc quidem ad plebem : sibi vero vir reipsa sapientissimus incumbens, atque ad eum, quem in se manentem habebat, sermonem convertens, *Gratias*, inquit, *ago tibi, mea voluptas ac gloriatio, mea exsultatio ac exaltatio, mea lux, mea potestas, mea corona, mea substantia, mea claritas, mea gratia, nomen desiderabile, divinumque nomen.*

Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ πλῆθος· ἑαυτοῦ δὲ πάλιν ὁ τῷ ὄντι φιλοσοφώτατος γινόμενος, καὶ πρὸς τὸν ἐν D αὐτῷ μένοντα τὸν λόγον ποιούμενος, Εὐχαριστῶ σοι, φησὶ, τὸ ἐμὸν ἐντρύφημα καὶ καλλώπισμα, τὸ ἐμὸν ἀγαλλίαμα καὶ ὕψωμα, τὸ ἐμὸν φῶς, τὸ ἐμὸν κράτος, τὸ στεφάνωμα τὸ ἐμὸν, ἡ ἐμοῦ περιουσία, ἡ ἐμὴ δόξα, ἡ χάρις ἡ ἐμὴ, τὸ ἐπιπόθητον ὄνομα, τὸ θεάρχιον ὄνομα.

Gratias tibi, Jesu, vitæ meæ, meæ respirationi, alto cordis mei sensui, mentis meæ gloriationi, quem Dei amore amo quo frui liceat æterna voluptate; quem habeo, quem sitio, cui vivo, ac cui sum alligatus, et ad quem urgeor provehorque, ac contente contendo.

Εὐχαριστῶ σοι, Ἰησοῦ, τῇ ζωῇ μου, τῇ ἀναπνοῇ μου, τῷ γαυριάματι τῆς καρδίας μου, τῷ καυχήματι τῆς διανοίας μου, οὗ ἐρῶ Θεοῦ ἐρωτι, οὗ ὀναίμην αἰωνίῳ τρυφῇ, ὃν ἔχω, ὃν διψῶ, ᾧ ζῶ, καὶ ᾧ δέδεμαι, καὶ πρὸς ὃν ἐπείγομαι καὶ ἀνάγομαι, καὶ συντεταμένως ἀνατείνομαι.

[94] Joan. VI, 29. [95] I Joan. I, 2.

Digitized by Google

Εὐχαριστῶ σοι, Χριστὲ, τῷ Κυρίῳ μου καὶ Θεῷ μου καὶ Βασιλεῖ μου, ὅτι με πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τετίμηκας τοῦ σοῦ πάθους· ὅτι με τὸν δρόμον τελέσαι καλῶς, τὸν ἀγῶνα νομίμως ἀγωνίσασθαι, καὶ τὴν πίστιν ἐνίσχυσας βεβαίαν τηρῆσαι. Καὶ νῦν διὰ τοῦ σταυροῦ τούτου ὑψούμενον, πρὸς σὲ χαρμοσύνως ὑπόλαβε, φίλυφρόνως δεξίωσαι, πατρικῶς ἐναγκάλισαι· καὶ γε παρὰ σοὶ μένειν, ἐν σοὶ ζῆν, ἀγαλλιᾶσθαι δι' αἰῶνος ἐν σοὶ, κατατέρπεσθαι καταξίωσον ἐν σοὶ, καὶ τῆς σῆς ὡραιότητος, τῆς σῆς βασιλείας κατατρυφᾶν, ἧς οὐδέν μοι τῶν ἐπὶ γῆς κατ' οὐδένα προτετιμῆσθαι καιρόν.

A *Gratias tibi, Christe, Domino meo et Deo meo ac Regi meo, quod præter alia, etiam tuæ me socium passionis honoraveris* [96]: *quod ut cursum probe consummarem, certamen legitime certarem* [96*], *ac firmam servarem fidem, vires roburque præbueris* [97]. *Nunc itaque per hanc elevatum crucem, ad te gaudio suscipe, amanter benigneque accipe, paterne amplectere; ac vero apud te manere, in te vivere, in æternum in te exsultare, in te delectari concede; tuoque decore ac regno potiri, cui nihil terrenorum usquam velim anteire.*

Ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἐκκλησιῶν ἀπαρχὰς, τὰς συναγωγὰς τῶν πιστῶν, τὰ τῶν ἐμῶν ἀκροθίνια πόνων, τὰ δράγματα τῆς γεωργίας τῆς ἐμῆς, ἃ τῷ σῷ περιπεποίημαι Πνεύματι, φύλασσέ μοι, Χριστὲ, καὶ τήρει, καὶ σκέπε τῆς βασκανίας τοῦ πονηροῦ. Μεγάλυνόν σου τὸ ποίμνιον, ἀγαθὲ, κραταίωσον, ἰσχυρέ· σθένωσον, πολλαπλάσιασον, ὥστε πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τῆς ἀπάτης ἐλευθερουμένην τοῦ δυσμενοῦς, πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου καθορμισθῆναι· ὥστε τῆς σῆς ἐπιγνώσεως καὶ δόξης σύμπασαν, ὡς τάχιστα, πλησθῆναι τὴν γῆν.

B *Sed et Ecclesiarum primitias, fidelium cœtus meorum laborum manubias, culturæ meæ manipulos, quos tuo acquisivi Spiritu, mihi, Christe, custodi, servaque, ac a nequissimi invidia protege. Adauge gregem tuum, qui bonus es; confirma ac robora, qui fortis es; conforta, multiplica, quo omnis hominis anima, inimici errore liberata, tuto se portu ad Evangelii veritatem recipiat; ut quam cito tui agnitione et gloria repleatur universa terra.*

Τοιούτοις ῥήμασι, καὶ ἔτι πολλῷ πλείοσι καὶ κρείττοσιν, ὦ τρισμακαριώτατε μαθητὰ, τῷ διδασκάλῳ καθομιλῶν, καὶ ὅλος ἐν τῷ Θεῷ ἐξεστὼς, εἶδες μὲν ἀνεῳγότας σοι κρυφίως τοὺς οὐρανούς· εἶδες δὲ καὶ τὸν Βασιλέα τῶν οὐρανῶν, ὡς ὑπέσχετο, μυστικῶς ἐμφανισθέντα σοι, καὶ νοερωτάτοις καρδίας ὄμμασιν ὑψηλῶς καὶ θεοπρεπῶς αὐτῷ προσβαλὼν, καὶ ἀῤῥήτῳ τινὶ καὶ μυστικῇ θυμηδίᾳ καὶ τερπνότητι συνδεόμενος καὶ ἐφεπόμενος, συνανελήφθης μετὰ παῤῥησίας καὶ ἀγαλλιάσεως εἰς τοὺς οὐρανούς· καὶ οἷα χιτῶνα τὸ ἱερώτατον σκῆνος τῷ ξύλῳ καταδεδεμένον ἀφεὶς, αὐτὸς ἐπήρθης τῷ πνεύματι, καὶ σύμμορφος ὄντως ὤφθης ἐν ὑψίστοις, τῷ σώματι τῆς δόξης Χριστοῦ.

C Istiusmodi verbis, longeque iis pluribus ac potioribus, ter beatissime discipule, magistro collocutus, totusque Deo excedens, vidisti cœlos tibi occulte apertos, vidisti et cœlorum Regem, ut erat pollicitus, mystice apparentem, perspicacissimisque animi oculis sublimiter ac divine illi incumbens, arcanaque quadam ac mystica animi jucunditate et oblectatione ipsi devinctus ac comes, cum favore et exsultatione pari triumpho in cœlos receptus es: sacratissimumque tabernaculum tunicæ instar e ligno vinctum relinquens, ipse spiritu elatus, vereque in excelsis conformis factus corpori claritatis Christi es [97*].

Χαῖρέ μοι τοιγαροῦν, ὦ πρωτόκλητε καὶ προβάθμιε (13) τῶν ἀποστόλων καὶ ἀρχηγέ· ὁ μετὰ τὸν σύγγονον μὲν τὴν τάξιν εὐθὺς, τὴν κλῆσιν δὲ πρὸ αὐτοῦ· τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα δὲ πίστεως καὶ μαθητείας, οὐ τῷ Πέτρῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅλοις γενόμενος ἀπαρχὴ μαθηταῖς.

Salve igitur mihi sis, primo in apostolis vocate graduque eorum prime et antesignane: ordine quidem dignitatis secunde statim a fratre, at prior illo vocatione: fide autem in Salvatorem discipulorumque matricula, nedum Petro, sed et discipulis omnibus facte primitiæ.

Χαῖρε, ὅτι τῷ προδρόμῳ λύχνῳ προκαταυγασθεὶς, δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐχειραγωγήθης· ὅτι πρῶτος τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ καὶ καλὸν Ποιμένα τῶν προβάτων ἐπεγνωκὼς, ὡς ἀρνίον ἄκακον, ἄχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, τούτῳ σαφῶς ἐπηκολούθησας· διὸ καὶ πρὸς τὸν οὐράνιον γεννήτορα συνυψούμενος, καὶ εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος συνειση̃ν, τοῦ ὑπερτάτου πάντων ὀνόματος κατηξιώθης.

D Salve, quod præcurrente lucerna primum illustratus, per illam ad Solem justitiæ adductus es: quod cum Agnum Dei bonumque illum ovium Pastorem cunctis prior ipse agnovisses, velut ovis innocens, ad mortem usque, idque mortem crucis, eum palam secutus es: quamobrem etiam ad cœlestem Patrem una sublimatus, inque interiora velaminis pariter ingressus, supremum omnium nomen consecutus es [98].

Χαῖρε, ὅτι τὸν ἀληθῆ τῶν ψυχῶν Νυμφίον, πρῶ-

Salve, quod verum animorum Sponsum, cum

[96] Joan. xx, 28. [96*] II Tim. iv, 7. [97] II Tim. ii, 4. [97*] Philipp. iii, 10. [98] Hebr. vi, 19.

(13) *Καὶ προβάθμιε.* Novi hoc tituli sola vocatione, fideique in Christum explicatæ primitiis, intelligendum est; cum alioqui Petrus, ipse junior, omnibus Andreæ præeat, unus ipse coryphæus ac gregis dux, princepsque apostolorum ac Christi singularis vicarius, in quo fundata Ecclesiæ unitas, non in Andrea, ullove alio discipulorum: qui proinde absolute *προβάθμιος*, apostolorum primitiæ ac primas electus a Domino est.

Digitized by Google

primus prorupi testimonio didicisses, totusque statim charitatis modis vulneratus esses, ac ejus prorsus captus dulcedine, cervique in modum siti maxima te illi adjunxisses, ac vitali latice affatim potatus atque inebriatus esses, ex ejus in te pinguedinis abundantia plures inebriasti, torrensque voluptatis gentibus multis exstitisti [99], quibus velut aquam multam operientem maria Christi notitiam ubertim eructasti [99*].

Salve, quod ipsam Jesu faciem videre meruisti, ipsoque gubernatore tum spiritali, tum quod sensu percipitur, enavigato mari, atque ad crudivoras gentes profectus, non ab eis devoratus es, sed eos Christo venatu cepisti ; nec ab eis consumptus es, sed et latitantem in eis draconem peremisti : mirandisque operibus in stuporem agens, cogensque ad Domini fidem, Ecclesias Christo crexisti.

Salve sis, crucifixi crucifixe, benedicti benedicte, dilectissimi dilectissime, discipule et præco, et apostole ministerque divinissime ; angelorum decus, apostolorum firma basis, sanctorum fulcimentum, Ecclesiæ fundamentum et gloria.

Salve, et exsulta valde in Christo Jesu, qui velut in curru Cherubico in te requiescit ; ac tanquam nostræ gentis apostolus, patriæque tutelaris ac curator, clementer rogo et miseranter nostræ quoque humilitatis misere ; benignissimumque Patrem tuum ac Deum exorans, ad ipsum nobis viam dirige, ut ex ejus doctrina exque judiciorum justitiæ rationibus inculpate super terram conversati, omnium Regi Christo, te intercessore, cum gloria præsentari mereamur ; quem decet omnis gloria, honor, adoratio, una cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum Amen.

ORATIO V.

Laudatio sancti et celebratissimi apostoli Jacobi Zebedæi.

Haud ita pridem vivus nos veræ Theologiæ fons, mysticum Paracleti tonitruum, concinna ac suave

[99] Psal. xxxv, 9 [99*] Isa. xi, 9.

τος τοῦ νυμφαγωγοῦ ταῖς μαρτυρίαις ἐπεγνωκὼς, καὶ τοῖς τῆς ἀγάπης μέτροις εὐθὺς ὅλος κατατρωθεὶς, καὶ κατακράτος τῆς αὐτοῦ γλυκύτητος ἡττηθεὶς, καὶ αὐτῷ τρόπον ἐλάφου διψητικώτατα προσδραμὼν, καὶ τῶν ζωηρῶν ναμάτων ἀναπλησθεὶς τε καὶ μεθυσθεὶς, ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς ἐν σοὶ πιότητος ἐμέθυσας πολλούς· καὶ χειμάρρους τρυφῆς ἔθνεσι γέγονας πολλοῖς, οἷς ὥσπερ ὕδωρ πολὺ κατακαλύπτον θαλάσσας, τὴν γνῶσιν κατακόρως ἐναπηρεύξω Χριστοῦ.

Χαῖρε, ὅτι τῆς αὐτοπροσώπου θέας τοῦ Ἰησοῦ καταξιωθεὶς, τήν τε νοητὴν θάλασσαν, καὶ τὴν αἰσθητὴν ὑπ' αὐτῷ κυβερνήτῃ διαπλεῖς, καὶ τοῖς ὠμοφάγοις τῶν ἀνθρώπων ἐπιδημῶν, οὐ κατεβρώθης ὑπ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐζώγρησας τῷ Χριστῷ· οὐ κατηναλώθης, τὸν ἐμφωλεύοντα δὲ τούτοις δράκοντα ἀνεῖλες· αὐτοὺς δὲ, θαυμασίοις ἔργοις ἐκστήσας, καὶ τῷ Κυρίῳ πιστεύειν ἀναγκάσας, ἐκκλησίας ἀνεστήσω Χριστῷ.

Χαῖρέ μοι, ἐσταυρωμένε τοῦ ἐσταυρωμένου· εὐλογημένε τοῦ εὐλογημένου· ἠγαπημένε τοῦ ἠγαπημένου, μαθητὰ καὶ κήρυξ καὶ ἀπόστολε, καὶ θειότατε λειτουργέ· τὸ τῶν ἀγγέλων ὡράϊσμα, τὸ τῶν ἀποστόλων ἔδρυμα, τῶν ἁγίων στήριγμα, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἑδραίωμα καὶ καλλώπισμα.

Χαῖρε καὶ ἀγαλλία σφόδρα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ ὥσπερ ἐν ἅρματι Χερουβεὶμ ἐπαναπαυομένῳ ἐν σοί· καὶ ὡς τοῦ καθ' ἡμᾶς ἔθνους ἀπόστολος, καὶ προγονικὸς ὑπερασπιστὴς, καὶ ὡς πατρικὸς ἀντιλήπτωρ καὶ κηδεμών, εὐσπλάγχνως δέομαί σου καὶ οἰκτιρμόνως καὶ τῆς ἡμετέρας ταπεινότητος μέμνησο, καὶ τὸν ἀγαθόν σου Πατέρα καὶ Θεὸν δυσωπῶν, κατεύθυνον ἡμῖν τὴν ὁδὸν πρὸς αὐτὸν, ἵνα κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης ἀμώμως ἐπὶ τῆς γῆς πολιτευσάμενοι, καταξιωθῶμεν τῷ παμβασιλεῖ διὰ σοῦ προσενεχθῆναι μετὰ δόξης, Χριστῷ· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου (14).

Πρώην μὲν ἡμᾶς ἡ ζῶσα τῆς ἀληθινῆς θεολογίας πηγὴ, ἡ μυστικὴ τοῦ Παρακλήτου βροντὴ, ἡ ἐναρ-

(14) Sunt quædam ex Evangelio, exque libro Actuum apostolicorum de Jacobo explorata, quædam vero de illius rebus gestis ante passionem ambigua : de adventu scilicet in Hispaniam, deque prædicatione, num solis Judæis prædicaverit, an etiam gentibus. Ill. annal. pater in notis, vix tandem acquiescens dicentibus venisse in Hispaniam, nec rem adeo absurdam videri, ut non decoqui possit, modo ne etiam gentibus Christum annuntiasse existimetur, sed solummodo Judæis ; putat tunc potuisse venire, cum facta est magna illa Hierosolymis persecutio Stephani cæde, quando et dispersi omnes discipuli per Samariam et Galilæam, exceptis apostolis, qui ut gregis arietes ac reliquis fortiores illic remanserant, ut sic dispersam Ecclesiam denuo congregarent. Nihil enim vetat etiam aliquos apostolos discessisse, qui ipsi sic dispersis solatio essent, ac per eam etiam occasionem aliis locis Christum evangelizarent ; velut etiam Ananias Damasci, aliique aliis locis. Verum sive tunc eaque occasione, sive postea atque alia non satis nobis nota, nihil vetat sanctissimum apostolum adiisse Hispaniam, ut ejus Ecclesiæ suadent monumenta ; eodem fere instinctu quo Paulus postea ; ut nempe Judæis, quorum ingens turba ex priori dispersione per Hispanias disseminata erat, Evangelii lucem inferret. Id certe primo satagebant apostoli, antequam in gentes dividerentur, eisque ex instituto (relictis Judæis ut pervicacibus atque indignis Christi munere) Christum prædicarent ; ut scilicet antea in illis, quasi Christi mandato, operam probarent ; neque id solum intra angustos Judææ limites, sed et ubique gentium, ubi celebriores erant ac numerosiores Judæorum cœtus, sive alias legis cul-

Digitized by Google

μόνος λύρα καὶ εὐηχος τῶν οὐρανίων φωνῶν· ὁ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος ἐπώνυμος, Ἰωάννης, ὁ μέγας καὶ

A sonans cœlestium vocum lyra ; qui a gratia nactus appellationem est, Joannes, magnus ille primusque

torum : per quam ipsam occasionem factum est ut et Græcis Christi Evangelium, ante etiam Jacobi necem, a viris Cypriis aliisque Antiochiæ annuntiaretur, Act. xi. Quod si hoc a discipulis vix secundi ordinis, quidni ab apostolis, et inter apostolos fere principe, Jacobo ? Potuit ergo interim in Hispania versari, et quidquid est apostolici muneris præstare, ac, quod postea Paulus, obduratis Judæis et viam Domini bonam blasphemantibus, ad gentes converti, vel certe illarum explorasse animos, num ad fidem aptiores essent, deque illis relaturus (velut etiam factum est Antiochiæ) Hierosolymam ad Petrum et apostolos reliquos ascendisse ; per quas moras Herodes Agrippa ante festum Paschæ cervices illi amputarit. Ac forte simile aliquid in Jacobo præcessit, quod postea in Paulo Actuum apostolicorum historia nobis manifestavit. Nempe delatæ quædam querelæ, sive perlatus Hierosolymam rumor, ab iis Judæis quos vel in Hispania, vel aliis locis inviserat, tanquam et ipse discessionem prædicaret a lege, et gentibus Evangelii ostium aperiret ; vel non omnem œconomiam quam Joannes illius frater, vel etiam reliqui Hierosolymis apostoli et Jacobus loci episcopus servaret. Certe peculiare aliquid fuit, ut sic Herodes Agrippa legis æmulatione, ac putans se obsequium præstare Deo, non Petrum, non Joannem, non quemquam aliorum invaserit, sed potissimum Jacobum, ac reliquorum primum, cujus cæde in Petri necem exarserit. Hæc tota mens, quam ipse nobis Nicetas insinuavit, quibus sic loquitur, τὴν ἔρημον δὲ τέως Ἐκκλησίαν συσσείσασα τῶν ἐθνῶν, quasi Jacobi prima omnium prædicatio sic concusserit desertam hactenus gentium Ecclesiam, sensumque Evangelii sensim illi indiderit : quod vel maxime in Hispania factum sit. Vellem pro Hispanis testes antiquiores, et probatæ magis fidei, quam quos habent. Isidorus plura habet consuta mendaciis, ut bene Baron. Proinde non verus Isidorus : Flavius Dexter, auctor supposititius ; Beda ipse non satis vetustus, et forte interpolatus : Callixtus, aliique pontifices, possunt ipsi pium sensum suum de Jacobo ejusque in Hispania apostolatu et miraculis aperire, et etiam libris ecclesiasticis inserere ; sed historicam fidem, nisi ex probatis monumentis, non possunt certam præstare. Utque in Jacobo sic in aliis, in quibus nulla pietatis jactura, licet post etiam diplomata pontificia, vel instituta publica auctoritate sanctorum veneratione officia, a viris doctis et studiosis certius aliquid inquiri. Quod recudendis Romæ nuper fastis ecclesiasticis diligenter præstitum audio, et summopere laudo ; quippe nullum majus ad pietatem fomentum, quam certa veritatis assertio. Græcis prorsus ignotus Jacobi hic in partes occiduas adventus. Nicetas, in Judæa et Samaria prædicasse habet, ab illa dispersione, quæ facta est sub Stephano, tumque reversum ut inviseret Hierosolymorum Ecclesiam, sic ab Herode captum et occisum. Hippolytus adhuc parcius, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ κηρύσσων, *cum prædicaret in Judæa :* nec aliter Menæa Græcorum. Abdias Babylonius, cujuscunque fidei auctor, Samariam adjungit ; quæ ipsa vicina Judææ est, ac procul abest a transmarina illa Hispanica profectione. Euseb. l. II, c. 9, ejus duntaxat meminit, quod ex Actibus habuit : solumque refert ex Clem. Alexandr., eum *qui judicio obtulerat*, εἰσαγαγὼν εἰς δικαστήριον, visa Jacobi martyrii constantia, veniam a Jacobo petiisse, quem Jacobus imprecando pacem osculatus sit, fratremque vocaverit. Docet Henric. Vales. illam vocem potius de delatore seu accusatore intelligendam, qui ipse in judicium adducere dicitur, quam de apparitore seu milite ; cum vox Græca utrumque ferat ; quod sic ille veniam a Jacobo petierit, quod *magis*, inquit,

B

C

D

convenit accusatori, quam militi. Quippe accusator qui innocentem calumniatur, sciens ac volens peccat: atque idcirco veniam petere potest ab eo quem affecit injuria. Miles vero qui judici exhibet noxium, cum imperio judicis obsequatur, omni culpa videtur vacare. Quæ certe ratio, pace tanti viri, non prorsus satisfacit. Quoties enim legimus in Actis martyrum et confessorum apparitores, cornicularios, carcerarios veniam petiisse, ac culpam agnovisse, cum omnes judici obsequerentur, cui proinde obedire, non omni semper culpa vacare videri potest ; tunc nimirum, cum contra Dei legem obeditur, nec reus adducitur, sed sanctus et Dei servus, eo ipso nomine quod Dei servus, uti res se tunc in martyrum et confessorum judiciis pœnisque habebat. Cum itaque vox εἰσαγαγών, ut exstat in Clem. nullis aliis vestita, non magis apparitorem sonet et militem, quam delatorem vel calumniatorem (qui forte nullus peculiaris erat, sed communis rumor prædicationis Jacobi, quovis tandem modo illa impingere videretur Mosis legi), liberum erit quo quis potius sensu accipere velit. Si qua tamen fides Abdiæ, fuit hic unus ex scribis Pharisæorum, Josias nomine, qui Jacobo concionem habente, cum essent duo centuriones, qui eum essent adducturi, Lysias et Theocritus, ipse quasi majoris zeli, in ejus collum funem injecerit : quasi nimirum legis vindex, quam in Jacobo putaret violari ; donec miraculo curati paralytici ad fidem illuminatus, sic veniam suæ temeritatis petiit, et ejus, quod cæco zelo atque ignorans, in Jacobum et Christum patraverat, delicti. Quæ narratio plenior est illa Clementis, et forte ad veritatem expressior. Potuit visus Jacobus μαρτυρήσας, vel ut alii codd. μαρτυρήσων, ipsa scilicet martyrii constantia, cogere ad fidem Josiæ animum affulgente illi Christi gratia ; pronius tamen est ut existimetur id factum aliquo miraculo, cujusmodi istud paralytici Abdiæ relatum : in quo nihil novum, aut non prius Christo sæpius, tumque Petro et Joanni, Christi Deitatis argumento exhibitum, uti partim sacris Evangeliis, partim Actuum libro habemus expressum. Sic in Stephano, ut Saulus converteretur, non satis fuit ejus exemplum constantiæ, vel etiam oratio, sed opus fuit divino vocationis miraculo : sic in Jacobo videatur, cum pene pares Josias et Saulus in Jacobo et Stephano videantur, eademque instincti æmulatione, præcipui amborum necis auctores exstiterint. Sunt in Abdia, quæ probata videri possint, sintque bonis auctoribus consentientia, multumque eis ac historiæ lucis afferant ; quod tamen in eo carbones auro commisti merito censeantur, caute legenda et probanda, quæ affert ; velut etiam est illa tanta narratio de Phileta et Hermogene magis, quos nihil vetat, sic a Jacobo conversos, a fide postea defecisse, ut testatur Paulus ; sicque pene in illis se rem habuisse ac in Simone Mago. Multos ejusmodi ad fidem conversos, fidem facit Actuum liber, qui et libros suæ artis tanto pretio combusserint.

Joannes Tamayo Salazar in suo Martyrologio, Hispanico, tom. IV, sancti Jacobi genealogiam texens, seu historiam referens, in hæc verba orditur : *Jacobus Zebedæi ex Maria sorore Matris Dei, Filia Salome, de Anna, et frater Joannis Evangelistæ, filius.* Ubi primum ipsa quæsita constructio, mire obtundit. Quam enim longe posita vox, *filius !* Sententia ejus est fuisse tres Annæ filias, omnes dictas Marias ; Mariam matrem Jacobi, filiam Salome et Annæ : ita ut Salome illi vir sit unus ex maritis sanctæ Annæ, quos plures habuerit. At abhorrent hæc a traditione relata a Niceph. l. II, c. 3, ex Hippolyto Portuensi, singularis prolis sanctæ Annæ ex Joachim, quam confirmat card. Baron. in appar., n. 41. Idem tamen totis velis in eam sententiam vide-

Digitized by Google

Dei Verbi Theologus, ad suorum mirabilium laudationem humanissime colligens, laudatissimam

A πρῶτος τοῦ Θεοῦ Λόγου Θεολόγος, πρὸς ὕμνησιν τῶν αὐτοῦ θαυμασίων ἀγαθοπρεπῶς ξεναγαγῶν, πολυ-

tur ire in notis Jul. 25, ubi et Maii 25, majori commento Mariam Jacobi, hujus matrem interpretatur, quæ sic in Italiam venerit in dispersione illa sub Stephano, et Verulis in Hernicis sancto fine quieverit : putatque se habere ex illius Ecclesiæ monumentis; quæ certe vir doctus probare debuit, vel probanda repræsentare lectori. Mihi certe monstro simile, quæ in Evangelio legitur Maria Jacobi, matrem intelligi Jacobi Zebedæi aut etiam Joannis. Undenam vero orta Maria hæc, ac quidni æque Joannis dicta, qui ipse etsi junior fratre ætate, cunctis tamen reliquis celebrior fuit, ut etiam auctor est Chrysostomus, etc. Certe Maria Jacobi, ipsi Baronio, et illis qui ejus sententiæ sunt de duobus ex duodecim Jacobis, Maria Alphæi est (scilicet uxor) non Zebedæi : ita alios, ne illius quidem, sed Jacobi, cujus se fratrem Judas nominat, qui etiam Jacobus B μικρός, *Parvus* seu *minor*, ὁμωνυμίας vitandæ causa a Marco dicitur, undecunque hoc illi cognomen hæserit, sive quia fratrum minimus, quanquam meritis ita conspicuus, sive quia hujus ipsius Jacobi nepos sit ex Symeone. Hanc sic dictam Mariam Jacobi, quasi evangelica phrasi habeant Verulenses, illa gaudeant : non illa invicta, ex nescio quibus monumentis, Mariam Jacobi, quasi uxorem Zebedæi (quæ nec Maria quidem) nobis obtrudant. Sanius certe idem ill. annalium pater in Appar. 61, non jam ex stramineis ac subditiliis monumentis, sed ex puris evangelicis fontibus censens, Matthæumque Marco componens, *Quam alter matrem filiorum Zebedæi astantem cruci ponit, alter Salomen dicit :* nec usquam aliter dictam, aut vocatam Mariam, probatus ullus auctor insinuavit. Nec bene, qui nuper (id est Clem. VIII pontifice) Rom. tabulas auxerunt, nec satis ex tanti pontificis mente zeloque emendarunt, dum ita XI Kal. Novembr. illis ascripserunt : *Hierosolymis sanctæ Mariæ Salome, quæ in Evangelio legitur circa Domini sepulturam sollicita.* Ubi Bar. : *De ipsa Matthæi Evangelium* XV et XVI. *Agunt de ea hac die Beda, Usuardus et alii recentiores.* Matth. XV et XVI, ne Salome quidem nominatur, sed solum mater filiorum Zebedæi pro filiis sollicita, et rogans pro illis; etsi id non Matth. XV aut XVI, sed XX. Beda : *Item beatæ Salomæ, quæ in Evangelio legitur cum reliquis sanctis feminis circa Domini sepulturam sollicita ;* nec aliter Ado. Quid hoc ad illud novarum ejusmodi tabularum, ut quasi ex illo videatur exscriptum ? Vetus quoque Rom. Hieron.; *Item Salome, quæ in Evangelio legitur circa*, etc. Quomodo Maria Salome Hierosolymis, si Maria Jacobi, quæ ipsa Maria Salome, auctorum sensu, quos exagito, Verulis in Italia ? Rom. item Rosveid.: *Et Salome, quæ in Evangelio legitur.* Corbeien. ipsum antiquissimum, Salomen non habet, at nec Mariam Magdal.: quod mirum, et contra ac reliqua omnia, etsi ita in indice ascriptum vulgatoris προλήψει, *Maria Magdalena* XIV *Kal. Febr.*, 19 *Jan.*, ubi tamen ipsæ tabulæ, *Hierosolymæ, Marthæ et Mariæ sororum Lazari.* Certe ad eum diem nullæ veterum tabulæ, nulli fasti Magdalenam ascriptam habent : sed omnes 22 Julii, et quidem simplicissime, ascripto duntaxat illius nomine, *Sanctæ Mariæ Magdalenæ;* exceptis duntaxat novis Rom. tabulis, in quibus explicatur adventus ejus in Provinciam, et quidquid est traditionis illius provinciæ. Corbeienses illæ unæ tabulæ, cur desiderent Magdalenæ nomen et memoriam, nescio. Num quod illarum auctor in Asia defunctam ad se minus spectare existimavit; an quia ipsam Mariam sororem Marthæ putavit, et cum sorore honorare voluit? Sic certe Dacherius suo indice repræsentavit : sed re ancipiti, probare debuit, ejusque suæ opinationis momenta aperire, quibus forte suasurus aliquid erat, non quasi imponere. Græcos certe video

Magdalenam colere dicta illa Julii 22, Mariam vero et Martham die 4 Junii; Basilianum Menol. altero die, *Natalis sanctæ Mariæ Magdalenæ*, altero, *et sanctarum mulierum Marthæ et Mariæ*. Sed hæc alterius operæ.

Ad Jacobi matrem Salomen quod spectat, Græci in Menæis 8 Maii laudato Sophron. Ἱστέον ὅτι ὁ πατὴρ τοῦ Θεολόγου ὁ Ζεβεδαῖος ἦν · ἡ δὲ μήτηρ, Σαλώμη, θυγάτηρ Ἰωσὴφ τοῦ μνηστευσαμένου τὴν Θεοτόκον. Ὁ δὲ Ἰωσὴφ υἱοὺς ἔσχε τέσσαρας, Ἰάκωβον, Συμεών, Ἰούδαν καὶ Ἰωσῆ · καὶ θυγατέρας τρεῖς · τήν τε Ἐσθὴρ, τὴν Μάρθαν καὶ τὴν Σαλώμην, ἥ τις ἦν γυνὴ Ζεβεδαίου. Ἐντεῦθεν ὁ Σωτὴρ, θεῖος ἦν Ἰωάννου, ὡς ἀδελφὸς Σαλώμης τῆς θυγατρὸς Ἰωσήφ. Hæc quidem de Joanne; sed eadem ratio de Jacobo, qui ejus germanus erat. *Fuit Zebedæus Theologi pater : mater vero, Salome, filia Joseph, qui Deiparam sponsam accepit. Porro Joseph quatuor masculos habuit, Jacobum, Simeonem, Judam et Josetem : feminas tres, Estherem et Martham et Salomen, quæ fuit uxor Zebedæi. Itaque Salvator Joannis avunculus erat, velut Salomes frater filiæ Josephi.* Paulo aliter Niceph. ex Hippol. l. II, c. 3, duas assignans Josepho filias ex Salome Zachariæ filiæ, patris Joannis Baptistæ, *Estherem et Thamar.* Epiphan. hær. 78, ipse quoque duas filias dicit, καὶ δύο θυγατέρες, Μαρία, καὶ ἡ Σαλώμη καλουμένη. *Filiæ duæ, Maria et Salome.* Fuit in feminis istud nomen vulgatissimum : *Salome* enim mater Machabæorum, soror Herodis, obstetrix Bethlehemitica, ipsaque hæc uxor Zebedæi, et plures aliæ : mirumque sic potuisse in virum mutari per apocryphorum somnia, ex quo et Anna Maria mater filiorum Zebedæi suscepta sit, ut in Anna idem Tamayo belle describit.

C Unum alterumve notabo, ne nimius sim, quod Stephanum Jacobi hujus diaconum faciunt. Julian. in Chron. n. 16, fol. 3, *quod*, ait Tamayo, *multum honoris Apostolo nostro conciliat.* Auctorem laudant Ignatium epist. ad Tralien. Verba Ignatii sunt, in ea epistola, inter eas quæ interpolatæ censentur, cum nec purius exemplar Florentinum habeat, nec veteres versiones Latinæ : Τί δὲ διάκονοι, ἀλλ' ἢ μιμηταὶ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων, λειτουργοῦντες αὐτῷ λειτουργίαν καθαρὰν καὶ ἄμωμον ; ὡς Στέφανος ὁ ἅγιος Ἰακώβῳ τῷ μακαρίῳ, καὶ Τιμόθεος καὶ Λῖνος Παύλῳ, καὶ Ἀνέγκλητος καὶ Κλήμης Πέτρῳ. *Quid vero diaconi ? nisi imitatores angelicarum potestatum, præstantes episcopo ministerium mundum et immaculatum ; quomodo sanctus Stephanus beato Jacobo, et Timotheus et Linus Paulo, et Anencletus et Clemens Petro.* Hæc quidem interpolator, nullius proinde frugis, ut existimentur veri Ignatii. Ac vel si Ignatii, quid hæc ad Jacobum Zebedæi; aut cur D ejus potius diaconus Stephanus, seu minister quam Petri, vel etiam Andreæ, aut Joannis? Fuerit Jacobus Hierosolymis, at cum reliquis apostolis fuit, nec in eis princeps, aut etiam peculiarius Ecclesiæ illius sacerdos, cui addictum foret Hierosolymis ministerium Stephani; cum præcipue, si aliquid demus Hispaniarum illi traditioni, Jacobi ad eam apostolatus, minus omnibus Hierosolymis moratus sit, nec ut faceret missas, ac diacono in eis uteretur, sed ut Christum prædicaret. Nec forte ulla alia potiori ratione delatus Jacobo ἀδελφοθέῳ Hierosolymorum episcopatus, non ulli ex duodecim peculiarius usurpatus, ne quid ejus functio obstaret prædicationi, quam præcipuum atque proprium suum munus duodecim noverant a Christo sibi constitutum, et ad quod primitiis Spiritus donati erant : licebatque sacerdotes facere et episcopos, non sic facile apostolos, ac apostolico vere spiritu præditos. Hæc sic straminea, ac curiose adeo accersita, ipsam elevant piæ traditionis apostolatus

Digitized by Google

τελῆ μὲν ἡμῖν τράπεζαν σεπτῶν ἐννοιῶν· ἡδεῖαν δὲ A
ὅτι μάλιστα παρεσκευάσατο φιλοτησίαν· οὗ τῆς
ἀφθόνου καὶ ζωηρᾶς κατατρυφῶντες ἑστιατορίας, καὶ
τῇ δαψιλείᾳ τῆς χάριτος πληρούμενοι καὶ θερμαινό-
μενοι, οἷά τινα μικρὰν ἐκ καρδίας τῶν λόγων αὐτῷ
προσενηνέγκαμεν ἐρυγήν· τῆς μὲν εὐεργεσίας ἄξιον
προσενεγκεῖν ἔχοντες οὐδέν· ὡς ἂν δὲ μὴ ἀχαριστίας
δεινὴν ἀποισώμεθα γραφὴν, κατὰ δύναμιν τὸν ἔπαι-
νον εἰσενεγκόντες.

Νυνὶ δὲ μετ' αὐτὸν, ἄλλη μυστικὴ διαδέδεκται
πράπεζα, καὶ ἄλλος ἡμῖν ζωηρύτου πόματος με-
μεστωμένος προεδήθη κρατήρ· καὶ ὁ ἑστιάτωρ ὡς
φιλότιμός τε καὶ δαψιλὴς, οὐδὲν ἐκείνου τῆς μεγα-
λοπρεπείας λειπόμενος· πάντα δὲ τρόπον ἐξισούμε-
νος, ἀδελφὸς τὴν φύσιν, ἀδελφὸς τὴν πίστιν. Ἑνὸς B
γὰρ ἑκάτεροι πατρὸς, ὥσπερ τοῦ Ζεβεδαίου κάτω,
οὕτως ἄνω τοῦ Θεοῦ· ὀνόμασι μόνοις Ἰωάννης καὶ
Ἰάκωβος διενηνόχασι, μικροῦ τοῖς πράγμασι συν-
απτόμενοι· ἴσοι τὴν γνώμην, ἴσοι τὴν χάριν, ἴσοι
τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν. Ὧν ἀληθῶς
Κύριος εἷς, ὁμοίως ὁρώμενός τε καὶ πιστευόμενος,
ὁμοίως προσκυνούμενός τε καὶ λατρευόμενος· μία
κλῆσις, μία πρόθεσις, ἐλπὶς μία, ὥσπερ καὶ βάπ-
τισμα ἕν.

Ὁμότιμοι τὴν ἐν γράμματι λατρείαν, ὁμότιμοι
τὴν πρὸς τὸ πνεῦμα μετάθεσιν. Ὁμόφρονες τὴν
ἐπίγνωσιν τοῦ Πατρὸς, ὁμόφρονες τὴν εἰς τὸν Μονο-
γενῆ καὶ ἀγάπησιν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν
τοῦ Πνεύματος συγκατάθεσιν καὶ ὑποταγὴν οἱ αὐ-
τοί. Διὸ καὶ Βοανεργὲς, ὃ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς, ἄμφω
πρὸς αὐτῆς κέκληνται τῆς ἀληθείας, ὡς ἑνὶ καὶ τῷ
αὐτῷ Πνεύματι πρὸς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου μεγαλο-
φωνίαν καταρτιζόμενοι καὶ κροτούμενοι· ὀφθαλμοὶ
δύο τῆς ἁγιοπρεπείας Ἰησοῦ, τὴν ἀνωτάτω τοῦ
Δεσποτικοῦ σώματος κατέχοντες σκοπιάν· καὶ πρῶ-
τοι τῶν θεαρχικῶν ἀκτίνων ὁμοίως, ὡς ἁπλοῖ καὶ
διειδεῖς καὶ φωτοφανεῖς ἀποπληρούμενοι· καὶ ἀγα-
θοπρεπῶς ὅλον δι' ἑαυτῶν καταλάμποντες τὸ σῶμα.
Κορυφαῖοι τὴν τάξιν ὡσαύτως, ὡς τῇ κορυφαίᾳ τῶν
ἀρετῶν ἀγάπῃ πάντων μᾶλλον τῷ τοῦ Θεοῦ προσ-
ῳκειωμένοι ἀγαπητῷ. Διὸ καὶ πρωτόθρονοι, καὶ ἰσότι-
μοι καὶ πάντων μικροῦ φάναι πρόκριτοι, ὡς τῆς
ἴσης καὶ πρώτης παρὰ τῷ Παμβασιλεῖ κατηξιω-
μένοι τιμῆς.

Τοῦτον οἱ τῆς βροντῆς υἱοὶ τὸν τρόπον ἐνούμενοι
καὶ ταυτιζόμενοι, πῶς οὐ τὸν αὐτὸν τῆς εὐφημίας
προσίσονται λόγον; Ὧν γὰρ οἱ ἀγῶνες ἴσοι, καὶ αἱ
ἀναῤῥήσεις αἱ αὐταί· ὧν δὲ κοινὴ τῆς ἀρετῆς ἡ κτῆ-
σις, κοινοὶ δῆλον ὅτι οἱ στέφανοι. Τίς οὖν τὰ ἀδιαί-
ρετα διελεῖν, καὶ τὰ κατὰ φύσιν καὶ γνώμην ἡνω-

nobis venerabilium sententiarum sensorumque
mensam, ac quam maxime suave convivium para-
vit : cujus copiosis vitalibusque delectati epulis,
nec non abundantia gratiæ repleti accensique,
quasi exiguam quamdam ex corde sermonum eru-
ctationem ei dependimus : quibus suppeteret qui-
dem nihil, quod pro munere dignum offerretur ;
sed qui tamen, quanta facultas erat, ad depellen-
dam ingrati animi tetram labem ac crimen, lauda-
tione in eum defuncti simus.

Nunc vero post illum alia nobis mystica succes-
sit mensa : alius nobis mellito plenus nectare crater
propositus est; mensæque structor ac convivator,
quasi splendidus largusque opum ac magnificus,
nihil illi impar ambitioso cultu et magnificentia,
sed omnimode æqualis : natura germanus, ac fide
germanus : uno enim prolati patre, uti in terris
Zebedæo, ita in cœlis Deo. Solis discreti nomini-
bus Joannes atque Jacobus, propemodum rebus
concreti ac copulati : pares animo, pares gratia,
pares virtute ac cum Deo necessitudine : quorum
revera unus Dominus, quem similiter viderent, et
una vocatio, unum mentis propositum, una spes,
uti et baptisma unum [1].

Pari honore, quod attinet ad cultum legalem ;
pari, quod ad translationem ad spiritum. Pari
animi sensu ac concordia in Patris agnitione, pari
propensa in Unigenitum voluntate et dilectione.
Neque id modo, sed et consensu in Spiritum ejus-
que subjectione, iidem. Quamobrem etiam Boaner-
ges (quod est, Filii tonitrui) ab ipsa ambo nuncu-
pati sunt veritate, velut quos unus idemque Spiri-
tus ad magnificam Evangelii prædicationem con-
cinnasset atque conflasset [2]. Gemini oculi sanctis-
simi decoris Jesu, Dominici corporis supremam
tenentes speculam ; primi scilicet divinæ lucis ra-
diis, ceu simplices atque limpidi lucidique pariter
repleti, benignissimeque totum corpus fulgoribus
suis collustrantes. Perinde ordine principes, tan-
quam charitate quæ princeps virtutum est omnium
maxime Dei dilecto devincti ac familiares. Quam-
obrem etiam primis sublimes sedibus, parique ho-
nore ac cunctis propemodum prælati, tanquam vi-
delicet parem primumque apud summum universo-
rum Regem consecuti honorem.

In hunc modum conjuncti tonitrui Filii unaque
velut ratione coaliti, quomodo non eumdem lauda-
tionis ac præconii sermonem admiserint ? Quorum
enim certamina paria, eadem etiam exsistant præ-
conia. Quorum commune virtutis decus, communes
nimirum etiam coronæ. Quis igitur quæ sunt indi-

[1] Ephes. IV, 5. [2] Matth. III, 17.

Jacobi in Hispaniam fidem. Porro interpolator ipse insulsus, qui præter Stephanum Jacobi Hierosolymorum antistitis vere diaconum, et in hoc præcipue ab apostolis creatum, inter diaconos numeret, qui omnes episcopi fuerunt, et quidem apostolorum quasi suffraganei, quos vocant ; partes scilicet et munia et episcopalia præstantes, dum apostoli majora magisque propria ex officio tentarent ; ipsi κατ' ἐξοχὴν coryphæi et principes, eminentiusque quidquid episcoporum est, ac velut prima sub Christo fundamenta atque ostia habentes.

Digitized by Google

visa tentet dividere; ac quæ natura ac voluntate copulata, dispescere? Quonam vero modo ex propositis alteri seorsim contexi laudatio queat? quæ enim quis de altero dixerit hæc forsan etiam alteri conveniant. Num vero, cum aliis quidem, uti dictum est, coeant; modo tamen quo ad Christum emigrarunt, abunde distinguantur; illorum quidem ratione, communis amborum laudatio; horum vero merito cuique propria ac distincta sit?

μένα πειράσαιτο διιστᾷν; Πῶς δὲ τῶν προκειμένων ἡμῖν ἑκατέρῳ τὸν αἶνον ἰδίᾳ διαπλέκοιμεν; ἃ γὰρ ἄν τις εἴποι περὶ τοῦ ἑνὸς, ταῦτά γε τυχὸν καὶ τῷ ἑτέρῳ ἐφαρμόσειεν. Ἢ, τὰ μὲν ἄλλα, καθάπερ εἴρηται, ταυτιζομένους, τῷ τρόπῳ δὲ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν διαφορουμένους ἀναλύσεως· κοινοποιητέον μὲν κατ' ἐκεῖνα· διαιρετέον δὲ τὸν λόγον κατὰ ταῦτα.

Etenim cum primum eamdem humano satu nativitatem ac educationem nacti essent; iisdemque moribus et disciplinis instituti fuissent, ac paternæ piscatoriæ arti operam posuissent; magnam vitæ partem in mari versati, qui hamum mitterent, sagenam laxarent, ac rursus retia emundarent, eamdem postea divinissimi Jesu vocationem consecuti; ac tanquam eodem animo duplicique corpore uterentur, eodem ambo divinæ scientiæ e cœlo coruscante, cuncti qui attentis animis sint, uno ejus fulgore atque micatu pariter irradiantur: sic et illi Dominica vocatione donati, quæ sequi illos præciperet, atque hominum piscatores facturum pollicerétur, nihil verbi novitate diffidentia acti sunt: nulla vocationem dubietate repulerunt; nec sicut Paulum Athenienses in crastinum distulerunt [a]: sed simul atque sermone illabente collustrati animo sunt, ac velut incendio paratiore materia, mentis rectitudine cœlestem ignem susceperunt, sui ipsorum confestim obliti sunt, ac patre cum navi relicto, spretaque propinquorum necessitudine ac consueta institutione posthabita, cunctisque deliciis ac carnis voluptatibus contemptis, uni se Jesu amori addixerunt.

Καὶ γὰρ τὴν ἐξ ἀνθρώπων γέννησιν πρῶτον καὶ ἀνατροφὴν λαχόντες τὴν αὐτὴν, καὶ ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς ἤθεσι καὶ μαθήμασι παιδοτριβούμενοι, καὶ τῇ πατρικῇ τέχνῃ τῆς ἁλείας προσασχολούμενοι, καὶ τὰ πολλὰ τῇ θαλάσσῃ προσέχοντες, καὶ ἄγκιστρον καθιέντες, καὶ δίκτυον χαλῶντες, καὶ αὖθις ἀναθαίροντες· μετὰ ταῦτα δὲ τῆς αὐτῆς ὁμοίως πρὸς τοῦ θεαρχικωτάτου κλήσεως ἀξιωθέντες· ὥσπερ μιᾷ μὲν ψυχῇ, δυσὶ δὲ σώμασι χρώμενοι, μίαν ἀμφότεροι τὴν τῆς θεογνωσίας περιελάμφθησαν ἀκτῖνα. Καὶ καθάπερ ἀστραπῆς ἄνωθεν διαλαμψάσης, μίαν τὴν ἀπ' αὐτῆς αὐγὴν πάντες ὁμοίως οἱ προσέχοντες ἐναπαστράπτονται, οὕτω δὴ καὶ οὗτοι τῆς Δεσποτικῆς κλήσεως ἠξιωμένοι, ἕπεσθαι μὲν αὐτῷ παρεγγυώσης· ἀνθρώπων δὲ ἁλιεῖς ποιεῖν ὑπισχνουμένης, οὐκ ἐνεδοίασαν τῷ ξενίζοντι τοῦ ῥήματος, οὐκ ἀπορίᾳ τὴν κλῆσιν διεκρούσαντο, οὐδ' ὥσπερ Ἀθηναῖοι τὸν Παῦλον εἰς τὴν ἐξῆς ὑπερετίθεντο· ὁμοῦ δὲ τῷ λόγῳ περιαστραφθέντες τὸν νοῦν, καὶ ὥσπερ ὕλης ἐπιτηδειότητι, τῇ τῆς διανοίας εὐθύτητι τὸ οὐράνιον καταδεξάμενοι πῦρ, ἐπελάθοντο μὲν εὐθὺς ἑαυτῶν· ἐπελάθοντο δὲ οἰκειότητος φυσικῆς· καὶ τὸν πατέρα μετὰ τοῦ πλοίου καταλιπόντες, καὶ συγγενείας ὑπεριδόντες, καὶ τῆς συνήθους διαγωγῆς ἐκστάντες, καὶ πάσης τέρψεως καὶ πάσης σαρκίνης παραμελήσαντες ἡδονῆς, μόνου γεγένηντο τοῦ ἔρωτος τοῦ Ἰησοῦ.

Terrenorum omnem jucunditatem, una hac sublimi cupiditate commutarunt: neque duntaxat naturalem corporis libidinem animi magnitudine supergressi, Legis tamen litteræ ac Mosaicis traditionibus justo amplius addicti, segniores ad Spiritum accedebant; neque fervore quidem ac fide accedentes, novum tamen legislatorem spernebant; aut ei quidem honorem habebant, at qualem Mosi, seu cuidam alii prophetarum: quinimo omnium a sæculo sanctorum Deum ac Dominum, Deique viventis Filium [b], ac prophetam olim Scripturis prænuntiatum Christumque venturum Jesum credentes, sic ardore fidei ipsum sequebantur [b*]; non subjecta oculis specie offendentes, sed qui ad ea quæ mente intelligebantur spiritus ratione dirigerentur. Non enim lapis eis offensionis, velut his qui essent prava mente, nec petra scandali positus erat [c], sed lapis electus, angularis, pretiosus in fundamentis Sionis collocatus [c*].

Μιᾶς ταύτης ἁγίας καὶ ὑψηλῆς ἐπιθυμίας, πᾶσαν ἠλλάξαντο τὴν ἀπόλαυσιν τῶν γεηρῶν· καὶ οὐ τῆς κατὰ τὸ σῶμα φυσικῆς σχέσεως μόνον μεγαλοφυΐᾳ φρονήματος ὑπερανέβησαν, τῷ γράμματι δὲ τοῦ νόμου καὶ ταῖς Μωσαϊκαῖς παραδόσεσι πλέον ἢ ἔδει κρατούμενοι, πρὸς τὸ πνεῦμα νωθέστερον ἐχώρουν· οὐδὲ συντόνως μὲν καὶ πιστῶς προσίεσαν τῷ πνεύματι, τοῦ καινοῦ δὲ ὑπερεφρόνουν νομοθέτου· ἢ ἐτίμων μὲν, ἴσα δὲ Μωσέως, ἢ τινος ἄλλου τῶν προφητῶν· πάντων δὲ τῶν ἐξ αἰῶνος ἁγίων Θεὸν καὶ Κύριον καὶ Υἱὸν Θεοῦ ζῶντος, καὶ τὸν προκατηγγελμένον προφήτην ταῖς Γραφαῖς, καὶ Χριστὸν εἶναι τὸν ἐρχόμενον πεπιστευκότες τὸν Ἰησοῦν, οὕτως αὐτῷ θερμότητι πίστεως ἐπηκολούθουν, οὐ τῷ ὁρωμένῳ προσκόπτοντες, ἀλλὰ τῷ νοουμένῳ κατευθυνόμενοι τοῦ Πνεύματος. Οὐ γὰρ λίθος αὐτοῖς προσκόμματος, ὥσπερ τοῖς τὸν νοῦν σκολιοῖς, οὐδὲ πέτρα τέθειται σκανδάλου, ἀλλὰ λίθος ἐκλεκτὸς, ἀκρογωνιαῖος, ἔντιμος, τοῖς θεμελίοις ὑποβεβλημένος Σιών.

Hunc Jacobus atque Joannes lapidem suam in spiritu effodientes mentem ac cor alte scindentes

Τοῦτον τὸν λίθον Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, τὴν τῶν ἐν τῷ πνεύματι σκάψαντες διάνοιαν καὶ τὴν καρδίαν

[a] Act. xvii, 22. [b] Matth. xvi, 16. [b*] Deut. xviii, 15. [c] I Petr. ii, 8. [c*] Isa. xxviii, 16.

Digitized by Google

βαθύναντες, καὶ τὸν νοῦν μεταλλεύσαντες καὶ εὑρηκότες, καὶ ἐν αὐτῷ τῆς αὐτῶν πίστεως τὰ θεμέλια καταπηξάμενοι, κραταιοί τινες καὶ ἀνένδοτοι πρός τε τοὺς νοουμένους ὁμοίως καὶ τοὺς ὁρωμένους γεγένηντο πειρασμούς· ὅθεν τῆς κορυφαίας ἅμα τῷ μεγάλῳ Πέτρῳ καὶ ἀκροτάτης παρ' αὐτῷ καταξιοῦνται τιμῆς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ θεαρχικοῦ σώματος ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀστράψασαν, ὡς πιστοτάτοις παραδεικνύει μορφήν. Τούτοις καὶ τὴν κατὰ τὸ πάθος τῆς ἀνθρωπίνης ἐν αὐτῷ φύσεως ἀγωνίαν καὶ ἀδημονίαν, ὡς οἰκειοτάτοις ἀνατίθησιν· καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον εὐθὺς, συλλήπτορας αὐτοὺς παρειλήφει τῆς προσευχῆς· εἰ καὶ τὸ πολὺ τῆς λύπης ἀπέκναιε, καὶ ὕπνῳ τούτοις κατενάρκα τὸν λογισμόν.

Καὶ κατὰ πᾶσαν δὲ τῶν δύο τούτων τοῦ Θεοῦ παίδων τὴν μετὰ τοῦ Κυρίου τὴν συναναστροφὴν, καὶ τοῦ ζήλου τὴν θερμότητα, καὶ τῆς πίστεως τὴν δοκιμότητα, καὶ τῆς ἀγάπης τὴν τελειότητα· ναὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν τοῦ Πνεύματος ἄνωθεν ἐπέλευσιν καὶ τὸν τῶν γλωσσῶν μερισμὸν καὶ τὴν διανομὴν τῶν δωρεῶν, οὐδὲν ἕτερον ἡγοῦμαι τοῦ ἑτέρου διενεγκεῖν. Ὅθεν εἷς ἀμφοτέρων καὶ κοινὸς ἄχρι τούτων αὐτοῖς ὁ αἶνος, μιᾷ Χριστοῦ μεμορφωμένοις μορφῇ, καὶ ἑνὶ τῷ αὐτῷ Πνεύματι, τὸν ἴσον τρόπον κατηρτισμένοις καὶ χαρακτηριζομένοις. Ἐπεὶ δὲ ἴδιος ἑκατέρῳ τῆς μεταστάσεως ὅ τε χρόνος ὑπάρχει καὶ ὁ τρόπος, ἰδίᾳ λοιπὸν καὶ τὸν λόγον τῶν ἐγκωμίων ἀποδῶμεν.

Τῷ μὲν οὖν Εὐαγγελιστῇ πρότερον ἀφωσίωται κατὰ δύναμιν ἡ αἴνεσις· καὶ πνευματικῶς αὐτοῦ τῆς μεγάλης κατατρυφῶντες ἀρετῆς, καθὼς οἷοί τε ἦμεν, ἐπετίσαμεν μετρίως τὴν ὀφειλήν. Νῦν δέ μοι, ὦ ἄριστε καὶ δοκιμώτατε Χριστοῦ μαθητά, δεῦρο καὶ σὺ σήμερον, Ἰάκωβε, ὁ τῶν ὑψηλῶν τοῦ Θεοῦ Λόγου θεατὴς καὶ ποιητὴς ἔργων· καὶ τῶν ἀπορρήτων μύστης καὶ μυσταγωγὸς λόγων. Ἡ κινύρα τοῦ Πνεύματος, ἡ ἡδύφωνος καὶ καλλίφωνος· ἡ εὐμελὴ καὶ εὐάρμοστον τοῖς εὐθέσι τὸν νοῦν, τὴν τῆς θεολογίας ἀνακρουομένη φωνήν· ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ Λόγου βροντὴ, ἡ ὑψηγόρως, ἡ μεγαληγόρως τὴν ἀνάστασιν τοῦ Ἰησοῦ, ταῖς Ἰουδαϊκαῖς διανοίαις ἐνηχήσασα, καὶ τὴν σκληρότητα τῆς αὐτῶν καρδίας καταθραύσασα· τὴν ἔρημον δὲ τέως ἐκκλησίαν συσσείσασα τῶν ἐθνῶν, καὶ ἠρέμα πρὸς αἴσθησιν τοῦ κηρυττομένου Λόγου προσάγουσα, καὶ τῇ ἀποβολῇ τῆς ἀγνώμονος Συναγωγῆς τὴν εὐγνώμονα μνηστευομένη Χριστῷ.

Δεῦρό μοι, μακαριώτατε Ἰάκωβε, ὁ τῷ ἁπλάστῳ τοῦ ἤθους καὶ ἀγαθοειδεῖ καὶ μονοτρόπῳ, τῷ ἑνὶ καὶ ἀγαθῷ μόνῳ τὴν φύσιν ἀγαπηθείς, καὶ τῶν πατρικῶν εὐλογιῶν κληρονόμος ἀποδειχθείς, καὶ ταύτῃ τὸν πρὸ γεννήσεως μεμισημένον Ἡσαῦ ἐπτερνικῶς καὶ παρευδοκιμηκῶς, ὡς τῶν πρωτοτοκίων τῆς κατὰ πνεῦμα γεννήσεως ἠξιωμένος. Ὁτῷ ἀληθινῷ Ἰσαὰκ, τὴν ἀληθῶς φίλην αὐτῷ τῆς πίστεως προεισενεγκάμενος τροφὴν, καὶ διὰ τοῦτο κατέναντι τοῦ πατρὸς εὐηρεστηκὼς, καὶ διὰ τοῦτο τελέως εὐλογηθείς· καὶ

animumque, curiosius investigantes, cum offendissent, atque in eo suæ fidei fundamenta fixissent, firmi ac constantes adversus spiritales pariter et quæ oculis subjiciantur, tentationes exstitere; unde primo atque principe supremoque una cum magno Petro apud eum honore donantur; iisque seu fidelissimis effulgentem divini corporis formam in monte ostendit. Ad eos quoque tanquam summe necessarios, humanæ in ipso naturæ anxium mortis timorem ac mœstitiam, sub ipsum tempus passionis refert; moxque a cœna, orationis socios adhibuit; quanquam nimia tristitiæ vis exulcerabat, ac torpentem eorum animum somno degravabat.

Quantum denique ad omnem amborum horum Dei puerorum cum Domino conversationem, atque æmulationis fervorem, probatamque fidem ac dilectionis perfectionem; sed et quantum ad Spiritus e cœlo illapsum, linguarumque dispertitionem ac donorum divisionem, nihil quidquam alterum ab altero existimo differre. Quamobrem una hactenus ac communis erit eorum laudatio, qui una Christi forma imbuti, unoque ac eodem pariter Spiritu perfecti fuerint ac configurati. Quod vero propria cuique migrationis tum tempus, tum modus exstiterint, seorsim etiam, qua eis defungimur, laudationem reddemus.

Prius itaque pro virili nostra laudationis in evangelistam partibus functi sumus, ejusque summa virtute spiritaliter delectati, quod per facultatem licuit, vel modice debitum dependimus Nunc autem, optime Christique discipulorum probatissime Jacobe, tu quoque mihi adesto hodie; nempe sublimium Dei Verbi spectator factorque operum, arcanorumque discipule ac magister sermonum: dulcisona ac pulchrisona Spiritus cinyra, modulatam concinnamque his qui recto animo sint pulsans theologiæ vocem: magnum Dei Verbi tonitruum, sublimi magnoque fragore Jesu resurrectionem Judæorum mentibus insonans, atque eorum cordis frangens duritiam: hactenusque desertam concutiens gentium Ecclesiam, eique sensim Verbi evangelici sensum ingereus, atque improbæ Synagogæ repudio probam gratamque sponsam Christo adhibens [8].

Ades dum, beatissime Jacobe, morum simplicitate et bonitate et uniformitate, ei qui unus solusque natura bonus est, dilectus, paternarumque benedictionum hæres effecte [7], ac qui ea ratione Esau ante ortum nativitatis odio habitum supplantaveris, ac gloria superaveris, velut nimirum qui spiritalis nativitatis primitiva nactus sis [7*]. Qui vero Isaac, vere illi acceptos fidei cibos intuleris, eamque ob rem coram Patre placueris, ac propterea perfectam benedictionem consecutus sis; frumenti-

[8] Psal. xxviii, 5, 8. [7] Gen. xxv, 23, 27. [7*] Rom. ix, 11; Malach. i, 2.

Digitized by Google

que ac vini loco, Unigeniti corpore et sanguine constabilitus, Dominusque et judex contribulium ab eo constitutus [a].

Adesdum; os deiloquium admove, excelsam vocem ac deisonum immittens eloquium, aspira verbum fidele ac verum; nempe verbum vestra apostolici muneris functione, sive certamine dignum. Nefas enim ea aggredi, quæ majora quam pro tenui mea facultate sunt. *Mortalis* enim *temere natat sermonibus*, ut divina Scriptura loquitur: *status autem omnium conservatoris*, inquit, *ipse docet nos* [a*]. Jam enim divinissimo Verbo, uti semper deitate, sed et anima sua intelligente et quæ simul Deus exsistat, omnia implere satagente: ac cum inferna quidem, suo illuc per crucem descensu impleret ad seque summa colligeret; ac rursus cœlestia, sua in cœlos exaltatione, majestate sua impleret: cumque adeo congeneo Spiritu, vehementis flatus instar e cœlo in discipulos veniente, omnemque eis sensum ac corporis membrum, omnemque motum ac operationem ad pietatem complente: quando visus quidem linguis igneis collucens circumfulgebatur; auditus vero, divini sonitus fragore sanctificabatur: atque olfactus quidem mysticis gratiæ radiis, tanquam unguenta perspirantibus suavissimæque fragrantiæ odoribus, efflorebat; linguæ vero his eximie afflatæ, potiorique theologia excitæ, sic Spiritus vi ad omnem nationum sermonis vim ac proprietatem componebantur, ut et temulentiæ profani rem ascriberent: per omnem autem tactum, omnemque rationis ac intelligentiæ vim, divina pervadens gratia, totosque illos vere undequaque adimplens; extraque seipsos ac mundum omnem constituens (o beatum et exoptandum excessum! o laudabilem illam immutationem!), intra Deum esse fecerat: quando nimirum, eorum, quæ ad eos primum dicta a Christo, obscure acceperant, quæ tunc gerebantur ac præsentia, clara evictio erant: ac quorum obscuris vestigiis fidei umbras animo effingebant, eorum ibi tunc dilucida ac perspicua adimpletione oculis obversante, rationumque ac cogitationum missa dubietate metuque deposito: omni denique ignavia, omnique animi labe detersa, cœlestis jam vitæ gustum faciebant: quando plane præmagnificum revera maximæ perfectionis arrhabonem nacti, certissimam inde spem divinissimamque arripuerant.

Tunc sane, tunc rursus æmulatio nihil priore minor, insolentem populum invasit; ignisque adversarios vorans, adversariam Deique inimicam factionem, adversus apostolicam (divinam scilicet) fidem ac consilium accendebat [b]. Quemadmodum autem initio scelestissimus ille, suam Jesu apparitione convellendam tyrannidem sentiens, Judam quidem ut proditor esset, suscitaverat; omnemque incompositam plebem cogens, ad deditionem turbasque

ἀντὶ σίτου καὶ οἴνου, τῷ σώματι καὶ αἵματι τοῦ Μονογενοῦς στηριχθείς· καὶ κύριος καὶ κριτὴς τῶν ὁμογενῶν ὑπ' αὐτοῦ καταστάς.

Δεῦρό μοι, πρόσαγε τὸ θεηγόρον στόμα, ὑψηγόρον φθέγμα, καὶ θεόφθογγον ἐνιεὶς λαλιάν, ἔμπνευσον ῥῆμα πιστὸν καὶ ἀληθινόν, ῥῆμα τῆς ὑμετέρας ἀποστολῆς, εἴτ' οὖν ἀθλήσεως ἄξιον· οὐ γάρ μοι θέμις ἐγχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ ἐμέ· *Βροτὸς* [*Sixt.* Ἄνθρωπος] γὰρ *ἄλλως ῥήχεται λόγοις*, κατὰ τὴν Γραφήν· *πνοὴ δέ*, φησὶν, *παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με.* Ἄρτι γὰρ τοῦ θεαρχικωτάτου Λόγου, ὥσπερ ἀεὶ τῇ θεότητι, οὕτω καὶ κατὰ τὴν νοερὰν αὐτοῦ ψυχὴν καὶ ὁμόθεον, τὸ πάντα πληροῦν ἐπειγομένου· καὶ τὰ ὑποχθόνια μὲν κατὰ τὴν ἐκεῖσε διὰ τοῦ σταυροῦ κάθοδον αὐτοῦ τε πληροῦντος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀνακεφαλαιοῦντος· τὰ ἐπουράνια δὲ αὖθις, διὰ τῆς ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὑψώσεως, τῆς οἰκείας ἐμπιπλῶντος δόξης, τοῦ συμφυοῦς δὲ Πνεύματος ἄνωθεν, ὥσπερ βιαίας πνοῆς ἐπὶ τοὺς μαθητὰς ἰόντος, καὶ πᾶσαν αὐτοῖς αἴσθησιν, πᾶν τε μέλος τοῦ σώματος καὶ πᾶσαν κίνησιν, καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν κατορθοῦντος πρὸς εὐσέβειαν· ἡνίκα τούτοις ὅρασις μὲν ταῖς πυρίναις γλώσσαις λαμπρυνομένη κατηστράπτετο· ἀκοὴ δὲ τῷ ῥοιζήματι τῆς θείας ἠχῆς καθηγιάζετο· καὶ ὄσφρησις μὲν, ταῖς μυστικαῖς ἀκτῖσι τῆς χάριτος, οἷα μυριπνόοις ἀνέθαλλε εὐωδεστάτοις ὀσμαῖς· γλῶσσαι δὲ τούτοις ὑπερφυῶς θεοφορούμεναι καὶ κρείττονος ἐμφορούμεναι θεολογίας, οὕτω πρὸς πᾶσαν ἐθνῶν διάλεκτον μεθηρμόζοντο τῷ πνεύματι, ὥστε καὶ μέθην τοῖς ἀμύστοις αὐτῶν καταγινώσκεσθαι· δι' ἁφῆς δὲ πάσης, καὶ πάσης λογικῆς δυνάμεως καὶ νοερᾶς ἡ θεία καταδεδωκυῖα χάρις, καὶ ὅλους δι' ὅλου τούτους ἀκραιφνῶς πληροῦσα· καὶ ἔξω μὲν ἑαυτῶν, ἔξω δὲ τοῦ κόσμου καθιστῶσα παντός· (Ὦ μακαρίας ἐκστάσεως καὶ ζηλωτῆς! ὦ τῆς ἐπαινετῆς ἐκείνης ἀλλοιώσεως, ἐντὸς καθίστη Θεοῦ!) ἡνίκα τῶν ὑπὸ Χριστοῦ πρῶτον πρὸς αὐτοὺς εἰρημένων καὶ ἀμυδρῶς ἀκουομένων, ἔλεγχος ἦν τὰ παρόντα σαφής· καὶ ὧν ἀμαυροῖς ἴχνεσι πίστεως ἐν λογισμοῖς ἐνετύπουν τὴν σκιαγραφίαν, τούτων ἐκεῖ τότε φανήν τε καὶ εὔδηλον καταθεασάμενοι τὴν πλήρωσιν, καὶ τῶν λογισμῶν τὴν διάκρισιν ἀποβαλόντες καὶ τὴν διψυχίαν ἀφέντες, καὶ τὸν φόβον ἀποσκευασάμενοι, καὶ πᾶσαν δειλίαν καὶ πᾶν πάθος ἀποκαθηράμενοι τῆς ψυχῆς, τῆς οὐρανίας λοιπὸν ἦσαν ἐν συναισθήσει ζωῆς· ὅτε δὴ λαμπρὸν ὄντι μάλιστα τὸν ἀῤῥαβῶνα δεξάμενοι τῆς τελειότητος, ἀξιολογωτάτης ἐντεῦθεν ἐλπίδος καὶ θεοτελεστάτης κατεδράξαντο.

Τότε δὴ, τότε ζῆλος μὲν πάλιν οὐχ ἧττον τοῦ πρώτου, τὸν ἀπαίδευτον εἰλήφει λαόν· πῦρ δὲ τοὺς ὑπεναντίους κατεσθίον, εἰς ἀντίπαλον καὶ θεομάχον μοῖραν, κατὰ τῆς ἀποστολικῆς ἤτοι θεαρχικῆς ἐξῆπτε πίστεως καὶ βουλῆς. Ὥσπερ δὲ τὴν ἀρχὴν ὁ δυσμενὴς καθαιρουμένην αὐτοῦ τὴν τυραννίδα διὰ τῆς ἐπιφανείας αἰσθόμενος τοῦ Ἰησοῦ, Ἰούδαν μὲν ἤγειρεν εἰς προδοσίαν· πάντα δὲ τὸν ἀσύνθετον ὀχλαγωγήσας δῆμον, εἰς ἐπισύστασιν ἐξέμηνεν· ἀρχιερεῖς τε

[a] Gen. xxvii, 27. [a*] Job xxxii, 8. [b] Isa. xxvi, 11.

Digitized by Google

καὶ γραμματεῖς πάντας ἐξῆπτε πρὸς θεοκτονίαν· καὶ ὁ Πιλάτος τὸν ἀθῷον ἐξεδίδου, καὶ οἱ στρατιῶται κατέπαιζον· καὶ ὁ σταυρὸς ὕψωτο, καὶ ὁ δίκαιος τοῖς ἀνόμοις συνεσταύρωτο· κἀντεῦθεν ἐδόκει μὲν τὸ χρῆμα κατὰ νοῦν τοῖς ἀσεβέσι χωρεῖν, καὶ τεθνάναι τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν αὐτοῦ καταπαύσασθαι διδαχὴν, καὶ διεσκορπίσθαι τοὺς μαθητάς· ἐλάνθανον δὲ διὰ τῆς αὐτῶν κακουργίας, δόξαν μὲν ὁδοποιοῦντες Χριστῷ· αἰσχύνην δὲ καὶ ὄλεθρον αἰώνιον ἑαυτοῖς περιποιούμενοι. A

consciverat; pontificesque ac scribas omnes ac deicidii scelus animaverat: tradebatque Pilatus innoxium, ac milites illudebant: exaltata denique cruce, justus cum sceleratis illi confixus fuerat: hincque adeo res ex animo impiis cedere videbatur, exstincto Jesu, ejus abrogata doctrina, dispersis discipulis. At imprudentes nequitia sua pravisque consiliis Christi gloriæ viam perstruebant, sibique ipsis probrum ac exitium æternum arcessebant.

Ὥσπερ οὖν πρὸ τοῦ Πνεύματος ταῦτα, οὕτω καὶ μετὰ τὸ Πνεῦμα, ἐπειδὴ τὸ ἔργον Ἰησοῦ πάλιν ἐν τοῖς ἀποστόλοις διὰ τοῦ Πνεύματος ἀνενεοῦτο, καὶ ὁ τῆς χάριτος λόγος ἐπαῤῥησιάζετο, καὶ τὸ μέγα θαῦμα τῆς ἀναστάσεως μεγαλοπρεπῶς ἀνεκηρύττετο. Οἱ πρὸ μικροῦ δὲ φυγάδες καὶ δεδιότες καὶ τρέμοντες, σὺν μεγάλῃ παῤῥησιαζόμενοι δυνάμει τὸ μαρτύριον ἀπεδίδουν τῷ Θεῷ· καὶ ὁ ἐπὶ τῇ Ὡραίᾳ τοῦ ἱεροῦ πύλῃ καθήμενος ἀνώρθωτο χωλὸς, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀνίστατο Ταβυθὰ, καὶ πᾶσα νόσος καὶ πᾶσα μαλακία οὐ προσευχῇ μόνον, καὶ χειρὸς ὁσίας ἁφῇ, ἀλλὰ καὶ τῇ σκιᾷ μόνῃ τῶν μαθητῶν ἐθεραπεύετο· καὶ πάντα συνόλως φάναι τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, καὶ μείζονα ὧν ἐκεῖνος πεποίηκεν, ὡς ἡ ἐπαγγελία, τῷ ὀνόματι τοῦ διδασκάλου κατειργάζοντο. Ἐπειδὴ οὖν ταῦτα τοῦτον ὡρᾶτο γινόμενα τὸν τρόπον, ἐκμαίνεται μὲν αὖθις ὁ τῶν φόνων πατὴρ· ἐκμαίνεται δὲ καὶ πᾶσα ἡ ὑπ' ἐκείνῳ στρατηγουμένη Συναγωγή· καὶ ἡ μάχαιρα στιλβοῦται, καὶ τείνεται τὸ τόξον, καὶ ῥομφαία καὶ πόλεμος ἐῤῥιπίζετο κατὰ τῆς Ἐκκλησίας. B

Quemadmodum igitur hæc ante Spiritum, sic et post Spiritum. Quod namque Jesu opus Spiritus munere in apostolis rursum instaurabatur, magnumque resurrectionis miraculum magnifice prædicabatur. Qui paulo ante profugi, pavidi, trementes erant, cum magna virtute palam loquentes testimonium Deo reddebant [10]. Qui ad portam Speciosam templi claudus sedebat, erectus; Tabitha a mortuis suscitata [10*]: morbus omnis et languor, nedum precibus ac sanctæ manus contactu, sed et sola discipulorum umbra curabatur. Atque ut summa dicam, cuncta Christi opera, quin et majora quam ille operatus erat (pro eo ac fuerat pollicitus) in magistri nomine fiebant [10**]. Quod itaque hæc eum in modum fieri cernebantur, furore rursus incenditur cædium auctor; accenditur et illi succenturiata omnis Synagoga. Vibratur gladius, arcus tenditur; romphæa suscitatur ac bellum adversus Ecclesiam conflatur.

Πρῶτον μὲν οὖν, παραγγελίαις, ἀπειλαῖς, φυλακαῖς, πληγαῖς, τοὺς ἱεροὺς τοῦ Λόγου θεολόγους οἰομένη φοβεῖν, ἀναστέλλειν αὐτῶν (ὦ τῆς ἀσεβείας! ὦ τῆς σκαιότητος!) ἐπειρᾶτο τὴν θεολογίαν. Ἐπεὶ δὲ τούτοις εἰς μάτην ᾐσθάνετο πονοῦσα· οὐ γὰρ μανίαις ἀφρόνων τὸ Θεῖον περιτρέπεται· οὐδὲ οἱ ἀληθεῖς τούτου ῥᾳδίως ὑπείκουσι συνήγοροι· οἷα δὲ ἄργυρος τῇ πυρώσει καθαιρόμενοι, εὐφωνοτέραν τῆς πίστεως οἴδασιν ἀποδιδόναι τὴν φθογγήν· διὰ τοῦτο τὴν συνήθη λοιπὸν εἰς ὑπόμνησιν εἵληφε μιαιφονίαν· καὶ δὴ ζήλῳ προφητοκτόνῳ διαθερμανθεῖσα, πρῶτον μὲν λίθοις κατέλευσε τὸν Στέφανον, οἷα δεκτὸν καλλιέρημα τοῦτον μιαιφόνοις ἱερουργοῦσα χερσὶν, τὴν ὑπὲρ τῶν θυομένων χριστοπρεπῶς ἀναφέροντα προσευχήν. C

Primum igitur, præceptis, minis, carceribus, plagis, sacros Verbi theologos se illa territurum existimans; ipsorum (o impietatem! o consilii malignitatem!) divinam inhibere doctrinam nitebatur. Ubi autem frustra se conari sensisset (non enim Dei consilium insipientium furore evertitur, nec facile cedant, qui illius veri patroni ac defensores exsistunt: sed sicut argentum igne depurgatum, sonoram magis fidei vocem reddere sueverunt). Idcirco consuetam animo repetit cædium vim ac sævitiam: atque adeo æmulatione, qua prophetas occiderat succensa, primum quidem lapidibus obrult Stephanum, tanquam scilicet placabilem hostiam cruentis manibus illum immolans, qui Christi exemplo pro immolantibus preces offerebat [11].

Γευσαμένη δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ αἵματος ἡ ἐναγὴς, καὶ ἡσθεῖσα κομιδῇ, οἷα ἐκείνη ἀεὶ τοῖς τοιούτοις ἐπιτερπομένη, ἐμελέτα μὲν πάντας, εἴ γε δυνατὸν, ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι διαχειρίσασθαι Στεφάνου, οὐκ εἶχεν δὲ ὅπως τὴν αὐτῆς μελέτην συντελέσαι, ὁρῶσα μὴ καθ' ἕνα τῷ λόγῳ τοὺς πιστεύοντας προστιθεμένους, ἀλλὰ κατὰ χιλίους τε καὶ μυρίους τὴν Ἐκκλησίαν διὰ τῶν προστατῶν τοῦ λόγου συγκροτουμένην καὶ πληθυνομένην. D

Gustu percepto apostolici sanguinis, scelestissima, eoque plurimum delectata, ut quæ cædibus semper gavisa esset, id serio cogitabat, ut si liceret, pari cum Stephano nece cunctos tolleret. Cum vero consilium implere non posset: quippe non singulos ad fidem ac doctrinam amplectendum accedere; sed millenis denisque millibus per verbi præsules pariter adjunctis, Ecclesiam conflari ac multiplicari videbat.

Τί οὖν ποιεῖ; ἆρα γὰρ ἡττήθη τῆς τῶν σημείων θεοπρεπότητος; ἆρ' ἔδεισε τὸν ὑπερηφάνοις ἀντιτασσόμενον, ταπεινοῖς δὲ χάριν ἐπιμετροῦντα; τὸν

Quid ergo facit? Num divinis signis victa concessit? operum novitate? splendore sermonum? Num eum timuit, qui superbis resistit et humilibus gra-

[10] Act. IV, 33; IX, 36. [10*] Act. III, 7; V, 15. [10**] Joan. XIV, 10. [11] Act. VI, 7.

Digitized by Google

tiam tribuit? Fortem illum in bellis, clarificatum in sanctis, mirabilem in majestate; cujus potentiæ documenta multa acceperat; atque a pugna cum Deo destitit? Minime gentium: sed sicut pridem Pilatum adiens, crucem ac mortem, Sodomorum Gomorrhæque clamoribus adversus Dei Verbum poposcerat, sic postea ab Herode ejus apostolorum necem, supplex flagitabat [12].

A κραταιὸν ἐν πολέμοις; τὸν δεδοξασμένον ἐν ἁγίοις, τὸν θαυμαστὸν ἐν δόξαις, οὗ πολλὰ τῆς δυνάμεως εἴληφεν ὑποδείγματα, καὶ τοῦ θεομαχεῖν ὑπανεχώρησεν; Οὐδαμῶς· ὥσπερ δὲ τῷ Πιλάτῳ προσιοῦσα πρώην, σταυρόν τε καὶ θάνατον ἐν κραυγαῖς Σοδόμων καὶ Γομόρρας κατὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου παρῃτεῖτο, οὕτω μετὰ ταῦτα τῷ Ἡρῴδῃ προσπίπτουσα, τὴν κατὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ κατελιπάρει σφαγήν.

Nulla, aiebat, *nulla, rex optime, genti tuæ salutis spes. Concidimus; periimus: periculo vertitur ne prorsus a facie discipulorum Jesu deficiamus ac intereamus. Non satis fuit, quod ille adhuc vivens post se plebem seduxit: sed qui eo familiarius usi, illius doctrinæ successerunt, nostram dementarunt gentem: duodecim tribus nostras perdiderunt: parum abest quin populum omnem allexerint. Defectionem a Cæsare docent; in majestatem tuam contumeliosi sunt; patriam legem evertunt. Neque id modo, verum etiam in ipsum Deum Patrum impii exsistunt, qui Jesum illum, qui crucifixus est, faciant Deum. Nisi igitur ocius, regum maxime, justam illis pœnam infixeris, conspicue rei malus exitus erit.*

Οὐδεμία, λέγουσα, *τῷ ἔθνει σου, κράτιστε βασιλεῦ, οὐδεμία σωτηρίας ἐλπίς. Διαπεπτώκαμεν, ἀπολώλαμεν. Κινδυνεύομεν οἰκήσεσθαι τέλεον καὶ διαφθαρήσεσθαι, ἀπὸ προσώπου τῶν μαθητῶν τοῦ Ἰησοῦ. Οὐκ ἀπέχρησεν ἐκεῖνος ἔτι ζῶν ὀπίσω αὐτοῦ τὸν λαὸν ὑποπλανᾶν· νῦν δὲ τὴν ἐκείνου διδαχὴν οἱ ὡμιληκότες αὐτῷ διαδεξάμενοι, ἐξέστησαν τὸ ἔθνος ἡμῶν· ἀπώλεσαν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν. Ὀλίγου δεῖν πάντας ἐπεσπάσαντο τοὺς λαούς. Ἀποστασίαν ἀπὸ Καίσαρος ἐκδιδάσκουσιν. Πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν ἐξυβρίζουσιν, τὸν πατρῷον ἀθετοῦσι νόμον. Καὶ οὐμόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τῶν πατέρων ἀσεβοῦσι Θεόν, τὸν ἐσταυρωμένον ἐκεῖνον θεοποιοῦντες Ἰησοῦν. Εἴπερ οὖν μὴ θᾶττον αὐτοῖς τὴν ἀξίαν δίκην, ὦ μέγιστε βασιλεῦ, ἐπιβαλεῖς, εἰς περίοπτον τὸ χρῆμα τοῦτο καταλήξει κακόν.*

B

Quid igitur vero simili conjectura dixisse Herodem putabimus? *Quid vero operæ pretium faciamus? Qui autem adversus tantam hominum turbam neci dandam procedentes, non majorem noxam malumque difficilius reddiderimus? At non adversus omnes penitus*, aiunt, *potentiam vestram exsuscitari hortamur. Nam præterquam quod res difficillima, neque forte Cæsari grata fore videatur; tantis scilicet cædibus civitatem pollui ac deformari: sed insignes ejus discipulos (sunt autem illi duodecim numero, quos et plebs omnis erroris magistros habet) hos, si duci jusseris, rex clarissime, tum Deum propitium habebis, tum omni genti pacatam vitam largieris; ejusque nos beneficii memores, gratias quam maximas habentes, debitam vicem rependemus.*

Τί οὖν διανοηθῶμεν Ἡρῴδην, ὡς εἰκὸς, φάναι; *Τί δὲ ποιητέον ἡμῖν; πῶς δὲ κατὰ τοσούτου πρὸς σφαγὰς ὄχλου χωροῦντες, οὐ μείζω τὴν βλάβην καὶ ἀργαλεώτερον ἀπεργασαίμεθα τὸ κακόν, Ἀλλ' οὐ κατὰ πάντων ἄρδην, φασὶ, τὸ ὑμέτερον κράτος διαναστῆναι παραινοῦμεν· καὶ γὰρ πρὸς τῷ δυσχερεῖ τοῦ πράγματος, οὐδ' αὐτῷ ἂν ἀρέσαι τῷ Καίσαρι τοσούτοις αἵμασι τὴν πόλιν μιαίνειν καὶ ἀχρειοῦν· τοὺς ἐπισήμους δὲ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν. Δώδεκα δὲ τὸν ἀριθμὸν οὗτοι, οἷς καὶ ὁ πᾶς ὄχλος ἑπόμενος ἀποπλανᾶται· τούτους, ὦ λαμπρότατε βασιλεῦ, εἰ ἀπαγάγοις, ἕξεις μὲν τὸν Θεὸν εὐμενῆ· ὅλῳ δὲ τῷ ἔθνει εἰρηναίαν ζωὴν χαριῇ· καὶ σοι τῆς εὐεργεσίας ταύτης μεγίστην εἰδότες χάριν, ἀξιόχρεων εἰσοίσομεν ἀμοιβήν.*

C

D

Mox igitur Herodes pessimo illo instinctus consilio, injustitiam parturiebat. Porro *concipit dolorem, et parit iniquitatem* [13]. Mandatum accipiunt milites, positisque cuniculis insidiæ struuntur. Jamque adeo discipulorum turba, ejus vexationis causa quæ sub Stephano facta erat, Hierosolymis relictis, perque alias extra urbes atque oppida alii alio dispersi, veritatis doctrinam secundo conatu prædicabant [14]. Magnus autem Jacobus, cum per universam Judæam et Galilæam, uti vere tonitrui filius, Dei Evangelium clarius intonuisset, Hierosolymitanam Ecclesiam invisurus iterum reversus est. Repente ergo militari manu corripitur, atque Herodis tribunali sistitur. Cumque atrocius injuriis petitus, probris complutus, verberibus exanimatus, etiam atque etiam juberetur omnino negare Christum; sin illi esse morte luendum: *Impossibile*, exclamavit, vi-

Ἅμα τοίνυν τῇ πονηρᾷ βουλῇ, καὶ Ἡρῴδης ὠδίνε τὴν ἀδικίαν. *Συλλαμβάνει δὲ πόνον, ἀνομίαν δὲ τίκτει*· καὶ οἱ στρατιῶται παρηγγέλλοντο, καὶ ὁ λόχος ἡτοιμάζετο, καὶ τὸ ἐνέδρον κατεσκευάζετο. Τὸ πλῆθος μὲν οὖν τῶν μαθητῶν, διὰ τὴν ἐπὶ τῷ Στεφάνῳ θλῖψιν, τὴν Ἱερουσαλὴμ καταλιπόντες, καὶ πρὸς τὰς ἔξω πόλεις καὶ κώμας ἄλλοι διασπαρέντες ἀλλαχοῦ, τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ἐκήρυκευοντο· Ἰάκωβος δὲ ὁ μέγας, ἐπειδὴ καθ' ὅλην τὴν Ἰουδαίαν τε καὶ Γαλιλαίαν, ὡς βροντῆς υἱὸς ἀληθῶς ὤν, τὸ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλιον ἐμβροντήσας γεγωνότερον, τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις αὖθις ἐπισκεψόμενος ἐκκλησίαν ἐπανῆγεν· συναρπάζεται μὲν ἐξαπίνης χειρὶ στρατιωτικῇ, τῷ Ἡρῴδου δὲ βήματι προσάγεται· ὃς καὶ ὕβρεσι βαλλόμενος, καὶ ὀνείδεσι πλυνόμενος, καὶ μάστιξιν ἐταζόμενος, καὶ παραγγελλόμενος παραγγελίᾳ παντάπασιν ἐξόμνυσθαι τὸν Χριστὸν, ἢ θάνα-

[12] Gen. xviii, 20. [13] Psal. vii, 15. [14] Act. viii, 1.

Digitized by Google

τον ἐτηρτῆσθαι τὴν ζημίαν, Ἀμήχανον, ἐξεβόησεν, ἄνδρα σώφρονος μετέχοντα λογισμοῦ, ἐλέσθαι μὲν ἐν συγκρίσει τὸν σκότον ὑπὲρ τὸ φῶς· θάνατον δὲ θέσθαι προτιμότερον τῆς ζωῆς. Ἀδυνατώτερον δὲ πολλῷ, τὸν ἐν συναισθήσει τῆς Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ θειότητος καὶ μακαριότητος γενόμενον, ἄλλο τι τῶν πάντων ἐκείνου σεβασμιώτερον, ἢ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης καὶ πίστεως ἀξιοθεώτερον ἡγήσασθαι.

A *rum qui sobria impartitus ratione sit, optione facta, tenebras luci anteferre; mortemque vita potiorem ducere: longe vero amplius abhorret ut sit possibile, eum, qui Jesu Christi Deitatis ac beatitudinis sensum fecerit, universorum aliud quidpiam illo sanctius, seu dilectione fideque in ipsum, dignius arbitrari.*

Οὔκουν ὃς γε πεπίστευκεν ἐκ Θεοῦ τε γενέσθαι τόδε τὸ πᾶν, καὶ παρ' αὐτοῦ δεδόσθαι προφήτας καὶ νόμον ἐν Ἰσραὴλ, τὸν ἀγαπητὸν δύναιτ' ἂν ἀρνεῖσθαι καὶ συμφυῆ καὶ μονογενῆ, δι' οὗ πάντα γέγονεν, ἃ τῆς δόξης πεποίηκε Πατὴρ, καὶ ἐν ᾧ συνέστηκε τὰ πάντα. Τοῦτο μόνον λυπηρὸν, B ὦ βασιλεῦ, τοῦτο θλίψεως ἡμῖν αἴτιον, ὅτι ἅπαξ μόνον, ἀλλ' οὐ μυριάκις ὑπὲρ τῆς Ἰησοῦ θεότητος καὶ δόξης ἀποθανεῖν δυνατόν.

Absit igitur, ut qui rerum hanc universitatem a Deo conditam credit, atque ab eo datos prophetas ac legem in Israele, dilectum, ejusdem ac ille naturæ et Unigenitum, per quem condita omnia, quæ Pater gloriæ condidit, et in quo constant omnia, unquam negare possit. Unum nobis, rex, hoc molestum; unum angit et excruciat, quod semel duntaxat, non millies pro Jesu Deitate atque gloria mori concessum sit.

Τούτοις τὸν μιαρώτατον ἐμβροντηθέντα καὶ μανέντα, παρευθὺ κελεῦσαι τοῦτον ἀπαγαγεῖν, καὶ τὴν πανολβίαν κάραν μαχαίρᾳ τεμεῖν. Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ ὁ τῆς ἀδικίας πυθμὴν, ὁ ὀδοποιὸς τοῦ Ἀντιχρίστου, ὁ τῆς ἀσεβείας πληρωτὴς, οὐ θαυμαστὸν εἰ τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐπιβαλὼν, τὸν δεξιὸν ἀνεῖλε τῆς Ἐκκλησίας ὀφθαλμόν· ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμασιώτερον, εἰ μὴ εἰς οἰκοδομὴν τοῦτο μείζω, καὶ νίκην αὐτῆς περιφανεστέραν ᾠκονόμητο· καὶ οὐδὲ τοῦτο τοσούτῳ θαυμαστὸν, ὅσον εἰ μὴ τοῖς Χριστοῦ διώκταις ἐντεῦθεν ἡ πανωλεθρία ἐπισείσεισται.

Hisce scelestissimus ille attonitus ac furens, confestim duci Jacobum jussit, ac beatissimum illius caput gladio abscindi. Neque id mirum, quod iniquitatis sentina imusque gurges, Antichristi præcursor, impietatis artifex; cum in apostolos misisset manus, dextrum Ecclesiæ sustulerit oculum: sed illud dignum admiratione, nisi in majorem id ædificationem ejusque ipsius illustriorem victoriam, dispensatum esset. Quin ne hoc quidem sic mirum, quam si hinc quoque Christi persecutoribus conflatum non esset exitium.

Ἰάκωβος μὲν οὖν ὁ μακαριώτατος, ὡς ἀρνίον ἄκακον, ὡς πρόβατον ἄμωμον, ὀπίσω τοῦ ἀμνοῦ τοῦ C Θεοῦ σφαγιασθεὶς, καὶ διὰ τοῦ ἀρχιερέως τοῦ μεγάλου θυσία ζῶσα, λογικὴ τε καὶ θελητὴ τῷ ζῶντι Θεῷ προσενεχθεῖσα, ἐπρέσβευσε μὲν ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων, ἐπρέσβευσε δὲ ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας· τοῖς μὲν, τὸ ἔργον εὐοδοῦσθαι τῆς ἀποστολῆς· τὴν δὲ, τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπαλλάττεσθαι μιαιφονίας· καὶ ῥήγνυσθαι μὲν τοὺς τῷ Εὐαγγελίῳ μαχομένους· λυτροῦσθαι δὲ τοὺς εὐδοκοῦντας αὐτῷ.

Ἀπόστητε τοίνυν πάσης δαιμόνων ματαιότητος, πάσης εἰδωλολατρείας, πάσης κακίας καὶ ἀνομίας τὴν ὀλέθριον ἀπορρίψατε συνήθειαν· τῷ νόμῳ δὲ τῆς πίστεως, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· C *τῷ νόμῳ τοῦ Πνεύματος τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ πολιτευόμενοι, ῥυσθήσεσθε μὲν ἀπὸ τῆς ἐρχομένης ἐξ οὐρανοῦ τοῖς ἀσεβέσιν ὀργῆς· ἀφθάρτου δὲ δόξης καὶ αἰωνίου καταξιωθήσεσθε ζωῆς. Ἵνα δὲ μὴ κενοῖς ῥήμασιν ἐξηπατῆσθαι νομίζητε παρ' ἡμῶν, προσάγετέ μοι τοὺς ἐν ὑμῖν λελωβημένους καὶ θεραπείας ἐπιδεομένους, ἵν' ἴδητε, ὡς οὐκ ἐν λόγῳ πρὸς ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει πολὺ μᾶλλον ἡ βασιλεία ἐγγίζει τοῦ Θεοῦ.*

Αὐτίκα τοίνυν ἦν ὁρᾷν ἐκεῖ, δαιμόνια λόγῳ τοῦ D *Θεολόγου μόνῳ τῶν δαιμονώντων δραπετεύοντα, χωλοὺς ἀνορθουμένους, τυφλοὺς φωτιζομένους, κωφοὺς ἀκούοντας, καὶ μογιλάλους τρανῶς λαλεῖν παιδευομένους. Ἦν ὁρᾷν διὰ προσευχῆς ἀνισταμένους νεκροὺς, καθαιρομένους λεπροὺς, καὶ πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν σώματος λώβην, ἁφῇ μόνῃ χειρὸς ὁσίας ἰωμένην. Καὶ πᾶσαν μὲν γοητικὴν τέχνην καὶ μαγικὴν, πᾶσαν δὲ κακοτεχνίαν καὶ δαιμονίων κακομηχανίαν, διὰ τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως καταργουμένην· πᾶσαν δὲ μυσταγωγίαν φωτιστικὴν καὶ καθαρτικὴν· πᾶσαν δὲ χάριν καὶ γνῶσιν τελετουργικὴν, καὶ θεουργικὴν, ταῖς καρδίαις ἐνεργουμένην τῶν πιστῶν. Ὅλον γὰρ τὸν Χριστὸν διὰ τοῦ Κυρίου Πνεύματος ὁ τοῦ Πνεύματος κράτιστος περιβεβλημένος οἰκονόμος, ἀπρόσιτα μὲν πανταχόθεν καὶ ἀνεπίβατα κατεσκεύαζε τῷ ἐχθρῷ· πᾶσαν δὲ ψυχὴν εὐθεῖαν καὶ ἀγαθοειδῆ διὰ τοῦ Πνεύματος παρακαλῶν, εἰς τὴν δι' αὐτὸν πρεσβευομένην ἀλήθειαν προσῳκειοῦτο.*

Digitized by Google

Οὕτως ὁ μέγας Ἥλιος τοῦ Εὐαγγελίου, οὐ τὴν προκαθεζομένην τῆς Ἀσίας μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἐφεξῆς χώραν καὶ πόλιν, τὸν εἰρημένον τύπον ἐπιὼν, κατήργει μὲν πᾶσαν δαιμόνων θυσίαν καὶ τελετήν· ποιμένας δὲ καὶ ἱερεῖς καθιστῶν, Ἐκκλησίας κατὰ τόπον ἵστη Χριστῷ. Κάλλιστα μὲν οὖν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ θαυμασιώτατα διακονούμενος· καὶ μεγάλῃ μὲν λόγων σοφίᾳ, μείζονι δὲ ἔργων δυνάμει· καὶ ἔτεσι δὲ πολλοῖς ἤδη τὴν Ἀσίαν πᾶσαν, καὶ πᾶσαν τὴν Ἑῴαν (17) φωτίζων Χριστῷ· καὶ θλίψεσι μὲν ὑπερβαλλούσαις ὅσαις ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου περιπεσών· μυρίας δὲ καὶ ἐπιβουλὰς τοῖς τοῦ ψεύδους ὑπασπισταῖς ὑποσχών· ἔτι μὴν καὶ ἐξορίαν κατὰ Πάτμον (18) τὴν νῆσον ὑπὸ

A In eum modum magnus Evangelii Sol, nedum urbem Asiæ principem, sed et omnem deinceps provinciam urbesque omnes et oppida, ex ejus, quam dicebam, normæ ratione, obiens, dæmonum sacrificia omnia ritusque abrogabat; pastoresque ac sacerdotes constituens, Ecclesias per loca Christo erigebat. Cum igitur optime eaque, quæ miraculum omne vinceret, sedulitate, Spiritui ministraret, ac magna quidem sermonum sapientia, majorique operum virtute : sed et annis jam multis Asiam omnem, omnemque orientem Christi cognitione imbueret, inque ærumnas nimium quantas Evangelii causa incidisset, innumerasque ab erroris antistitibus insidias sustinuisset, ad hæc etiam in

(17) *Καὶ πᾶσαν τὴν Ἑῴαν.* Quod ait Nicetas, præter Asiam omnem, etiam totum Orientem Christo illuminasse Joannem, favet card. Baronii sent. an. 44, n. 30, qui indubitatum habet ascendisse ad Parthos. ex titulo primæ ejus epistolæ, quæ olim ad Parthos inscripta legebatur. Id tamen rem mihi non conficit. Scripsit Paulus ad Romanos, cum necdum illos invisisset; scripsit et Jacobus Catholicam suam sic dispersis fratribus, quos non adierat, qui Judææ fines non excesserat. Quid ergo vetat Joannem tanti nominis apostolum, Judæis sic trans Euphratem remotis, quos Thomas invi- serat, et quorum multos Joannes Jerosolymis viderat, religionis causa eo accedentes, per suos Asianos et Ephesios mercatores scribere, atque ad concordiam mutuumque amorem hortari, ac in fide Jesu veri Messiæ et Christi, ex apostolico munere (ex quorum choro unus fere ipse restabat) illos confirmare? Hugo Grotius, cui ratum sit scriptam Joannis epistolam ad Parthos, auctoritate Augustini, quem laudat (cujus tamen locum indicare non potuit), docet eam esse causam, cur illa neque in fronte nomen titulumque apostoli habeat, neque in fine salutationes apostolici moris contineat, quod ad eos scripta, qui non essent Romani imperii, sed Parthorum, quibuscum litterarum illud commercium, si deprehensum esset, quantumvis innocens, poterat grave aliquod damnum creare. Locus Augustini quo meminerit hujus tituli, nullus exstat : solum meminit Possid. in Indiculo, *De epistola Joannis ad Parthos, sermones decem.* At quantum hoc sit singulare, ut verus titulus haberi possit? Videatur potius ea generalitate scripta, qua aliæ Catholicæ Petri et Jacobi. Potuit et nomen reticere beatus Joannes, siquidem in Patmo insula paulo ante excidium Jerosolymitanum scripsit, ne in se magis Domitiani iram accenderet; apud quem jam offenderat, et in insulam deportatus erat. Porro argumentum perinde Palæstinis Judæis congruit ac Parthicis, sive aliis remotioribus, apud quos Joannes plurimum poterat : quod erga illos, et quoad legalia fere iis indulgentior erat, ut sic Christo eos adjungeret; ut patet ex illis, quæ ritus pene Judaici in Asia diu viguerunt ex illius traditione, extra Petri Paulique Romæ ἀκρίβειαν. Joannis apostolatum ad Parthos aliasque remotiores nationes, nulli veterum agnoverunt, nec ipsi apocryphi, et qui adeo liberales sunt apostolorum περιόδοις. Nec inventa nuper Patribus Societatis monumenta, *ulteriores Orientis partes et ad Indos usque penetrasse, et Bassoras Christiana fide imbuisse*, facile nobis persuadeant, qui paulo duriores simus ad fidem, quam ill. annalium pater, et quos non lateat serio probanda istiusmodi monumenta, quod sic prona hominum ingenia, ut suas origines tam alte arcessant. Potuerunt eo penetrare aliqui Joannis discipuli, ac magistri inferre monumenta, quæ ipse indigenis

B creditus sit posuisse, dum vel sibi blandiuntur, vel per alium illis obrepit, quod sic existimant: velut fere Galliis nostris idem beatissimus apostolus per suos suppetias ivit, vel etiam per discipulorum suorum discipulos, qui præcipui nobis apostoli fuerunt. Mirum quanta hic quoque novi βιογράφοι, quorum deberet esse major diligentia, inepte congerant et laudent; quibus certe pro scribendis exercendus illis stylus, non augendus. Scatet ejusmodi, qui in omnium manibus versatur, P. Ribadeneira : possetque majori utilitate legi, si cuncta satis elimata haberet, et quantum patitur lubricitas ipsa historiæ, præsertim in vitis sanctorum, quibus fœdandis potius quam ornandis, portentosa multa confingendo, multi veterum pauloque superioris ævi insudasse videntur. Quod merito deplorat, ipse veri amans noster Melchior Canus in *Locis* suis. Exemplo sit, quod unum vir tantus velut singulare et maximum miraculum, sibi referendum putavit, in Magdalena nostra Phocensi et C Sammaximianensi, nihilque dubium : nempe liberatio Caroli secundi, Provinciæ comitis, ex regis Aragonum carcere, ejusque momento translatio in suæ ditionis loca, Magdalenæ numine : velut fere Habacuc ex Judæa Babylonem ad Danielem ab angelo translatus est : quod merum figmentum, certis omnibus monumentis adversum, nec ullis antiquis et æqualibus proditum, vel etiam apostolicis diplomatibus, quibus regum rogatu, amplissima episcopalis jurisdictio in oppidanos priori ejus conventus seu illius præfecto, sancte indulta tot annos, et ab ipsa origine, seu a translatione a Cassianitis ad nostros Prædicatores constiterat, donec nuper ex regulis sanctæ synodi Tridentinæ, senatus Parisiensis decreto, em. card. Grimaldi, archiepiscopus Aquensis, eam ad se parochiam plebemque reduxit; servato duntaxat nostris parochi seu curionis nomine atque onere : quo ipso præstaret liberatos esse, si populo sua esset ecclesia, in qua D cum suo parocho ei liceret suas collectas agere. Nicetas, quod πᾶσαν τὴν Ἑῴαν, *omnem Orientem* dicit illustrasse Joannem, loca alia intelligat Asiæ stricte dictæ vicina, et quæ ipsa τῆς Ἀνατολῆς essent : vel alia ei fuerant afferenda monumenta.

(18) *Ἐξορίαν κατὰ Πάτμον.* Hujus Joannis exsilii Domitiano principe, quo Nerva imperatore solutus, Ephesum redierit, scriptores omnes ecclesiastici meminere : per cujus exsilii otium aliquod sanctus apostolus et Apocalypsim vidit, et Evangelium conscripsit, posteaque Ephesi in Asiæ theatro et philosophorum communi quasi lycæo promulgavit : in quam rem memini multa scripsisse in mea Hippolyti Synopsi, eamque veterum communem sententiam contra ill. annalium patrem serio ostendisse. Græci in Menæis (quæ ex Prochoro, aliis tamen consona acceperint) : Πάντων δὲ τῶν τὴν νῆσον ἐποικούντων πειθηνίων τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι γενομένων· καὶ τῷ Χριστῷ διὰ τῆς πίστεως προσελ-

Digitized by Google

insulam Patmon ab iniquis principibus exsilio relegatus esset; quod vir beatissimus coarctari se vi- A

βασιλέων ἀδίκων κατακριθεὶς, ἐπειδὴ συνεχόμενον ἑαυτὸν ὁ μακαριώτατος ἔωρα, καὶ τὴν πρὸς τὸν

θόντων, ὡς μηδένα σχεδὸν ἀπολειφθῆναι, κοινὴ παρὰ πάντων πρὸς τὸν ἀπόστολον παράκλησις γίνεται· ἐγγράφως τούτοις ἅπαν ἐκθέσθαι τὸ σωτήριον κήρυγμα. Ὧν τὸν πόθον ἀποδεξάμενος, πείθεται τῇ αὐτῶν παρακλήσει· καὶ εἷς τι μετὰ τοῦ μαθητοῦ Πρόχωρου ὄρος γενόμενος, τρεῖς ἡμέρας διῆγεν ἐν αὐτῷ ἄσιτος, δεόμενος τοῦ Θεοῦ περὶ τούτου· καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας, ἀστραπῆς γενομένης μεγάλης καὶ βροντῆς, ὥστε σαλευθῆναι τὸ ὄρος, ἔπεσεν ὁ Πρόχωρος ἐπὶ γῆς, καὶ γέγονεν ὡσεὶ νεκρός. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀναστήσας αὐτὸν καὶ καθίσας ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἤρξατο λέγειν, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » κ. τ. ἑ. Καὶ συμπεράνας τὸ ἱερώτατον καὶ πάνσεπτον Εὐαγγέλιον, παρέδωκε τοῦτο αὐτοῖς· κακεῖθεν εἰς ἅπαντα διεδόθη τὰ τοῦ κόσμου πέρατα. *Cumque omnes insulares obsequentem animum evangelicæ prædicationi accommodassent, ac Christo per fidem accessissent, vixque aliquis desideraretur, communis ab omnibus supplicatio apostolo defertur, ut salutarem omnem prædicationem scripto illis ederet. Quorum ille laudato desiderio, ipsorum postulationi morem gerit; veniensque in montem cum discipulo Prochoro, tres ibi dies jejunus agit, ejus rei gratia Deum orans. Quibus exactis, ingenti fulgetro atque tonitruo edito, ut et mons quateretur, Prochorus in terram procidit, et factus est quasi mortuus. Tum Joannes illo erecto, atque a dextris sedere jusso, sublatisque in cœlum oculis, cœpit dicere,* « *In principio erat Verbum.* » etc. *Absolutoque sacratissimo omnique veneratione habendo Evangelio, illis tradidit; indeque in omnes mundi fines pervasit.* Quæ ipsa nihil pugnant cum illis quæ refert Euseb. lib. III, c. 24, ad scribendum Evangelium accessisse, ut suppleret quæ in aliis tribus desiderari animadverterat, de priore Domini prædicatione et ante Joannis carcerem, a quo alii suam prosequuntur narrationem; at neque relatis ab Hieronymo in Catalogo, scripsisse rogatu episcoporum Asiæ adversus Cerinthum aliosque hæreticos, ac maxime Ebionitarum dogma consurgens: nempe agnoscebant Asiani episcopi Patrem suum atque magistrum et in Patmo exsulem; facileque erat ad eum scribere, hocque illum rogare, quod præsertim tanto ejus senio, vel etiam Domitiani novo edicto, sibi Joannem ereptum iri formidarent, qui unus, qua pollebat in Ecclesia auctoritate, par videri poterat tuendæ Christi divinitati, sic Judæis ac Judaizantibus hæreticis ignotæ.

Nihil Nicetas meminit Joannis martyrii, et quod in dolium olei ferventis missus a Domitiano, divino miraculo servatus sit, uti nec Menæa: multis tamen Prochorus rem prosequitur, qui et ipsam Romæ gestam tradit, quo a proconsule illius jussu Joannes adductus fuerat. Accedit gravis testis Tertullianus *De præscript. hæret.* ubi sic Romanam Ecclesiam deprædicat. *Ista quam felix Ecclesia! cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt; ubi Petrus passioni Domini adæquatur, ubi Paulus Joannis exitu coronatur, ubi apostolus Joannes, posteaquam in ollam igneam demersus nihil passus est, in insulam relegatur.* Unus Tertullianus est, ex quo, exceptis apocryphis, istud nobis de Joannis Romæ martyrio Ecclesia acceperit: nam et Hieronymus illius vestigia premit unumque illum sequitur et laudat auctorem, l. I *Contra Jovin.* et Matth. XX. Eusebius enim, quem citat Baron. in not. ὁ Maii ex l. III *Evang. Demonst.*, c 7, nihil ejusmodi habet; cujus hæc una verba sunt: Καὶ Πέτρος δὲ ἐπὶ Ῥώμης κατὰ κεφαλῆς σταυροῦται, Παῦλός τε ἀποτέμνεται· Ἰωάννης τε νήσῳ παραδίδοται. *Petrus Romæ capite in terram verso cruci affigitur; Paulo vero caput abscinditur, et Joannes in insulam relegatur.* Quod de Joanne sic Romæ potius quam alio

quovis loco constituto, vel Roma in insulam deportato intelligendum, nemo sane ex illis verbis habere possit: quodque non habuerunt Græci, latueritque eos illa Tertullïani auctoritas, vel non satis momenti habere putaverunt, nec Joannis illius martyrii unquam meminerunt. Sane nullus est Eusebius, ut ibi Romam potius quam ullam aliam urbem laudet, sed solum celebrat apostolorum in Christum fidem et amoris constantiam per tot ardua, mortesque ipsas, et quæ pares morti haberentur Romanis legibus, in insulas deportationes. Prochorus, nullius fidei auctor, in suam trahere sententiam non potuit: at neque Abdias Babylonius, qui rem non Romæ, sed Ephesi contigisse contendit: nec a Domitiano, sed a proconsule id supplicii Joanni irrogatum tradit; carpitque vulgator marginali sua annotatiuncula Perionium, qui id Romæ factum in Joanne suo scripserit. Nolim detrahere Romanæ pietati, aut monumenta convellere, si qua satis certa exstant rei illic gestæ. Mirum tamen videri potest, tanti apostoli Romam profectionem et martyrium, sic apud reliquos veteres in obscurum abiisse. Euseb. l. III, c. 18, quasi nullum haberet laudandum auctorem, ipsius exsilii testem, sic quasi ex fama refert: Ἐν τούτῳ κατέχει λόγος, τὸν ἀπόστολον ἅμα καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, ἔτι τῷ βίῳ ἐνδιατρίβοντα, τῆς εἰς τὸν θεῖον Λόγον ἕνεκεν μαρτυρίας Πάτμον οἰκεῖν καταδικασθῆναι τὴν νῆσον. *In hac persecutione* [Domitiani] *Joannes apostolus idem et evangelista, qui etiam tum in vivis supererat, ob testimonium quod divino Verbo perhibebat, in insulam Patmum traditur relegatus.* Rei luculentior testis Hippolytus, quem et Græci in Menæis referunt paulo brevius, quam a me editus sit, etsi eadem sententia: Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου, κηρύσσων ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸν λόγον, ἐξωρίσθη ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, κἀκεῖθεν πάλιν εἰς Ἔφεσον ἐκ τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς ὑπὸ Νερούα, τελευτᾷ ἐκεῖσε, οὗ τὸ λείψανον παρὰ τῶν ἐποίκων τῆς πόλεως πιστῶν ζητηθὲν, οὐχ εὑρέθη. *Joannes Jacobi frater prædicans verbum in Asia, relegatus est in Patmum insulam, indeque rursus revocatus ab exsilio Ephesum, Nerva imperatore, illic moritur. Cujus corpus a civibus fidelibus quæsitum, non est inventum.* Quæ sunt fere reliqua quæ Nicetas prosequitur, de ejus vera morte et translatione, sive suscitatus est, jamque corpore et animo beatus est, ut habet pia opinio de beatissima Virgine, sive quovis alio modo placuit eum honorare; quam opinionem urget auctor Synaxarii, ac multis Chrysostomi locis probat; exque Cæsario, Gregorii Theologi fratre, explicationem illius Joan. XX: *Si eum volo manere, quid ad te?* affert, qua ostendat eum locum nihil eis favere, qui existiment Joannem vivere in carne mortali. Quod tamen existimavit Ephremius Theopolitanus episcopus apud Photium, itemque Theophanes in quodam modulo εἰς τὴν Λιτήν· Τὴν τῶν ἀποστόλων ακρότητα, τῆς θεολογίας τὴν σάλπιγγα, τὸν πνευματικὸν στρατηγόν· τὸν τὴν οἰκουμένην Θεῷ καθοποτάξαντα, δεῦτε, οἱ πιστοὶ, μακαρίσωμεν Ἰωάννην τὸν ἀοίδιμον, ἐκ γῆς μεθιστάμενον καὶ γῆς οὐκ ἀφιστάμενον, ἀλλὰ ζῶντα καὶ μένοντα τὴν φοβερὰν τοῦ Δεσπότου δευτέραν ἔλευσιν. *Apostolorum verticem, theologiæ tubam, spiritalem belli ducem, eum, qui Deo subjecit orbem, Joannem inclytum, venite, fideles, beatum prædicemus; qui a terra migravit, nec a terra abscessit; sed vivit atque exspectat secundum tremendum adventum Domini.* Exstat in eam rem oratio Georgii Trapezuntii in Germanorum *Orthodoxogr.*, quamvis a communi sententia Joannis vere mortui minime recedendum sit.

B

C

D

Digitized by Google

Κύριον εἴσοδον ἐγγίζουσαν· συνιδὼν δὲ καὶ τὸν χρόνον ὡς δεινότατον ὄντα λήθης βυθοῖς ἀμαυροῦν τὰ καλὰ, κινεῖται μὲν ἀγαθοειδῶς, τὸ τῆς αὐτοαγαθότητος ἔσοπτρον, ὑπὲρ τῆς ἱερᾶς τοῦ Εὐαγγελίου γραφῆς· κινεῖται δὲ πρὸς ἔρωτα θεολογίας ὑπερφυοῦς, ὑπό τε τοῦ ἐνοικοῦντος Θεοῦ Λόγου, καὶ τῶν πιστοτάτων τῆς Ἐκκλησίας λιπαρούμενος.

A deret, ac in proximo esse ut ad Dominum ingrederetur; intelligensque vim maximam temporis esse, ad ea quæ bona ac honesta sunt, oblivionis alto gurgite mergenda ac abolenda, incitatur, qua imbutus erat, boni indole, qui ipsius vere bonitatis speculum esset, ad conscribendum sanctum Evangelium, inardescitque in eximiæ theologiæ amorem, tum Dei Verbi inhabitantis instinctu, tum eorum qui fidelissimi in Ecclesia erant, precibus atque rogatu.

Ἐντυχὼν δὲ τοῖς πρὸ αὐτοῦ τρισὶν Εὐαγγελίοις, καὶ περὶ τῷ σωματικῷ τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον προσησχολημένην αὐτῶν τὴν διήγησιν ἰδὼν, αὐτὸς τοῖς ὑψηλοτέροις τῶν λόγων καὶ θειοτέροις ἐπεκτείνεται. Καὶ πᾶσαν μὲν τὴν ὁρωμένην κτίσιν ἀφεὶς· πᾶσαν δὲ τὴν νοητὴν καὶ ὑπερκόσμιον ὀξύτητι νοῦ καθαρωτάτου διὰ τοῦ Πνεύματος ὑπεραναβάς· καὶ τὰ Χερουβεὶμ λιπὼν, καὶ τὰ Σεραφεὶμ παρελθὼν, ἀκραιφνῶς αὐτῷ καὶ ἀμέσως ἐγγίζει τῷ ἀγαπητῷ· κἀκεῖ δὴ νοερῶς, καὶ κρειττόνως ἢ πρώην τὸ νοερώτατον στῆθος, τῷ θεαρχικωτάτῳ προσερείσας, καὶ οὗς εὐσύνετον τῷ τῆς Σοφίας αὐτῆς στόματι παραβαλὼν, οἷά τινα πηγὴν ζῶσαν ἐκεῖθεν ὑψηλῆς ἀνεστόμωσε καὶ θεωτικῆς θεολογίας.

B

Lectis vero, quæ illo priora conscripta erant tribus Evangeliis, animadversoque magis in eo versatos esse, ut ea quæ spectarent ad Dominicum corpus, enarrarent, sublimioribus ipse divinioribusque sermonibus animum intendit: omnique rerum in aspectum cadentium natura omissa, earumque quæ mente intelliguntur ac supermundanæ sunt, purissimæ mentis acumine per spiritum superata substantia; relictisque Cherubin et Seraphin prætergressus, ipsi sincere ac immediate prædilecto jungitur: illicque mentis intelligentia præstantioreque ac pridem ratione, intelligentia solertissimum pectus divinissimo pectori illidens, osque sagacissimum ipsius ori Sapientiæ admovens, velut quemdam illinc vivum sublimis ac deificæ theologiæ fontem reseravit.

Ἧς ἐν προοιμίοις, θεολογεῖ μὲν τοῦ Λόγου τὴν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ προάναρχον ὑπερούσιον συνύπαρξιν. Θεολογεῖ δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν σάρκωσιν, ἐν ὀλίγοις καὶ θεοφθόγγοις ῥήμασιν πᾶσαν ὑψηλῶς καὶ μεγαλοφυῶς ὥσπερ ἐξ οὐρανοῦ σαλπίσας τὴν περὶ αὐτοῦ θεηγορίαν. Εἶτα, ὑπομιμνήσκεται μὲν ἐν τῷ Πνεύματι, τῶν τε λόγων Χριστοῦ καὶ τῶν ἔργων τὰ ὑψηλότατά τε καὶ παραδοξότατα, ὅσα τοὺς πρὸ αὐτοῦ παραλιπεῖν εὐαγγελιστάς. Καὶ πάντα θεσπεσίοις ἱερολογίαις ἀνατεταχὼς, καὶ πάντα Θεοῦ φωναῖς συντετελεκὼς, καὶ *ἐν δικαιοσύνῃ* (κατὰ Ἡσαΐαν) *συντετμηκὼς*, εἰς τὰ πέρατα τοῦτο δὴ τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον ἐβρόντησε τῆς γῆς· πάσης ἤδη φανείσης ἢ φανησομένης αἱρέσεως ἐξαναλωτικὴν καὶ πρηστῆριον ἀστραπήν· πάσης δὲ θεογνωσίας καὶ θεολογίας ὅρον ἀληθείας, καὶ ἀπαρεγχείρητον γνώμονα διαθέμενος· καὶ τοῦτο τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ καινὴν διαθήκην ἐκ στόματος γραφεῖσαν παραδοὺς τοῦ Χριστοῦ· τοσούτῳ τῆς ἐν πλαξὶ πάλαι τῷ Μωσεῖ γεγραμμένης σεβασμιωτέραν τε καὶ θεοπρεπεστέραν, ὅσῳ τὴν παλαιὰν μὲν ἡ καινὴ, τὸν νόμον δὲ τοῦ γράμματος ὁ τοῦ πνεύματος καὶ τῆς ἀληθείας παρευδοκιμεῖ. Καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

C

D

Ejus exordio, Verbi in principio apud Patrem prææternamque supersubstantialem coexsistentiam pro Theologi partibus tradit: tradit vero etiam ejus incarnationem, paucis divinisque vocibus, omnem quæ de illo est, sublimi ac magnifico præconio velut tubæ clangore exsecutus divinam prædicationem. Tumque commentatur in Spiritu conscribitque, Christi tum doctrinarum tum operum præcelsissima summeque admiranda et nova, aliis fere evangelistis omissa. Cumque divinis cuncta sermonibus conscripsisset, Deique vocibus omnia absolvisset, atque *in justitia* (ut Isaias loquitur) *abbreviasset*[35], hoc a se conscriptum Evangelium in orbis fines detonuit: fulgur nimirum ignitumque ejusmodi turbinem, ut consumendo sit ac incendendo, quidquid demum hæreseon exstitit unquam, autve exsistet; omnisque fidei ac theologiæ, veritatis terminum normamque inviolabilem statuens; atque hoc universæ Christi Ecclesiæ novum fœdus ex Christi exceptum ore, tradens: tanto scilicet scripto olim Mosi in tabulis majorem habens venerationem, diviniusque, quanto novum veteri, lexque spiritus et veritatis, legi litteræ præcellit. Atque hæc hactenus.

Ἐπεὶ δὲ τὴν τοῦ Πνεύματος διακονίαν καὶ ἱερουργίαν τοῦ Εὐαγγελίου, τὸ ἔργον τῆς ὑψηλῆς ἀποστολῆς, ὡς πιστὸς τῷ ὄντι καὶ φρόνιμος οἰκονόμος τετελεωκὼς, καὶ εἰς πλοῦν ἤδη γῆρας ἐληλακὼς, ἐπόθει τὴν ἀνάλυσιν, κρεῖττον δὲ φάναι, τοῦ σώματος τὴν ἐπὶ τὸ ἄφθαρτον μετασχημάτισιν· ἀεὶ γὰρ καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν ἐν οὐρανοῖς συνηνωμένος Χριστῷ, τὸ σῶμα μόνον καὶ τὸ ὁρώμενον ἦν ἐπὶ γῆς.

Quia vero Spiritus ministerio Evangeliique functione (sublimi scilicet apostolici munii opere) consummato, tanquam revera fidelis ac prudens dispensator, ac qui in pinguem jam senectutem evaserat, dissolvi cupiebat[36], sive, ut melius loquar, corporis corruptionem incorruptione mutare (semper enim animo mentisque cogitatione Christo in cœlis conjunctus, solo corpore parteque sui oculis conspicua, in terra versabatur).

[35] Isa. xx, 25. [36] Philipp. i, 23.

Digitized by Google

Quia igitur consummationis dies aderat, assumptis vir beatus discipulorum fidelissimis, ac tantisper Epheso progressus, collemque assecutus, sepulcrum foderę præcepit. Tumque oculis in Deum levatis manibusque in cœlum extensis, totus palam extra se, precibusque Deo excedens erat. Ubi autem orandi finem fecerat, ad astantes conversus, illisque divinorum mysteriorum explanationibus præclarisque hortamentis ac documentis ad virtutem facientibus rite compositis, intra fossam mox subit, et in ea decumbit; obductoque asseribus sepulcro, cum in crastinum venissent, pro eo ac jussi erant, amotisque asseribus (o rem miram!), ipso minime invento, qui palam ad Deum concessisset, translationis ejus seu resurrectionis certo vestigio, vestes offenderunt.

Non enim par est, ut velut Eliam, mortali eum corpore adhuc vivere existimemus (*Non enim dixit ei Jesus*, inquit, *Quia non moritur* [36]), neque ut reliquorum defunctorum more eum diem extremum exspectare dicamus: sed cum virginale illud sanctumque tabernaculum tantisper reliquisset, ad eum ingressus qui cœlis excelsior est, ac quantum necesse videbatur ut mortis periculum faceret, vera statim in Christo vita apprehensa, munus hoc, ac velut singulare excellentis dilectionis præmium nactus est, ut et corporea corruptione immunem vitam ageret; ac Deiparæ Matri in superno

[36] Joan. XXI, 22.

(19) *Κατὰ τὸν ἄνω παράδεισον*. Supernum ac cœlestem paradisum, quem jam unus cum Maria Joannes etiam corpore inhabitet, nullus alius exponi possit, quam qui nobis cum cœlestibus virtutibus præmio tandem promissus est, et a secunda resurrectione, quam sic benignissimus Dominus in Matre sua et dilecto discipulo occupaverit. Nec enim terrenum aliquem paradisum exspectat fides nostra, sed in quem Jesus per sanguinem suum intravit, et quem nobis aperuit, id est cœlum. Ejusdem sententiæ videtur auctor Canonis, ode 8, strophe 2, in qua sic canit: Σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ νοῦν κεκαθαρμένος, εὐηγγελίσω τὸ οὐράνιον Χριστοῦ Εὐαγγέλιον· καὶ ἄγγελος ὁμοδίαιτος ἐν οὐρανοῖς γενόμενος κράζεις νῦν, Εὐλογεῖτε. *Corpore et animo menteque purus, cœleste Christi Evangelium annuntiasti: angelisque in cœlis contubernalis factus, clamas nunc, Benedicite;* quanquam de sola animæ angelis socia in cœlis vita, exponi potest. Exstant vero passim in Menæis antiqua ejus fidei indicia (quoad sanctorum animas jam Deo fruentes, et cum Deo in cœlis versantes) a qua fere moderni Græci abhorrent; etsi nuper in concilio Florentino inter dogmata, id illis oblatum est. Sanctæ Mariæ laudatores ejusque dormitionis, Andreas Cretensis et alii, eodem modo loquuntur de illius corpusculo, sic post, brevi quasi somno, degustatam mortem, translatione honoratum; quanquam Andreas incertus est, quid factum sit sanctissimo illo corpusculo, et an vere animæ unitum, vitaque dotatum, qualis futura exspectatur post extremum judicium, vel aliter humanis oculis subtractum, et in divinis thesauris, pro eo ac Dei Parentem decebat, repositum: potiorique ratione id de Joanne dicendum, cujus non inventum corpus, ut nec Mosis: unumque hoc ex historia de illo nobis compertum; reliqua, piæ in Joannem meditationis commenta sunt. Apocrypha in Mariæ dormitionem plura sunt, Joannis

A Ἐπειδὴ οὖν ἡ ἡμέρα τῆς τελειώσεως παρῆν, παραλαμβάνει μὲν ὁ μακάριος τοὺς πιστοτάτους τῶν μαθητῶν, μικρὸν δὲ τῆς Ἐφέσου προελθών, καὶ γεωλόφῳ τινὶ προσβάς, τάφον ὀρύξειν ἐνετείλατο· ὁ δὲ τὸ ὄμμα πρὸς Κύριον καὶ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατετακὼς, ὅλος ἦν ἐκδεδημηκὼς ὅλος, καὶ ταῖς προσευχαῖς ἐξεστηκὼς τῷ Θεῷ. Ἐπεὶ δὲ κατέπαυσεν, ἐπιστραφεὶς, καὶ θείων ἐκφαντορίαις μυστηρίων, καὶ παραινέσεσι καλλίσταις καὶ νουθεσίαις ἐναρέτοις τοὺς παρόντας αὐτῷ καταρτισάμενος, εἴσεισιν ἔνδον τοῦ ὀρύγματος εὐθὺς, ἀνακλίνεται δέ· οἱ δὲ καλύπτουσι μὲν τὸν τάφον πλαξὶ, τῇ ἑξῆς δὲ κατὰ τὴν ἐντολὴν παραγενόμενοι, καὶ τὰς πλάκας ἀφελόμενοι (ὢ τῶν θαυμασίων!) αὐτὸν μὲν εὑρίσκουσιν οὐδαμῶς, σαφῶς ἐνδεδημηκότα
B πρὸς τὸν Θεόν. Μαρτύριον δὲ τῆς μεταστάσεως, εἴτ' οὖν ἀναστάσεως αὐτοῦ, τὰ ἱμάτια κατείληπται.

Οὔτε οὖν ἐν θνητῷ σώματι ζῆν αὐτὸν ἔτι καθάπερ Ἠλίαν προσῆκεν ὑπονοεῖν. *Οὐ γὰρ εἶπεν αὐτῷ*, φησὶν, *ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει*· οὔτε καθ' ὁμοιότητα τῶν ἄλλων θανεῖν, τὴν ἐσχάτην ἡμέραν ὑπομένοντα· ἀλλὰ τὸ παρθενικὸν ἐκεῖνο σκῆνος καὶ ἅγιον, τῇ πρὸς τὸν ὑπερουράνιον εἰσόδῳ τοσοῦτον λιπὼν, ὅσον θανάτου πεῖραν λαβεῖν· εὐθὺς δὲ τῆς ἀληθινῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς καταδραξάμενος, τοῦτο δῶρον καὶ οἷόν τι γέρας ἐξαίρετον τῆς καθ' ὑπερβολὴν εἴληφεν ἀγάπης, τὸ καὶ τῷ σώματι ζῆσαι τὴν ἄφθαρτον ζωήν· καὶ τῇ Θεοτόκῳ, οἷα μητρὶ κατὰ τὸν ἄνω παράδεισον (19) ἐν ἀγαλλιάσει συνοικεῖν·

C Theologi, Joannis Thessal., ipsa Melitonis, quæ una produxi, etsi nec alia deerant, quod in his alii præivissent, nulliusque frugis omnia existimarem.

Unum Nicetæ omissum, de Joannis manna, ut vocant, seu de pulvere ex sancto illo ejus depositionis sepulcro scaturiente; cujus annuum festum colunt Græci die octava Maii, quod illo potissimum die hoc miraculum contingeret; velut fere in sancto Hyacintho Amastrensi quem nuper produxi eodem Niceta laudatore; non sicut in sancto nostro Raymundo, in quo miraculum juge est; ac, sin eruptio pulveris, ejus tamen copia, quotiescunque iis quorum id curæ est (fratres nostri Barcinone) ex sacro tumulo extrahere velint, ut piæ fidelium devotioni fiat satis, et ad illum rogantibus in omnes orbis Christiani oras, aliquot jam sæculis affatim transmittendum; quo sane, velut et illo Joannis Theologi, morbi innumerabiles curantur. Synaxa-
D rium ita exprimit. Ὁ πανάγαθος Θεὸς καὶ φιλάνθρωπος Κύριος ἡμῶν, οὐ μόνον τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ προθύμως ἀγωνισαμένους ἁγίους αὐτοῦ μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, προφήτας καὶ μάρτυρας, καὶ πάντας τοὺς εὐαρεστήσαντας αὐτῷ, βασιλείας οὐρανῶν καὶ τῶν αἰωνίων ἠξίωσεν ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς διέπρεψαν καὶ ἐτάφησαν, πλήρεις χαρίτων ὑποδείξας, πολλοῖς ἐλάμπρυνε θαύμασι. Καὶ γὰρ ὁ τάφος, ἐν ᾧ ὁ μέγας ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ὁ Θεολόγος μέλλων μετατεθῆναι ἐτάφη, κόνιν ἁγίαν, ἣν οἱ ἐγχώριοι μάννα μετονομάζουσιν, ἐπινεύσει Πνεύματος ἁγίου κατὰ τὴν ὀγδόην τοῦ Μαΐου μηνὸς ἐτησίως ἐξαίφνης ἀναβρύει καὶ ἀναδίδωσιν· ἣν οἱ προσερχόμενοι λαμβάνοντες, χρῶνται εἰς παντοίων παθῶν ἀπολύτρωσιν, εἰς θεραπείαν ψυχῶν, εἰς ῥῶσιν σώματος, Θεὸν δοξολογοῦντες, καὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα Ἰωάννην γεραίροντες. *Benignissimus Deus ac clementissimus Dominus noster, non solum qui pro illo fortiter dimicaverunt, sanctos*

Digitized by Google

καὶ οὕτω μένειν αὐτὸν οἶμαι πιστέον, κατὰ τὴν εὐ- A atque cœlesti paradiso in exsultatione contubernalis esset. Sicque arbitror existimandum, quod juxta Evangelicam sententiam, Domini exspectat adventum.

αγγελικὴν ῥῆσιν, τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν.

Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενοι, καὶ τὸ ἀνέφικτον ὕψος τῆς Ἰωάννου θεότητος καὶ μεγαλοπρεπείας ὑπερεκπλαγέντες, καὶ τὴν ἀσύγκριτον τῆς ἁγιότητος ἐκθαυμάσαντες ὑπερβολὴν, τῷ ἀπροσίτῳ τῶν ὕμνων ἀναγκαζόμεθα σιγᾷν. Μικρὰ γοῦν ὅμως τὴν ἠγαπημένην Θεῷ καὶ τιμίαν προσηγορηκότες ψυχὴν, καταπαύσομεν τὸν λόγον.

Huc loci deducta oratione, Joannisque deitatis ac magnificentiæ, quam assequi nequeamus, supra modum admirati, omnique majorem comparatione sanctitatis ejus præstantiam suspicientes, inaccessa canticorum vi, litare silentio cogimur. Paucis tamen prædilectum Deo ac venerandum animum allocuti, dicendi finem faciemus.

Χαῖρε, ἀληθῶς ἠγαπημένε τῷ ἀγαπητῷ· χαῖρε, τῷ μόνῳ καλλοποιῷ καὶ ὑπερκάλῳ Χριστῷ λίαν πεφιλημένε, ὡς ὡραιότητι ψυχῆς, ὡραιότητι πνεύματος, νοῦ τε καὶ διανοίας εὐπρεπείᾳ καὶ εὐθύτητι πάντας αὐτοῦ παρευδοκιμῶν τοὺς ἀγαπητούς. B

Salve sis, vere dilecte ei, qui dilectus est. Salve sis, soli decoris auctori ac supramodum decoro Christo, valde amice : velut qui decore animi, decore spiritus, mentisque ac intelligentiæ honestate ac rectitudine, illius cunctos dilectos superes.

Χαῖρε, κάλλος ἄφαυστον καὶ νοερὸν, οὐράνιον καὶ μυστικὸν, ἀπρόσιτον καὶ ὑπερφυές. Χαῖρε, Παρθένε τὸ σῶμα, τῷ μηδεμίαν σοι πώποτε κηλῖδα σαρκίνης ἐπιθυμίας προστριβῆναι· Παρθένε τὴν ψυχὴν, τῷ μὴ καταῤῥεμβευθῆναί ποτε κάλλει σώματος, μηδὲ κατὰ νοῦν· παρθένε τὸ πνεῦμα, ὡς τὴν καρδίαν καθαρὰν καθαρός· ὡς τρόπον νύμφης ἀγνῆς γνησίως τὸν οὐράνιον Νυμφίον ἐπεγνωκὼς, καὶ πανάγνως ἠγαπηκὼς καὶ συγκραθεὶς, εἴπερ *Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν.*

Salve sis, pulchritudo intacta mentisque illibatæ, cœlestis ac mystica, inaccessa, longeque eximia. Salve sis, Virgo corpore, quod nullam unquam carnalis libidinis labem contraxeris; Virgo animo, quod ne mente quidem vaga ulli unquam corporali formæ adhæseris : Virgo spiritu, velut puro corde purus; ut qui velut casta sponsa, cœlestem vere Sponsum agnoveris, ac castissime dilexeris; digneque illi cognitus et mente consertus atque commixtus sis; etenim, *Qui adhæret Deo, unus Spiritus est* [37].

[37] I Cor. VI, 17.

suos discipulos et apostolos, prophetas et martyres, cunctosque qui ipsi placuerunt, cœlorum regno donavit bonaque æterna illis contulit; verum etiam loca in quibus claruerunt et sepulti sunt, plena gratiæ ostendens multis illustravit miraculis. Nam sepulcrum in quo magnus apostolus et evangelista Joannes Theologus, cum esset transferendus, humatus est, sancti Spiritus nutu octava Maii quotannis sacrum repente scaturit evomitque pulverem, oppidanis manna nuncupatum, quem accipientes hi qui accedunt, ad omnis generis depellendos morbos et ægritudines, animorumque curationem, et sanitatem corpori præstandam illo utuntur amuleto, laudantes Deum, ejusque famulo Joanni honorem habentes. Tiliana nostra Menæa antiqua, paulo brevius : Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου· ἤγουν ὁ ῥοδισμὸς, καὶ ἡ τοῦ μάννα συγκομιδὴ, ἥτις ἐκ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἀναπέμπεται. *Memoria sancti apostoli et evangelistæ Joannis Theologi : sive rosarum suavitate aspersio, et mannæ comportatio seu collectio, quæ ex illius sepulcro erumpit.* Magna etiam Menæa voce illa ῥοδισμὸς utuntur, in iambis Synaxario præmissis, nec video quo alio sensu commode exprimi possit; nisi etiam manna illud purpureum quid habebat, et rosei coloris, quo utrumque sensu auctores voce ῥοδίζειν usi inveniuntur. Illustre testimonium est hujus mannæ sacrique pulveris, Gregorii Cyprii, patriarchæ Constantinopolitani statim urbe Latinis erepta, per cujus occasionem acerrimus fuit schismatis fautor, et decessoris Joannis Becci, ut Λατινόφρονος, exagitator, epist. 9, ad Ephesinum antistitem, Isaac nomine (ejus epistolarum locupletem codicem utendum dedit vir cl. ipse eruditus eruditorumque fautor et amicus, nihilque fere ipso Gregorio suo, librorum quibus exquisitum aliquid ad illustrandam rem litterariam, sacram pariter ac profanam contineatur, studiosus, D. de Ballesdens, aliis prideum apud excel. virum C Petrum Seguierium Franciæ cancellarium munis clarissime functum, nunc etiam presbyteri, ætate, moribus, munere venerabilis ac Christo merens : Hoc pro mea in virum observantia). Post igitur gratias, quod eleganti codice donaverat, de sancto pulvere sic ait : Ὡς δὴ καὶ ἡ τοῦ σεβασμίου χοὺς ἀποστολὴ, ὃν ὁ θεῖος τοῦ παρθένου πηγάζει τάφος, τίνος τῶν μεγίστων οὐκ ἂν εἴη τεκμήριον; ποίας ἀγάπης οὐκ ἂν ἔχοι ἀπόδειξιν; Ἐπέμφθη γὰρ εἰς εὐλογίαν οὗτος ἡμῖν, εἰς ἁγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος, εἰς ἀποτροπὴν τῆς ἐκ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιβουλῆς, εἰς ὅ τι κάλλιστον καὶ σωτήριον· καὶ ἡμεῖς αὐτὸν μετὰ πίστεως τοῦ ταῦτα εἰς ἡμᾶς ἐνεργεῖν δύνασθαι ἐδεξάμεθα, καὶ εἴη οὕτως ἡμῖν νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἐπίλοιπον βίον. *Quemadmodum etiam venerabilis pulvis a te missus, quem divinum virginis sepulcrum velut fonte scaturit, cujus non maximorum fuerit argumentum? Quantæ dilectionis specimen non habeat? Missus enim ille nobis est, ut in benedictionem cederet, D in sanctificationem animi et corporis, ut esset propulsandis adversarii insidiis; denique ad præstandum si quid honestissimum est et salutare. Et vero nos quoque ea fide accepimus, ut existimemus hæc in nobis efficere posse; sicque ille nunc et in reliquam vitam, se in nobis habuerit.* Sic ubique Græci erga sacra pignora religiosi : quam utinam eorum religionem non fuscaret, qua fere laborant (planeque laboravit Gregorius Cyprius) schismatis labes, odiumque in Romanam et Petri sedem, cujus amore et concordia, nonnullis nostrum possent sua illa religione ac pietate prodesse. Denique, ut sua semper, omnique ætate intelligatur divina Spiritus instaurare miracula, nec in nostræ Rosæ Limanæ miraculoso tumulo deesse voluit eum pulveris fontem, ex quo et exportandum in Europam nostram, meque ipsum, exspecto, cum jam s.c novum orbem inundaverit, ei usque miraculorum gloriam densa nube protulerit.

Digitized by Google

Salve sis, vere ac fidelis Dei Verbi discipule, et amator, cultorque; ac gaude, quod ille cum Patre veniens, vere apud te mansionem fecerit [38]: quod ejus servans mandata, in illo manseris, ipsumque in te in perpetuum manentem habeas, divinam aperte tibi gloriam manifestantem.

Salve sis, Dei frater et hæres; frater vero et cohæres Dei qui cuncta regni Dei mysteria doctus es, quique divina revelatione quæ eventura sunt clare videris omnia; atque ea, quoad concessum est, conscripta ac consignata Ecclesiis tradideris [39].

Salve sis, solus nunc corpore una cum Deipara matre incola paradisi, ac qui inde spiritu totam lustres terram ac perspicias. Nos propitius intuere, beatissime Theologe et evangelista! erudique epistolis tuis, ac divinis prædicationibus confirma atque præceptis compone: nosque rege et extolle, Deoque in æternum siste, in gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, in sæcula. Amen.

A

B

Χαῖρε, γνήσιε καὶ πιστὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου μύστα, καὶ ἐραστά, καὶ θεραπευτά· ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐληλυθὼς ἐκεῖνος, μονὴν ἀληθῶς πεποίηται παρὰ σοί· ὅτι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκὼς, ἔμεινας ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ἔχεις μένοντα δι' αἰῶνος ἐν σοὶ, τὴν θεαρχικήν σοι δόξαν ἀνακεκαλυμμένως ἐμφανίζοντα.

Χαῖρε, τέκνον Θεοῦ καὶ κληρονόμε· ἀδελφὲ δὲ καὶ συγκληρονόμε Θεοῦ· ὁ πάντα τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας τὰ μυστήρια μεμυσταγωγημένος. καὶ πάντα σαφῶς τὰ ἐσόμενα δι' ἀποκαλύψεως τεθεαμένος, καὶ κατεσφραγισμένα ταῖς Ἐκκλησίαις παραδούς.

Χαῖρε, τὸν παράδεισον μόνος νῦν μετὰ σώματος ἅμα τῇ μητρὶ θεομήτορι κατοικῶν, κἀκεῖθεν τῷ πνεύματι τὴν ὅλην γῆν καταθεωρῶν, ὅλεως ἡμᾶς ἐποπτεύοις, ὦ τρισμακάριε Θεολόγε καὶ εὐαγγελιστά! καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς σου συνέτισον (20), καὶ ταῖς θεολογίαις σου στήριξον, καὶ ταῖς ἐντολαῖς σου κατάρτισαι, καὶ ποίμανον ἡμᾶς, καὶ ἔπαρον ἡμᾶς, καὶ ἕως αἰῶνος παράστησον τῷ Θεῷ, εἰς δόξαν Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ORATIO VII.

Laudatio sancti laudeque clarissimi apostoli Thomæ.

Laudabilis pro sanctis assumptus amor; merito

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Θωμᾶν.

Ἐπαινετὸς ὁ ὑπὲρ τῶν ἁγίων πόθος· ἀξιεπαινε-

[38] Joan. XIV, 23. [39] Rom. VIII, 17.

(20) *Ταῖς ἐπιστολαῖς σου συνέτισον.* Joannis alteram et tertiam epistolas recenset Euseb. lib. III, cap. 25, quæ in dubium vocarentur, etsi a multis agnoscerentur: Εἴτε τοῦ εὐαγγελιστοῦ τυγχάνουσαι, εἴτε καὶ ἑτέρου ὁμωνύμου ἐκείνῳ. *Sive sint Joannis evangelistæ, sive alterius ejusdem ac ille nominis:* quæ altera quæstio est, in qua utraque perinde Hieronymus hæsit. Nobis non licet in dubium vocare, quas pridem Ecclesia, divino instinctu in Canonem receperit, ac nuper in concilio Tridentino comprobavit. Fecit Ecclesiæ judicium, non ut libri qui canonici non erant ac θεόπνευστοι, postmodum essent, sed ut agnoscerentur. Quod etiam de veteris instrumenti libris aliquot factum est, quos Judæi et Synagoga ad ædificationem duntaxat legendos retinuit, Ecclesia (apostolorum præsertim judicio) etiam ad auctoritatem canonicos sanxit. Præclara certe Augustini vox, Non crediturum Evangelio, nisi Ecclesiæ auctoritas commoveret. Et vero, cur quatuor Evangeliis credimus, non tantis illis quæ ab ipsis primis temporibus alio alioque nomine obrepserunt? Nulla vel Hieronymi, vel cujuscunque privati par auctoritas, istiusmodi censura librorum. Quod Joannes utraque epistola *Senior* vocatur, maluitque sic interpres reddere, quam Græcam vocem *presbyteri* retinere (ut magis ætatem insinuaret, quam dignitatem), ratio Jacobi Capelli non displicet; quod valde provecta ætate eas Joannes scripserit, omniumque Christi discipulorum vetustissimus, et qui sic quasi antonomastice intelligi ac dici posset. Nam et Paulus ad Philemonem in sui commendationem, et ut Philemoni suadeat, se, velut ille, senem insinuat. Proinde convenienter Joannes familiaribus epistolis peneque consolatoriis, Senioris nomen prætixit, nimiumque pondus in voce apostoli, ita scribens existimavit; ut hac parte nullius momenti sit argumentum Grotii, quasi inde Joanni Theologo abrogari hæ epistolæ possint. Videndus Tertull. *De præscript.*, ubi fuse admodum ostendit quam sedulo apostoli titulos honoratiores vitarent, sibique ægre ac pene inviti tribuerent. Nomen πρεσβυτέρου et senioris, quod alteri Joanni quasi proprium erat, prout sic eum Papias vocat, cum tamen Aristioni eum postponat, et glorietur utriusque se auditorem fuisse, cum illi multa ex Joannis ore accepissent, diuque cum illo versati essent, et ipsius Domini discipuli fuissent, ut est apud Euseb. l. III, c. 39, peculiare momentum habet, quod difficile videatur, voluisse sibi Joannem Theologum nomen asciscere, quod alteri sciret quasi proprium: forte etiam, ob longissimam ætatem, qua Joannis Theologi pene æqualis, illiusque distinctione, nomen illud habuerit: sive eum Joannes Ephesiorum episcopum creaverit, ut est in Constitutionibus Clem., VII, 45: Τῆς Ἐφέσου Τιμόθεος μὲν ὑπὸ Παύλου· Ἰωάννης δὲ, ὑπ' ἐμοῦ Ἰωάννου· sive solum ejus Ecclesiæ presbyter fuerit. Istud certe difficultate non caret: non tamen convincit non esse epistolas vere canonicas, quod eas ipsa jam Eusebii ætate multi habebant; cum et alii discipuli extra duodecim, libros et epistolas condidisse noscantur, quos et quas Ecclesia agnoscit ex Canone librorum Novi Testamenti. Nec video quibus ex monumentis aut libris idem Grotius habeat (et ut argumento utatur ad probandum non habitas has epistolas ut de Canone) quod non fuerint redditæ in sermonem diversarum gentium; cum Angli tot linguis repræsentaverint, quot ipsam Joannis primam epistolam ac reliquos libros Novi Testamenti. Nec enim illi eas cudisse versiones putandi sunt, sed quas antiquis codicibus ac ecclesiasticis libris olim exaratas offenderant, illas in Polyglottis suis Bibliis generoso conatu vulgasse. De Judæ epistola, quam ad Judam trahit, qui sub Adriano vixit, nec vel apostolus vel discipulus Jesu fuit, alibi forte exercendus stylus. Longe certe hoc a pio fidelium sensu, nec tam veritate quam προλήψει ab eo dictum; et quod *frater Jacobi*, idque genus alia, subdititia contendit, plane dictu temerarium sit; cum plagii, quod in re tam sancta commissum esset, nulli idonei testes produci possint.

C

D

Digitized by Google

τώτερος δὲ πάντων μᾶλλον ὁ ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων τοῖς ἀξίοις ἐγγινόμενος· καὶ τοσούτῳ πλέον, ὅτῳ καὶ αὐτοὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἁγιότητος ὑπερβολῇ ἀκραιφνέστερον τῷ ὑπεραγίῳ προσῳκείωνται. Ἐπιποθήσωμεν τοίνυν τοὺς τῶν ἁγίων ἀξιοποθήτους χορούς, καὶ τούτων μάλιστα, τὸν ὑπεραναβεβηκότα τοὺς ὅλους τῇ θεοειδείᾳ, καὶ συνεχῶς τῷ ὑπερουσίῳ συνῳκειωμένον· τὴν ὑπερφερῆ λέγω ἀξιεραστοτάτην τῶν ὑψηλῶν ἀποστόλων δωδεκάδα.

A autem longe omnibus laudabilior, qui apostolorum gratia, eorum qui sunt digni animos incessit; tantoque amplius, quanto et illi excellentia sanctitatis, sanctitatem omnem vincenti, sanctis omnibus purius veriusque necessitudine conjuncti sunt. Amore igitur et desiderio, dignos vere qui amentur ac desiderio habeantur, sanctorum choros prosequamur: omnium autem maxime, qui divina similitudine omnes præcellit, continuoque excedenti omnem substantiam cohæret ac necessitudine conjunctissimus est; eximium dico digneque amabilissimum sublimium duodenarium apostolorum cœtum.

Ταύτην ἐπιποθήσωμεν, ταύτην ζηλώσωμεν· καὶ διὰ μιμήσεως τῆς ἡμῖν ἐφικτῆς, ταύτης γενέσθαι σπουδάσωμεν κοινωνοί. Οὕτω γὰρ δι' αὐτῶν, τῷ ἀκροτάτῳ τῶν ἐφετῶν, τῷ ἐγκατῳκισμένῳ τούτοις ἐγγιοῦμεν Χριστῷ· μακάριοί τε τῷ ὄντι κατὰ τὸ ἱερὸν ἐσόμεθα λόγιον, πληροῦντες τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν ἐξ αὐτῶν, καὶ μὴ αἰσχυνόμενοι, ἡνίκ' ἂν πρὸς ταῖς τοῦ βίου πύλαις γενόμενοι, τοῖς ἑαυτῶν ἀντιβολῶμεν (21) ἐχθροῖς. Ἀλλὰ μὴ ἄκαρπόν τινα καὶ ψιλὴν ἔφεσιν πρὸς αὐτοὺς ἐπαγγελώμεθα· ἐνεργῆ δὲ καὶ ἔμπρακτον εἰσφέρωμεν· καὶ βίῳ μὲν τελείῳ, τὴν τρανεστέραν ὁμοίωσιν, ὡς δυνατὸν, ἀφοσιούμενοι· λόγῳ δὲ, τὴν καθήκουσαν αἴνεσιν αὐτοῖς ἀφιερούμενοι, δι' ἀμφοῖν τὸν ἐν αὐτοῖς ἁγιάζωμεν ἐνδοξαζόμενον Θεόν.

B Hunc desideremus, hunc æmulemur; ac imitatione (quanta per facultatem licet) illius socii effici studeamus. Sic enim per illos, supremo desiderabilium, in eis habitanti Christo, prope accedemus; ac beati reipsa (uti sacrum perhibet eloquium) erimus, qui impleamus desiderium nostrum ex ipsis, nec simus confundendi, cum in vitæ portis constituti, inimicis nostris occurremus [40]. Haud enimvero infructuosum quoddam ac simplex erga illos desiderium amoremque profiteamur, sed quod efficax verumque exsistat, in rem conferamus: ac vitæ quidem perfectione, limpidiorem (quoad licet) similitudinem exhibentes; doctrina vero atque sermone laudem eis congruam depangentes, utroque qui in illis sanctificatur, Deum sanctificemus.

Ἔστι μὲν οὖν ὥσπερ εἷς ὁμοίως τῶν δώδεκα Πατὴρ ὁ Θεὸς, διδάσκαλός τε καὶ Κύριος καὶ καθηγητὴς ὁ Χριστός· μία τε πίστις καὶ χάρις καὶ δύναμις τοῦ Πνεύματος· ἥ τε διακονία τῆς ἀποστολῆς, καὶ ἀμοιβὴ δὲ τῶν γερῶν ἡ αὐτὴ, οὕτω καὶ ἔπαινος ὁ αὐτὸς τῶν μαθητῶν ἁπάντων ἐστίν. Ἀλλ' ὡς κατ' ἄλλον τρόπον τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος μὲν ἐκδημίαν, πρὸς Κύριον δὲ πεποιημένων ἐνδημίαν, ἀναγκαίως ἑκάστῳ καὶ ἡ αἴνεσις ἰδιοτρόπως ἀποδίδοται.

C Est igitur, quemadmodum unus pariter duodecim Pater Deus, magisterque et dominus atque præceptor, Christus; una quoque fides et gratia virtusque Spiritus, apostolicique muneris functio, ac eadem præmiorum retributio, sic et eadem laus omnium discipulorum exsistit: quod tamen alia aliaque ratione emigrarint e corpore et ad Dominum commigrarint, necessario quoque propria cuique laus ratione dependitur.

Τίς οὖν τὸν ἱερὸν σύλλογον τοῦτον ἢ θίασον σήμερον συνιστῶν, καὶ προθυμίας ἀναπιμπλῶν, καὶ ἡδονῆς θαυμασίας, καὶ φαιδρότητος τὰς Ἐκκλησίας ἀπλήρων, καὶ πρὸς δοξολογίαν θείαν συναγείρων καὶ συγκροτῶν; Ἢ πᾶσι καταφανὴς ἡ αἰτία τῆς ἑορτῆς; Θωμᾶς γὰρ ὁ μέγας τοῦ Εὐαγγελίου λαμπτὴρ, οὐ πρὸς αἴσθησιν σωματικὴν, ἀλλὰ νοερὰν ἐξανίσχων ἡμῖν, καὶ φανωτάτας τῆς αὐτοῦ μνήμης τὰς μαρμαρυγὰς ἐνιείς, πρὸς τὴν οἰκείαν συγκαλεῖ δόξαν. Θωμᾶς ὁ τίμιος λίθος, καὶ σεπτὸς καὶ ἐκλεκτός· ὁ τῷ στεφάνῳ τῆς δόξης τῷ τῇ ἐπουρανίῳ πλακέντι Σιὼν, πρὸς τοῖς ἑνδεκα συνηρτημένος· ὁ μαργαρίτης ὁ ὁλολαμπής. Ὁ γνώμης ἁπλότητι, καὶ νοὸς καθαρότητι καὶ φανότητι ὅλον τὸ ἁπλοῦν φῶς καὶ θεαρχικὸν εἰσδεδεγμένος, καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἀφ' ἑαυτοῦ τοῖς ἐζοφωμένοις ἔθνεσι τὰς ἀνταναλάσεις ἀποπέμπων τῶν φωτισμῶν. Θωμᾶς, ὁ καὶ Δίδυμος· τοῦτο γὰρ τοῦ

D Quisnam igitur est qui sacrum hunc conventum seu chorum hodierna die constituit, impletque alacritate, ac mira voluptate ac jucunditate Ecclesias ubique afficit, atque ad Dei laudes concelebrandas congregat cœtusque cogit? Num cunctis manifesta festi ratio ac causa? Nempe Thomas magna illa Evangelii fax, non corporalis sensus ratione, sed spiritalis mentisque fulgore nobis exoriens, lucidissimosque suæ memoriæ micatus vibrans, ad ipsius convocat celebrandam gloriam. Thomas nimirum pretiosus lapis ac venerabilis electusque, coronæ gloriæ cœlesti plexæ Sioni, undecim adjunctus implexusque catervæ. Margarita omni parte lucidus, animi simplicitate mentisque puritate ac perspicuitate toto ipso simplici divinoque lumine sinu suscepto, magnificosque a se ipso obcæcati caligine gentibus illustrationum fulgores refractu emittens Thomas,

[40] Psal. CXXVI, 5.

(21) Ἀντιβολῶμεν. Malim ἀντιβαλῶμεν, vixque dubitem Nicetam aliter scripsisse, qui totus alludat ad locum psalmi CXXVI de judicio in porta Hebræorum more, quod auctor ad judicium trahit in exitu vitæ atque excessu, cum beatus revera, qui non confundetur, cum loquetur inimicis; cum sci licet respondebit, ac verba dabit, iis accusantibus ac dæmonibus, pro his quæ illorum maxime suggestione peccavit; quod est ἀντιβαλεῖν· non cum illis occurret, quod ἀντιβαλεῖν, et remotius est, seu communius, nec expressum a Davide.

Digitized by Google

qui et Didymus. Hæc enim nominis interpretatio atque notio. Porro Didymus appellatus est, quod non solus, sed cum altero illique gemellus uno partu editus est [61].

Hic vero in terrestre cœlum (ædem scilicet suam) fidelium turmas in concionem vocans, suaque miracula ac præclara gesta spiritali convivio lautaque epulatione apponens, omnem magnifice dapibus reficit ac recreat animum : non qui corpore conspiciatur, sed qui spiritu credatur; nec qui uno loco corporum more circumscribatur, sed qui omnibus toto orbe Ecclesiis (quippe divinus spiritus, tanquam ex Deo Spiritu natus) spiritalem gratiam solari persplendeat micatu, omnique jucunditate adimpleat; atque operum suorum radio, seu claritate, Patrem qui in cœlis est, glorificet [62]. Cumque adhuc vitæ superstes ac in carne agens, aliud nihil tum verbis, tum operibus præstaret, quam quod Patri videretur : potiori longe ratione corpore solutus, ac spiritu Deo contemperatus, nullo tædio ac labore temporisque momento, velut quædam cœlestis mens orbem pervagans, cunctosque simul superne intuens, ad Dei laudem ac gloriam operum suorum ac passionum memoria, alacres reddit.

Thomas itaque ante mundi constitutionem, conformis futurus imaginis Unigeniti cognitus ac prædestinatus, quod tempus apparitionis aderat, quique apostolicum senatum essent impleturi præsto eligendi erant, ipse pariter cum reliquis ad sacram illam vocationem evasit : vocatusque, haud segnium more vocantem repulit; aut cum obaudisset, ac tantisper illi adhæsisset; velut illi quorum modica ac nutans fides, postmodum abit retro ac pedem re-

A ὀνόματος ἡ δήλωσις· Δίδυμος δὲ κεκλῆσθαι, τῷ μὴ μόνον, μεθ' ἑτέρου δὲ τοῦτον ἐκ μιᾶς ἀποτεχθῆναι γαστρός.

Οὗτος ὥσπερ εἰς οὐρανὸν ἐπίγειον τὸν αὐτοῦ ναὸν (22) ἐκκλησιάζων τὰ συστήματα τῶν πιστῶν, καὶ πνευματικὴν πανδαισίαν τὰ οἰκεῖα θαύματα καὶ κατορθώματα προτιθεὶς, πᾶσαν ἐστιᾷ φιλοτίμως καὶ κατατέρπει ψυχήν· οὐ τῷ σώματι καθορώμενος, ἀλλὰ τῷ πνεύματι πιστευόμενος· οὐδ' ἑνὶ τόπῳ περιγραφόμενος, ὡς τὰ σώματα· ταῖς ἁπανταχοῦ δὲ τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαις, ἅτε πνεῦμα ὢν θεῖον, ὡς Πνεύματι Θεοῦ γεννηθεὶς, τὴν νοητὴν ἡλιοβολῶν χάριν, καὶ πάσης θυμηδίας πληρῶν, καὶ διὰ τῆς τῶν ἰδίων ἔργων ἐκλάμψεως ἢ ὑμνήσεως δοξάζων τὸν B Πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ εἰ περιὼν ἔτι τῷ βίῳ καὶ τῷ σαρκίῳ, οὐκ ἄλλο τι ἢ δόξαν ἔν τε λόγοις καὶ ἔργοις κατειργάζετο τῷ Πατρὶ, πολλῷ μᾶλλον τοῦ σώματος ἀπολυθεὶς, καὶ τῷ πνεύματι Θεῷ συγκραθεὶς, ἀκαμάτως τε καὶ ἀχρόνως, οἷά τις οὐράνιος νοῦς, τὴν οἰκουμένην διιὼν, καὶ ἄνωθεν πάντας ἅμα καταθεωρῶν· πρὸς ἔπαινόν τε καὶ δόξαν, διὰ τῆς τῶν οἰκείων ἔργων καὶ παθῶν μνήμης, ἀναπτερῶσαι Θεοῦ.

Οὗτος γὰρ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, σύμμορφος ἔσεσθαι τῆς εἰκόνος τοῦ Μονογενοῦς ἐγνωσμένος καὶ προωρισμένος, ἐπειδὴ τῆς ἐπιφανείας ὁ χρόνος παρῆν, καὶ ὁ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς παρειστήκει καιρὸς, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὸς, εἰς C τὴν ἱερὰν ἐκείνην ἀπήντησε κλῆσιν· καὶ κληθεὶς, οὐ παρητήσατο κατὰ τοὺς ῥᾳθύμους τὸν κεκληκότα· οὐδ' ἐπήκουσε μὲν, ἄχρι δὲ καιροῦ παραμείνας, εἰ; τὰ ὀπίσω κατὰ τοὺς ὀλιγοπίστους παλινοστεῖ· οὐδ

[61] Joan. xx, 24. [62] II Cor. III, 17.

(22) *Τὸν αὐτοῦ ναόν*. Erat hoc Thomæ templum in palatio, a Leone Basilii filio instauratum, cum incendio fœdatum fuisset; qua de re exstat una et altera ejus oratio, quam meo stylo produxi ad ejus diem festum, ex ms. eminent. card. Mazarini, in quo et ejus caput, quod forte Edessa translatum esset; ubi olim creditum ejus corpus esse, cum Indi, apud quos martyrio functus est, etiamnum putent se illud habere.

Num Baronii faciat satis expositio, ut pars exuviarum Thomæ ex India Edessam translata, pars in India manserit, quæ tot retro sæculis, iterum affulgente illis gentibus per Europæos Evangelio, D detecta sit, alii viderint : mihi omnino non facit, quod et caput Constantinopoli et corpus Edessæ, pari fere veneratione ac Romæ apostolorum Petri et Pauli, ut Chrysost. auctor est, et quod inventum in India corpus cum instrumentis ipsius martyrii, et quale veterum narratione habemus, non particulæ corporis, cum tamen (ut fides aliqua apocrypho Abdiæ habenda sit) statim post martyrium integrum e sepulcro furto ablatum fuerit, et Edessam asportatum, relicto tumulo prorsus vacuo, sicque reperto, ut illo libro narratur. Putem magis in eo contigisse, quod in Stephani protomartyris corpore, quod in Baptistæ capite Romano, Angeliaco, Ambianensi (ipso olim Constantinopolitano); qua de re, ad narrationem de inventione corporis ejusdem Stephani, et translatione Constantinopolim, Constantino imperatore et Metrophane episcopo : quod denique in Magdalena Vezeliacensi et nostra Sanmaximiana provinciæ Phocensis; recentiorique exemplo in S. Vincentii Ferrerii alio alioque corpore Venetiis in Britannia, ne quid dicam de Vincentio levita Valentino in Hispania adhuc exstante, et Novempopulaniam apud Castras translato : quo loco venerationem habebat sancti Patris Dominici ætate, ipso eodem Illius pio cultore, habuitque apud meos Prædicatores, translata ad eos æde illi sacra ac basilica, donec Calviniana rabie erepto deposito ac disturbato, ejus fidi custodes FF. mei illius domus Prædicatores ad unum necati et in puteum projecti, martyres et ipsi consecrati sunt : novaque excitata basilica ac conventu, ex eodem puteo in eam illata nuper, pia fidelium fratrumque religione, ipsorum pignora; quibus fidem faceret, nedum ipsa vigens constansque traditio, sed et auctoris æqualis certa sinceraque narratio, faciente copiam integerrimo senatore annosa probitate (ipsaque avita in senatu Tolosano) cl. viro D. Mazenot. Qua tanta nostrorum aliorumque catholicorum in ea urbe strage, aiebat ille referre auctorem, oppidanos Calvinianos deterritos, malaque sibi omnia ominatos, nec vana conjectura, uti ille aliquot in eam rem adductis, quæ illis sinistra contigerunt, se conficere existimat. Ea in re tenenda Prætoris lex, ut ipse alibi monet Baron.: *Qui tenet, teneat*, omninoque cavendum ne istiusmodi obrepant, aliaque aliis subdantur sanctorum pignora, vel etiam ipsa non sancta : in quibus etsi non perit, nutat tamen vera religio ac pietas Christiana.

Digitized by Google

ἐμμένει μὲν ἄχρι τέλους, ἐλάττονος δὲ χάριτος ἢ δόξης τῶν κορυφαίων τινὸς, παρὰ τῷ παμβασιλεῖ καταξιοῦται· ὥσπερ δὲ τῆς κλήσεως, τῆς ἐκλογῆς, τῆς ἀκολουθήσεως, τῆς αὐτοπροσώπου θέας, τοῦ τε Θεοῦ Λόγου, καὶ τῶν δι' αὐτοῦ γεγενημένων, τῆς αὐτηκόου τῶν ὑψηλῶν μυστηρίων ἀκροάσεως, τῆς τῶν ζωοποιῶν παθημάτων κοινωνίας, τοῦ μυστικοῦ νιπτῆρος, τοῦ ἄρτου, τοῦ σταυροῦ, τῆς ταφῆς, τῆς ἀναστάσεως, τῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμφανίσεως, καὶ ἀναλήψεως τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Γεννήτορα, καὶ τῆς δι' αὐτοῦ μετὰ ταῦτα μεταλήψεως τοῦ Πνεύματος, ὁμοίως τοῖς πρωτοαποστόλοις μέτοχος ἦν· ναὶ δὴ καὶ τῆς ἐπὶ τὰ ἔθνη λαμπρᾶς ἀποστολῆς, τῶν τε σημείων καὶ τεράτων, καὶ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου μεγαλοφωνίας.

A fert[48]; vel manet quidem usque in finem, minorem tamen gratiam aut claritatem nanciscitur apud summum omnium Regem, quam unus quis ex coryphæis? Quinimo sicut vocationis, electionis, comitatus, divini coram Deique ac Verbi, illique patratorum conspectus, ipsiusque ex ejus ore sublimium mysteriorum auditionis, vivificarum item societatis passionum, mystici pelvis, panis, crucis, sepulturæ, resurrectionis, illam secutæ apparitionis, Filii ad Patrem in cœlos receptionis, Spiritusque postea per eum impartitionis; sic plane etiam magnifici ad gentes apostolatus, signorumque ac prodigiorum; Evangelii denique claræ prædicationis, cum primis pariter summisque apostolis particeps fuit.

Ὥσπερ οὖν ἐν τούτοις, οὐδὲν Ἀνδρέου καὶ Πέτρου, καὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου ἀπελείφθη Θωμᾶς, οὕτω καὶ τοῦ τέλους συστοίχου τοῖς πρώτοις ἐπιτετυχὼς, ἀκολούθως καὶ δόξης ἐκείνοις τῆς αὐτῆς, καὶ ἴσης παρὰ τῷ διδασκάλῳ καὶ Θεῷ τετυχήκει τιμῆς· εἰ μή τις αὐτοῦ τὴν μετὰ τὸν σταυρὸν, καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀμφιβολίαν ἢ διψυχίαν, ὑφέσεως τρόπον ὑπολάβοι, κακῶς ὑπονοῶν, καὶ οὐκ ἐν συνέσει τὰ θεῖα διακρίνειν εἰδώς. Ὥσπερ γὰρ ὑπερβολῇ θερμότητος χρώμενος ὁ Πέτρος, ἀρνήσασθαι συνεχωρήθη, ὡς ἂν αὐτός τε μετριώτερος ἑαυτοῦ γένηται καὶ ἀσφαλέστερος· ἀσφαλείας δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπόθεσις ἡ τριπλῆ τούτου μετὰ τὴν ἄρνησιν ὁμολογία καταστῇ· κοινὸν γὰρ ὥσπερ τὸ ἥττημα, οὕτω πάντων ἐγίνετο καὶ τὸ προτέρημα· οὕτω καὶ ὁ Δίδυμος, πλείονα τὴν θέρμην καὶ τὴν περὶ τὸν διδάσκαλον προθυμίαν ἔχων, περιπέπτωκεν ἀμφιβολίᾳ, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων τοῖς λογισμοῖς διεκρίθη περὶ τὴν ἀνάστασιν, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ πραΰτερος καταστῇ, καὶ διὰ τῆς ἐνστάσεως ἀκριβέστερον βεβαιωθεὶς, βεβαιοτέραν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐμποιήσειε πίστιν.

B Quemadmodum igitur ea parte Thomas, nihil Andrea et Petro et filiis Zebedæi minus habuit, sic et finem primis illis consimilem natus; proinde etiam eamdem ac illi claritatem, paremque honorem apud magistrum Deumque promeruit. Nisi quis forte eo deteriorem minoremque putaverat, quod post crucem ac resurrectionem, dubius animique anceps exstiterit; male scilicet opinans, ac qui divina prudenter discernere et judicio expendere haudquaquam norit. Quemadmodum enim Petrus excellenti fervore negare permissus est, ut tum ipse modestior cautiorque redderetur, tumque ejus post negationem trina confessio, cautionis, ac remedii ratio reliquis foret (communis enim sicut clades, sic et C universorum fuit victoria): ita quoque Didymus, majori fervore inque Magistrum alacritate pollens, in dubietatem incidit, ac plus reliquis de resurrectione anceps fuit, ut et ipse lenior benigniorque evaderet, animique contentiosioris pugna pleniu confirmatus, firmiorem perinde reliquis fidem in gereret.

Καὶ γὰρ ἔδει τυχὸν ἐκεῖ πρῶτον πολυπραγμονηθῆναι τὸ μυστήριον· καὶ δοκιμασθεῖσαν οὕτω τοῦ Εὐαγγελίου τὴν ἀλήθειαν, ἀναμφίλεκτον τοῖς ἔθνεσι παραδοθῆναι. Ἡρέμα μὲν οὖν διχόνοια καὶ τῶν λοιπῶν τὰς καρδίας διικνουμένη μαθητῶν, οὐκ εὐαγεῖς ἀνεκίνει λογισμούς· καὶ φαντασίαν εἶναι τὸ ὁρώμενον ὑπέβαλεν. Ἀλλ' οἱ μὲν δειλίᾳ τὴν ἀκριβολογίαν παρακλέπτοντες, ἠνείχοντο πυρπολεῖσθαί τε καὶ μερίζεσθαι τὸν νοῦν. Σὺ δὲ, ὦ γενναιότατε καὶ θερμότατε τῆς ἀληθείας ἐρευνητὰ, οὐ ψιλοῖς τῶν ἐπαγγελλόντων λόγοις παραδέξασθαι δεῖν ᾠήθης τὴν ἀνάστασιν· σφαλερὸν γάρ· οὐδ' ὄψει μόνῃ καταπιστεῦσαι τὸ μυστήριον· ὕποπτον γάρ, ὡς καὶ ἀγγέλων τινῶν εἰς εἶδος τοῦ ποθουμένου μορφοῦσθαι πολλάκις δυναμένων· ὥσπερ δὲ τὸν θάνατον καὶ τὴν ταφὴν τοῦ Ἰησοῦ, δι' αὐτῆς ὄψεως καὶ πείρας ἔγνως, οὕτω δὴ καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀναντίῤῥητον ἑαυτῷ τε πρῶτον, καὶ πᾶσι κατασκευάσασθαι βουλόμενος, τὴν διὰ τῆς πείρας ἀπῄτησας πληροφορίαν· καὶ τοὺς ἐν χερσὶ καὶ ποσὶ τύπους τῶν ἥλων, καὶ τῆς πανολβίας πλευρᾶς τὴν νυγὴν, τοῦ παθόντος σώματος ὡς ἀληθῶς

Forte enim operæ pretium erat, ut illic primum mysterium curiosius exploraretur, inque eum modum probata Evangelii veritas, indubitata gentibus traderetur. Sane vero etiam reliquorum discipulorum animos sensim pervadens dubietas, haud pias in eis ac religiosas cogitationes movebat, spectrumque inane esse suggerebat, id quod oculis cernebatur: verum illi quidem, formidine accuratam D fallente rationem, animo incendi, ac partibus secari sustinebant[49]. Tu vero, generosissime ferventissimeque veritatis indagator, non nudis referentium vocibus recipiendam resurrectionem duxisti (quippe res fallax, nec tuta satis), nec solis obtutibus credendam mysterii fidem existimasti (nam et hoc suspectum, cum et angeli non raro desiderati formam induere possint), quin sicut Jesu mortem ac sepulturam ipso aspectu ac experimento usurpaveras, sic quoque resurrectionem, tum ipse tibi primum, tum reliquis omnibus incontestabilem reddere studens, ipso rei experimento illius tibi certo præstandam fidem flagitasti: vereque susci

[48] Joan. VI, 66. [49] Luc. XXIV, 36; Marc. XVI, 14.

Digitized by Google

tati ejus corporis, quod passum erat atque mortuum, certa indicia statuens, clavorum in manibus pedibusque apertas cicatrices; beatissimique lateris lanceæ fossionem, mox ac contrectasses, beatam *meus et Deus meus* [48].

O sanctam vocem sancto Spiritu sanctissime prolatam! quæ scilicet apostolorum mentes constabilivit, dubietatem curavit, firma cunctos fide composuit. O brevem vocem, magnam in se virtutem habentem! quæ videlicet profligatis hæreticis, rectæ omnem fidei regulam illustret. *Dominus meus et Deus meus!* Non alius Dominus, atque alius Deus. Non alius qui palpatur, alius qui omnem tactum fugit; sed qui assumptæ carnis ratione comprehensus Dominus, is ipse Deus meus, natura deitatis omnino absolutus et incomprehensus; qui personæ ratione singulariter; gemine, spectata natura videatur atque credatur. Sic Christum scire velut tessera divinus edicat Apostolus: ac sicut Petrus ante passionem et resurrectionem, ita hic quoque Christo jam suscitato, quod in illo unum est ac duplex prædicabat: quorum Dominus accuratam confessionem ratam habens, suam in ea firma basi constabilivit Ecclesiam.

Quod vero Spiritus sanctus a Patre per Filium (juxta quod olim promissum fuerat) effusus erat; plenique illius virtute discipuli, afflatuque repleti, gratiæ in seipsis parturiginem continere non valebant; ac nisi per universum sparsi orbem, aliusque aliam in eo complexus nationem, divina bonitate impartirent; nec Deo mittenti placita, nec Jesu benignitate atque præcepto digna, facturos se arbitrabantur: alii itaque alio missi apostoli, pro eo utique ac auctor ipse mittendorum decreverat; probatissimæ autem virtutis terque maximo (quo de agimus) Verbi discipulo, cum Parthorum, Medorumque atque his ulteriorum Æthiopum apostolatum nacto, ac quo in eos modo ac ratione invaderet (ad homines scilicet proficiscens aspectu truces animique moribus acerbiores), ac cum eis de pietate sermones misceret, haud satis succurreret: quin et ipsum fere illarum gentium oneris tæderet; omnis in promptu dubitatio et anxietas depulsa est. Ipse enim divinissimus Jesus, incomprehensus ille, nullis terminis finitus, qui in cœlis Patri semper conjunctus est, atque in terris apud eos quos habet necessarios, semper indivise manet: hic corporis statura, indole vultusque specie viro assimilis, Mercatorem India profectum, recensque Hierosolymis exeuntem ac patriam cogitantem adit. Ad quem dominus cum accessisset (o dominatoris inclinationem! o servi probitatem!) velut servum, suum vendit discipu-

[48] Joan. xx, 28.

A ἀναστάντος τεκμήρια τιθέμενος, τὴν μακαρίαν ἐκείνην μετὰ τὴν ψηλάφησιν εὐθὺς ἀνηρεύξω φωνήν· *Ὁ Κύριός μου*, ἀποκρινόμενος, *καὶ ὁ Θεός μου!* illam vocem eructasti, ac respondisti. *Dominus*

Ὦ φωνῆς ἁγίας, ἁγίῳ Πνεύματι παναγίως φωνηθείσης, καὶ τὰς ἀποστολικὰς διανοίας στηριξάσης, καὶ θεραπευσάσης τὴν ἀμφιβολίαν, καὶ πρὸς βεβαίαν τοὺς πάντας κατορθωσάσης πίστιν! Ὦ φωνῆς βραχείας, μεγάλην ἐν αὐτῇ δύναμιν ἐχούσης, τῶν αἱρετικῶν μὲν ἀφανιστικήν, ὀρθοδοξίας δὲ πάσης οὖσαν φωτιστικήν! *Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου!* Οὐκ ἄλλος ὁ Κύριος, καὶ ἄλλος ὁ Θεός. Οὐκ ἄλλος ὁ ψηλαφώμενος, καὶ ἄλλος ὁ ἀναφής· ἀλλ' ὁ τῷ προσ-
B λήμματι ληπτὸς Κύριος, αὐτὸς οὗτός μου Θεὸς ἀκράτητος τῇ θεότητι καὶ ἄληπτος· μοναδικῶς τὴν ὑπόστασιν, δυϊκῶς τὴν φύσιν ὁρώμενος καὶ πιστευόμενος. Οὕτως εἰδέναι τὸν Χριστὸν ὁ θεῖος παρεγγυάσθω Θωμᾶς· καὶ ὥσπερ ὁ Πέτρος πρὸ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως, οὕτω μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὗτος, τὸ ἑνοειδὲς καὶ διπλοῦν ἀνεκήρυττε τοῦ Χριστοῦ, ὧν τὸ τῆς ὁμολογίας ὁ Κύριος ἐπισφραγιζόμενος ἀκριβὲς, ἐπ' αὐτῷ τὴν ἰδίαν Ἐκκλησίαν ἀνεστηρίξατο.

Ἐπεὶ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Υἱοῦ πατρόθεν κατὰ τὴν ἀνέκαθεν ἐπαγγελίαν ἐξεχεῖτο· καὶ πλήρεις μὲν τῆς ἐκείνου δυνάμεως οἱ μαθηταὶ, πλήρεις δὲ γενόμενοι τῆς ἐνεργείας, οὐχ οἷοί τε
C ἦσαν τὴν ὠδῖνα τῆς χάριτος ἐν ἑαυτοῖς κατασχεῖν· ἀλλ' εἰ μὴ κατὰ τὴν οἰκουμένην διασπαρέντες ὅλην, καὶ ἄλλος ἄλλο τι μέρος τῶν ἐπ' αὐτῆς ἐθνῶν διαλαβόντες, τῆς θεαρχικῆς μεταδοῖεν ἀγαθότητος, οὔτε τῷ ἀποστέλλοντι Θεῷ φίλα, οὔτε τῆς Ἰησοῦ φιλανθρωπίας ἐπάξια πράξειν καὶ διαταγῆς ἡγοῦντο· ἄλλοι μὲν οὖν ἀλλαχῆ τῶν ἀποστόλων, καθὼς αὐτοὺς ὁ ἀποστέλλων διέστελλε δήπουθεν ἐξαπεστέλλοντο· τῷ δοκιμωτάτῳ δὲ τούτῳ καὶ τρισμεγίστῳ τοῦ Λόγου μαθητῇ, Πάρθων καὶ Μήδων, καὶ τῶν ἐπέκεινα τούτοις Αἰθιόπων τὴν ἀποστολὴν λαχόντι, καὶ πῶς ἂν αὐτοῖς ἐπίοι, καὶ τίνι τρόπῳ τοῖς ἀπευκτοῖς μὲν τὴν ὄψιν, χαλεπωτέροις δὲ τὸν τῆς ψυχῆς τρόπον ἐπιδεδημηκὼς, εἴς τε λόγους καὶ ὁμιλίας τὰς ὑπὲρ εὐσεβείας ἔλθοι· ἠρέμα δὲ καὶ πρὸς τὸ βάρος ἐκείνων
D δυσχεραίνοντι τῶν ἐθνῶν, ἐγγύθεν ἡ λύσις παρέστη τῶν ἠπορημένων. Αὐτὸς γὰρ ὁ θεαρχικώτατος Ἰησοῦς, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀπεριόριστος, ἄνω παρὰ τῷ Πατρὶ ὢν ἀδιαστάτως ἀεὶ, καὶ κάτω δὲ παρὰ τοῖς οἰκείοις ἀμερίστως μένων ἀεί· οὗτος ἀνδρὶ τὸ μέγεθος, τήν τε φύσιν καὶ τὴν μορφὴν ἐοικώς, ἐμπόρῳ τινὶ προσεληλύθει, τῆς Ἰνδικῆς μὲν ὁρμωμένῳ, ἄρτι δὲ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξιόντι, καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν παλινοστοῦντι γῆν, τούτῳ προσελθὼν (23) ὁ

(23) *Ἐμπόρῳ τινὶ... προσελθών.* Sumpta hæc ex Thomæ *Periodis*, libro olim reprobato ac plane apocrypho; cujus tamen fidem sic Græci non abnuunt, ut et quibusdam antiquis libris ecclesiasticis ascriptos habeant, et partem in Menæa retulerint, longa narratione hoc ipso titulo, Ἐκ τῶν αὐτοῦ Περιόδων, *Ex ejusdem Thomæ Periodis*: quæ perinde, paucis mutatis, Abdiæ Babylonii nomine vulgata sunt, magis etiam in illo impura. Synaxarium, quod antecedit, iisdem verbis habetur in magnis Menæis et Basilii imperatoris a card. Sirleto Latine redditis, et Henrici Canisii t. III edi-

Digitized by Google

Κύριος, (ὢ συγκαταβάσεως δεσπότου! ὢ εὐγνωμοσύνης οἰκέτου!) οἷα δοῦλον οἰκεῖον πιπράσκει τὸν

lum; venditoque se itineris præbet socium, eique occulte semper colloquitur, arcanisque divinis præ-

tis. Synaxarii verba sunt : Οὗτος Μήδοις καὶ Πάρθοις, Πέρσαις καὶ Ἰνδοῖς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ κηρύξας φρουρεῖται παρὰ Σμιδαΐου βασιλέως, διὰ τὸ πιστεῦσαι καὶ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ Ὑαζάνην τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν γυναῖκα Τερτίαν, καὶ Μιγδονίαν, καὶ Νάρκαν. Διὸ καὶ παραδίδοται πέντε στρατιώταις, οἳ τοῦτον ἐπὶ τὸ ὄρος ἀναβιβάσαντες, λόγχαις κατέτρωσαν, καὶ οὕτω πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. *Hic cum Medis, Parthis, Persis et Indis Dei verbum prædicasset, in custodiam conjicitur a rege Smidæo, propterea quod ejus opera crediderant et baptizati fuerant Vazanes ejus filius, et uxor nomine Tertia, et Migdonia et Narce. Quapropter quinque militibus traditur, qui ad montem quemdam ductum lanceis transverberarunt, atque ita migravit ad Dominum.* In excerpto illo ex Thomæ *Periodis*, mercator ille Thomæ ductor in Indiam Azanes itidem dicitur, qui et ipse conjectus in carcerem cum apostolo, quasi deluso rege, dum exstruendam illi eximii decoris regiam profitetur, erogatis in pauperes illius thesauris : quam tamen in cœlis regiam ille ex fratre ab apostolo suscitato sibi exstructam atque paratam didicerit; eoque miraculo cum fratre ad Christum conversus, ab eo τὸν ἀρραβῶνα τῆς ἀκηράτου βασιλείας, *immortalis regni arrhabonem*, acceperit; apostolo ad alias urbes proficiscente, prædicandi Evangelii causa, ubi sic consummatus sit, ob conversam reguli alterius familiam, ut habet relatum Synaxarium, actaque illa Abdiana, in quibus uxor illa regis *Treptia* dicitur. Istud de mercatore Indo, cui se Thomas in Indiam comitem dederit, etsi habetur in apocrypho, indeque fide nutare videatur, ex eo non improbabile redditur, quod Indorum alter apostolus atque Japponum Franciscus Xaverius (ipse pene Thomas redivivus et successor, ac pro humilitate, excolenda ea Domini vinea, vicarius, quem tanti ex suis nostrisque et aliis æmulati sint, religiosi omnes et Mendicantes, strenui vere operarii, non fastu dominantes in cleris, ut quibus ad jactantiæ supercilium est vocari pontifices, et qui nolint aut desiderent esse pontifices, secus ac Yvo Carnot. *serm. in cathedr. sancti Petri* admonet; nec satis attendant sub monachi toga, in inferioribus domus Domini mansiunculis, quorum labia custodiunt scientiam, angelos scilicet Domini exercituum, reliquos sacerdotes, ipsos quidem juxta destinationis momenta minime pontifices, sed tamen *Pro consacerdotes*, inquit idem Yvo, ipse in regulari toga egregius ac strenuus pontifex), eodem spiritu eadem pene molitione tentavit, ut Meacum, Japponum fere metropolim servi habitu ac pedisequi adiret. De qua re Tursel. in ejusdem Francisci Vita : *Franciscus, sive ut expeditum iter Barbaros haberet iter, sive ut certum aliquem talis viæ ducem haberet, equiti indigenæ Meacum petenti, famulum semet adjunxit, servitutem quoque pro Christo sibi decoram ratus. Domini ergo equitantis sarcinulam, præter suum missæ instrumentum, cursitans gestabat humeris. Herus quippe, cursus magis quam itineris modo, concitabat equum per obnoxia latronibus loca. Et Franciscus pedibus ferme ibat nudis, quod rivi amnesque vado transeundi se passim offerrent. Itaque sæpenumero pedibus ex nivis et algoris injuria intumescentibus graviter laborabat : crebro etiam cursu et sarcinarum gestatione fatigatus, glacie aut asperitate viæ fallente vestigia, corruebat. Quæ ille omnia, non æquo solum, sed etiam intento in Deum et a sensibus alienato superabat animo. Quippe tanta vis erat cœlestis contemplationis, ut victis dulcedine sensibus, subinde in vepres indueret se, ad lapides offensaret pedes lacerareique, sine ullo prorsus sensu doloris;* ac quæ in eam rem prosequitur alia, pene incredi-

biliora, quam quæ habet Thomæ illa cum mercatore profectio, quem in via sibi addixerit, Christianisque moribus imbuerit, ac cujus ope et opibus longam eam viam solatus sit. Quod ita se Christus ut apostolum venderet, conspicuum fecerit, ad altiorem spectet prophetiæ gradum; nec aliud gessit exteriori illa specie, quam quod interiori instinctu in Francisco, ipso eodem auctore, post tot demum sæcula actum est.

Gentes, ad quas Thomas prædicator missus est, easdem refert Nicetas, quas Hippolyti Synopsis : addit tamen Æthiopas Parthis Medisque ulteriores; abusus forte Æthiopum nomine pro ipsis Indis. Nam non videtur velle Æthiopas Ægypto superiores et Afros; tametsi illi quoque sibi Thomam apostolum vindicant, eique peculiari religioni tenentur. Æthiopes etiam vicini terræ promissæ, id est Madianitæ, ex quibus orta Mosis uxor, inde dicta Æthiopissa, non videntur Parthis Medisque ulteriores, ut ita Nicetas designare voluerit. Forte etiam Chrysostomus, cum dealbatos Thomæ prædicationibus Æthiopas scribit, *in Act. apost.*, Indos Orientales intellexit, etsi ipsis Æthiopibus, ut sibi Thomam apostolum raperent, occasio aliqua fuit. Græci in Menæis aperte satis Indos intelligunt, nec alii apud eos Æthiopes, quorum Thomas animos dealbaverit. Sic præter alia ode 1 et stroph. 1 : Ἀρετῆς κάλλει διαπρέπων, αὐτόπτα, καὶ θαύμασι, τῶν Ἰνδιῶν τὸ δυσειδὲς φωτὶ τῷ θείῳ κατηύγασας πίστει, καὶ ἐφαίδρυνας τούτων τὴν ζόφωσιν. *Virtutis pulchritudine decorus ac miraculis, qui ipse Deum oculis vidisti, deformes Indos divina luce (fide) collustrasti, eorumque caliginem perpurgasti;* obscuram scilicet et fucatam eorum animo cutem. Nam et Lucianus de Æthiopibus, ἀνδράσι μελαντέροις καὶ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένοις, *obscura forma*, ut Ovid. in *Metamorph.*, quod ipsum Indis cum Æthiopibus commune, etsi non adeo satura illorum nigredo; tanta tamen, ut respectu Europæorum fusci audiant et ζοφεροί. Maneat ergo Thomæ sua India, et in ea sui Æthiopes, ipsi scilicet Indi; Matthæo potius proprie magis dicti Æthiopes, partimque etiam illius fratri Jacobo Alphæi, qui ipse unus ex duodecim, Ægyptum partesque illi superiores Evangelio illustravit, ut certiora de illo habent monumenta; non nudus episcopus Jerosolymis templo assiduus consenuit, ut existimant, qui male volunt esse ipsum Jacobum fratrem Domini. Sophronius aliis nationibus, quibus apostolum Thomam prædicasse commemorat, etiam Γερμανοὺς addit, sicque etiam Guilliel. Lindanus Rurem. episcopus existimat, traditque exstare ejus rei monumenta S. Thomæ apostoli nomine complures ecclesias in extremis ipsis Germaniæ oris, et pene usque ad polum arcticum; quæ tamen ratio ac traditio nullo modo rem mihi conficit. Num enim quod Burdigalensis mea metropolis Andreæ nomine sacra, indicio sit prædicasse Andream Burdigalæ; vel Stephanum in Aquitania, cujus pene nomine in ea sacræ reliquæ antiquæ cathedrales ecclesiæ, Tolosana, Aginnensis, Lemovicensis, etc.? Prædicarunt certe, qui vel talium discipuli fuerant, vel eis peculiari religione obstricti ac devoti : sicque se res in Germania habuerit, quod ad Thomam attinet; itemque in Æthiopia, quæ est Africæ : ne dicamus Thomam unum plus terrarum peragrasse ac fidei præconio implesse, quam reliqui omnes apostoli; cum certum sit Pauli oraculum, eum plus omnibus laborasse implendo Evangelium ab Jerosolymis usque in Illyricum per circuitum. Quod ita apud Sophronium est de Germanis, nullius præterea antiquorum testimonio nititur. Quod apud eumdem est *Magis*, qui et ipsi Mediæ ponuntur populi, apud Hippo-

Digitized by Google

dicationibus animum ac fiduciam addit. Quin et in cunctis illi viis inaspectabli ratione comes, ab omnique periculo ac adverso casu liberans; ubi quidem divina tractanda forent, divinæque sapientiæ verbis ad pietatem adhortandi auditores essent, vitæ sermonem largo in eo fonte effundebat; ubi autem declaranda prodigiorum virtus, omni res miraculo majores ad spectatorum tum stuporem tum fidem præstare tribuebat.

A μαθητὴν, καὶ τῷ πεπραμένῳ συνέρχεται, καὶ κρυφίως ἀεὶ προσλαλεῖ, καὶ μυστικαῖς ὁμιλίαις παρακαλεῖ, καὶ Θεορρήμοσύναις ἀῤῥήτοις παρασκευάζει θαῤῥεῖν. Καὶ μὴν καὶ ἐν πάσαις αὐτῷ ταῖς ὁδοῖς ἀοράτως ἐφεπόμενος, καὶ παντὸς κινδύνου καὶ παντὸς συμπτώματος ἀπολυτρούμενος· καὶ οὗ μὲν θεολογεῖν χρεὼν, καὶ ῥήμασι θεοσοφίας τοὺς ἀκούοντας εἰς εὐσέβειαν παρακαλεῖν, λόγον ἐν αὐτῷ πηγάζων ζωῆς· οὗ δὲ καὶ τεράτων ἐνέργειαν ἐκφαίνειν ἔδει, παρὼν τὰ θαυμασιώτατα πρὸς ἔκπληξίν τε τῶν ὁρώντων, καὶ πίστιν χαρίζεται δρᾷν.

Quem in modum magnus Thomas ad Indos abductus est. Indeque Æthiopum ipsis regibus, cunctisque illius terræ satrapis ac viris principibus, tanquam mirabilium operum patrator illustris effi-citur [46]. Ac sicut ipse Jesus Christus factus obe- B diens Patri, servi formam accepit, seque ipsum dignatione humillians, atque ad mortem usque prodita subjectione, Patris gratia exaltatus est, supremumque omnium nomen, qua ratione homo est, consecutus, in dextera majestatis sedet [47]. Sic verus discipulus, ipseque filii dignitatis compos, secum animo Domini reputans humilitatem, servi illam dejectionem habitumque non indigne tulit. Non molestè habuit quod ab impiis emeretur: nempe non mœstitiam, sed jucunditatem; non ignominiam, sed honorem; non probrum aut dolorem, sed potius gloriam ac lætitiam ducens temporaneam servitutem: eaque palam æmulari se magistrum ac diligere ostendens, nedum solus ipse veram libertatem filiique decus altius consequebatur, verum etiam innumeros infidelitatis peccatique tenebris obnoxios liberabat, atque gratiæ spiritu ac baptismi aqua mystice regeneratos, immaculatam prolem plenosque lucis, veræ illos magnæque Luci admovebat.

Οὕτως εἰς Ἰνδοὺς ὁ μέγας ἀπήχθη Θωμᾶς. Ἐντεῦθεν καὶ τοῖς τῶν Αἰθιόπων βασιλεῦσιν ὡς θαυμασίων ἔργων ἐργάτης, καὶ πᾶσι τοῖς κρατοῦσι τῆς γῆς ἐκείνης, ἐπίσημος καθίσταται· καὶ ὥσπερ ὁ Χριστὸς αὐτὸς Ἰησοῦς, ὑπήκοος τῷ αὐτοῦ γενόμενος Γεννήτορι, μορφὴν εἴληφε δουλικὴν, καὶ δι' οἰκονομίαν ἑαυτὸν τεταπεινωκὼς, καὶ μέχρι θανάτου τὴν ὑποταγὴν δειξάμενος, ὑπερύψωται διὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ ὑπερτάτου πάντων ὀνόματος ᾗ ἄνθρωπος ἠξιωμένος, ἐν δεξιᾷ κεκάθικε τῆς μεγαλοσύνης· οὕτως ὁ γνήσιος μαθητὴς, καὶ τῆς υἱοῦ τάξεως ἐπήβολος, πρὸς τὴν Δεσποτικὴν ταπείνωσιν ἀφορῶν, οὐ τὸ πρόσχημα τῆς δουλείας ἐδυσχέρανεν· οὐκ ἀπεδυσπέτησεν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπεμπωλούμενος· οὐ δυσθυμίαν, ἀλλὰ προθυμίαν· οὐκ ἀτιμίαν, ἀλλὰ τιμήν· οὐδ' αἰσχύνην ἢ λύπην, δόξαν δὲ καὶ εὐφροσύνην τὴν πρόσκαιρον δούλωσιν ἡγούμενος, καὶ ταύτῃ σαφῆ τὴν πρὸς τὸν διδάσκαλον μίμησιν καὶ ἀγάπησιν ἐπιδειξάμενος, οὐ μόνος αὐτὸς τῆς ἀληθοῦς C ἐλευθερίας καὶ ὑψηλοτέρας υἱότητος κατηξιοῦτο· ἀλλὰ καὶ μυρίους ὅσους τῷ σκότῳ τῆς ἀπιστίας καὶ ἁμαρτίας καταδεδουλωμένους ἠλευθέρου· καὶ τῷ τῆς χάριτος πνεύματι, καὶ τῷ τοῦ βαπτίσματος ὕδατι μυστικῶς ἀναγεννῶν, ἄμωμα τέκνα καὶ φωτὸς πλήρεις τούτους, τῷ ἀληθινῷ καὶ μεγάλῳ παρίστησι φωτί.

Cuncta vero ter beatissimo doctori egregie præstita, omnemque illius sermonum atque operum circulum, quibus Parthiam omnem et Hyrcaniam et Bactrianam evangelizans Christo adduxit, conari sigillatim verbis exsequi et enarrare, idem merito sit, ac tentare pluviæ guttas numerare. Ut igitur quæ sunt media cuncta contraham, sacri nimirum præconis ad Indiæ regem admissionem, regiæ exstruendæ pollicitationem, æris regii in tenues personas insumptionem, creata inde pericula, minas, verbera, carceres, ab ærumnis omnibus propitio Numine benignioreque providentia liberationem ac, ne orationem longius protraham, abyssum enarrans miraculorum, quam multis ægrotis sanitatem tribuerit, quantis cæcis visum, surdisque

Πάντα μὲν οὖν καθ' ἓν διεξιέναι πειρᾶσθαι λόγῳ, ὅσα τῷ τρισμακαριωτάτῳ κατώρθωται μυσταγωγῷ· καὶ πᾶσαν δὲ τῶν τε λόγων αὐτοῦ καὶ ἔργων τὴν περίοδον, οἷς Παρθίαν τε πᾶσαν καὶ Ὑρκανίαν καὶ Βακτριανὴν εὐαγγελιζόμενος προσήγαγε τῷ Χριστῷ, ταυτὸν ἂν εἴη καὶ ὑετοῦ σταγόνας ἐπιχειρεῖν ἀριθμεῖν. Ἵν' οὖν τὰ ἐν μέσῳ συνέλω πάντα, τὴν πρὸς τὸν βασιλέα τῆς Ἰνδικῆς τοῦ ἱεροῦ κήρυκος εἰσαγωγὴν, τῆς οἰκοδομῆς τῶν βασιλείων τὴν ὑπόσχεσιν, τὴν εἰς τοὺς μετρίους τῶν βασιλικῶν χρημάτων ἀνάλωσιν, τοὺς διὰ ταῦτα κινδύνους, τὰς ἀπειλὰς, τὰς μάστιγας, τὰς εἱρκτὰς, καὶ τὴν διὰ προνοίας κρείττονος τῶν δυσχερῶν ἁπάντων ἀπαλλαγήν· καὶ ἵνα μὴ μακρὸν ἀποτείναιμι λόγον, ἄβυσσον ἐξηγούμενος θαυμάτων· ὅσοις ἀῤῥωστοῦσι παρέσχε τὴν

[46] Philipp. II, 6. [47] Hebr. I, 3.

lytum est *Margis:* melius forte *Mardis*, qui sunt Hyrcaniæ populi apud Strabonem, Suidam, Stephanum : sunt etiam Persæ populi apud Herodotum. Brachmanes, quos addunt novæ Romanæ tabulæ, non tam populi sunt et natio aliqua, quam philosophi Indiæ citerioris, qui sic adhuc nostratibus audiunt, teste Maphæo, ac si quis Druidibus dicat, pro Gallis. Ac; num Sophronius etiam, voce illa *Magis*, Persarum sapientes (id est philosophos) intellexit? Populum tamen Persidis assignant, quorum urbs Plinio et Solino Pasagorda dicitur.

Digitized by Google

ἴασιν, ὅσοις δὲ τυφλοῖς ὄρασιν, καὶ κωφοῖς ἀποκαθ- A
ίστη τὴν ἀκοήν· καὶ ὅσους μὲν παρειμένους ἀνωρ-
θώσατο, ὅσοις δὲ λελωβημένοις τὸ σῶμα, καὶ καθ'
ὁντιν' οὖν πεπηρωμένοις τρόπον, ἢ συμπτώματι
φύσεως κεκακωμένοις, ἢ πνεύματος ἀκαθάρτου βα-
σανιζομένοις ἐπηρείᾳ, τὴν ἄπονόν τε καὶ ἄμισθον
ἰατρείαν τῷ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματι δεδώρηται. Ἵν' οὖν
ταῦτα παρῶμεν ἱστορίας ἔργον, καὶ οὐ τοῦ παρόντος
ὄντα σκοποῦ· ἵνα δὲ καὶ τὸ πέλαγος τῆς ἀποστολι-
κῆς συνέλωμεν θεοσοφίας, καὶ ὅπως τὸν Λόγον
ἐθεολόγει τῆς ζωῆς, ἐν ἀρχῇ ὄντα, πρὸς τὸν Πατέρα
ἀεὶ ὄντα, καὶ σάρκα γενόμενον ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ
ἡμῶν σταυρῷ καὶ θανάτῳ, καὶ τριημέρῳ προσωμι-
ληκότα ταφῇ· εἶτα, ἀναστάντα μὲν ἐν νεκρῶν, καὶ
ἀπὸ γῆς ἀναληφθέντα εἰς οὐρανόν· ἥξοντα δὲ μετὰ
τῆς αὐτοῦ δόξης αὖθις ἐκεῖθεν, καὶ προσάξοντα B
σύμπαν τὸ πλάσμα κριθησόμενον καὶ λόγον ὑφέξον
τῶν βεβιωμένων· καὶ ὅτι τούτῳ πιστεύοντας, ὕδατι
καὶ Πνεύματι καθαίρεσθαι δεῖν, καὶ πάσης πλάνης
δαίμονος, καὶ πάσης βίου κακίας καὶ πονηρίας
ἀπαλλαττομένους, μόνης τῆς βασιλείας Θεοῦ καὶ τῆς
δικαιοσύνης ἐρᾶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἵν' οὖν τὴν

auditum restituerit, quantos solutis membris erexerit, quantis leprosis, aliove modo corpore oblæsis, aut naturæ vitio laborantibus, vel spiritu immundo vexatis, sine labore ullave mercede, Jesu invocato nomine sanitatem donaverit. Hæc, inquam, ut omittamus, qui scilicet historici pensi, non hujus nostri instituti sunt. Ut denique etiam apostolicæ pelagus sapientiæ contrahamus, ac quomodo Verbum vitæ divine prædicaret, quod erat in principio, et erat semper apud Patrem, ac pro nobis caro factum est, et propter nos cruci affixum mortuumque ac triduo sepultum [48]; tumque surrexit a mortuis, ac a terra in cœlum receptum est; indeque rursus veniens cum majestate sua cunctos ad judicium et rationes eorum, quæ per vitam egerunt, coget: quodque ejus fidelibus aqua ac Spiritu emundatis, omnique dæmonis errore ac vitæ nequitia et malitia liberatis, Dei duntaxat regnum et iustitia ejus in Christo Jesu amanda sint. Tantam igitur divinarum doctrinarum actionumque Apostoli abyssum ut historiis relinquamus, vitæ illius fine, orationi finem imponamus

ἄβυσσον ταύτην τῶν θεολογιῶν καὶ τῶν πράξεων τοῦ Ἀποστόλου ταῖς ἱστορίαις καταλίπωμεν, τῷ τέλει τοῦ βίου, τὸ τέλος ἐπιβάλωμεν τοῦ λόγου.

Ἐπεὶ γὰρ τὸν θεῖον ὁ μακαριώτατος δρόμον ἐξ-
ανύων, καὶ τοῖς εἰρημένοις, ἔθνεσι πᾶσιν, οἷα σπό-
ρον οὐράνιον τὸν τοῦ Θεοῦ κατασπείρας λόγον, ἀναρι-
θμήτους μὲν πεπιστευκότας δι' αὐτοῦ καρποφορεῖ
τῷ Χριστῷ, καθαρτηρίῳ δὲ τῆς παλιγγενεσίας ἀπο-
σμήχει λουτρῷ· παντὶ δὲ λόγῳ σοφίας καὶ χάριτος C
φωταγωγῶν καὶ τελετουργῶν, τοὺς μὲν ποιμένας
καθίστη καὶ διδασκάλους, ὅσοις θερμότητι πίστεως
καὶ εὐθύτητι ψυχῆς μᾶλλον εὐδοκεῖν τὸν Θεόν· τοὺς
δὲ ποιμαίνεσθαι καὶ ἄρχεσθαι, κατὰ τὴν ἁγίοις πρέ-
πουσαν εὐθυμοσύνην καὶ τάξιν ἱερῶς διατατόμενος,
ἐκκλησίας καλλίστας καὶ πλείστας ἀνεστήσατο τῷ
Χριστῷ· ἔδει τοῦτον ἔσχατον ὑπὲρ ἁπάντων κατὰ
τὴν τοῦ διδασκάλου μίμησιν θεῖναι τὴν ψυχήν·
τοῦτο γὰρ εἶναι τῆς τελείας ἀγάπης τὸ τεκμήριον·
διὸ καὶ ὑπὸ τῶν ἐμμενόντων ἔτι τῇ πλάνῃ σαφῶς
ἐπιβουλεύεται· καὶ λόγχαις τὰς πλευρὰς ὁ θαυμα-
σιώτατος ἐκκεντηθείς, τὴν ἁγίαν ψυχὴν καὶ μακα-
ρίαν, καὶ ὄντως Χριστοειδῆ καὶ Χριστοφιλῆ, τῷ
ὑπὲρ αὐτοῦ σταυρωθέντι καὶ λογχευθέντι παρατί-
θεται D

Quod enim vir beatissimus divinum cursum consummans, hisque omnibus, quas dixi, gentibus, velut cœlestem sementem, Dei sermonem disseminans, quantos nec numerare quis possit fideles fecunda messe Christo offerebat, ac lustrali regenerationis lavacro, sordibus detergebat; omnique sapientiæ atque gratiæ sermone illuminans ac perficiens, alios pastores doctoresque constituebat (quotquot nimirum fervore fidei animique rectitudine Deo acceptiores noverat), aliis ut pascerentur ac subditi essent, juxta concinnam illam dispositionem, aptumque ordinem qui sanctos decet, sacratissime statuens, Ecclesias pulcherrimas ac longe plurimas Christo excitaverat; par erat, ut quod supremum est, pro omnibus, magistri exemplo, animam poneret. Hoc enim perfectæ dilectionis certum indicium [49]. Quamobrem etiam, eorum qui adhuc errorem colebant eoque obstinatiores erant, insidiis palam appetitur; lanceisque latera transverberatus vir summe mirabilis, sanctam beatamque animam, vereque Christo similem ac Christi amantem, ei qui ipsius causa cruci affixus lanceaque transverberatus fuerat, tradit.

Οὐδὲ γὰρ εἶναι δίκαιον, τὸν ὅλον ἔχοντα τὸν Χρι-
στὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ τούτῳ θαυματουργίαις ὑπερ-
φυεστάταις, διδαχαῖς θεολογικωτάταις καὶ πᾶσι τῆς
ἀρετῆς τοῖς τρόποις ἐξωμοιωμένον, μὴ καὶ κατὰ τὸ
πάθος κοινωνεῖν. Καὶ ὦ τῆς προνοίας! ὦ τῆς οἰκο-
νομικῆς ἐκείνης ἀμφιβολίας τοῦ Θωμᾶ καὶ ψηλαφή-
σεως, ἢ τὸ Χριστομίμητον αὐτῷ πάθος ἠρέμα παρ-
εσήμανεν! Ὅτι γὰρ τὸν τύπον τῆς λόγχης καὶ τῆς
Δεσποτικῆς ἅψασθαι τότε κατηξιώθη πλευρᾶς, ὥσπερ
τινὰ μισθὸν τῆς πανολβίας ἐκείνης ἁφῆς, τὴν ὑπὲρ

Non enim decebat, ut qui totum in se Christum haberet, eique præmagnificis patratis miraculis, doctrinisque divinissimis, ac modis omnibus virtutis similis enituerat, non paris etiam passionis socius exsisteret: Atque, o providentiam! o Thomæ illam certa consilii ratione dubietatem ac contrectationem, quæ illi similem Christo passionem tantisper designaret! Quod enim lanceæ circatricem ac Domini latus tangere tunc meruerat, quasi beatissimi illius contactus mercedem quamdam, lateris

[48] Joan. I, 1. [49] Joan. XV, 13.

Digitized by Google

eam transverberationem, in ejus quem palpaverat gratiam, postea sustinuit; suaque in fine Dominico vulneri aptata passione, eique modis omnibus factus similis, ad eamdem dubio procul claritatem ac regnum sempiternum evasit.

Latus hoc exhorruerunt dæmones, eosque apprehendit timor et tremor; quodque necis avida incensi æmulatione, lubentissimeque per ministros ipsorum dignos sævitia ingruentes pupugerant, intelligentium mox divinarumque Potestatum studiis coli animadvertentes, in chaos atque Tartarum planctu lugubri diffugerunt [50]. Latus hoc reveriti sunt angeli, ut Jesu lateris typum et exemplum; indeque diffluentes cruoris stillas, velut sacrum Domino libamen offerunt. Laudarunt archangeli ac honore prosecuti sunt; quin illius ictu recepta sanctissima Anima, læti plauserunt. Glorificaverunt Principatus, Potestates exaltaverunt, Virtutes magnificarunt, Dominationes humanissime acceperunt, sanctissimique Cherubin ac Seraphin suavissima quadam laude divinissimoque cantico, Domino Sabaoth lætantem, eximieque Regi gloriæ exsultantem, præsentarunt.

Ipsum hoc latus adorat Ecclesia, ejusque guttis pullulans lætatur. O latus, tuo ipsius vulnere eum vulnerans, qui ictum infixit; passionisque imitatione eum glorificans, qui tui causa lancea transverberatus fuit! Latus, non veteri Adamo factum transgressionis causa, sed novo justitiæ materia!

O lancea! exteriori specie necem inferens; spiritali autem intelligentia ipsum qui sublatus est, ducens ad vitam æternam, eique satellitio obsequens! quo etiam fit, ut indignis acerba videaris, illi autem qui Verbi transverberati causa transverberari meruit, melle dulcior sis. Lancea scilicet, Animæ Dei æmulæ januam fabricata, qua ex corpore excederet, eique depulso gladio igneo, pandens paradisi januam, citraque omne impedimentum inter medios Cherubin inducens, ac ei qui sedet super Cherubin, nullis verbis explicabili fiducia ac exsultatione sistens [51].

Quamobrem saluto te ac compello, Animam scilicet lancea stipatam, ac cum gloria ac claritate Christo oblatam. Ave, Verbi eloquentissime discipule, ejusque operum imitator strenuissime; Evangelique ferventissime adimpletione, ac peragendo quod in mandatis sit probatissime. Salve sis, quod cum magistro mori percupiisti; nec percupiisti solum, sed et condiscipulos magna ad hoc voce cohortatus es et impulisti [52]: nec id verbis duntaxat, sed multis pro illo perfunctus laboribus ac periculis, quo alacritas animi vocabat, postmodum reipsa effecisti.

Salve sis, quod et resurrectionem præ cæteris curiosius inquiris; non ipse tibi magis, quam con-

A τοῦ ψηλαφηθέντος ἐπὶ τῆς πλευρᾶς ἐκκέντησιν ὕστερον ὑπέσχεν, καὶ τῷ τοῦ Κυρίου πάθει τὸ ἴδιον ἐπὶ τέλει προσηρμοκὼς, καὶ οἱ πάντα τρόπον ἐξωμοιωμένος, εἰς τὴν αὐτὴν ὁμολογουμένως δόξαν καὶ ἀΐδιον ἀνελήφθη βασιλείαν.

Ταύτην ἔφριξαν δαίμονες τὴν πλευράν, καὶ φόβος καὶ τρόμος ἐπελάβετο αὐτούς· καὶ ἣν ζήλῳ φονώδει πυρπολούμενοι, καὶ διὰ τῶν ἀξίων αὐτοῖς ὑπουργῶν ὡς ἥδιστα καταδραμόντες ἐξεκέντησαν, ταύτην εὐθὺς ὑπὸ νοερῶν καὶ θείων Δυνάμεων περιεπομένην καθορῶντες, εἰς χάος καὶ Τάρταρον ἀπεφοίτησαν ὀλοφυρόμενοι. Ταύτην ἠδέσθησαν ἄγγελοι, ὡς ἀντίτυπον τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἰησοῦ· καὶ τὰς ἀπορρεούσας αὐτῆς ῥανίδας τοῦ αἵματος, οἷα σπονδὴν ἱερὰν ἀναφέρουσι Κυρίῳ. Ταύτην ἀρχάγγελοι ἥγνεσαν καὶ ἐτίμησαν· μᾶλλον δὲ, διὰ τῆς τρώσεως ταύτης, τὴν B παναγίαν ψυχὴν ἐκρότησαν ἀναλαβόντες. Ἀρχαὶ δὲ, ἐδόξασασαν· Ἐξουσίαι δὲ, ὕψωσαν· Δυνάμεις δὲ, ἐμεγάλυναν· καὶ αἱ Κυριότητες μὲν ἐδεξιώσαντο· οἱ παναγέστατοι δὲ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, μετά τινος ἐμμελοῦς αἰνέσεως καὶ θεοπρεπεστάτης ὑμνῳδίας, τῷ Κυρίῳ Σαβαὼθ εὐφραινομένην, τῷ τῆς δόξης παρέστησαν ὑπερφυῶς ἀγαλλιωμένην βασιλεῖ.

Ταύτην καὶ ἡ Ἐκκλησία προσκυνεῖ τὴν πλευράν, καὶ ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφραίνεται ἀνατέλλουσα. Ὦ πλευρὰ, τῷ οἰκείῳ τραύματι τραυματίζουσα τὸν τετρωκότα· καὶ τῷ τοῦ πάθους μιμήματι, δοξάζουσα τὸν λελογχευμένον ὑπὲρ σοῦ! Πλευρὰ, οὐκ ἀφορμὴ παραβάσεως τῷ παλαιῷ Ἀδὰμ, ἀλλὰ δικαιοσύνης C ὑπόθεσις τῷ καινῷ γεγενημένη!

Ὦ λόγχη! τὸ ὁρώμενον μὲν, θάνατον ἐργαζομένη· τὸ νοούμενον δὲ, τὸν θανόντα πρὸς τὴν αἰώνιον ὁδοποιοῦσα καὶ δορυφοροῦσα ζωήν· οἷς καὶ πικρὰ μὲν δοκεῖ; τοῖς ἀναξίοις· ἡδίων δὲ μέλιτος, τῷ ὑπὲρ τοῦ νυγέντος κεντηθῆναι κατηξιωμένῳ Λόγου. Λόγχη, θύραν μὲν τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἐξόδου τῇ θεομήτῳ τεκταινομένη ψυχῇ· τὴν θύραν δὲ ταύτῃ τοῦ παραδείσου διανοίγουσα, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν ἐκκρούσασα· καὶ διὰ τῶν Χερουβὶμ ἀκωλύτως εἰσάγουσα, καὶ τῷ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ μετὰ παῤῥησίας ἀφράστου καὶ ἀγαλλιάσεως προσάγουσα.

Τοιγαροῦν προσαγορεύω σε, τὴν διὰ τῆς λόγχης D δορυφορουμένην, καὶ μετὰ δόξης τῷ Χριστῷ προσαναφερομένην ψυχήν. Χαῖρε, τοῦ Λόγου λογιώτατε μαθητὰ, καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ πρακτικώτατε μιμητά· καὶ τοῦ Εὐαγγελίου θερμότατε πληρωτὰ, καὶ τῆς ἐντολῆς δοκιμώτατε τελειωτά. Χαῖρε, ὅτι ἐπεθύμησας τῷ διδασκάλῳ συναποθανεῖν· καὶ οὐκ ἐπεθύμησας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς εἰς τοῦτο μεγαλοφώνως προέτρεψας καὶ παρώτρυνας· καὶ οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ μετὰ πολλοὺς ὑπὲρ ἐκείνου πόνους καὶ κινδύνους, ὕστερον καὶ τοῖς ἔργοις ἐκτετέλεκας τὴν προθυμίαν.

Χαῖρε, ὅτι καὶ τὴν ἀνάστασιν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πολυπραγμονεῖς· οὐ μᾶλλον ἑαυτῷ, ἢ τοῖς συμμα

[50] Psal. XLVII, 7. [51] Gen. III, 24; Psal. LXXIX, 98. [52] Joan. XI, 16.

Digitized by Google

θηταῖς· οὐδὲ τούτοις μᾶλλον, ἢ πᾶσιν ἔθνεσιν, τὸ μέγα τοῦτο μυστήριον τῇ πολυπραγμοσύνῃ βεβαιούμενος· καὶ τὴν ὑπόνοιαν τῆς φαντασίας διορθούμενος, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀπείθειαν ἐπιῤῥαπίζων, καὶ τὴν τῶν αἱρετικῶν ἐπικόπτων φρενοβλάβειαν, καὶ πᾶσι τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν ἀναμφίλεκτον ὀδοποιῶν.

Χαῖρε, ὅτι μεγαλοφυΐᾳ ψυχῆς, καὶ περιουσίᾳ πνεύματος δυνάμεως, τοῖς μέλασι μὲν τὸ σῶμα, μελανοτέροις δὲ ζόφου τὴν ψυχὴν προσεγγίσαι κατετόλμησας· καὶ τούτοις, τὸ σῶμα μὲν οὐκ ἐλεύκανας· διατί γάρ; ἡλίου δὲ λευκοτέραν ἢ φωτοειδεστέραν ἀπέφηνας τὴν ψυχήν· ἧς δῆλον ὅτι μόνης χρεία τῷ Σωτῆρι. Οὐ γὰρ σωμάτων εὐπρεπείας (φθαρτὰ γάρ), ἀλλὰ ψυχῶν ὡραιότητος (ἄφθαρτος γάρ), ὁ φιλόψυχος νυμφίος ἐρᾷ. Ὧν αὐτὸς, ὦ νυμφοστόλε καὶ ἁρμοστὰ τοῦ Λόγου, τῇ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύματος τὴν ψυχικὴν ἀμορφίαν καὶ μελανίαν ἀποξύσας, ταῖς ἀκτῖσι δὲ τῆς χάριτος περιαυγάσας· καὶ οἷα δευσοποιῷ βαφῇ τῇ πίστει Χριστοῦ καὶ τῇ ἀγάπῃ καταχρώσας, καὶ νοερῶς καταλευκάνας, εὐπρέπειάν τινα τούτοις, καὶ διὰ τῶν ἀρετῶν μυστικὴν ἐνεμόρφωσας καλλονήν· καὶ τοσοῦτον αὐτοῖς τὴν νοερὰν εὐμορφίαν ἐφιλοτιμήσω ταῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐπιμελείαις, ὡς καὶ εἰς Ἐκκλησίας ἀμώμους, ἁγίας καὶ ἀγαπητὰς καταστῆναι Χριστῷ.

Χαῖρέ μοι, καὶ σκίρτα, καὶ χόρευε, τρισμακαριώτατε Θωμᾶ, τῶν ἁγίων τὸ ἐγκαλλώπισμα, τῶν ἀποστόλων τὸ γλύκασμα, τὸ ὡράϊσμα τῶν οὐρανίων νόων, τὸ τῆς Ἐκκλησίας περιπόθητον ἄκουσμα, περίπυστον λάλημα. Χαῖρε, τοῦ Κυρίου Πνεύματος τὸ παναγέστατον σκήνωμα, τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὸ φύτευμα, καὶ τῆς βασιλείας διάδημα· τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ εὐλογημένον καὶ σπέρμα καὶ τέκνον, καὶ ὅλης κληρονόμον τῆς ἀγαθότητος· ἧς καὶ ἡμᾶς, ὦ τῆς ἀξιαρχικῆς Τριάδος ἁγιοπρεπέστατον ἁγιαστήριον, μετόχους κατασκευασάμενος, καὶ κοινωνοὺς παραλαβών, σὺν σοὶ δοξάζειν καὶ αἰνεῖν καταξίωσον τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Η'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἁλφαίου (24).

Χθὲς καὶ πρώην ὁ μακαριώτατος τῶν ἀποστόλων Θωμᾶς, τῶν αὐτοῦ παθημάτων καὶ τῆς ἀναλύσεως

A discipulis; ac nec his magis, quam gentibus universis, curiosa indagine magnum hoc mysterium astruis, spectrique suspicionem ac inanis visi amoliris; Judæorumque incredulitatem convellis, ac hæreticorum dementiam exscindis; cunctisque demum rectam ac inculpatam fidem omni dubio eximis.

Salve sis, quod magnifica animi indole ac spiritus fortitudinis abundantia, nigros corpore, animique caligine nigriores accedere ausus est. Atque his quidem corpus candore non mutasti (quid enim intererat?), at sole candidiorem lucidioremque animam reddidisti; qua nimirum una Salvator opus habet. Non enim Sponsus ille animorum amans, corporum deperit venustatem (quippe cum illa corruptioni obnoxia sint), sed animorum decorem, quippe qui ab illa immunes ac liberi sint. Horum tu, Verbi auspex ac pronube! sic animis concretam deformitatem ac nigredinem gladio Spiritus abradens, gratiæque radiis collustrans, ac velut indelebili tinctura Christi fide ac dilectione alte imbuens, menteque dealbans ac candorem concilians, quamdam eis venustatem, ac mysticam virtutum cultu consistentem pulchritudinem informasti: tantumque eis animi decorem ac florem, Spiritus curis accurasti, ut et Ecclesiæ immaculatæ, sanctæ, Christoque charissimæ conflarentur.

Salve sis, exsulta et choros ducito, ter beatissime Thoma, sanctorum gloria, apostolorum suavissimæ deliciæ, cœlestium mentium præclarum decus, Ecclesiæ desideratissima auditio, clara celebrisque narratio ac sermo. Salve sis, Domini Spiritus purissimum tabernaculum, Christi Jesu plantatio ac regni diadema: Dei ac Patris benedictum tum semen, tum filius ac proles, omnisque bonitatis hæres: cujus nos quoque, o primævæ sanctitatis Trinitatis locupletissimum sanctuarium! participes faciens ac consortes assumens, dignare tecum glorificare atque laudare, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VIII.

Laudatio sancti ac celebratissimi Jacobi Alphæi apostoli.

Heri nudiusque tertius apostolorum beatissimus Thomas, suarum passionum ac migrationis oblata

(24) Diu est ex quo mihi visus, dulcissimam mihi rem ac nomen serio vindicasse, Jacobum Alphæi apostolum primi ordinis unumque e duodecim, expuncto ex eorum albo, qui unus e septuaginta duobus et fere in eis, antistitisque munere princeps Jacobus Josephi filius (ut vocat Nicetas more majorum, exque veterum communi sententia) qui et Θεάδελφος (ut iidem vocant, aliis ἀδελφόθεος) primus eorum qui ab apostolis ordinati sunt, non qui a Christo, ut scite Anast. Biblioth. in notis ad Acta VIII synodi, act. 1, consentanee Anacleto, qui in ejus ordinatione traditam reliquis formam ordinationis episcopi, ut nonnisi a tribus fiat ordinantibus, Petro, Jacobo et Joanne, tradit: quidquid ad eum ventose Lorin. in Act. apostolorum, *Græcos non moror*. Esset actum agere, plura conferre ad ea quæ mihi producta sunt in Hippolyti Synopsi, n. 9, quæ mihi rata volo, debuissentque æmuli elevare, aut contrariis momentis veterumque auctoritatibus convellere, meque illorum sententiæ veritatem historica vere fide docere, non meam παῤῥησίαν cavillari, et quod *imprudenter nimis* dictum audire non potui, quod præcipui nostri antistites, quod Ecclesiæ totæ, Græca, Syra, Æthiopica, antiqua traditione accepta, ac quam maxime Evangelio consentanea, dixissent, ac nunc etiam celebrarent. Imprudenter dictam vocem, latamque temere censuram, exagitavi, qua sibi parcendum vir modestissimus voluisset, si a me prolata momenta ac monumenta, ipsa animo

Digitized by Google

memoria, nos splendide accepit, suavissimo nos epulo ac delectatione adimplens spirituli. Hodie vero, alia actio est, ac convivium aliud mysticum; aliusque nobis auspex atque incœptor indictus est sacræ solemnitatis, nihil illius magnificentiæ impar ac splendori. Quippe illius frater est; haud quidem natura, sed fide; non carne, sed spiritu, uno Dei Spiritu, eodem Domini Verbo, eodemque Patre qui in cœlis est, uno eodemque modo renatus, ita nimirum ut ambo in unum corpus exsistant [83], unumque spiritum; qui videlicet ipse quoque perinde ac venerabilis Didymus eodem modo ad fidei unitatem et agnitionis Filii Dei occurrerit [83*].

A πρετεινόμενος τὴν μνήμην, λαμπρῶς ἐδεξιώσατο, ἡδίστης ἡμᾶς ἑστιάσεως καὶ τερπνότητος ἀναπλήσας πνευματικῆς. Σήμερον δὲ πρᾶξις ἄλλη καὶ ἄλλο συμπόσιον μυστικόν· καὶ ἄλλος ἡμῖν ἔξαρχος τῆς ἱερᾶς κεκήρυκται πανηγύρεως, οὐδὲν ἐκείνου τῆς μεγαλοπρεπείας λειπόμενος. Ἀδελφὸς γὰρ ἐκείνου· τὴν φύσιν μὲν οὔ· τὴν πίστιν δέ· ἀδελφὸς οὐ τῇ σαρκὶ, τῷ πνεύματι δέ· ἑνὶ τῷ τοῦ Θεοῦ Πνεύματι, τῷ αὐτῷ Λόγῳ Κυρίου, τῷ αὐτῷ Πατρὶ τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀναγεννώμενος τρόπον, ὡς εἰς ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα τοὺς ἀμφοτέρους καθεστάναι, καθ' ἕνα τρόπον εἰς τὴν τῆς πίστεως ἑνότητα, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν τελειότητα ὡσαύτως τῷ σεπτῷ Διδύμῳ καὶ οὗτος κατηντηκώς.

Vultis ejus nomen audire, qui hujusce diei solemnia præbet? At quis nesciat Jacobum esse, qui sacræ hodie solemnitatis ac sanctorum lætitiæ auspex exsistat? Jacobus nimirum, non qui Zebedæi filius nuncupatur: non qui Josephi, qui et Dei fratris cognomen adeptus est; sed qui Alphæi nomine

B Βούλεσθε καὶ τὴν προσηγορίαν τοῦ χορηγοῦ ταύτης ἀκοῦσαι τῆς ἑορτῆς; Καὶ τίς οὐκ οἶδεν ὡς Ἰάκωβος σήμερον τῆς ἱερᾶς πανηγύρεως, καὶ τῆς τῶν ἁγίων φιλοφροσύνης καθηγεῖται; Ἰάκωβος οὐχ ὁ τοῦ Ζεβεδαίου λεγόμενος υἱός· οὐχ ὁ τοῦ Ἰωσὴφ, ὃν καὶ Θεάδελφον ἐπωνομάσθαι· ἀλλ' ὁ τοῦ Ἁλφαίου παρὰ

[83] Gen. II, 24. [83*] Ephes. IV, 13.

succurrissent, nec πρόληψις ex Hieronymi semel hausta opinione (cui nec ille constans hæsit), vel ex ipsis Romanis recentioribus tabulis, judicio obstasset. Putavit Chrysost. hom. 33 in x Matthæi Jacobum et Matthæum fratres ex evangelicis ipsis verbis, nulla vi eis facta, se perspicue habere, quod Alphæi ambo cognomine ab aliis omnibus diserte distincti. Ita nimirum solemne Hebræis, ipsique Scripturæ, ut loco cognominis, parentis nomen in obliquo ponant. *Levi* ergo *Alphæi* (qui et Matthæus tribus evangelistis in catalogo apostolorum, ipsique Matthæo in eadem suæ vocationis historia), Marc. II, 14; *Jacobi Alphæi*, Matth. X, 3; Marc. III, 18; Luc. VI, 15; sicque Græci in Menæis, quod sancte in aliis solent (ut est auctor S. Th. Joan. I), maximum doctorem suum exponendis sacris Scripturis, secuti Chrysostomum. Velim mihi hunc nodum solvi, quod maximum est (etsi non unum), ut non possim in contrariam sententiam adduci. Perion. in Matthæi Vita, quod scribit, pene initio. *Alphæi, ut ait Lucas, filius*, falsus memoria est. *Marcus* dicere debuit, qui unus sic, *Levi Alphæi* dixit. Existimavit tamen ea forma loquendi, illius partem significari. Quidni ergo in Jacobo Alphæi? Aut unde iste Alphæus non idem ubique in sacris Evangeliis, estque necesse tantam in eis ὁμωνυμίαν admitti? Abdias, si qua auctori fides, libr. VI, Judam Thaddæum Alphæi filium facit, Jacobi fratris Domini uterinum fratrem, quem Josephus ex Maria Cleophæ sustulerit, eoque nomine peculiarius omnibus Domini frater appellatus sit; cum et alii illius fratres audirent, peculiari illa affinitate familiæ Josephi. At nihil hæc ad Matthæum seu Levi Alphæi, qui nec per somnium Domini frater aut Josephi filius audivit unquam, uti nec Jacobus Alphæi, quotiescunque ita dictus in Evangeliis, aut Act. libro occurrit. De Matthæo idem Abdias, l. VII: *Matthæus cognomento Levi et Alphæi filius;* haud dubie alium Alphæum dicens, qui pater Levi, et qui Judæ ex Maria Cleophæ, nisi illum quoque, et qui Jacobus Alphæi dictus est, velit ex alia ante uxore suscepisse. Quo ipso modo illi alius Jacobus Alphæi, alius Jacobus frater Domini, quem Alphæi nolit, sed magis Josephi. Major fides illorum, quæ tanta produxi, Hegesip., Greg. Nyss., Epiph., Chrys., etc. Non pigebit ex Menæis unam aut alteram stro-

phem apponere, quod præsertim Canon certo auctore editus est, nempe Theophane, qui et ipse suum habeat auctoritatis pondus, dum veri apostoli gesta laudat ac passionem, quæ prorsus abhorrent ab iis quæ de Jacobo fratre Domini explorata habemus ex ecclesiastica historia; in qua, cum tanta perscripta sint, nec verbum exstat, quo vel Jerosolymis, vel ipso templo exiisse memoretur, ad prædicationis C aliaque apostolorum propria obeunda munia. Κάθισμα. Τὴν σοφίαν τὴν ὄντως παιδαγωγὸν ἐσχηκώς σε μυοῦσαν τὰ ὑπὲρ νοῦν, σοφίαν ἐμώρανας τῶν Ἑλλήνων, θεόπνευστε, καὶ ἐθνῶν ἐγένου φωστὴρ καὶ διδάσκαλος, εὐσεβείας λόγοις ῥυθμίζων τοὺς ἄφρονας· *Qui eam quæ vere est, sapientiam pædagogum nactus esses, ea secretius docentem quæ mentis intelligentiam superant, Græcorum sapientiam, vir a Deo afflate, stultam ostendisti, gentiumque lumen atque magister exstitisti, pietatis sermonibus atque doctrinis insipientes componens.* Οἶκος. Τὸν οὐρανόθεν τοῦ Λόγου μυηθέντα τὴν γνῶσιν, καὶ τρανῶς τοῖς ἐν γῇ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύξαντα, τὸν μέγαν προῃρημένος τοῦ Ἁλφαίου τὸν γόνον ἀνευφημῆσαι, σὲ δυσωπῶ καταπέμψαι μοι χάριν, Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ πλήσας Πνεύματος θείου τὸν σοφὸν μαθητήν σου, καὶ κήρυκα τοῦτον πᾶσι τοῖς πέρασι δωρησάμενος. *Qui verbi scientiam cœlitus edoctus, clare in terra Evangelium prædicavit, magnum Alphæi filium cui laudibus celebrare animo constitutum sit, obsecro ut mihi gratiam, Jesu Christe, affluenter mittas, qui sapientem discipulum tuum divino Spiritu replesti, ac cunctis terminis terræ præconem donasti.* Ode 8, 1: Ἱερομύστης τὰ οὐράνια μεμυημένος, μάκαρ ὄντως, μυστήρια, διελήλυθας τὴν σύμπασαν οἰκουμένην, κηρύττων μεγαλοφώνως λόγον τῆς τοῦ Χριστοῦ πίστεως. *Mysta sacer, cœlestia, vir vere beatus, doctus mysteria, omnem terrarum orbem peragrasti, alto vocis præconio, Christi fidei doctrinam prædicans.* De Jacobo fratre Domini, quod iisdem pene verbis dicunt, in Vesper.: Πάντα περιήχησε τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα τῶν ῥημάτων ὁ φθόγγος σου, δι' ὧν φωτιζόμεθα ἀρετῆς ἐνθέου πρὸς πᾶσαν ἰδέαν. *Omnes fines orbis terrarum circumsonuit sonus verborum tuorum, quibus ad divinæ virtutis genus omne illustramur,* ad ipsius epistolam spectat, ex cujus verbis ac documentis, idem ipse Theophanes ejus Officii canonem magna ex parte conflavit.

Digitized by Google

τοῖς ἱεροῖς ἀνακηρυττόμενος Εὐαγγελίοις. Οὗτος ἡμᾶς νῦν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ μνήμην ξεναγῶν, καὶ τοὺς συχνοὺς ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου πόνους, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου προβαλλόμενος σταυρὸν, λαμπροτάτην ψυχαῖς εὐωχίαν καὶ πολυτελεστάτην συγκροτεῖ· καὶ οὐ τοὺς κάτω μόνον ἀνθρώπους πρὸς τὴν κατ' αὐτὸν χαρμοσύνην συγκαλεῖ, πολλῷ δὲ μᾶλλον τὰς ὅλας χοροστασίας τῶν ἁγίων· καὶ οὐ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπερκοσμίους ταξιαρχίας πάσας τῶν ἱερῶν καὶ νοερῶν νόων· καὶ μὴν καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην ὑπερκοσμίως ἐπευδοκοῦντα τοῖς τελουμένοις συνεπάγεται. Οὕτως οὐδὲν τῆς ἀποστολικῆς τελειότητος περιφανέστερον, καὶ οὐδὲν οὕτως εὐφραίνει καλὸν τοὺς οὐρανοὺς ὁμοῦ καὶ τὴν γῆν, ὡς ἑνὸς τῶν δώδεκα τοῦ Θεοῦ τέκνων ἱερῶν ἐκτελουμένη μνήμη. A B

in sacris Evangeliis celebris habetur. Hic nempe ad ipsius nos hodie memoriam hospites congregans, crebrosque in magistri gratiam susceptos labores, sacraque desudata certamina, ac crucem illius causa fortiter toleratam, qui ipse cruci affixus est, apponens, splendidissimum lautissimumque animis convivium instruit. Nec mortales duntaxat in terris constitutos ad suum illud festum gaudiumque invitat, quin longe potius totos sanctorum choros: nec vero illorum tantum, verum etiam sanctarum intelligentium mentium mundo superiores cunctos ordines ac principatus: quin ipsum quoque universorum Dominum adducit ac cogit, cui eximie placeant ea quæ peraguntur. Sic nihil apostolica perfectione illustrius, nullumque adeo bonum, cœlum pariter terramque gaudio afficit, ac unius e duodecim sacrorum Dei filiorum festis honoribus memoria venerabilis.

Ἀλλὰ καρποφορήσωμεν καὶ ἡμεῖς τῷ μεγάλῳ τοῦ Λόγου μαθητῇ, μεῖζον ὧν ἔχομεν πάντων, τὸν λόγον· καὶ μὴ τοσοῦτον ἀχαριστήσωμεν ἢ ἀγνωμονήσωμεν, ὥστε καὶ τῶν ἀψύχων αὐτῶν καὶ τῶν ἀλόγων χείρους εἶναι δοκεῖν. Ἐπεὶ καὶ γῆν ἀρουμένην, ἢ καὶ περισκαπτομένην καὶ γεωργικῆς ἁπάσης τυγχάνουσαν ἐπιμελείας, πολλαπλασίους ἀποδιδόναι τῷ γεωργῷ τοὺς καρπούς· καὶ ξύλον δὲ φυτοκομίας, καὶ τῆς καθηκούσης ἐπιτυχὸν φιλοπονίας, οἷδεν τῷ παρ' ἑαυτοῦ τὸν ἀνακαθαίροντα δεξιοῦσθαι καρπῷ· καί που καὶ τῶν ἀλόγων ἕκαστα, οὐκ εἰκῇ τῆς παρὰ τῶν κτησαμένων ἢ θρεψαμένων ἀπέλαυσε κομιδῆς· οἷδεν δὲ καὶ αὐτὰ τὸν εὐεργέτην εὐκαίρως, κατὰ τὴν αὐτῶν δύναμιν, ἀμείβεσθαι· πολλῷ δήπου μᾶλλον προσήκειν ἡγοῦμαι τοῖς τετιμημένοις λόγῳ, τοῖς αὐτῶν διδασκάλοις τὸν τῆς εὐγνωμοσύνης καρπὸν ἀφοσιοῦσθαι. Πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ τοῖς τοῦ Λόγου μὲν μαθηταῖς, ἡμῶν δὲ παιδευταῖς, τὴν κρείττω καὶ εἰς ἀεὶ μένουσαν παίδευσιν· τοῖς τῇ παιδείᾳ τοῦ Κυρίου καὶ θεοτελεῖ διδαχῇ τὰ ὦτα μὲν ἡμῖν τῆς καρδίας διανοίξασι, τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ καταφωτίσασιν, ὡς ἀκοῦσαι καὶ γνῶναι τῆς εὐσεβείας τὸ μέγα μυστήριον· καὶ τὸν σκότον μὲν ἀσεβείας καὶ ματαιότητος ἀπολιπεῖν, τῷ ἀληθινῷ δὲ τῆς δικαιοσύνης φωτὶ προσδραμεῖν. C

Verum nos quoque, magno sermonis Verbique discipulo, id quod in censu majus omnibus habemus (sermonis scilicet fructum) dependamus; nec in tantum ingrati improbique esse velimus, ut et ipsis anima et sensu et sermone ac ratione carentibus deteriores esse videamur. Nam et terra aratro conscissa, sive etiam circumfossa, omnemque culturæ artis curam consecuta, ex indole habet ut multiplici fructu messem colono frugesque reddat: arbores item diligenti consitæ manu, ac convenienti educatæ adultæque industria, eum cujus emundantur opera, pomis, nucibus, fructuumque omni copia recreare norunt. At nec bruta propemodum ulla, frustra nulloque munere aut commodo, eorum, qui domini sunt aut educarunt, curis perfruuntur: quin et ipsa opportune, quanta eorum facultas est, ei qui beneficium impenderit, vices reddere sueverunt. Longe igitur potiori ratione operæ pretium duco, ut qui sermonis vi ac ratione ornati sumus, gratitudinis fructum magistris nostris exsolvamus: atque id cunctis quidem, maxime vero sermonis discipulis; viris scilicet, qui potiore doctrina, ac quæ in perpetuum consistat, nos erudierant: qui nempe Domini disciplina, divinaque doctrina cordis aures nobis aperuerunt, mentisque oculos, quo audire ac scire magnum pietatis mysterium liceret, collustrarunt; et ut impietatis ac vanitatis relictis tenebris, ad veram justitiæ lucem accurreremus.

Ἀποδῶμεν τοιγαροῦν καταχρέως τοῦ λόγου τὴν ὀφειλὴν τοῖς ἱεροῖς ἀρόταις τοῦ Λόγου, καὶ τῆς ἡμετέρας καρδίας γεωργοῖς, καὶ τοῖς σωτηρίας ἱερουργοῖς. Ἀποδῶμεν τοῖς τ' ἄλλοις πᾶσι, καὶ μετ' αὐτῶν καὶ τῷ σήμερον εἰς αἴνεσιν καὶ δόξαν μνημονευομένῳ· καὶ καρποφορῶμεν, οἱ μὲν, τὸν τῆς ἱερᾶς αἰνέσεως καὶ δοξολογίας φθόγγον ἀνακρούοντες· οἱ δὲ, προθέσεως τελειότητα καὶ ἄνευον κατὰ νοῦν προσάγοντες προσευχήν· οἱ μὲν πίστιν ἀνόθευτον καὶ εἰλικρινῆ, οἱ δὲ, πόθον διάπυρον καὶ θεοπρεπῆ· καὶ οἱ μὲν αἰσίως καὶ δεξιῶς τὸν μέγαν Ἀπόστολον κατὰ τὴν παρ' αὐτοῦ χορηγουμένην τοῦ Λόγου χάριν ἐπαινοῦντες, οἱ δὲ, συνετῶς καὶ πιστῶς τὸ ἐγκώμιον κατακούοντες, ὡς ἂν αὐτῷ πᾶσι τρόποις ἐπικοινωνοῦν- D

Reddamus pro munere sacris sermonis aratoribus, sermonis debitum, nostrique cordis colonis, salutisque cultoribus ac sacris ministris. Reddamus, cum reliquis omnibus, tum pariter etiam huic, cujus hodie celebri cultu ac laude memoriam agimus: fructumque afferamus, ita nimirum ut alii sacræ laudationis ac cantici sonum quasi plectro edant; alii vero, animi perfectionem jugemque mente orationem offerant; alii veram ac sinceram fidem, alii accensum divinumque amoris ardorem: atque alii quidem fauste ac solerter pro ejus quam ipse sermo subministrat gratiæ ratione, magnum Apostolum laudent; alii autem, prudenter fideque laudationem peraudiant, ut modis omnibus eius

Digitized by Google

gaudentes commercio, perfectiore ex illo præstantiorique gratia impartiamur. Hinc vero ordiendum.

Vir hic sacratissimus, sanctissimæque Dei gratiæ verissimus Filius; generosus atque nobilis veræ vitis palmes; pinguis ille, opimi fructus longeque copiosi ferax; quem cœlestis quidem agricola, Pater purget, ac qui in Filio radicatus læte frondeat, fructumque ferat; quique demum uberi jugique Paracleti irriguo pinguescat, seu vitam hauriat [84]. Palma frondosa atque sublimis, e terra primum exque infimis orta, at quæ postmodum sublato in cœlum stipite, ad Deum usque, virtutum ascensionibus summo vertice exaltata sit: quæ denique sic jucundum tantaque placentem pietatis dulcedine multiplicem ei fructum protulerit, ut longe celsissimo venerabilissimoque duodeno apostolorum choro accenseri meruerit.

Hic igitur magnus ac admirandus Jacobus; disciplinæ ille (vitæ scilicet) Filius (hoc enim sibi vult Alphæi appellatio (24*) cum lege prius litteræ institutus, inque umbris atque figuris, ut par erat, eum, qui vere Israelita futurus esset, prædoctus fuisset ac quasi rudimento imbutus, ut solummodo Spiritus vitæ legislatorem vidit, ubi tantum cœlestem vocationem ac cœlestis Magistri vocem audire promeruit, mente fideque enitentem in eo veritatem intelligibiliter persentiscit, ut qui recto corde ac verbi studiosus esset: ut tanquam ipse bonæ indolis, ipsum natura Bonum intelligens, ac simile simili eximia quadam ratione agnoscens, mentis eum affectu apprehendit, ac indivise illi cohærescit.

At non spiritu quidem menteque vocanti adhæsit, corpore vero ab eo sejungi sustinuit, nec partim mundo atque sæculi desideriis turbisque impendebatur, partimque ipsum sequendum putavit; quem plane non lateret, fieri non posse ut quis duobus dominis servus addictus sit [85]: quin ne uni quidem eidemque obsequebatur, ita vero ut in res suas satis putaverit una honesti rectique parte defungi; aut scilicet sermone, præclaræ actionis ope carente, aut actione, quam sermonis lux ac doctrinarum deficeret: sed utrisque ingenue admodum, et ut magistro congruum erat, animo affectus, tum spiritu totus penitus illi consertus ac counitus erat, tum corpore indivisas cum illo moras trahebat; sapientiæque et prudentiæ atque gratiæ sermonibus aurem probe intelligentem adhibens, ejus chori principum ea parte nulli secundus erat, fideique operibus ac dilectionis pari illis modo vir admirandus perfectus, qui fieret ut in supremam antiquissimamque apostolorum classem cooptari non mereretur?

Postquam enim legitima illi contubernii cum Christo indivisæque sedulitatis ratio ineunda erat,

τες, τελειοτέρας τῆς χάριτος ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀμείνονος μετάσχοιμεν. Ἀρκτέον δὲ ἐντεῦθεν.

Οὗτος ὁ ἱερώτατος ἀνὴρ, καὶ τῆς ἁγίας Θεοῦ χάριτος γνησιώτατος υἱός· τὸ εὐγενὲς κλῆμα καὶ τίμιον τῆς ἀμπέλου τῆς ἀληθινῆς, τὸ πῖον, τὸ εὔκαρπον καὶ κατάκαρπον· τὸ ὑπὸ τοῦ οὐρανίου μὲν γεωργοῦ καθαιρόμενον, τοῦ Πατρός· ἐρριζωμένον δὲ καὶ εὐθαλῆ καὶ καρποφοροῦν ἐν τῷ Υἱῷ· δαψιλεῖ δὲ καὶ ἀεννάῳ τοῦ Παρακλήτου πιαινόμενον, ἤτοι ζωούμενον, ἀρδείᾳ· ὁ φοῖνιξ ὁ εὔκομος καὶ ὑψίκομος· ὁ κάτωθεν ἀπὸ γῆς πρῶτον ἐκφὺς, καὶ τὸ στέλεχος εἰς οὐρανὸν ὕστερον ἀναδοὺς, καὶ μέχρι Θεοῦ ταῖς ἀναβάσεσι τῶν ἀρετῶν ὑψωθείς. Καὶ οὕτω θυμήρη καὶ οὕτως ἥδιστον αὐτῷ τῆς εὐσεβείας πεπλεονακὼς καρπὸν, ὡς τῇ ὑψηλοτάτῃ τῶν ἀποστόλων καὶ τιμιωτάτῃ συναριθμεῖσθαι δωδεκάδι

Οὗτος τοίνυν ὁ μέγας Ἰάκωβος καὶ θαυμαστός· ὁ τῆς μαθήσεως, ἤτοι ζωῆς, υἱὸς (τοῦτο γὰρ τὴν τοῦ Ἀλφαίου δηλοῦν προσηγορίαν), ἐπειδὴ τὸν νόμον τοῦ γράμματος προκατηχήθη, καὶ ταῖς σκιαῖς καὶ τοῖς τύποις, ὡς εἰκὸς ἦν τὸν ἀληθῶς Ἰσραηλίτην ἐσόμενον, προεπαιδαγωγήθη καὶ προκατηρτίσθη· ὡς μόνον εἶδε τὸν νομοθέτην τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς, ὡς μόνον τῆς οὐρανίου κλήσεως, καὶ τῆς τοῦ οὐρανίου διδασκάλου κατηξιώθη φωνῆς, αἰσθάνεται μὲν νοερῶς καὶ πιστῶς τῆς νοητῶς ἐν αὐτῷ νοουμένης ἀληθείας, ἅτε καρδίας εὐθείας καὶ ἀληθευτικῆς ὤν· καὶ ὡς ἀγαθὸς ὢν τὴν ψυχὴν, τὸ φύσει κατανενοηκὼς ἀγαθὸν, καὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ὑπερφυῶς ἐπεγνωκὼς, καταδράττεται τούτου διαθέσει ψυχῆς, καὶ ἀδιατμήτως προσκολλᾶται.

Ἀλλ' οὐ πνεύματι μὲν καὶ νοῒ τῷ κεκληκότι συνεφύετο, τῷ σώματι δὲ διηρῆσθαι τούτου κατεδέχετο· οὐδ' ἐν μέρει μὲν τῷ κόσμῳ καὶ ταῖς κοσμικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ τύρβαις ἀπησχόλητο, ἐν μέρει δὲ τούτῳ ἕπεσθαι ᾤετο δεῖν, δυσὶ κυρίοις δεδουλῶσθαι ἀνένδεκτον εἰδὼς ὄν· οὐδ' ἑνὶ μὲν καὶ τῷ αὐτῷ κατεπειθὴς ἦν, καθ' ἕνα δὲ τρόπον αὔταρκες εὐαρεστεῖν ἡγεῖτο, ἢ λόγῳ πράξεως ἀμοιροῦντι δεξιᾶς, ἢ πράξει τοῦ τῶν λόγων λειπομένῃ φωτός· κατ' ἄμφω δὲ λίαν εὐφυῶς, καὶ πρὸς τὸν διδάσκαλον ἁρμοδίως διακείμενος, καὶ πνεύματι ὅλος δι' ὅλου συνήρμοστό τε καὶ συνήνωτο, καὶ σώματι ἀναπόσπαστον τὴν μετ' αὐτοῦ πεποίηκε διατριβήν· καὶ λόγοις μὲν σοφίας καὶ συνέσεως καὶ χάριτος εὐσύνετον οἷς παρατιθέμενος, οὐδενὸς κατὰ ταῦτα τῶν κορυφαίων ἀπελείπετο· καὶ ἔργοις δὲ πίστεως καὶ ἀγαπήσεως ὁμοίως ἐκείνοις ὁ θαυμάσιος κατηρτισμένος, πῶς οὐκ ἔμελλεν τῆς ἀνωτάτω καὶ πρεσβυτάτης τῶν ἀποστόλων τάξεως καταξιῶσθαι;

Ἐπειδὴ γὰρ νόμιμον ἔδει τούτῳ γενέσθαι τὴν μετὰ τοῦ Χριστοῦ διατριβήν· νόμος δὲ μαθητείας,

[84] Joan. xv, 1. [85] Matth. vi, 24.

(24*) Alphæus quasi *doctor, dux*, verb. אלף *didicit*

Digitized by Google

ἀπαρνεῖσθαι μὲν πᾶσαν τὴν παρεπομένην ἔξωθεν περιουσίαν· ἀπαρνεῖσθαι δὲ καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ σάρκα φιλότητα τοῦ συγγενοῦς· πρὸς δὲ, καὶ τοῦ οἰκείου θελήματος ἀπηλλοτριῶσθαι τῆς ψυχῆς. Μόλις γὰρ ἂν οὕτω δύνασθαι συχνοῖς ὅτι μάλιστα πόνοις, καὶ γνησίᾳ τῇ τῶν θείων μελέτῃ καὶ φιλοπονίᾳ τῷ ἀγαθῷ τοῦ Θεοῦ θελήματι σχολάσαι, καὶ ἐν αὐτῷ κατορθωθῆναι, καὶ τῷ ἐπιθυμουμένῳ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας δι' αὐτοῦ προσορμίσαι καταντήματι. Ἐπειδὴ οὖν τοῦτον εἶναι τὸν νόμον τοῦ πνεύματος ὁ θεῖος Ἰάκωβος πρὸς αὐτῆς ἐπακήκοε τῆς ἀληθείας, οὐκ ἀπεκναίσθη τὴν ἀκοήν· οὐκ ἐβαρύνθη τὴν καρδίαν· οὐ πρὸς τὸ ὕψος ἰλιγγίασε τῆς ἐντολῆς· ἐμφύτῳ δὲ πόθῳ πρὸς τὸν ἐντελλόμενον τὰ σωτήρια ἀναπτερωθεὶς ἐξίσταται μὲν εὐθὺς παντὸς κτήματος καὶ χρήματος, ὅσα τούτῳ προσῆν· ἐξίσταται δὲ οἰκείων, γονέων, ἀδελφῶν, συγγενῶν, φίλων, καὶ πάντων ὅσοι τούτῳ κατὰ σῶμα προσήκοντες· καὶ τέλος, τὴν ἰδίαν ἀπηρνημένος ψυχὴν, καὶ παντὸς χαμαιζήλου καὶ πεζίου θελήματος ἀλλοτριούμενος, μόνον ἀνέπνει τὸν Ἰησοῦν, μόνον ἔζη τὸν Ἰησοῦν. Πρὸς Χριστὸν μόνον ἀπηώρητο, πρὸς Χριστὸν ἀνετείνετο τὸν νοῦν. Ὅλος ἐπέστραπτο πρὸς Χριστόν· αὐτοῦ ὅλος ἦν, καὶ οὐχ ἑαυτοῦ. Αὐτὸν εἶχε Θεὸν, Κύριον, διδάσκαλον, βασιλέα, ποιμένα, Πατέρα, Σωτῆρα καὶ καθηγεμόνα. Αὐτὸν τῆς οἰκείας ἐπίστευε ψυχῆς εἶναι φῶς καὶ ζωὴν, ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν, σωτηρίαν καὶ δικαίωσιν. Αὐτὸν εἶχεν ἐξουσίαν καὶ κεφαλήν· ὅθεν καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ διηνεκῶς ἐν αὐτῷ. Νοερῶς γὰρ αὐτὸν καὶ ἀδιαλείπτως ἐνωπτρίζετο. Τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν παραδηλοῦν, *τοῦ σοφοῦ*, λέγοντα, *τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶναι ἐν τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ, τὸν ἄφρονα δὲ πορεύεσθαι ἐν σκότει.*

Ὥσπερ οὖν τῶν σωμάτων τὰ διαφανέστατα, ὅλα δι' ὅλου τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, αὐτά τε κατὰ βάθος πληρούμενα, καὶ τοῖς πλησίον μεταδιδοῦσι τοῦ φωτισμοῦ, οὕτω καὶ αὐτὸς, ὦ θεόπτα, ταῖς ἀκτῖσι τοῦ νοητοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου προσεσχηκὼς, καὶ τῆς αὐτοῦ χάριτος ὅλος δι' ὅλου πλησθεὶς, καὶ διειδεστάτῃ διανοίᾳ κατὰ βάθος, ὅλον τὸ θεαρχικὸν φέγγος σημειωθεὶς, καὶ αὐτόχρημα φῶς κατὰ μέθεξιν ὑπερφυᾶ γεγονὼς, πᾶσιν ἔθνεσι ἐχρημάτισας φωτισμός.

Τοίνυν μακαρίζω σου τὸ σῶμα, τὸ ἱερὸν σκήνωμα *δόξης* τοῦ Θεοῦ καὶ *Πατρὸς*, καὶ ἁγιότευκτον ἁγιαστήριον (25) τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος ὄργανον παναρμόνιον καθεστώς. Ὑμνῶ τὴν ψυχὴν, ἐν ᾗ εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ, ἣν ᾑρέτισεν ὁ Μονογενὴς, ἐφ' ᾗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον θαυμαστῶς ἐπανεπαύσατο. Δοξάζω τὸν πολύφωτον, τὸν πανθέωρον (26), τὸν οὐράνιον νοῦν· τὸν τῆς ὑπεραγνώστου καὶ ὑπερφανοῦς

A discipuli vero lex habebatur, omnem quæ exterius comes venit abnegare bonorum copiam; omnemque eorum qui sanguinis necessitudine conjuncti sunt, abnegare amicitiam; ad hæc vero ipsam etiam animi propriam abdicare voluntatem. Sic enim vix quam maxime crebris laboribus, veraque rerum divinarum meditatione ac studio, Dei posse vacare voluntati, inque ea felici exitu enitere, ac desiderato occursu cœlorum regnum obtinere. Hanc itaque Spiritus legem divinus Jacobus ex ipsa veritate cum audisset, non auditu offensus, non corde gravatus est, non mandati sublimitate animo illi hærente perculsus; quin innato desiderio in eum prævolans, qui ea quæ salutis essent, præcipiebat, a cunctis statim quæ in censu ac numerato erant, B abscedit: a necessariis, parentibus, fratribus, cognatis, amicis cunctisque illis qui ex genere quovis modo illum contingebant, sese abjungit: ipsa postremo anima abnegata, omnique humili ac vergente abdicata voluntate, unicum Jesum spirabat, Jesum unicum vivebat; in unum Christum suspensus, mente in Christum intentus, totus in Christum conversus erat: illius totus, non sui ipse erat: ipsum Deum Dominum, magistrum, regem, pastorem, Patrem, Salvatorem ac præceptorem habebat. Suæ eum credebat animæ lucem ac vitam, sanctificationem ac redemptionem, salutem ac justificationem. Ipsum potestatem et caput habebat; unde etiam in eo jugiter ipsius oculi erant [86]: mentis C enim præsentia indesinenter, ut in speculo, eum contuebatur. Idque ipsum arbitror Ecclesiastem innuere, cum ait: *Sapientis oculi in capite ejus, insipiens autem ambulat in tenebris* [87].

Quemadmodum igitur corpora longe pellucida, tota prorsus altoque sinu, solari radio plena, lucis fulgores etiam vicinis impartiunt: sic tu quoque (Dei ipse oculis inspector) spiritalis justitiæ Solis radiis cum adhæsisses, ejusque totus gratia prorsus confertus, limpidissimaque mente toto alte divino fulgore imbutus, luxque reipsa, eximia quadam participatione effectus esses, cunctis gentibus illuminatio audisti.

Beatum itaque prædico sacrum corpus tuum, D Dei ac *Patris gloriæ* tabernaculum; Filii sacrosanctum sanctuarium [88], Spiritus sancti organum concinnissimum. Laudo animam ac cano, in qua Patri complacuit, quam elegit Unigenitus; in qua Spiritus sanctus mirabiliter requievit. Mentem celebro fulgoris copia undique lucidam, omnia contuentem atque cœlestem: animum supra quam ignotæ,

[86] I Cor. II, 10. [87] Eccle. II, 14. [88] Ephes. I, 17.

(25) Ἁγιότευκτον ἁγιαστήριον. Quasi sanctitate concretum ac fabricatum, totumque sanctum, ac quod reddebam, *sacrosanctum sanctuarium*; eadem forma est, νεότευκτος, *recentis fabricæ*, et similia. Sic τευκτός Hesych. et Suid. κατασκευασός.

(26) Τὸν πολύφωτον, τὸν πανθέωρον. Notæ hæ voces compositionis, et quidem de mente, seu animo, dictæ. Alias τὸ πολύφωτον de candelabro, in quo sint multæ lucernæ. Sic itaque mens πολύφωτος, quasi undique lucis fulgoribus micans, tota lucida, hincque adeo πανθέωρος, perspicacissima cunctaque intelligens, cum omnia manifestentur a luce.

Digitized by Google

omnemque lucis splendorem vincentis ac trine lucentis summæ Deitatis contubernalem ac spectatorem. Tuum præterea, ter beatissime, magnifico et adoro et complector ac saluto spiritum [59], quod Domino Spiritu affatim repletus, atque in eo mystice renatus, spiritusque *intelligens*, *sanctus* pro gignentis similitudine factus [59*], in ipso ipsum supersubstantialem supersubstantialiter agnovisti, uti et agnitus es [60]: ac, qua illi necessitudine conjunctus es, universa supergressus, mundoque superiorem statum consecutus, divinoque affatim, nullo medio, fruens colloquio, ad divinam paternamque mensam velut charissimus filius admissus es [60*], cum eo qui primo vereque atque natura Filius charissimus est, recumbens [61].

A τε και τριφανοῦς θεαρχίας (27) ὑψηλότατον ὁμιλητὴν καὶ θεωρητήν. Μεγαλύνω σου πρὸς τούτοις, ὦ τρισμακαριώτατε, καὶ προσκυνῶ καὶ ἀσπάζομαι τὸ πνεῦμα, ὅτι τοῦ Κυρίου Πνεύματος κατακόρως ἀναπλησθεὶς, καὶ ἐν αὐτῷ μυστικῶς ἀνατεχθεὶς, καὶ πνεῦμα *νοερὸν ἅγιον* κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ γεγεννηκότος γεγενημένος, ἐν αὐτῷ τὸν ὑπερούσιον ὑπερουσίως ἐπέγνως, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθης· καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν οἰκειότητι, τῶν ὅλων ὑπεραναβὰς, καὶ τῆς ὑπερκοσμίου καταστάσεως ἀξιούμενος, καὶ τῆς θεαρχικῆς ὁμιλίας ἀμέσως ἐμφορούμενος, τῆς Δεσποτικῆς τραπέζης ὡς ἀγαπητὸς Υἱὸς κατηξιώθης καὶ πατρικῆς, μετὰ τοῦ πρώτως καὶ ὄντως ἀγαπητοῦ καὶ φύσει κατακλινόμενος Υἱοῦ.

Ac sicut pro ea, quæ in mortali prius corpore communis cum illo vitæ ratio super terram fuit, convescens, ei contubernalis, omnique modo cum illo agens versansque ac ei assiduus, sublimiumque secretorum dignus habitus, mirabilium operum spectator sermonumque ac doctrinæ fidelissimus auditor, probrorumque et crucis ac salutarium passionum socius, ressurrectionisque atque in cœlum receptionis, divinissimique Spiritus pari ac Petrus Andreasque ac tonitrui Filii munere particeps exstitisti: sic rursus postea post longos Evangelii labores, omnisque generis angustias et ærumnas [61*], post terra marique circuitus ac jactationes, Judæorum persecutiones, gentium insultus et coitiones, injurias, verba, impiorumque omnium insidias: post denique crucem, ejus gratia qui ipse actus in crucem est, terræ quidem in sanctificationem, sanctificato corpore derelicto, e terra vero cum gloria angelisque stipantibus, spiritu ad Deum assumptus, pureque cum Domino tuo, et Deo tuo, et Rege tuo (o beatitatem! o jucunditatem!) versans, immortalis nullisque verbis explicabilis claritatis compos, æternam cum illo vitam atque honorem adeptus es [62].

B Καὶ ὥσπερ κατὰ τὴν ἐν τῷ θνητῷ σώματι συναναστροφὴν πρότερον ἐπὶ γῆς συναλιζόμενος, συνδιαιτώμενος (28), καὶ πάντα τρόπον συνδιάγων αὐτῷ καὶ συνὼν, καὶ τῶν ὑψηλῶν μυστηρίων καταξιούμενος, τῶν θαυμασίων ἔργων ἥσθα θεωρητὴς, καὶ τῶν λόγων πιστότατος ἀκροατὴς, καὶ τῶν ὀνειδισμῶν καὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τῶν σωτηρίων παθῶν κοινωνὸς, καὶ τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς ἀναλήψεως, καὶ τοῦ θεαρχικωτάτου Πνεύματος μέτοχος ἴσα Πέτρου καὶ Ἀνδρέου, καὶ τῶν τῆς βροντῆς κεχρημάτικας υἱῶν· οὕτως ὕστερον πάλιν μετὰ τοὺς μακροὺς ὑπὲρ Εὐαγγελίου πόνους, μετὰ τὰς παντοδαπὰς ἀγωνίας καὶ ταλαιπωρίας, μετὰ τὰς κατὰ γῆν καὶ θάλασσαν περιόδους καὶ περιφορὰς, τὰς τῶν Ἰουδαίων διώξεις, C τὰς τῶν ἐθνῶν ἐπαναστάσεις, τὰς ἐπηρείας, τὰς αἰκίας, καὶ πάσας τῶν εὐσεβῶν τὰς ἐπιβουλάς· καὶ μετὰ τὸν ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου σταυρὸν, τῇ γῇ μὲν ἁγιασμὸν τὸ ἡγιασμένον σῶμα λιπὼν· τῷ πνεύματι δὲ γῆθεν ἀναληφθεὶς, μετὰ δόξης καὶ δορυφορίας ἀγγέλων πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἀκραιφνῶς τῷ Κυρίῳ σου καὶ Θεῷ σου καὶ Βασιλεῖ σου (ὦ τῆς μακαριότητος! ὦ τῆς τερπνότητος!) προσωμιληκὼς, τῆς ἀκηράτου καὶ ἀφράστου δόξης ἐντὸς, καὶ τῆς αἰωνίου μετ' αὐτοῦ κατηξιώθης ζωῆς καὶ τιμῆς.

[59] II Cor. III, 17. [59*] Sap. VII, 23. [60] I Cor. XIII, 12. [60*] Luc. XXII, 30. [61] Matth. III, 17; XVII, 5. [61*] Act. I, 4. [62] Joan. XX, 28.

(27) *Ὑπερφανοῦς καὶ τριφανοῦς θεαρχίας.* Ambo hæc opposita τῷ, ὑπεραγνώστου. Hinque adeo Deitas ὑπεράγνωστος, occultissima ignotissimaque, D quod eximia trinaque claritate ac splendore, vim omnem intellectus creati superat, nec aliter quid est sciri potest, quam in ipso ejus lumine, dante ipsam potentiam videndi Deum quasi formalem, ac elevantem, quod in creatura radicale activum ac vitale est.

(28) *Συναλιζόμενος, συνδιαιτώμενος.* Alteram altera voce Nicetas videtur exponere. Utraque enim et congregationem seu contubernium, ac convictum communemque mensam sonat, quomodo vetus interpr. *convescens*, fereque Patres, Chrysost. ad eum locum, et post eum Theophyl., συνηυλίζετο, τουτέστι, κοινωνῶν ἁλῶν καὶ κοινωνῶν τραπέζης, *communi sale et mensa cum eis utens: ut* nempe *per effectum comestionis, veritas patesceret carnis*, ut ait Greg. in hom. Sicque sæpius apud Lucam et Joan. per comestionem comprobasse resurrectionem suam Dominum legimus; Hieron ad Hedibiam 7, Hesych. in Levit. VIII, etc. Meritoque Zuger, multis fratrum hac parte modestior, *quorum nobis auctoritas*, inquit, *pluris esse debet quam recentiorum*, Erasmi scilicet, Grotii, etc. Sic quoque interpretes Syriac., *cumque comedisset cum eis panem*, Æthiop., *et prandens cum eis*. Durius Arab. nec satis perspecta vi Græcæ vocis, *cum se congregasset*. Sane cum voces rebus servire debeant, possitque illa vox de communi usu sibi et potus intelligi, qui fere comes esset ejus quasi contubernii quod Dominus cum suis habebat per dies quadraginta suæ resurrectionis, subinde illis apparens, ac vel in eam rem eos congregans, vel illis congregatis sese inferens, ut sæpius legimus in sacris Evangeliis (maximoque argumento erat ejus suscitatæ carnis, ut et Petrus id potissimum attulerit Act. x, 41: *Dedit eum manifestum fieri, testibus præordinatis a Deo; nobis qui manducavimus et bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis*), optime veteres sic expresserunt et reddiderunt; a quibus religio est discedere, ut sibi placentes Græci sermonis peritia aliqua grammaticos sequamur magis quam theologos.

Digitized by Google

Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθεν ὁ λόγος, ὥσπερ ἵππος ὠκύτατος ἐν ἀναβάτην συνηρπακώς· καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων ὑπαγορεύων τοὺς στεφάνους. Ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε τῆς ταχύτητος. Τρόπον γὰρ ἀστραπῆς ἐξάπινα τὴν οἰκουμένην περιαυγαζούσης ὅλην, καὶ πρὸς ἑαυτὴν θᾶττον ἀνακαμπτούσης λόγου, οὕτως ἡ ἀποστολικὴ χάρις, ἀθρόως τὰς τῶν ἐθνῶν καρδίας περιλάμπουσα, καὶ ἐχρόως τὴν αὐτῆς δύναμιν ἀπαστράπτουσα, τρόπον τινὰ ἑαυτῆς τε ἔξω γίνεται, καὶ εἰς ἑαυτὴν αὖθις ἀνακύπτει. Καθὼς οὖν οἷός τέ ἐστι, καὶ ὁ περὶ τῶν θείων λόγος, τῇ τῶν ὑμνουμένων ὑπ' αὐτοῦ πραγμάτων ἐξομοιοῦσθαι γοργότητι, ἤτοι θειότητι πειρᾶται· καὶ ὥσπερ αἱ ὁδοὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐν θαλάσσῃ, καὶ αἱ τρίβοι αὐτῆς ἐν ὕδασι διὰ τὸ ἀκατάληπτον ὑμνηνται πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη οὐκ ἐπιγινώσκονται· οὕτω καὶ τῶν τῆς σοφίας τέκνων, τῶν πανολβίων, λέγω, Χριστοῦ μαθητῶν, δυσθεώρητοι μὲν αἱ ὁδοὶ, ἀνεπίγνωστοι δὲ πρὸς ἀκρίβειαν αἱ πράξεις· καὶ πάντα νοῦν, καὶ πάντα λόγον ἀνθρώπινον αἱ τούτων ὑπερεκβαίνουσι μεγαλουργίαι.

Ὅθεν καὶ ἡμῖν ὁ λόγος τῇ τῆς ὑποθέσεως ἀνεφίκτῳ συστελλόμενος, μακρὰν χαίρειν τῇ μακρηγορίᾳ φησίν. *Ἄμμον* γὰρ, ὡς τὰ Λόγιά φησιν, *θαλασσῶν, ἢ ὑετοῦ σταγόνας, ἢ ἡμέρας αἰῶνος, τίς ἐξαριθμήσει;* Ἄβυσσον δὲ θαυμάτων, καὶ τοῦ θεοπτικωτάτου σοφίαν Ἰακώβου, διδασκαλίας τε οὐρανίας, καὶ θεολογίας βυθοὺς, τίς ἐξιχνιάσει; τίς τῶν δαιμόνων τὴν καθαίρεσιν καὶ ἀποδίωξιν, τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν καὶ νόσων τὴν ἴασιν καὶ ἀφαίρεσιν, τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, τῶν χωλῶν τὴν ἀνάῤῥωσιν, τῶν τυφλῶν τὴν ἀνάβλεψιν, καὶ πάσης πηρώσεως σώματος τὰς ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ θεραπείας ἀναγράψαι; Τίς τὰς μακρὰς ὁδοιπορίας, τὰς ἀκαταστασίας (29), τοὺς κινδύνους, τὰς πολυτρόπους ἐπαναστάσεις καὶ ἐπαγωγὰς τῶν Ἑλληνιστῶν; ὅσα ἐν Ἐλευθεροπόλει παρὰ τῶν τῆς ἀσεβείας ἀνέσχεν ὑπασπιστῶν· ὅσα ἐν Γάζῃ καὶ Τύρῳ, καὶ ταῖς ἐχομέναις τῶν ἀλλοφύλων κωμοπόλεσιν, ἐν αἷς ὁ τρισμακαριώτατος εὐηγγελίζετο τὸν Χριστόν; Τίς τὰ πλήθη τῶν δι' αὐτοῦ Χριστῷ προσαγομένων, καὶ ὕδατι καὶ Πνεύματι καθαιρομένων καὶ φωτιζομένων· καὶ διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἱερέων καθισταμένων καὶ ἀρχιερέων εἰς ἐκκλησίας τῷ Ὑπεραγίῳ καταρτιζομένων; Τίς ταῦτα, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα τῆς ἀληθογνωσίας ἤτοι θεοσεβείας ῥήματα καὶ πράγματα διασαφῆσαι λόγος; Οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἀποστολικὴν θεολογίαν καὶ πρᾶξιν θεοτελῆ δύναιτ' ἂν λόγος εἰς ἀκρίβειαν διειπεῖν, μὴ ὅτι γε πάντα καθεξῆς ὑμνῆσαι, ὅσα μακροῖς ἔτεσιν ἐν τῷ Παρακλήτῳ κατειργάσατο.

A Enimvero equi instar pernicissimi imprudens oratio longe sessorem corripuit; ac ante certamina, coronas edisserit. Ne vos tamen celeritatis admiratio teneat. Fulguris enim in morem, totum repente orbem circumfulgentis, atque in seipsum dicto citius recurrentis; sic apostolica gratiæ gentium repente circumlustrans pectora, momentoque vim suam effulgurans, tum extra se quodammodo exit, tum rursus in seipsam subsilit. Quoad ergo per facultatem licet et ipsa de divinis instituta oratio, rerum quas laudat incitationem ac vivacitatem (divinitatem scilicet) æmulari contendit. Ac sicut divinæ sapientiæ viæ in mari, ejusque semitæ in aquis, eo quod vulgo comprehendi non possint, laudantur, et vestigia non cognoscuntur: sic quo-
B que filiorum sapientiæ (beatissimorum scilicet Christi discipulorum) viæ intellectu difficiles, ignotæque (quam ut exacte quis percipiat) actiones: illorum denique magnifica opera, omnem humanam orationem excedunt ac rationem [28]

Quamobrem etiam nobis, præ argumenti dignitate, quam nemo facile assequi possit, ipsa se contrahens oratio, prolixæ loquacitati longum vale dicit. *Arenam* enim (aiunt divina oracula) *marium, aut pluviæ guttas, vel dies sæculi, quis enumerabit* [29]? Abyssum vero miraculorum, divinorumque scientia perspicacissimi Jacobi sapientiam, cœlestisque doctrinæ ac Theologiæ profunda, quis investigabit? profligationem dæmonum et expulsionem; humana-
C rum passionum morborumque curationem ac amotionem; mortuorum suscitationem, claudorum firmatas bases, visum cæcis redditum, depulsam omnem Jesu nomine corporum labem, quis possit conscribere? Quis longa itinera, incertis sedibus locisque jactationes, pericula, Græcorum multiplices insultus et grassationes? quanta vir beatissimus Eleutheropoli ab impietatis defensoribus sustinuit; quanta Gazæ et Tyri, vicinisque alienigenarum urbibus atque oppidis, ubi is Christum prædicavit? Quis eorum multitudinem qui per eum Christo accedebant, atque aqua et Spiritu emundabantur ac illuminabantur; quique demum per sacerdotes et episcopos ab illo constitutos in Ecclesia, Deo qui
D omnem excedit sanctitatem, perficiebantur? Quis hæc atque his sequentia veræ scientiæ (id est, pietatis) verba factaque sermo queat explanare? Ne vel unius diei apostolicam prædicationem Deique munere perfectam actionem accurate possit oratio enarrare, nedum cuncta ordine, longa annorum serie illi in Paracleto gesta, laudare.

[28] Psal. LXVI, 20. [29] Eccli. I, 2.

(29) *Τὰς ἀκαταστασίας.* Alius usus hujus vocis, Paulo I Cor. XIV, 33: Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης. Vulg. *Non est dissensionis Deus, sed pacis.* Erasm. *confusionis auctor*, turbationis, perturbati ordinis. II Cor. XII, 20, ἀκαταστασίαι, *seditiones*, quod etiam Erasm. reddit. Hic magis, vagis sedibus jactationes, cum propter pericula ne loco consistere Christi discipulis non liceret, sed necesse esset ex alia in aliam fugere civitatem, quæ ipsa fuga et jactatio in Evangelii rem maximam cedebat, dum per eam ubique Christus annuntiabatur. Sic ἀκατάστατος, *certo in loco seu statu non consistens.* Eleutheropolis ad Palæstinam spectat, aliæque urbes hic memoratæ, post quas Jacobus in Ægyptum profectus, in ejus urbe Ostracina martyrio functus est.

Digitized by Google

Verum his quidem, ei qui cuncta operatur ac novit, dimissis, tuam illam (ter beatissime) crucem celebro. Hanc enim pulcherrimam longe productis laboribus tuis ac certaminibus, coronidem imposuisti. Crucem celebro, in qua venerandis sacrisque manibus extensis, Deum tuum ac Dominum clarificasti. Crucem celebro ac laudo, quod tibi, e terra in cœlum recta transmittens, scala fixa sit: crucem nimirum, quæ igneo ipso curru pernicius, flammeisque faculis velocius diviniusque majorem in modum e terra extulit, levemque volatu supercœlesti regi, admovit atque aptavit.

Etenim Ægyptum cum perrupisset, habitansque in tal ernaculis Cedar [64], longo tempore apud Ægyptios verus ipse Israelita, et apud gentem tenebris obsitam ipse illuminatus, incola fuisset, omnesque quos inter illos dignos invenerat, filios lucis ac diei fecisset, sic tandem pro omnibus crucem ascendit [65], in una quidem Ægypti urbium (Ostracinam vocant) agnus immolatus, qui tamen provinciis atque urbibus passionibus suis Christum propitietur. Nec tanquam grave aliquid pateretur, aut velut animi dolore excruciaretur, illis indignabatur, qui illi crucis auctores erant; sed ut magis beneficium ex illis consecutus, ita alloquebatur blandeque arridebat, rogans saluti prospicere, hortansque ab Ægyptio errore emergere, atque cœli terræque Dominum monens agnoscere.

Tanquam igitur accepti muneris gratiam rependens, quod hac quoque parte Christi palam similem eum effecissent; quod viam facilem, brevemque per crucem semitam ac commodum in cœlum iter ei muniebant, votis obsecrabat ac hortabatur ut omnes Christum cognoscerent: *Jesum scirent, verum illud Lumen, dulce, beatum, sanctum, intemeratum, intemporale, nube non obsitum, nocte non interceptum, corpore non obductum, loco non circumscriptum; quod unum merito ambire ac exoptare operæ pretium sit; unumque credere ac diligere; Lumen scilicet semper, totumque lucens; quod occasum nesciat, nec ulla exstingui injuria possit. Lumen istud Deum intelligerent, illius inardescerent cupiditate, ipsum divina omni actione, omnique lucidissima contemplatione exquirerent, ut quod vere sit, et ab eo qui vere est (Patre scilicet) tanquam radius ab æterno emanet. Hunc videlicet colendum in ut Spiritu Dei Verbum et Deum verum: venerationi habendam pariterque laudandam ejus in carne dispensationem; ejus scilicet ex Virgine nativitatem, nostro jam ministerio,* aiebat: *Latius in vobis prædicatam: susceptam quoque illi*

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῷ τὰ πάντα κατεργαζομένῳ καὶ εἰδότι παρεὶς, ὑμνῶ σου, θεομακάριστε, τὸν σταυρόν. Τοῦτον γὰρ καλλίστην ἐπέθηκας τοῖς μακροῖς σου πόνοις, καὶ ἀγωνίσμασι τὴν κορωνίδα. Ὑμνῶ τὸν σταυρὸν, ᾧ τὰς τιμίας χεῖρας καὶ ἱερὰς ἐκτετακὼς, τὸν Θεόν σου καὶ Κύριον ἐδόξασας. Ὑμνῶ τὸν σταυρὸν, ὅτι σοι κλίμαξ ἀπὸ γῆς ἐπάγη πρὸς οὐρανὸν εὐθυβόλως ἀναπέμπουσα· ὃς καὶ ἅρματος πυρὸς θᾶττον, καὶ φλογερῶν ὀχημάτων ὀξύτερον καὶ ἐνθεώτερον, σφόδρα μὲν ἐπῆρε τῆς γῆς, ὑπηνέμιον δέ σε φερόμενον τῷ Ὑπερουρανίῳ προσεπέλασε καὶ προσήρμοσεν.

Καὶ γὰρ τὴν Αἴγυπτον ἐπιὼν, καὶ τὰ σκηνώματα κατασκηνώσας Κηδὰρ, καὶ ἐπὶ πολὺ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ ἀληθινὸς Ἰσραηλίτης, καὶ παρὰ τοῖς ἐσκοτισμένοις ὁ πεφωτισμένος παρῳκηκώς· καὶ ὅσους ἀξίους ἐν αὐτοῖς εὗρεν, υἱοὺς φωτὸς καὶ ἡμέρας ἐργασάμενος, οὕτως ὑπὲρ πάντων ἀνῆλθεν ἐπὶ σταυροῦ· ἐν μιᾷ μὲν τῶν κατ' Αἴγυπτον πόλεων (Ὀστρακίνῃ καλουμένῃ) ὡς ἀμνὸς καταθυόμενος· πάσαις δὲ χώραις καὶ πόλεσιν τοῖς οἰκείοις παθήμασιν εὐϊλατευόμενος τὸν Χριστόν· καὶ οὐχ ὡς δεινόν τι πάσχων, οὐδ' ὡς ἀλγυνόμενος τὴν ψυχὴν, ἐδυσχέραινε τοῖς σταυρωταῖς· ἀλλ' ὡς εὐεργετούμενος μᾶλλον αὐτοῖς προσελάλει, καὶ προσεμειδία, σωθῆναι παρακαλῶν· καὶ ἀνανεῦσαι μὲν τῆς Αἰγυπτιακῆς ἀπάτης καὶ δεισιδαιμονίας παραινῶν· τὸν τοῦ οὐρανοῦ δὲ καὶ τῆς γῆς Δεσπότην ἐπιγνῶναι παρεγγυῶν.

Χάριν οὖν ὥσπερ αὐτοῖς τῆς εὐεργεσίας ἀποτινύς, ὅτι καθαρῶς αὐτὸν κἀν τούτῳ μιμητὴν ἀπεδείκνυσαν τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ῥᾴστην αὐτῷ καὶ ἐπίτομον οἶμον διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ τρίβον εὔθετον ὠδοποίουν πρὸς οὐρανὸν, παρεκάλει νουθετῶν πάντας εἰδέναι Χριστόν. *Εἰδέναι τὸν Ἰησοῦν, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ ἡδὺ, τὸ μακάριον, τὸ ἅγιον, τὸ ἄχραντον, τὸ ἄχρονον, τὸ νέφει μὴ κρατούμενον, τὸ νυκτὶ μὴ διακοπτόμενον, τὸ σώματι μὴ ἐπιπροσθούμενον, τὸ τόπῳ μὴ περιειργόμενον, τὸ μόνον ἄξιον τοῦ ζηλοῦσθαι καὶ ποθεῖσθαι· τὸ μόνον ἄξιον τοῦ πιστεύεσθαι καὶ ἀγαπᾶσθαι· τὸ ἀείφωτον καὶ πάμφωτον* (30)· *τὸ ἄδυτον καὶ ἄσβεστον φῶς. Τοῦτο Θεὸν εἰδέναι, τοῦτο ἐφίεσθαι, τοῦτο ζητεῖν διὰ πάσης πράξεως* (31) *θεοτελοῦς, διὰ πάσης θεωρίας ὑπερφαοῦς, ὡς ὄντως ὄν, καὶ ἐκ τοῦ ὄντως ὄντος ἀνάρχως ἀπαυγαζόμενον Πατρός. Τοῦτον δεῖ σέβειν ἐν Πνεύματι Θεοῦ, ὡς Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἀληθῆ· εὐλαβεῖσθαι δὲ καὶ ὑμνεῖν αὐτοῦ καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, τὴν ἐκ Παρθένου φημὶ γέννησιν, τὴν δι' ἡμῶν, ἐν ὑμῖν ἤδη πλατύτερον κε-*

[64] Psal. cxix, 1. [65] I Thess. v, 5.

(30) *Ἀείφωτον καὶ πάμφωτον.* Voces novæ compositionis. theologicæ, *Lux semper lucens, ac tota lux.* Qua ἀείφωτον, lumen ἄδυτον est et ἄσβεστον, *quod nunquam occidat aut exstinguatur;* qua vero πάμφωτον, *in quo nullæ tenebræ sint,* I Joan. i, 5, secus ac in creatis, ubi lux quidem quod sunt ex Deo, qui Pater est luminum; at tenebræ, quod a se exsistant.

(31) *Θεοτελοῦς πράξεως.* Quasi, *quæ divino munere consummationem habeat:* quæ vox Nicetæ frequens, ipsa elegans et theologica: ut et quæ sequitur, ὑπερφαοῦς θεωρίας. Hujusmodi contemplatio, quæ omnem vincat lucis fulgorem.

Digitized by Google

κηρυγμένην· καὶ τὴν σταύρωσιν ὁμολογεῖν, καὶ τὴν ἀνάστασιν δοξολογεῖν, καὶ τὴν ἀνάληψιν προσκυνεῖν, ὡς τῆς ἄκρας αὐτοῦ φιλανθρωπίας καὶ δυνάμεως γνωρίσματα· ὡς σωτηρίας μὲν καὶ ζωῆς αἰωνίου πρόξενα τοῖς ἐν πίστει καταδεχομένοις· κατακρίσεως δὲ καὶ κολάσεως τοῖς ἀπίστοις γενησόμενα.

A *crucem confitendam, resurrectionemque laudibus prosequendam, atque ejus in cœlum receptionem adorandam; tanquam nimirum summæ ipsius benignitatis ac potentiæ certa documenta: ut illis quidem qui fide suscipiant, salutem vitamque allatura; ut vero incredulis, judicii et condemnationis futura causa.*

Παρήγγελλε δὲ μηκέτι τῶν ζώων τὰ εὐπρεπῆ δόξαντα θεοποιεῖν· κτηνῶδες γὰρ καὶ ἄλογον κομιδῇ· μηδ' ἀψύχοις μορφαῖς ὅλως ἀνθρώπων ἢ θηρίων προσέχειν τὸν νοῦν· ἀναίσθητόν γὰρ καὶ σφόδρα θηριῶδές τε καὶ παχύ· ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πάθεσι τῆς ψυχῆς, ἐπιθυμίᾳ, φημὶ, καὶ θυμῷ προστετηκέναι περιπαθῶς· μηδὲ δι' ὑπερβολὴν φιληδονίας, τοῖς ἀπὸ τῆς ὕλης αὐτὰ δελεάσμασιν ὡς ὑπεκκαύμασιν ἐκπυροῦντας θεοποιεῖν. Ἄτοπον γὰρ καὶ ἐπιεικῶς Αἰγύπτιον καὶ δαιμόνιον· *Σώφρονι δὲ λογισμῷ πρὸς τὸν εἰς ὑμᾶς εὐαγγελισθέντα Λόγον ἀναγόμενοι, καὶ τῷ αὐτοῦ λόγῳ καὶ νόμῳ τυπούμενοι, οὕτως ἂν τῆς ἐπηγγελμένης ἐπιλαβέσθαι δυνήσεσθε ζωῆς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.*

B Admonebat autem id genus animalia, quæ decorum aliquid ac formosum habere videantur non amplius in deos consecranda. Rem enim valde pecuinam ac a ratione abhorrentem esse. Nullis prorsus inanimatis formis hominum aut bestiarum attendendum animum: id enim eorum esse qui humanitatis omni sensu careant, valdeque ex bestiarum indole crassumque. Quin nec affectibus animi (cupiditati scilicet et iræ) libidinose adhærendum; nec committendum ut libidinis exsuperantia, terrenis illecebris tanquam incentivis succensos ejusmodi affectus ac perturbationes, deos faciamus. Quippe rem absurdam et plane Ægyptiacam dæmonumque propriam; *sed dum sobrio mentis sensu, illiusque doctrina ac lege imbui contigerit, vitam promissam nancisci licebit, in Christo Jesu. Amen.*

aiebat, *ad eum qui ad vos prædicatus est, Sermonem subvehi,*

Τοιαύταις τῶν λόγων ὁμιλίαις ὁ ἀξιοθαυμαστότατος ἄνθρωπος ἐμφιλοσοφῶν τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐπὶ πολὺ στηρίζων τοὺς παρεστῶτας ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἐπ' αὐτῷ μὲν ἀνιωμένους, ταῖς ἐμφιλοσόφοις παραμυθούμενος θεηγορίαις· τῶν ἐσταυρωκότων δὲ κατευμεγεθῶν ὡς εὐεργετεῖν, ἀλλ' οὐ δυναμένων λυπεῖν. Εἶτα, τῶν μὲν ἀποσιωπησάμενος, ἡσυχῇ δὲ τῷ Κυρίῳ ἐξομολογούμενος, ἐξεδήμεις μὲν ἐπιδόξως τοῦ σώματος, καὶ μάλα προσηνῶς καὶ ἡδέως ἀπολυόμενος· ἐνεδήμεις δὲ ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως ἦχου ἑορταζόντων, πρὸς τὸν ὑπερουσίως ἀναλαμβανόμενόν σε μετὰ χαρᾶς ἀνεκλαλήτου καὶ δεδοξασμένης εἰσῆλθες Χριστόν.

C Ejuscemodi fabulationibus, homo Jesu, admiratione dignissimus præclare philosophans, inque longas horas astantes e cruce confirmans; atque eos quidem, quos moleste habebat tui hæc supplicii immanitas, sapientissimis divinis prædicationibus consolans, eos vero qui in crucem sustulerant magnitudine animi superans, tanquam qui demereri, non injuriæ aliquid aut molestiæ inferre possent: tumque ab humano cessans colloquio, ac silentio Domino confitens, excedebas gloriose e corpore [68], valde placida atque dulci resolutione, inque locum tabernaculi admirabilis commigrabas, usque ad domum Dei [68a]: atque in voce exsultationis soni festum agentium, ad eum qui eximia quadam ratione assumeret, cum inenarrabili et glorificato gaudio ad Christum ingressus es [69].

Χαῖρε τοίνυν, ὦ μάκαρ Ἰάκωβε, καὶ ἄριστε τοῦ Λόγου καὶ ἀοίδιμε μαθητά. Καὶ γὰρ χαίρεις ὄντως, ὡς τῆς ἀδιαδόχου καὶ ἀληθινῆς καὶ μυστικῆς ἔκγονος χαρᾶς· ὡς τῶν ἔργων Θεοῦ καὶ λόγων ἱεροφάντης, καὶ ἱερουργὸς καὶ μυσταγωγός· ὡς τῆς τιμίας καὶ ἱερᾶς καὶ σεπτῆς δωδεκάδος τῶν ὑψηλῶν ἀποστόλων συμπληρωτής.

D Salve igitur ac gaude, beate Jacobe, præstantissime pariter atque inclyte Verbi discipule. Plane etenim gaudes, tanquam immortalis verique ac mystici gaudii proles, tanquam Dei operum sermonumque sacer interpres, ministerque ac doctor; tanquam qui venerabilem et sacrum colendumque compleas duodenarium sublimium apostolorum chorum.

Χαῖρε, ὅτι, υἱὸς ὢν ἀνθρώπου, καὶ υἱὸς Θεοῦ οὐκ ἀκοῦσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ γενέσθαι κατηξίωσαι· τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ θέσει· καὶ τὸ μὲν, κατὰ τὴν πρὸς πάντας ἀνθρώπους ὁμοιότητα, τὸ δὲ ἐξαίρετον, μετὰ τῶν ὑπερτάτων τοῦ Λόγου κληρούμενος ὀπαδῶν.

Gaude quod, cum Filius hominis esses, nedum ut audires Dei Filius, sed ut etiam efficereris consecutus es; alterum quidem, natura; alterum vero, gratiæ munere: atque alterum, qua cunctis perinde hominibus similis es; alterum cum supremis nactus Verbi discipulis ac sectatoribus.

Χαῖρε, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. Σὲ γὰρ, καθὼς ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας φησὶν, τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ Κύριος ἐξαποστέλλει, *Τῇ ἡμέρᾳ*, λέγων, *ἐκείνῃ, ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγυ-*

Ave sis, homo Dei. Te enim quemadmodum vocalissimus prophetarum Isaias ait, Dominus Ægyptiis mittit. *In die illa*, inquit, *erit altare Domino in regione Ægypti, et mittet eis Dominus hominem, qui*

[68] II Cor. v, 8. [68a] Psal. xli, 5. [69] I Petr. i, 8.

Digitized by Google

salvabit eos : et notus erit Dominus Ægyptiis : et vota vovebunt Domino, et reddent [66].

Gaude quod et in te ut præstantissimo, ac velut qui ad præstantissimam Filii hæreditatem attineres, juxta sacratissimum oraculum, funes ei ceciderunt ; quicunque tandem hi intelligendi sint funes [67]. Arbitror autem dilectionis Spiritus vincula, quibus te pariter ac reliquos spiritalis thalami filios constrictum traxit, necnon contubernalem et commensalem supremo atque mystico illo cœnaculo assumpsit, non aspectabili ratione, sed intelligibiliter ; non temporanee, sed æterne : non fluxæ causa voluptatis, sed stabilis gaudii : nec ejus gratia jucunditatis, quam humanus ipse animus sibi fingere possit ; sed cujus neque oculus, nec unquam auris rei experimento sensum fecit, nec vero mortalis cujusquam mens intellexit [68].

Gaude quod non sola gratia, sed ex mercede atque præmio (juxta scilicet prolixorum certaminum atque laborum pro victoria retributione) cœlorum regnum adeptus es ; cunctisque divinis virtutibus, et cunctis veritatis et pietatis et justitiæ operibus ; præterea vero etiam crucis supplicio similis Salvatori effectus, atque hinc majori fiducia atque favore auctus, pro Ecclesia ad Regem ac Deum intercedere sufficis. Licet etiam, ac facultas est, benignissime regalissimeque Dei Fili, tenuitatis nostræ meminisse, atque Dominum suppliciter rogare, ut nos quoque, Dominica digne voluntate institutis vitæ rationibus, vestræ partis efficiamur, ac cœlestibus Dei bonis una Vobiscum perfrui mereamur ; in Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria et potestas et honor atque adoratio, una cum æterno Patre ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO IX.

Laudatio sancti ac celebratissimi apostoli Philippi.

Haurite aquam in gaudio e fontibus salutaris [69], nobis acclamat prophetarum vocalissimus. Quosnam

πτίων· καὶ ἀποστελεῖ αὐτοῖς Κύριος ἄνθρωπον, ὃς σώσει αὐτούς· καὶ γνωστὸς ἔσται Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις· καὶ εὔξονται εὐχὰς τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποδώσουσιν.

Χαῖρε, ὅτι καὶ ἐν σοὶ ὡς κρατίστῳ, καὶ ὡς μερίδι τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κρατίστης κληρονομίας καθεστῶτι, τὰ σχοινία, κατὰ τὸ ἱερώτατον λόγιον, ἐπέπεσεν αὐτῷ· ἅτινα δὴ ταῦτα νοητέον σχοινία· οἶμαι δὲ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος τοὺς δεσμούς, οἷς καὶ σὲ, μετὰ τῶν ἄλλων τοῦ νοητοῦ νυμφῶνος υἱῶν, ἀναδησάμενος συνανεῖλκυσεν· ὁμέστιόν τε καὶ ὁμοτράπεζον κατὰ τὴν ὑπερτάτην καὶ μυστικὴν ἀνέλαβε παστάδα· οὐκ αἰσθητῶς, ἀλλὰ νοητῶς· οὐ προσκαίρως, ἀλλ' αἰωνίως· οὐδὲ ῥεούσης ἡδονῆς, ἀλλὰ μενούσης χαρᾶς· οὐκ εὐφροσύνης χάριν, οἵας ἂν καὶ ἀνθρώπινος ἀναπλάσαι λογισμὸς, ἀλλ' ἧς οὔτε ὄψις, οὔτε ἀκοή ποτε τῆς πείρας ἐπῆσθετο, οὔτ' οὖν διάνοια ἐνενοήθη βροτοῦ.

Χαῖρε, ὅτι οὐ χάριν μόνον, ἀλλὰ καὶ μισθὸν, εἴτ' οὖν ἔπαθλον ἀξιόνικον τῶν μακρῶν ἀγώνων καὶ πόνων, τὴν οὐράνιον βασιλείαν ἀπηνέγκω· καὶ πάσαις Θεοῦ ἀρεταῖς, καὶ πᾶσιν ἔργοις ἀληθείας καὶ εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης· ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὴν σταύρωσιν ἐξωμοιωμένος τῷ Σωτῆρι, καὶ διὰ ταῦτα παῤῥησίας πλείονος ἠξιωμένος, ἱκανῶς ἔχεις ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας τῷ Βασιλεῖ ἐντυγχάνειν καὶ Θεῷ· ἱκανῶς ἔχεις, ὦ φιλαγαθώτατε καὶ βασιλικώτατε τοῦ Θεοῦ παῖ, καὶ τῆς ἡμετέρας μεμνῆσθαι μετριότητος, καὶ ἐντευξιν ἱκετήριον τῷ Δεσπότῃ προσαγαγεῖν· ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς ἀξίως τοῦ Δεσποτικοῦ θελήματος πολιτευσάμενοι, τῆς ὑμετέρας γενώμεθα μερίδος, καὶ τῶν οὐρανίων σὺν ὑμῖν ἀπολαῦσαι καταξιωθῶμεν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις, ἅμα τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Φίλιππον (32).

Ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν Σωτηρίου, ὁ τῶν προφητῶν μεγαλοφωνότατος

[66] Isa. xix, 19. [67] Psal. xv, 6. [68] I Cor. ii, 9. [69] Isa. xii, 3.

32) Fecit ὁμωνυμία Philippi diaconi, unius e septem diaconis, viri ex ipsa Lucæ historia clarissimi, cum Philippo uno ex duodecim primique ordinis apostolo, ut veterum simplicitate res illorum confunderentur ; ac quæ sunt diaconi, apostolo tribuerentur, vicissimque, ea præsertim ratione quod et apostoli nomen veterum usu illis commune. Perinde enim apostolos dici invenias, qui secundi ordinis discipuli essent, ac qui primi ; maxime vero qui in illis præstarent Evangelii functione, in quibus nobilissimus Philippus diaconus : hinc κατ' ἐξοχὴν ac singulari excellentia prædicandi Evangelii, εὐαγγελιστὴς dictus. Act. xxi, 8, ac si *Prædicatorem* absolute dicas : quod ipsum apostolicæ Sedis indulgentia nobis addictum nomen ; atque utinam (S. P Dominici, aliorumque in ordine insignium εὐαγγελιστῶν et prædicatorum spiritu vere apostolico apostolorum successoribus ipsa arrepti instituti professione adjutores, vera ipsi successione) rem impleamus. Habuisse Philippum unum e septem filias quatuor virgines, quæ prophetarent Cæsareæ in Palæstina, auctor est Lucas Act. xxi citato : ipsumque hoc de diacono sive evangelista dictum, traxisse videntur Clem. et Polycrat. ad Philippum apostolum ex duodecim. Euseb. l. iii, c. 39, Clementem refert in hæc verba apostolos recensentem, qui uxores habuissent, propter illos qui nuptias repudiarent. Ἢ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἀποδοκιμάσουσι ; Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαιδοποιήσαντο. Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδράσιν ἐξέδωκε. Καὶ ὄγε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεῦσαι σύζυγον, ἣν οὐ περιεκόμιζε, διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. *An forte etiam apostolos reprobabunt ? Petrus enim et*

Digitized by Google

ἡμῖν ἐμβοᾷ. Τίνας δὴ λέγων τοῦ Σωτηρίου πηγάς, ἢ τοὺς δώδεκα τοῦ Σωτῆρος μαθητάς, οὓς κἀκεῖναι

A vero dicit salutaris fontes, nisi Salvatoris duodecim discipulos : quos ipsos duodecim illi in deserto

Philippus liberos susceperunt. Philippus etiam filias viris collocavit. Paulus quoque in quadam epistola, suam ipsius conjugem compellare non veretur. Quam tamen ideo minime circumduxit, ut expeditior ministerium suum expleret. De Pauli conjugio perinde astipulatur Methodius Martyr in *Symposio*, nec defunctorie ex ipsis Pauli verbis videtur conficere. Card. Baron. an. 58, n. 113, de hac Clementis auctoritate : *Quod autem tradit Clemens Alexandrinus, Philippum filias suas nuptui dedisse, non de Philippo diacono manifestum est loqui, sed de Philippo apostolo : nam adversus eos agens, qui nuptias improbarent*, etc. Mihi tamen nihil inde conficitur, ut necessario loqui putem Clementem de Philippo uno de duodecim ; quod apostoli nomen ita commune erat, illis præsertim qui inter discipulos secundi ordinis quasi coryphæi erant, summisque ipsis apostolis pene conserti, cujusmodi erat Jacobus frater Domini, Jerosolymorum antistes, quem sic Paulus absolute apostolum dicit, atque neminem præterea apostolorum vidisse Jerosolymis, nisi Jacobum fratrem Domini. Erat magni ponderis ad nuptias astruendas Philippi diaconi et Evangelistæ exemplum et auctoritas, quod præsertim ejus cum laude nuptiarum et filiarum in Scriptura mentio exstaret ; ut et Petri et ipsius Pauli, juxta quod veteres illi intellexere. De Polycrate major est difficultas, cujus semel et iterum ab Eusebio refertur auctoritas : l. III, 31 et l. V, c. 24, quo utroque loco in vulgatis Eusebii, Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων. Ut nulla expositio satisfacere videatur, ne Philippum, cujus filiæ memorentur, existimaverit primi ordinis apostolum, Christoph. tamen utroque loco, *Philippum dico, unum e septem diaconis.* Ubi Hent. Vales. : *Christophorsonus hoc loco nequaquam boni interpretis officio functus est, qui pro Philippo uno ex duodecim apostolis, Philippum unum ex septem diaconis substituit.* Utroque loco margini ascriptum Φίλιππος εἷς τῶν ἑπτὰ διακόνων, undecunque tandem vel Genevenses vel ipse Christophorsonus eam emendationem habuerint ; atque utinam ex cod. ipsa antiquitate probato. Hieron. perinde in Polycrate τῶν δώδεκα ἀποστόλων legit. Verum Rufinus, priore quidem loco, *Dico autem de Philippo, qui fuit unus ex apostolis, qui dormivit apud Hieropolem*, absque illa voce τῶν δώδεκα, *ex duodecim ;* cui proinde vel defuerit, vel illi glossema temere insertum textui, ac Scripturæ adversum, cujus auctoritate niti videatur Polycrates in Philippi filiabus, existimata sit. Altero vero, *in quibus est Philippus evangelista, qui dormivit apud Hierapolim.* Quæ ipsa Christophorsoni emendatio est ; nec plagiarius videri facile Rufinus possit, qui alterum pro altero substituerit. Facilius fuit obrepere Hieronymo, qui non Eusebii interpretem agebat, sed ex ejus Historia, prout memoriæ succurrebat, Catalogum suum texebat ; in quolibet non ubique assecutum esse Eusebium vellemque ut Valesius Rufini auctoritatem vexasset, non uni Christophorsono detraxisset. Eusebius c. illo 31, l. III, relato ex Caii dialogo consentanee superioribus de Philippi et filiarum Hierapoli Asiæ civitate exitu, ubi earum et patris sepulcrum visitur, subdit ex Luca in Actibus apostolorum de filiabus Philippi evangelistæ apud Cæsaream Judææ unius e septem ; quasi sentiat, ac existimet, eas auctoritates consentaneæ Scripturæ non nisi de Philippo, uno e septem ac diacono, intelligendas esse : ejusque unius exstare apud veteres ipsamque Scripturam, nuptiarum certum monumentum : nullius præterea apostolorum, excepto Petro, ut sensit Hier. *contra Jovinian.*, vel etiam Paulo, in sententia eorum qui locos Scripturæ de ejus conjugio exponunt. Quatuor Philippi filias, et quidem virgines ac prophetides habet

sacer textus : Polycrates trium duntaxat meminit, earum nimirum quæ in Asia quieverunt, cujus in ea Christianitatis refert στοιχεῖα, *lumina*, primaque quasi sidera : duæ scilicet Hierapoli, quæ virgines permansere ; tertia Ephesi quam et pater viro locaverit, ut auctor est Clemens, nulla cum sacro textu contrarietate ; in quo sic virgines dicuntur, ut non sit necesse Deo sacras intelligere ; vel quibus interdictum nuptiis esset. Tertiæ illius memoriam recolunt Græci die 4 Sept. et Ermionem vocant, quæ vere divino Spiritu vitam instituerit, ut auctor est Polycrates, innumerisque clara miraculis et sanationibus, egregio martyrio consummata sit Adriano imperatore, ut multis ibi Græci. Adjungunt Eutychidem quasi sororem Menæa, de qua tamen nihil addunt. Græci in Menæis 11 Oct.

B festum celebrant, τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου ἑνὸς τῶν ἑπτὰ διακόνων, cujus filias dicunt, ac Tralli in Asia, aut procul Epheso, ad Dominum emigrasse aiunt, nulla martyrii facta mentione : Philippi vero apostoli ex duodecim, natale consignatum habent 14 Novemb., ubi nihil de ejus filiabus, sed ea solum quæ stylo exornat hic Nicetas, vel etiam Metaphr. de ejus Hierapoli in Asia cum Bartholomæo agone et consummatione. Quodque duæ Philippi diaconi filiæ virgines ibidem quieverint et sepultæ sint, crediderint forte veterum quidam filias esse ipsius Philippi apostoli ex duodecim, dixeruntque hinc inde prope patrem sepultas esse ; quod, ut ita existimemus, nihil cogit. Certe ex sanctæ Ermiones et sororis actis illic relatis, liquet in Asiam concessisse, non patris adeundi causa, sed Joannis Theologi, quod idem Magdalenæ contigit, ut ex sincerioribus veterum monumentis liquet : ex illis nimirum quæ de illa graviter scripsit Mo-

C destus Hierosolymorum antistes Photii text. CCLXXV, *orat. De mulieribus unguentiferis :* quem ejus locum miror viro pio, erudito atque litterarum amati obrepsisse ut nudiustertius ad sanctam Deiparam traheret ; quasi illa sit Maria Magdalena virgo ac martyr quæ sic Joannis studiosa Ephesi quieverit, illuc Joannem secuta : et quasi Modesti locus hic obstet Juvenalis item Hierosolymitani antistitis verbis, quibus ad Pulcheriam Augustam testatus est Hierosolymis quievisse, ejusque corpus translatum esse ; quod et pluribus expressit Damascenus *Orat.* 2 *De dormitione sanctæ Mariæ*, quasi ex historia Euthymiaca, valde mihi suspecta, et quæ omnibus apocryphis addat illud de Thoma desiderato in transitu et exsequiis sanctæ Mariæ, cum quasi ex nube divinitus omnes apostoli præsto fuissent ac advenissent, ut funus illud et exsequias honestarent. Siquidem enim humana industria (etsi a Deo moniti) iter confecissent, esset aliqua ratio traditoris illius adventus Thomæ, et post triduum a

D sepulto Mariæ corpusculo, quod in locis remotioribus prædicationis munus obiret, et apud Indos : quod autem ita miraculo fit, ut vult illa historia, nullas ex locorum distantia patitur istiusmodi moras ; ac liquet plane istud de Thoma confictum, ex eo quod Joan. XX abfuisse scribitur, cum Dominus ipsa die Resurrectionis sero apostolis apparuit. Nihil ejusmodi quotquot nobis exstant apocryphi Ἰωάννου τοῦ Φλόγου, Melitonis, Joannis Thessalonicensis, quæ omnia vulgare licuit, sed non libuit, excepto Melitone, quod jam vulgatus esset, et cui viderer medicinæ aliquid posse facere, aut ab eo ejusque furfuribus lectori cavere. Andreas Cretensis archiepiscopus, ipse Jerosolymis educatus ejusque urbis clero clarus, paulo Damasceno antiquior, et qui primus hanc materiam recte tractasse scribitur ab auctoribus mihi in *Bibl. conc.* prolatis, diligenter rimatus antiqua monumenta, nullam in eis Euthymiacam Historiam offendit, aut dignam putavit, cui assumptæ Mariæ

Digitized by Google

palam designaverunt fontes, ad quos pridem Israel castrametatus est, cum Pharaonem atque Ægyptum fugisset[70]. Hos quoque Israelis fontes dictos arbitror, ex quibus in Ecclesiis Deum benedicere jubet beatus David [71]. Nullis enim verbis explicabili mentis altitudine ac capacitate, ad fontanum ipsum unicunque spiritalium aquarum principium deducti, indeque jugiter in eos manans illuminatricis theologiæ fluentum suscipientes, atque eo affatim repleti, jugem omnibus sitientibus uberemque medelam scaturiunt.

Ad tales igitur fontes aquarum desiderio feramur, cervorumque in morem ardentius siticulosi huncce laticem ineuntes atque gaudio haurientes[71*], nostrum ex illis desiderium impleamus [72]. Ne tamen ingratis moribus ac brutorum similes, ingenui animi nulla probitate donum ejusmodi atque beneficium sumamus : sed repleti aqua viva[72*], viventem hostiam sanctam, rationabile obsequium nostrum, honoris titulo illi rependamus[73] ; nempe continue (quos dixi) vitales benedicendo fontes ; ac per illos, ad divinissimum illum unumque universorum fontem, laudem ferentes.

Natura quidem indivisus indissectusque sacratissimus duodenus apostolorum chorus ; ac sicut unus Dominus, unaque fides et gloria et gratia illis inerat, sic et ipsi unum Christi corpus exstiterunt [73*] : sicque unius laus, communis universorum laudatio exstitit, quemadmodum etiam eadem pene omnes virtute claruerunt. Cum tamen cujusque seorsim sacram memoriam celebremus, ac velut diversis Christi membris, personales eorum proprietates distinguaσαφῶς αἱ κατὰ τὴν ἔρημον δώδεκα προεστῶσαν πηγαί, αἷς ὁ Ἰσραὴλ πάλαι Φαραὼ καὶ τὴν Αἴγυπτον παρενέβαλεν ἐκφυγών. Τούτους ἡγοῦμαι καὶ πηγὰς εἰρῆσθαι τοῦ Ἰσραὴλ, ἐξ ὧν ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, ὁ μακάριος προτρέπει Δαβίδ. Ἀφράστῳ γὰρ διανοίας βάθει, πρὸς αὐτὴν τῶν νοητῶν ὑδάτων τὴν πηγαίαν καὶ μίαν ἀρχὴν ἀναστομούμενοι Χριστὸν, κἀκεῖθεν ἀνεκλείπτως τὸ τῆς φωτιστικῆς θεολογίας ῥεῖθρον ἐπ' αὐτοὺς ἰὸν ὑποδεχόμενοι καὶ πληρούμενοι, ἀένναόν τε πᾶσι καὶ ἄφθονον ἴαμα τοῖς διψῶσιν ἀναβλύζουσιν.

Οὐκοῦν ἐπιποθήσωμεν ἐπὶ τὰς τοιαύτας τῶν ὑδάτων πηγὰς, καὶ κατὰ τὰς ἐλάφους, διψητικῶς σφόδρα τοῦτο τὸ νᾶμα μετιόντες, καὶ μετ' εὐφροσύνης ἁπαντλοῦντες, ἐξ αὐτοῦ τὴν ἡμῶν ἀποπληρώσωμεν ἐπιθυμίαν. Ἀλλὰ μὴ ἀχαρίστως τῆς δωρεᾶς, μηδὲ τρόπον ἀλόγων, ἀγνωμόνως τῆς τοιαύτης μετάσχωμεν εὐεργεσίας· πληρούμενοι δὲ τοῦ ζῶντος ὕδατος ζῶσαν θυσίαν, ἁγίαν, τὴν λογικὴν ἡμῶν λατρείαν, εἰς λόγον ἀποδῶμεν τιμῆς· προσεχῶς μὲν τὰς εἰρημένας ζωογόνους εὐλογοῦντες πηγάς· δι' αὐτῶν δὲ τὴν αἴνεσιν πρὸς τὴν ζωαρχικωτάτην καὶ μίαν τῶν ὅλων ἀναφέροντες πηγήν.

Ἀδιαίρετος μὲν οὖν κατὰ φύσιν καὶ ἄτμητος ἡ τῶν ἀποστόλων πανευαγὴς δωδεκάς· καὶ ὥσπερ εἷς Κύριος, ἓν Πνεῦμα, μία τε πίστις καὶ δόξα καὶ χάρις αὐτοῖς, οὕτως ἓν σῶμα Χριστοῦ πεφήνασι καὶ αὐτοὶ, οὕτω καὶ ὁ τοῦ ἑνὸς ὕμνος, κοινὸς τῶν ὅλων ἐστὶν, ὥσπερ ἡ κατ' ἀρετὴν εὐδοκίμησις ἁπάντων σχεδὸν ἡ αὐτή. Ἀλλ' ὅμως, ἴδια τούτων ἑκάστου τὴν ἱερὰν τελοῦντες μνημοσύνην, καὶ οἷα διαφόροις Χριστοῦ μέλεσι, τὰς κατὰ τὴν ὑπόστασιν αὐτῶν ἰδιότη-

[70] Exod. xv. 27. [71] Psal. lxvii, 27. [71*] Psal. xli, 2. [72] Psal. cxxvi 5. [72*] Joan. iv, 10. [73] Rom. xii, 1. [73*] Ephes. iv, 5.

aut translatæ fidem astringeret, ejusque rei subsidio afferret (uno duntaxat allato Dionysio, cap. 3, *De divinis nomin.*), alia omnia monumenta, ut ipse clare profitetur in orationibus pridem Lipomano Latine, mihi utraque lingua, repræsentatis auctisque. Quod tamen leve præsidium ei quod præsertim Maximus Dionysii scholiastes gravissimus, de sepulcro Dominico exponat, in quo sic vita suscepta, ac quod inde vivificum, quod Dominicum corpus suscepisset, isque inde triduanus resurgens, nobis vitam incorruptam, et qua ipse præivit, iniiasset. Certe in eo maxime elucebat (poterantque intelligere apostoli virique apostolici) *infinitæ virtutis* ἀσθένειαν, ut habent omnes codd. *imbecillitatem*, non, quod reddit Bibl., *potentiam*, quidquid tandem in suo cod. habuerit, vel illi obrepserit : hæc nimirum divina exinanitio, nobis a Paulo prædicata. Idque adeo, si qua fides hujus Dionysii, cui nihil necesse istud de Mariæ exsequiis addere, eoque gravare quod nullis veterum monumentis consonat, respuitque ipse Baron. an. 52. Sed hæc justo plura. Ad rem nostram. Uti Magdalena, sic quoque quæ Hierapoli Philippi filiæ virgines consenuerunt, et ibi sepultæ sunt, alia ex causa ibi hospitium delegerint, quam ut patre fruerentur, qui forte diem obierat, ut et Philippus ipse primi ordinis apostolus, antequam illæ in Asiam pedem inferrent : sic vero Hierapoli consummatas, pietatis fidelium fuit, ut prope Philippi tumulum religiose deponerent, quæ ipsæ inter prima Christianitatis lumina censerentur, et quarum in Scriptura consecrata esset memoria ; quarum ipsæ prioris habitationis ædiculæ Cæsareæ venerationem haberent, quas Hieronymus cum Paula exstantes adhuc inviserit. Hæc forte justo fusius. Unum mihi istud observare potuisse in suo Eusebio videtur vir in eo versatissimus, sic eum historiam primorum illorum temporum texuisse, ut ei duntaxat insereret, quæ vel ex Scriptura, vel ex certis theologorum, quos laudat, monumentis haberet, non quæ vel fama vulgaret, vel incertis auctoribus conscripta exstarent. Quo factum ut, tacitis rebus Jacobi Alphæi, in rebus Jacobi fratris Domini moratus sit, ex quo parum cautis, alter alteri substitutus, expunctusque qui vere apostolus et major, quod de duodecim : unus servatus qui ex Septuaginta, quod ejus res, non illius scripserit Hegesippus, exque illo retulerit Eusebius. Vel ergo summæ oscitantiæ notandi Clem., Polycrat., Papias, qui quas Scriptura sic palam filias Philippo dat evangelistæ, uni ex septem, dederint Philippo, uni ex duodecim, vel ipse Eusebius, qui, relatis eorum testimoniis, de Philippo primi ordinis apostolo, subdiderit quasi confirmationis causa locum Actorum de Philippi diaconi filiabus. Quod cum durum sit admittere, malim Christophorsoni post Rufinum emendationi stare, quam Valesio morem gerere. Hieronymus, ut sibi ipse non committatur, alii viderint : certe aliis etiam locis parum sui memorem, contraria locutum liquet ; quæ non est instituti urgere.

Digitized by Google

τας ἀφοριζόμενοι, ἰδίως ἑκάστῳ καὶ τὸν λόγον τῆς εὐφημίας ἀποδώσομεν.

Τίς οὖν αὐτῶν ἐστιν ὁ νῦν τὸν λόγον ἡμῖν πρὸς τὴν οἰκείαν εὐφημίαν ξεναγαγών; Τίς ὁ μετὰ πρῶτον ὕπνον εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας αὐτῆς ἀνιστῶν, καὶ τὴν ὀκνηρίαν ἀποσκευαζόμενος τῶν ψυχῶν, καὶ ἄλλον ἀλλαχόθεν πρὸς τοὺς τῶν ἁγίων οἴκους ἱεροὺς συγκινῶν, καὶ πρὸς δοξολογίαν θείαν προθυμοποιῶν καὶ ἀναπτερῶν; Ἢ πᾶσι δῆλον, ὡς ὁ μέγας Φίλιππος τὴν αὐτοῦ σήμερον ἐσάλπισε μνήμην, καὶ πάσας ἐν αὐτῇ τῶν εὐσεβῶν ἐκκλησίας πρὸς δόξαν Θεοῦ συγκροτεῖ. Οἷα δὲ τὴν πολυτελῆ πανδαισίαν καὶ μυστικὴν, τὰ οἰκεῖα τῆς ἀρετῆς ἀνδραγαθήματα προβαλλόμενος, τούτοις δεξιοῦται τοὺς αὐτοῦ δαιτυμόνας καὶ ἐραστάς. Φίλιππος, ὁ ἐκλεκτὸς καὶ δόκιμος καὶ πιστὸς ὄντως τοῦ Λόγου μαθητής, ὁ τὸν περιώνυμον τῆς δωδεκάδος χορὸν συμπληρῶν· ὁ τίμιος λίθος, ὁ πάγκαλος, ὁ πανώραιος, ὁ διαυγὴς, ὁ χρυσοειδὴς, ἢ χριστοειδὴς· ὁ λαμπραῖς ἀκτῖσι τῆς χάριτος ὑπερφυῶς διηνθισμένος. Φίλιππος, ὁ κάτω μὲν πατρίδα, τὴν Βηθσαϊδὰ, πόλιν Ἀνδρέου καὶ Πέτρου λαχών· ἄνω δὲ τὴν μητρόπολιν αὐχῶν Ἱερουσαλὴμ, τὴν οὐρανίαν καὶ ζῶσαν, καὶ ἀκατάλυτον πόλιν τοῦ Θεοῦ.

Οὗτος οὖν ὁ τρισμακαριώτατος ἀνὴρ, ὥσπερ τοῦ αὐτοῦ γένους καὶ τῆς αὐτῆς πατρίδος τῶν ὑψηλῶν ἐτύγχανε μαθητῶν, οὕτω καὶ γνώμης ὢν τῆς αὐτῆς καὶ διανοίας, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν δὲ συνειδήσεως καὶ γνώσεως τῆς αὐτῆς, ὡς μόνον αὐτὸν εὗρε τὸν Ἰησοῦν· μᾶλλον δὲ τοῦτον ὁ Κύριος εὑρὼν, *Ἀκολούθει μοι*, προσεῖπε, πάσης εὐθέως ῥήγνυται σχέσεως σωματικῆς· πάσης περικοσμίου προσπαθείας ἀθρόως ἀπολυθείς, πρὸς ὑπερκόσμιον ἐπιθυμίαν ἀνεφλέγη. *Ἠθέλησε*, φησὶν, *ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι.* Οὐ μακρῶν ἐδέησε πρὸς τὴν κλῆσιν παραινέσεων· οὐ προέτεινε δωρεάς· οὐχ ὑποσχέσεων μνήμην ἐποιήσατο· οὐ μισθοὺς τῆς ἀκολουθήσεως προὐβάλετο. Ἑνὶ ῥήματι μόνῳ πρὸς μαθητείαν ἐπεσπάσατο, *Ἀκολούθει μοι*, καὶ τῷ βραχεῖ τούτῳ ῥήματι φίλτρα γονέων εὐθὺς ἔσβη· συγγενῶν, φίλων, οἰκείων διαθέσεως ἐπελήσθη, καὶ κτῆμα καὶ χρῆμα, καὶ πᾶσα τοῦ βίου παραφαῦλον ἐλογίσθη κατασκευὴ, καὶ σαρκικὴ πᾶσα κατεμαράνθη στοργή· ἄλλη δὲ βλάστη φιλότητος καὶ ἔρως ἔνδοθεν ἄλλος, οὐράνιος, ἄῦλος ἀνέθαλλε καὶ πνευματικός.

Ἅπαξ τοῦ Λόγου φωνοῦντος ἤκουσεν ὁ Φίλιππος, *Ἀκολούθει μοι*, καὶ τὸν ἀληθῆ καθηγεμόνα τῷ ἐντάλματι γνοὺς, οὐκ ἔβλεψεν εἰς τὰ ὀπίσω λοιπὸν, οὐκ ἐδίστασε τὴν ψυχὴν, τὴν ἀκολούθησιν οὐκ ἐψεύσατο, οὐδ' ὥσπερ Ἐλισσαιὲ πρὸς Ἠλιοῦ καλούμενος, πρότερον τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα παρεκάλει καταφιλεῖν, καὶ τοῖς οἰκείοις συνταξάμενος, οὕτως ἀκολουθεῖν. Ἔγνω τὸν καλὸν ποιμένα τὸ πρόβατον, καὶ σπουδῇ τῶν ἀλλοτρίων ἀπαλλοτριούμενος, δι' αὐτοῦ

mus, proprie etiam cuique laudatoriam orationem reddamus.

Quis igitur ex sacrato illo numero est, qui nobis impræsentiarum ad suas depangendas laudes nostram orationem ductat? Quis ille qui vix primo somno degustato ab ipsa statim vespera jubet surgere, decussaque animorum segnitie, hinc inde alios aliosque ad sanctorum ædes sacras concitat, atque ad divinas animis alacres erigit laudes, ac velut alas addit? Annon omnibus liquet, magnum Philippum velut clangente tuba suam hodie indixisse memoriam, cunctasque in ea piorum mentes ad Dei cogere gloriam, ipsumque haud secus ac dapes lautissimas atque mysticas, præclara sua apponentem virtutis facinora; his suos præmagnifice convivas ac amatores excipere? Philippum nempe, electum illum, probatum ac vere fidelem Verbi discipulum, clarissimum illum complentem duodenum chorum: lapidem pretiosum, elegantissimum, pulcherrimum, pellucidum, aureis micantem fulgoribus, seu Christo similem; splendidis gratiæ radiis præmagnifice interstinctum atque florentem; Philippum, inquam, in terris quidem Bethsaida nactum patriam, Andreæ et Petri civitatem; sed qui in cœlis, Jerusalem cœlesti vivaque metropoli, insolubilique Dei civitate glorietur.

Hic itaque vir ter beatissimus, uti eadem satus prosapia, eademque natus patria ac præcelsi discipuli, sic ejusdem quoque animi ac sententiæ cum esset, ubi tantum Jesum invenisset; quin potius illo Dominus invento, *Sequere me* dixisset, ab omni statim corporali abreptus necessitudine, omnique repente solutus terrena affectione, supramundana cupiditate exarsit. *Voluit*, inquit, *Jesus exire in Galilæam, et invenit Philippum, et dicit ei, Sequere me* [75]. Non prolixa adhortatione ut is vocanti obtemperaret, indiguit: non munera obtulit: non pollicitationum memoriam injecit, non mercedem ac præmia his qui sequerentur dedita, in medium attulit. Uno duntaxat illi verbo, *Sequere me*, sibi discipulum addixit; brevique hac vocula parentum statim amoris vim exstinxit. Cognatorum, amicorum, necessariorum oblitus affectionis est: prædia, pecuniæ, omnisque vitæ spretus apparatus; carnalis omnis libido elanguit, germenque aliud amicitiæ, ac amor alius, cœlestis ille, nihil terrenus ac spiritalis intus animo refloruit.

Semel Verbi vocem audivit Philippus, *Sequere me*, veroque præceptore ex jussione agnito, non ultra aspexit retro, non animi anceps fuit, non sequi renuit, non sicut Elisæus vocante Elia rogavit, ut prius ambos parentes osculari liceret [75]; ac necessariis vale dicto, sic sequeretur. Cognovit ovis bonum Pastorem [76], citoque liberatus ab alienis, per eum ad supernam ac mysticam festinus contendebat caulam. Quo etiam posthac auctore salutem consecutus

[75] Joan. I, 43. [75] III Reg. XIX, 30. [76] Joan. X, 14.

Digitized by Google

sempiternæ vitæ et pascua insedit et loca sedesque.

Hæc Philippi, qua discipulum professus est, exordia. Hæc vocationis illius ac electionis causa. Inde toti crucifixus mundo, soli confixus cruci erat Christo [77]. Discipulorumque primoribus ac chori capitibus, ceu pari illis honore succenturiatus, ad solum Magistri nutum sese extendebat, ejus solo amore roboratus, atque ad virtutis decorem formatus, regiique mysteriorum dignus habitus : quanta demum facultas Verbo sacro-sancte doctori vinctus, eique similis effectus.

Nec ipse quidem eum in modum bono perfruebatur, idipsum vero proximis occultabat : sed cum bono animi proposito ac voluntate præclare niteret, cum aliis quoque bonum communicat; inventoque primum Nathanaele, ejus qui venturus esset, adventum illi nuntiavit. *Non jam amplius*, inquit, *in spe est Israelis salus. Non amplius quod nondum præsens exsistat, tanquam futurum, obscure animi rationibus repræsentamus. Adest enim, ac quem olim magnus Moses et prophetæ spiritu præviderunt, extremisque temporibus Israeli Salvatorem suscitandum prædixerunt, cum invenerimus (Jesum scilicet a Nazareth) eximiisque ejus operibus inducti crediderimus, cum eo lubentissime morati, ejusque usi contubernio sumus* [78]. His itaque penitus sermonibus captum, tanquam pulcherrimum venatum atque opimum, virum Jesu adducit; hocque primum animi vere impensi pignus, ac sinceræ fidei certum argumentum Christo exhibuit, verum illum Israelitam fructum ferens.

Cunctis igitur deinceps gratiæ sermonibus aurem præbens, omniumque ipse oculis mirabilium inspector factus, sacrarum quidem doctrinarum ope, omni quod dejicit deprimitque atque infringit animum purgabatur, omnisque ignorantiæ depulsa caligine, divinæ scientiæ cœlestisque sapientiæ luce proficiens, magnifice illustrabatur; novis vero ac inauditis operibus roborata fide, ac quotidie in interiori renovatus homine et confortatus in virum perfectum, in mensuram crescebat ætatis plenitudinis Christi [79].

Hujusce perfectionis certum indicium, sanctæ dilectionis confirmatio, quam magnus ille Apostolus perfectam, sanctam Magistro devovens, parem inde amorem consequebatur. Quinimo, ille quidem bonorum auctor, ac qui natura dilectio sit, omnis semper virtutis perfectione pollet, nullamque ejus prorsus aut diminutionem admittit aut intensionem : at qui exercitationis cultu, sive imitatione ad illam enituntur, pro certa profectus ex virtutum luce ratione, etiam perfectionis compotes efficiuntur; alii quidem ad filiorum atque hæredum provehentes classem ac dignitatem; alii vero, fidelium, qui servis deputantur, nanciscentes ordinem.

[77] Galat. II, 19. [78] Joan. I, 45. [79] Ephes. IV, 13.

πρὸς τὴν ἄνω καὶ μυστικὴν ἠπείγετο αὐλήν· δι' οὗ καὶ σωθεὶς μετὰ ταῦτα, τῶν ἀειζώων ἐπέβη καὶ νομῶν καὶ μονῶν

Τοῦτο Φιλίππου τῆς μαθητείας ἀρχή. Αὕτη τῆς αὐτοῦ κλήσεως καὶ ἐκλογῆς ἡ ὑπόθεσις. Ἐντεῦθεν ὅλῳ σταυρούμενος τῷ κόσμῳ, μόνῳ συνεσταυροῦτο Χριστῷ. Καὶ τοῖς τῶν μαθητῶν κορυφαίοις, ὡς ὁμότιμος συνεταγμένος, πρὸς μόνην ἑαυτὸν τοῦ Διδασκάλου συνέτεινε τὴν ῥοπήν, μόνῳ τούτου τῷ πόθῳ ῥωνύμενος, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς κάλλος τυπούμενος, καὶ τῶν τῆς βασιλείας μυστηρίων καταξιούμενος, καὶ τῷ μυσταγωγῷ Λόγῳ κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἑνούμενος καὶ ἐξομοιούμενος.

Καὶ οὐκ αὐτὸς μὲν οὕτω κατετρύφα τοῦ ἀγαθοῦ, ἀπὸ δὲ τῶν πλησίον αὐτὸ παρεκαλύψατο· ἀγαθὸς δὲ κομιδῇ τὴν τῆς ψυχῆς πρόθεσιν ὢν, καὶ πρὸς ἄλλους κοινοποιεῖται τὸ ἀγαθόν· καὶ πρῶτον εὑρηκὼς τὸν Ναθαναὴλ, τὴν παρουσίαν εὐηγγελίσατο τοῦ ἐρχομένου. *Οὐκέτι*, φησὶν, *ἐν ἐλπίσιν τῷ Ἰσραὴλ ἡ σωτηρία. Οὐκέτι τὸ μήπω παρὸν, ὡς ἐσόμενον ἀμυδρῶς ταῖς ἐννοίαις φανταζόμεθα. Πάρεστι γάρ, καὶ, Ὃν πάλαι Μωσῆς ὁ μέγας καὶ οἱ προφῆται τῷ πνεύματι προείδοσαν, καὶ ἐξ' ἐσχάτων Σωτῆρα τῷ Ἰσραὴλ ἀναστήσεσθαι προείποσαν, τοῦτον εὑρόντες ἡμεῖς, τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ Ἰησοῦν, καὶ τῷ τῶν ἔργων αὐτοῦ πεπιστευκότες ὑπερφυεῖ, τὴν μετ' αὐτοῦ τρισάσμενοι πεποιήμεθα συνοίκησιν.* Τούτοις κατακράτος τοῖς λόγοις ἑλὼν, ὥσπερ θήραμα κάλλιστον, προσάγει τῷ Ἰησοῦ τὸν ἄνδρα· καὶ τοῦτο πρῶτον εὐνοίας ἐνέχυρον ἀληθινῆς, καὶ γνώρισμα πίστεως εἰλικρινοῦς παρέσχε τῷ Χριστῷ, τὸν ἀληθινὸν ἐκεῖνον Ἰσραηλίτην καρποφορῶν.

Πᾶσιν οὖν καθεξῆς τοῖς λόγοις τῆς χάριτος ὑπέχων τὸ οὖς· αὐτόπτης δὲ καὶ τῶν θαυμασίων πάντων καθεστὼς, ταῖς ἱεραῖς μὲν διδαχαῖς πάσης μειωτικῆς ὑφέσεως ἀνεκαθαίρετο· καὶ πάσης ἀγνοίας ἀποσκευαζόμενος τὴν ἀχλὺν, φωτὶ θείῳ γνώσεως καὶ οὐρανίας σοφίας προκόπτων κατελάμπετο. Τοῖς παραδόξοις δὲ τῶν ἔργων τὴν πίστιν βεβαιούμενος, ὁσημέραι δὲ καὶ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον ἀνακαινούμενος καὶ κραταιούμενος, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος ἀνῄει Χριστοῦ.

Ταύτης τεκμήριον τῆς τελειότητος, ἡ τῆς ἁγίας κραταίωσις ἀγάπης, ἣν ὁ μέγας ἐκεῖνος Ἀπόστολος τελείαν, ἁγίαν ἀφιερούμενος τῷ Διδασκάλῳ, τὴν ἴσην ἐκεῖθεν ἀντελάμβανεν· μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἀγαθοδότης, καὶ ἀγάπη κατὰ φύσιν ὤν, ἀεὶ ἐν τελειότητι πάσης ἐστὶν ἀρετῆς, οὐθ' ὑφεσιν ὅλως, οὔτ' οὖν ἐπίτασιν προσιέμενος· οἱ πρὸς αὐτὸν δὲ δι' ἀσκήσεως, ἤτοι μιμήσεως ἀνατεινόμενοι, κατ' ἀναλογίαν τῆς διὰ τῶν ἀρετῶν προκοπῆς, καὶ τῆς τελειότητος κατευστοχοῦσιν· οἱ μὲν, εἰς υἱῶν καὶ κληρονόμων ἀνιόντες τάξιν· οἱ δὲ, εἰς δούλων καταντῶντες πιστῶν.

Digitized by Google

Οἱ τοίνυν ἱεροὶ καὶ μεγάλοι τοῦ Λόγου μαθηταί, ξένοι μὲν πάσης φιλίας τοῦ κόσμου καθεστῶτες, οἰκεῖοι δὲ καὶ φίλοι τοῦ οὐρανίου Πατρός· καὶ πάσης μὲν τοῦ νῦν αἰῶνος ἐρωτικῆς διαθέσεως ἑαυτοὺς ἀλλοτριοῦντες, μόνης δὲ τῆς ἀγάπης τοῦ θεαρχικωτάτου Νυμφίου τετρωμένοι, καὶ αὐτῷ συνενούμενοι διὰ τοῦ Πνεύματος, τῆς ὑψηλῆς εὐμοιρήκασιν υἱότητος. Ὅθεν αὐτοῖς καὶ Πνεῦμα ἅγιον, πρότερον μὲν ὡς ἀτελέστην, ἀτελῶς τε καὶ ἀμυδρῶς ἐνεργοῦν· ὕστερον δὲ, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς τοῦ Μονογενοῦς ἀποκατάστασιν, τελετουργικῶς (33) ὡς τελείοις ἐπιδημοῦν καὶ θεοῦν, ἄρχοντας αὐτοὺς ἐπὶ πᾶσαν καθιστάνει τὴν γῆν· οὐκ ἐπικήροις τιμῶν ἀρχαῖς, οὐδὲ βασιλείαν ἐπίζηλον καὶ περιτρεπομένην· ἀκατάλυτον δὲ δόξαν, καὶ μὴ μεταπίπτουσαν χαριζόμενον ἀρχήν. Ἔπρεπε γὰρ τοὺς γεννωμένους ἄνωθεν, ἀνάλογον τῇ τοῦ Πνεύματος ἀϊδιότητι καὶ τὴν κληρονομίαν λαχεῖν· καὶ τοὺς συμμόρφους τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς καθισταμένους, κατὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμοίωσιν, καὶ τῆς ἀκηράτου κατασχέσεως μετασχεῖν.

Sacri igitur magnique Verbi discipuli, ab omni amicitia, quæ sæculi usu præstatur, extranei, ac Patris cœlestis necessarii atque amici: hinc adeo tum repudiata ævi præsentis omni libidine, tum vero divinissimi Sponsi charitate vulnerati [80], eique per Spiritum copulati ac juncti, sublimem filiorum rationem nacti sunt ac nomen. Quamobrem hos quoque Spiritus sanctus, cum prius quidem tanquam imperfectos, imperfecte atque obscure afflaret [80*]; postea, Unigenito jam in cœlos recepto, consummativa (ut sic loquar) ratione ac consecrativa, quasi perfectis illis adveniens eosque deificans, principes constituit super omnem terram [81]: non perituris magistratibus atque muniis augens, neque regnum ejusmodi tribuens, quod invidiosum sit atque facile evertatur, sed indissolubilem gratiam, ac imperium nulla unquam ratione ad alios transiturum eis consedens. Decebat enim, ut qui de supernis nati essent, hæreditatem quoque ac sortem æternitati Spiritus convenientem consequerentur: ac qui conformes gloriæ Unigeniti essent, pro similitudinis ejus ratione, etiam immortale decus perciperent.

Πᾶσαν τοιγαροῦν ἐξουσίαν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς λαβόντος Χριστοῦ, πᾶσαν δι' αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην οἱ ἱεροὶ θεολόγοι τούτου κληρωσάμενοι, οἱ μὲν τὰς ᾠφὰς λήξεις, οἱ δὲ τὰς ἑσπερίους διαλαγχάνοντες ἐπῆσαν· καὶ οἱ μὲν τὸ βόρειον, οἱ δὲ τὸ νότιον κλίμα διέθεον εὐαγγελιζόμενοι τῆς γῆς. Φίλιππος δὲ ὁ μέγας τοῦ Θεοῦ παῖς, ὁ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων φωτοφανὴς καὶ γνήσιος κατὰ μέθεξιν υἱός· ὁ τοῦ Μονογενοῦς φίλος πιστὸς καὶ κατὰ χάριν ἀδελφός· τὸ τίμιον λόχευμα τοῦ Παρακλήτου, τὸ σκήνωμα τῆς ἁγωσύνης τοῦ Ὑπεραγίου, τὸ στεφάνωμα τῆς Ἐκκλησίας, τὸ καλλώπισμα τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐντρύφημα τῶν ἀσωμάτων· οὗτος τῆς Ἀσίας τὰ κλίματα (34) περιὼν, καὶ πάσαις μὲν χώραις καὶ πόλεσι

Cum igitur omnem Christus in cœlo et in terra nactus esset potestatem, omnem per ipsum ejus sacratissimi Theologi sortiti orbem [81*], alii orientales, alii occiduas, quæ obtigerant, partes inierant: atque alii quidem borealem, alii vero australem plagam, evangelizando percurrebant. At magnus Dei puer Philippus, Patris ille luminum lucidissimus verusque participatione filius; Unigeniti fidelis amicus ac gratiæ indulgentia frater; nobilis Paracleti fetus, tabernaculum sanctificationis, ejus qui omni eminet sanctitati; Ecclesiæ corona, apostolorum gloriatio ac decus, spirituum deliciæ; hic utique Asiæ oras perlustrans, cunctisque provinciis atque urbibus vitæ doctrinam annuntians, eosque

[80] Cant. II, 5. [80*] Act. II, 2. [81] Psal. XLIV, 17. [81*] Matth. XXVIII, 19.

(33) *Τελετουργικῶς.* Opponit ei quod dixerat ἀτελῶς τε καὶ ἀμυδρῶς. Si ergo, quasi vi divina secretius sacratiusque operante, consecrante atque initiante. Est τελετὴ *cæremonia ritus consecratio;* τελετουργὸς δύναμις Dionys. *virtus divina operans in sacramentis;* auctore Budæo, τελετουργία, *consecratio.* In apostolis ipse seipso τελετουργῶν divinus Spiritus, nulla exteriori cæremonia divinius præstans in apostolis, ut in primitiis, quod in reliquis per signa sensibilia et elementa, quibus subjicere potuit, dum adhuc imagine versamur, nec ipsam omnino veritatem tenemus.

(34) *Τῆς Ἀσίας τὰ κλίματα.* Videtur Nicetas hanc unam Philippo assignare provinciam; alii tamen etiam alias addunt: Abdias Babylonius in Scythia primum prædicasse, ac certamen desudasse narrat, quo perfunctus in Asiam venerit, ubi Hierapoli dormierit, et quidem placida morte, quod cunctis adversatur. Omnes certe constanter docent, in ea urbe martyrio functum esse; nec de modo martyrii dissident, sed solum plus minusve explicant, quæ fuit erroris occasio card. Bar. dum ita scribit an. 54, n. 3: *De mortis genere discrepat ab Eusebio Nicephorus, et alibi idem Metaphrastes; sed nec horum alicui assentitur incertus auctor, qui scripsit passiones apostolorum.* Incertum eum auctorem non moror, sive est Abdias, sive quis alius; Eusebio reliqui consentiunt: solum explicant modum crucis, quem ille tacuit, quod inverso capite et a pedibus perforatis calcaneis stipiti affixus: quo tanto supplicio, tumultuante etiam plebe, lapidibus appetitus, brevi animam reddidit. De tempore singularis est Hippolytus, quod Domitiano imperatore sublatum scribit. Menæa, peragratis Mysiæ et Lydiæ urbibus, Hierapolim venisse tradunt, quæ ipsæ Asiæ provinciæ sunt: nec enim Mysos seu Mœsos Europæo, videntur velle, quibus propius ad Galliam licuisset accedere, in qua prædicasse auctor est Isidor. lib. *De vita et morte sanctorum* c. 74. *Philippus Gallis prædicat Christum, barbarasque gentes vicinas, tenebris et tumenti Oceano conjunctas, ad scientiæ lumen fideique portum perducit.* Additque hoc munere perfunctum Philippum, in Phrygiam migrasse, ubi Hierapoli occubuit. Baronii opinionem, qui rem trahat ad Galatas Asiaticos, serio convellit ill. ac reverend. Petrus de Marca Parisiensis archiep. in epist. ad Henricum Vales. ejus Eusebio præfixa, adducto etiam Usserio Armachano, cap. 2 *De antiquitatibus Ecclesiæ Britannicæ*, qui ipse strenue Isidori lectionem vindicat, et Jacobi Berulii temeritatem notat, qui *Galatis*, pro *Gallis*, in textu ipso, absque ulla nota veteris lectionis reposuerit. Vellem testes

Digitized by Google

qui ad vitam erant ordinati, veræ vitæ per fidem concilians; captosque omnes a diabolo, innumerisque erroribus ac seductionibus perditos, sapientiæ divinæ sermonibus hortamentisque captivans, ac regenerationis aqua emundans, gratiæque Spiritu illuminans atque consummans, ita nimirum Patri, qui in cœlis est, filios adoptabat. Cunctos verò qui variis passionibus seu morbis tenebantur, aut obsessi a dæmonibus erant, aut quovis alio sinistro casu afflictabantur, maleque habebant, solo sermone ac sacræ manus contactu sanabat. Ac quidem spiritali ratione, inaspectabilium hostium facies cædens, eos elidebat; ad sensum autem, quos illi seduxerant arguens, increpans, obsecrans [83], magnifica, prædicatione prodigiorumque stupendis operibus, ad agnitionem veritatis paulatim adducebat [83*]: sacerdotesque ac præsules fidelibus præficiens, quin et per loca Domino altaria exstruens, sacrumque sanctorum mysteriorum ritum tradens, necnon evangelicam, quoad liceret, eis legem constituens, in eum modum duplicis auctor beneficii (corpus scilicet demerendo atque animum) vir beatissimus credentibus erat.

A τὸν λόγον εὐαγγελιζόμενος τῆς ζωῆς· πάντας δὲ τοὺς εἰς ζωὴν τεταγμένους, τῇ ἀληθινῇ διὰ πίστεως προσάγων ζωῇ· καὶ πάντας μὲν ἐζωγρημένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ μυρίαις ἀπάταις καὶ πλάναις ἐξαπολωλότας, λόγοις σοφίας Θεοῦ καὶ παραινέσεσιν αἱχμαλωτίζων, καὶ τῷ τῆς παλιγγενεσίας ὕδατι καθαίρων, καὶ τῷ τῆς χάριτος πνεύματι φωτίζων καὶ τελετουργούμενος, οὕτω δὴ τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς υἱοθετεῖτο Πατρί. Πάντας δὲ τοὺς ὑπὸ ποικίλων ἐξεταζομένους παθῶν ἢ νόσων πειραζομένους, ἢ δαιμονίων παρενοχλουμένους, ἢ ὅτῳ οὖν πονηρῷ κακουμένους συναντήματι, λόγῳ μόνῳ καὶ χειρὸς ἱερᾶς ἐθεράπευεν ἁπαφῇ. Καὶ νοητῶς μὲν, τῶν ἀοράτων τὰ πρόσωπα ῥαπίζων κατέῤῥασσεν ἐχθρῶν· αἰσθητῶς δὲ, τοὺς ὑπ' ἐκείνων πλανωμένους, ἐλέγχων, νουθετῶν, B παρακαλῶν, τῇ μεγαληγορίᾳ τοῦ κηρύγματος καὶ ταῖς τῶν τεράτων μεγαλουργίαις ἐξιστῶν, εἰς ἐπίγνωσιν ἦγε κατὰ μικρὸν τῆς ἀληθείας. Ἱερεῖς δὲ καὶ ἱεράρχας τοῖς πιστοῖς καθιστῶν, καὶ θυσιαστήρια δὲ κατὰ τόπους Κυρίῳ κατασκευαζόμενος, καὶ τὴν ἱερὰν τῶν ἁγίων μυστηρίων παραδιδοὺς τελετουργίαν (35)· καὶ τὸν εὐαγγελικὸν νόμον ὡς θεμιτὸν αὐτοῖς διατιθέμενος, οὕτω διπλῆς αἴτιος εὐεργεσίας, σωματικῆς τε καὶ ψυχικῆς, ὁ μακαριώτατος τοῖς πιστεύουσι καθίστατο.

Quemadmodum autem ingens sagena in mare missa, quanto amplius aquis immoratur, tanto majorem piscium copiam trahit [83]; sic utique magnus Philippus annos complures cum gentilium multis populis versatus, longe confertam multitudinem eorum C trahit, qui illius opera nomen Christo darent. Decebat autem, ut tanquam Spiritus sagena, sanctorum angelorum manibus, velut ex mari in littus (in cœlestem scilicet stationem) eductus, si quid Dominica indignum mensa illi comes esset, id vero abjiceret; quidquid autem bonum et pulchrum ac pretiosum esset, Regi gloriæ cum honore offerret.

Ὥσπερ δὲ σαγήνη μεγάλη καθιεμένη τῇ θαλάσσῃ, ὅσῳ πλέον ἐγχρονίζει τοῖς ὕδασι, τοσούτῳ πλείω καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἐφέλκεται περιουσίαν· οὕτως ὁ μέγας Ἀπόστολος ἐπὶ χρόνοις πλείοσι πολλοῖς ἔθνεσιν ἐμβεβλημένος, πολὺν ὅτι μάλιστα δι' αὐτοῦ Χριστῷ πιστευόντων ἐπεσπάσατο περιουσιασμόν. Ἕδει δὲ τοῦτον οἷα σαγήνην ὄντα τοῦ Πνεύματος, χερσὶν ἀγγέλων ἁγίων ὥσπερ ἐκ θαλάττης εἰς αἰγιαλὸν, τὸν οὐράνιον χῶρον ἀναβιβαζόμενον, ἀποτίθεσθαι μὲν, εἴ τι τῆς Δεσποτικῆς τραπέζης ἀνάξιον ἐπηκολούθησεν· ὅσον δὲ καλόν τε καὶ τίμιον, μετὰ τιμῆς τῷ τῆς δόξης προσφέρεσθαι Βασιλεῖ.

At quisnam Apostoli resolutionis modus? Est Phrygiæ urbs magna atque illustris, opum abundantia gloriæque fastigio superba (Hierapolim vocant), civium robore ac multitudine, nulli forte tunc magnarum per Orientem metropoleon primas cedens. Ad hanc magnus Philippus post longos viarum circuitus, post omnis generis pericula, labores, D ærumnas, post varia Evangelii causa tormenta

Ἀλλὰ τις ὁ τῆς ἀναλύσεως τοῦ Ἀποστόλου τρόπος; Ἔστι πόλις κατὰ τὴν Φρυγίαν μεγάλη καὶ περιφανὴς, πλούτου περιουσίᾳ καὶ δόξης καυχήματι γαυρουμένη πολλῷ· Ἱεράπολις ὄνομα τῇ πόλει, ἰσχύος καὶ πολυανθρωπίας τότε μάλιστα, οὐδεμιᾷ τυχὸν τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν μητροπόλεων παραχωροῦσα τὰ πρεσβεῖα. Εἰς ταύτην ὁ μέγας Φίλιππος μετὰ τὰς μακρὰς περιόδους, μετὰ τοὺς παντο-

[83] II Tim. IV, 2. [83*] I Tim. II, 4. [83] Matth. XIII, 47.

alios, qui nobis Philippum apostolum assererent. Placet Nicetæ castigata moderatio, qui probatiora solum stylo exornanda susceperit, suæque maxime Ecclesiæ usu explorata. Accuratam historicæ rei diligentiam in gente Hispana alii desideraverunt, ac in primis Godest. Hensch. tom. I Febr. Historiæ sanctorum, ubi de primis Jacobi discipulis, quibus sata fides in Hispania, illi sermo incidit: quanquam nec quod de Philippi obitu Olymp. 207 in Eusebii chronico habetur, magni ponderis habendum sit, aut certa epocha illius martyrii, cum in plerisque manuscriptis desideretur, ut et Miræus omiserit, et Pontanus diverso charactere edendum putaverit; gravi certe indicio, subditilium quid esse, non ab Eusebio scriptum, quem Philippi apostoli res videntur prorsus latuisse: nec Sophronius extra martyrium crucis Hierapoli in Phrygia aliquid quod adderet habuit.

(35) *Την ἱερὰν τῶν ἁγίων τελετουργίαν.* Nempe sanctorum mysteriorum et universim sacramentorum ritum, sub quorum symbolis Christi Ecclesia adunatur, sumtque quod attinet ad substantiam, divinæ institutionis, quoad modum vero celebrationis et ornatum quemdam, apostolicæ.

Digitized by Google

δαπούς κινδύνους, τοὺς πόνους, τοὺς κόπους, μετὰ τὰς ποικίλας ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου βασάνους καὶ θλίψεις, καὶ εἰς ταύτην τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν εὐαγγελιούμενος ἤγετο τῷ Πνεύματι.

illataque mala, in ea quoque Christum annuntiaturus, Spiritu agebatur.

Ἰδὼν δὲ τὴν πόλιν, οὐ κατείδωλον οὖσαν μόνον, ξοάνοις τε κωφοῖς καὶ δαιμονίων σεβάσμασι μεμιασμένην· ἀλλὰ δὴ καὶ ἰοβόλοις ἑρπετοῖς, καὶ ἐχίδνῃ τινὶ τερατώδει (36) καὶ ἀπευκτῇ (ὦ τῆς τῶν κακῶν ὑπερβολῆς!) ὡς Θεῷ τε προσανέχουσαν καὶ θυσίαις ἐξιλασκομένην, ζήλῳ μὲν θείῳ καταπίμπραται τὴν ψυχήν· προσευχαῖς δὲ συντονωτάταις, καὶ ῥήματι παραγγελίας Θεοῦ ζῶντος, καὶ τῇ ἐπικλήσει τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὀλεθροτόκον ἐχιδναν ἐκείνην ἀπεκτονὼς, πᾶσιν ἐπιεικῶς ὁ θαυμάσιος παρῆνει, καὶ συνεβούλευεν εἰς οὐρανὸν ἀνανεύοντας, τὸν τοῦ οὐρανοῦ Δεσπότην ἐπιγνῶναι. Ὅς, ὢν ἀεὶ Θεὸς τέλειος, ἄναρχος, ἀσώματος, ἀκατάληπτος· βουληθεὶς δὲ μετὰ τὸν ἀόρατον, καὶ τὸν ὁρώμενον τοῦτον κόσμον δι' ἀγαθότητος ὑπερβολὴν παραγαγεῖν, οὐρανὸν μὲν ἔξωθεν πάντων, οἷά τινα σφαῖραν ἀεικίνητον τῶν ὅλων σωμάτων περιεκτικὴν κατεσκευάσατο· γῆν δὲ μεσαιτάτην τῶν ὅλων, ὥσπερ τι κέντρον τοῦ παντὸς ἐν ἀκινήτῳ ἱδρύσει καὶ ἰσορροπίᾳ κατεστήσατο. Καὶ τὸ ἀβύσσιον μὲν καὶ στοιχειῶδες ὕδωρ περὶ τὴν γῆν, τὴν γῆν δὲ περὶ τὸ ὕδωρ στερεῶν, δι' ἀλλήλων ἄμφω ταυτὶ τὰ στοιχεῖα ἐστηρίξατο, εἰς μίαν τινὰ δύναμιν ἄῤῥητον, τὴν κατὰ τὸ μεσαίτατον τοῦ παντὸς ἑστῶσαν ὑπερφυῶς ἐκκορυφούμενα· ἑπομένως δὲ τούτοις, τὸν πολύκερον πανταχόθεν ὑπερχεάμενος ἀέρα, ὑπὲρ αὐτὸν αὖθις ἐχόμενα, τὸ αἰθέριον κῦτος περιήγαγεν· ἐξ ὧν φυτὰ πάντα καὶ ζῶα, κατὰ ἰδιότροπον ἕκαστον φύσιν ἐποίησε καὶ μορφήν.

Videns itaque civitatem, nedum simulacrorum superstitioni deditissimam, mutisque statuis ac dæmonum cæremoniis pollutam; verum etiam venenatis serpentibus, ac portentosæ cuidam infandæque viperæ (o malorum exsuperantiam!) tanquam Deo ac Numini animis addictam, quam dementi sensu hostiis placandam existimaret; divina animo æmulatione inardescit, ferventissimisque precibus, Deique viventis verbo præceptoque, necnon Christi Jesu invocato nomine, perempta exitiosa vipera, cunctos palam vir admirandus hortabatur, auctorque consilio erat, ut in cœlum aspicientes, cœli Dominum agnoscerent. *Is, Deus semper perfectus, æternus, incorporeus, incomprehensus, post illum invisibilem, etiam mundum hunc oculis subjectum præ eximia bonitate condere cum voluisset; cœlum*, aiebat, *cunctis externum, haud secus ac globum perpetuo mobilem universa corpora continentem, fabricatus est: terram vero omnium mediam, velut rerum hujusce universitatis centrum quoddam immobili sede, ac suis æque libratam ponderibus collocavit. Abyssi, ac qua elementum consistit, aquam, circa terram; terram vero circa aquam solidans, alterum altero elementum mutuaque communione firmavit: quæ videlicet in unam arcanam vim, in universi meditullio mirabiliter consistentem fixamque explicentur. Exinde multicavum his undique superfundens aerem, super ipsum rursus continue æthereum circumduxit late fusam capacitatem: ex quibus plantas omnes et animantes condidit, juxta propriam cujusque indolem ac formam.*

Μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον, τῆς ἰδίας πλάσας μεγαλειότητος εἰκόνα, τοῦ παραδείσου πεποίηκεν οἰκήτορα· ὃν τὴν Δεσποτικὴν ἐντολὴν ἠθετηκότα, καὶ διὰ τοῦτο τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἀλισθηκότα, θάνατος καὶ φθορὰ, τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, διεδέξατο· ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ὁ ἀγαθὸς ὠργίσθη, οὐδὲ τὸ οἰκεῖον παρεῖδεν εἰς τὸν αἰῶνα πλάσμα· διὰ νόμου δὲ καὶ προφητῶν πρῶτον ἁγίων παιδαγωγήσας πρὸς εὐσέβειαν· νῦν δὲ κατὰ τὴν τῶν αἰώνων συντέλειαν, τὸν μονογενῆ, τὸν ἰσοσθενῆ καὶ ὁμοφυᾶ Λόγον, ὑπερουσίως ἡμῖν ἐκ παρθένου σεμνῆς, καὶ ἁγίας

Solum autem hominem suæ majestatis simulacrum formans, paradisi constituit civem: quem ipsum Dominici transgressorem mandati, eamque ob rem ab illius cassum necessitudine, mors et corruptio (peccati scilicet obsonia) exceperunt. Haud tamen benignissimus ille in finem iratus est, aut in perpetuum despexit figmentum suum: sed cum prius per legem sanctosque prophetas ad pietatem instituisset; nunc tandem in consummatione sæculorum, unigenitum parique secum robore ac ejusdem naturæ Verbum, divina quadam eximiaque ratione, ex venerabili sanctaque Virgine, nullius contagione peccati factum ho-

(36) *Καὶ ἐχίδνῃ τινὶ τερατώδει.* Perinde Metaphr. Elevat autem card. Baron. horum fidem an. 54, n. 3, eo quod Hierapoli, non viperam, sed alios deos colerent, ex Euseb. lib. II *De præparat. Evang.* c. 4. Sed nihil ibi Eusebius in eam rem. Solum enim eo libro veterum theologorum dicta refert, quibus idololatriæ originem tradueat: non ut singula numina singularum civitatum proferat. Bene apud Nicephorum, ejus vulgator hoc ipsum nostris temporibus in Livonia et Samogitia repertum tradit. At neque in Gallia desunt viri simplices, quibus hujusmodi viperæ ac serpentes boni ominis existimentur, ubicunque degant, ruri vel in domo; sinistraque omnia portendere, si abigantur, vel etiam necentur; quo in genere singulare quid de domestica vipera sibi accidisse narrat Leo Allat. cum adolescens esset, lib. *De peregrinis Græcorum opinionibus*, vaticinante inde vetula quæ illi satis prospera evenere, adventum, profectionem, etc., quæ non careant superstitionis labe. De Hierapoli et serpentum in ea cultu argumento est antiquum civitatis nomen, quod tradit apud Metaphrastem Joseph Humilis *Oratione in laudem sancti Bartholomæi*; nempe Ophioryma, quasi dicas, serpentis ac anguis tutamen seu præsidium. Confer nostra hæc cum dictis ad Hippolyti Synopsim; nec te censuris ejusmodi facile abduci sinas. Durum sane unius ductu calami novi hominis expungi, quidquid summa consensione tot retro sæculis, probatis actis ac auctoribus consignatum fidem habuit.

Digitized by Google

minem, nobis præbuit. Is hominum similis apparens, veritatis sermonibus ac potentiæ operibus, Patris sui nobis gloriam ac notitiam, affusa tœlitus luce manifestavit; quique ab omni immunis passione esset, passionibus nostri causa, cruceque et morte perfunctus atque in illis versatus (quippe homo cum esset) resurrexit tertia die ac se nobis conspicuum fecit, nobisque cernentibus in cœlum receptus est (quippe qui Deus esset). Quem et rursus venturum e cœlis exspectamus, pro eo ac pollicitus est, ut humanum omne genus exsuscitet, judicetque ac reddat unicuique pro eo ac gessit. Hunc, hortamur, agnoscite. Huna, obsecramus, colite; et in nomine ejus baptizati, ab omni scelere impuraque omni cæremonia emundamini; omnisque gratiæ participes effecti, atque illius consortes sanctitatis, vitæ æternæ ac regni hæreditatem consequimini, in Christo Jesu. Amen.

Hujuscemodi vir beatissimus divinis prædicationibus admonens, adhortans privatimque ac publica concione doctrinam justitiæ tradens, turbam numero superiorem assensum præbentem, veritati adjunxit. Hosque adeo per aquam et Spiritum regenerans, ac qui in illis majori pollerent prudentia, majoremque essent assecuti gratiam, in antistites ac sacerdotes præficiens, Ecclesiam sanctam immaculatam excitat Christo.

At non tulit, ut veritatem sic prosperantem videret, qui illius adversarius est : quin potentiores ac primores civitatis illius incessens, flammæque instar æmulationem in eis succendens, apparitorum repente manu eum corripit, sævisque conscissum verberibus, diro carcere includit. Tum funiculis e calcaneis vinctum in sublimi verso in terram capite, virum justum suspendunt. Eratque videre velut agnum immaculatum alte in aere sublatum. Ac pedes quidem sursum, deorsum vero venerandum caput habebat, eoque habitu mentis in cœlum iter ac contemplationem velut adumbrabat.

Haud tamen eum Dominus consolationis expertem reliquit. Propensiore namque mitioris providentiæ consilio, divinus quoque Bartholomæus, pari damnatus patibulo pendebat. Contigit enim eum tunc ibi versari, ac sicut prædicationis, sic et passionis socium effici. Neque id modo, sed et ipsa

A ἁμαρτήτως ἀνθρωπιζόμενον παρέσχετο. Ὃς ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων ἐπιφανεὶς, λόγοις ἀληθείας καὶ ἔργοις δυνάμεως, τὴν πατρικὴν αὐτοῦ δόξαν καὶ γνῶσιν, ἐνέλαμψεν ἡμῖν· καὶ πάθεσιν ὁ ἀπαθὴς, καὶ σταυρῷ καὶ θανάτῳ προσωμοιωκὼς ὑπὲρ ἡμῶν (ἄνθρωπος γὰρ ἦν), ἀνέστη τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ ἐνεφάνισεν ἡμῖν ἑαυτόν· καὶ βλεπόντων ἡμῶν, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν (Θεὸς γὰρ ἦν). Ὃν καὶ προσδοκῶμεν ἥξειν ἄθις, ὡς εἶπεν, ἐκ τῶν οὐρανῶν, τοῦ ἀναστῆσαι σύμπαν τὸ πλάσμα, καὶ κρῖναι καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Τοῦτον ἐπίγνωτε, παραινοῦμεν. Τοῦτον σεβάσθητε, παρακαλοῦμεν· καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τούτου βαπτιζόμενοι, καθαρισθήσεσθε μὲν πάσης ἐναγοῦς καὶ μιαρᾶς τελε-
B τῆς· πάσης δὲ χάριτος μέτοχοι, καὶ κοινωνοὶ τῆς αὐτοῦ γενόμενοι ἁγιωσύνης, κληρονόμοι ζωῆς αἰωνίου καὶ βασιλείας καταξιωθήσεσθε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Τοιαύταις ὁ μακαριώτατος θεηγορίαις νουθετῶν, παραινῶν, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὸν λόγον πρεσβεύων τῆς δικαιοσύνης, ἀναριθμήτους μὲν πείθων προσήγετο τῇ ἀληθείᾳ· δι' ὕδατος δὲ καὶ Πνεύματος τούτους ἀναγεννῶν, καὶ τοὺς συνετωτέρους ἐν αὐτοῖς, καὶ χάριτος μείζονος ἠξιωμένους, εἰς ἀρχιερέας, ὡς θέμις, καὶ ἱερέας προβαλλόμενος, Ἐκκλησίαν ἁγίαν, ἄμωμον ἀνίστη Χριστῷ.

Ἀλλ' οὐκ ἤνεγκε βλέπων οὕτως εὐοδουμένην τὴν
C ἀλήθειαν, ὁ ταύτης ἐχθρός· τοὺς δυνατωτάτους δὲ καὶ πρώτους ἐκείνης τῆς πόλεως ὑποδὺς, καὶ τὸν ζῆλον ἐν αὐτοῖς ἀναφλέξας ὡς πῦρ, συναρπάζει μὲν αὐτὸν ἐξάπινα χειρὶ στρατιωτικῇ· μαστιγοῖ δὲ πικρῶς, καθείργνυσι δὲ δεινῶς· μετὰ ταῦτα δὲ σχοινίοις ἐξάψαντες κατὰ τῶν ἀστραγάλων (37), ἐπὶ μετεώρου τὸν δίκαιον ἐκκρεμῶσι κατὰ κεφαλῆς. Καὶ ἦν τοῦτον ὁρᾷν καθάπερ ἄμωμον ἀρνίον, διὰ τοῦ ἀέρος ἀπηωρημένον· καὶ ἄνω μὲν τοὺς πόδας, κάτω δὲ τὴν σεβασμίαν ἔχοντα κεφαλήν· καὶ τῷ τοιῷδε σχήματι τὴν ἰθυτενῆ πρὸς τὰ ἄνω τοῦ νοῦ πορείαν καὶ θεωρίαν ὑπογράφοντα.

Ἀλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ Κύριος ἀπαρηγόρητον·
D οἰκονομίᾳ δὲ κρείττονι καὶ Βαρθολομαῖος ὁ θεῖος ἀπόστολος τούτῳ συνεσταύρωτο. Ἐκεῖσε γὰρ αὐτὸν ἐνδημεῖν, καὶ ὥσπερ τοῦ Εὐαγγελίου κοινωνὸς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ πάθους ἐγνωρίζετο. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ Μαριὰμ ἡ Φιλίππου ἀδελφὴ (38)· ἀδελφὴ τὴν

(37) *Σχοινίοις ἐξάψαντες κατὰ τῶν ἀστραγάλων.* Sic quoque Metaphr. necnon Menæa, in quibus expressius aliquid : Ἐπὶ τῆς πλατείας συρεὶς, εἶτα τοὺς ἀστραγάλους τρυπηθεὶς, ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀνηρτήθη· καὶ οὕτως εὐξάμενος, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο· *Per plateam tractus, tumque perforatis calcaneis in ligno suspensus est, et sic passus Domino tradidit spiritum :* quibus constans est, Philippum capite deorsum verso, et quidem talis sic perforatis, stipiti ac cruci alligatum pependisse : quam forte ipsam crucem velint Romanæ tabulæ, et Eusebiani Chronici interpolator, ex quo ipso tanquam ex vero Eusebio acceperint, qui easdem tabulas auxerunt, novasque composuerunt. Lapides addi facile fuit tumultuariæ illi crucifixioni, plebe in furorem acta adversus Sanctum, donec terræmotu ac hiatus periculo fuit deterrita. Mitior fuerit Bartholomæi crux et Mariæ sororis, sive Mariamnæ (ut Menæa vocant) ut licuerit deponi ac supervivere, cum jam Philippus diem clausisset.

(38) *Αὐτὴ Μαριὰμ, ἡ Φιλίππου ἀδελφή.* Menæa Μαριάμνην, quo etiam modo Metaphr. fuitque facile ejus vocis ultimam syllabam antiquario Mazar. excidere. Consentiunt hæc tanta de Maria seu Mariamna, sorore Philippi, non solum spiritali, sed etiam carnali, his quæ refert Paulus de apostolis et prædicatoribus Hebræis, circumducentibus sororem mulierem, more gentis *I Cor.* IX, 5; qua tamen is licentia minime usus sit, ne quam offensionem poneret gentibus, quibus peculiarius destinatus

Digitized by Google

φύσιν, ἀδελφὴ τὴν πίστιν· τὸν ζῆλον, ὁμότροπος· τὴν ἀγάπην, ὁμόγνωμος· παρθένος τὴν ψυχὴν, παρθένος τὸ σῶμα, ὅλη τετρωμένη τῆς ἀγάπης Χριστοῦ. Μαριὰμ, γνησία Χριστοῦ θεραπαινὶς, ἀξία θεοῦ θυγάτηρ, ὅλη τοῦ παναγίου Πνεύματος μεμεστωμένη, πιστὴ τοῦ Εὐαγγελίου μαθήτρια, σπουδαία τῶν ἀποστόλων διάκονος, καὶ θερμοτάτη πρὸς τὰς Ἑλληνίδας τοῦ Ἰησοῦ εὐαγγελίστρια. Ἄνωθεν αὕτη προσκαρτέρει τῷ Φιλίππῳ, ἐξ οὗ τὸν κλῆρον εἴληφε τῆς ἀποστολῆς· καὶ τοῦτον, ὡς ἀδελφὸν μὲν τὸ σῶμα, πατέρα δὲ τὸ πνεῦμα τιμῶσα, καὶ ὡς δραστήριος ὑπηρετουμένη θεράπαινα, πλήρης τῆς ἀποστολικῆς καὶ αὐτὴ δυνάμεως ἦν. Ὅθεν εὐαγγελιζομένῳ συνεργοῦσα, καθειργνυμένῳ συμπαραμαρτοῦσα, καὶ τότε δὴ κρεμαμένῳ συναντιωμένη τε καὶ συνοδυνωμένη, πάντα τρόπον συνέπασχεν ἡ μακαριωτάτη Χριστῷ.

Γίνεται δὲ τότε θέαμα ξένον, φρικῆς τε πάσης καὶ ἀγωνίας γέμον. Σείεται μὲν ἐξαίφνης ἡ γῆ καὶ ὅλος ὁ χορὸς ἐκεῖνος ἐκτιναχθεὶς, εἰς βάθος ὑπενόσει, ἐν ᾧ πᾶσα μικροῦ δεῖν ἡ πόλις ἐκείνη συναγηγερμένη, θέατρον ἐποιεῖτο τοὺς ἀνθρώτους τοῦ Ἰησοῦ· συγκατεσπᾶτο δὲ τῷ ἐδάφει πᾶς ὁ λαὸς, καὶ δεινῶς ἀπολέσθαι κινδυνεύοντες, τοὺς περὶ τὸν Φίλιππον ἐπεβοῶντο· καὶ ταύτῃ γε τῆς πλάνης μὲν ἀποστήσεσθαι, τῷ τῆς ἀληθείας δὲ πιστεῦσαι καθυπισχνοῦντο Θεῷ. Τοὺς δὲ ἱκετηρίας μὲν ἐκτενέσιν ἐξευμενίζεσθαι τὸν Θεὸν, ἀθρόως δὲ τὸν Κύριον προσευχομένοις αὐτοῖς ἐπιφανῆναι· καὶ στηριχθῆναι μὲν εὐθέως τὴν γῆν τῆς ἐπὶ τὸ κάταντες ὑποχωρήσεως· δύναμιν δὲ θείαν κλίμακος τρόπον τοῖς ἀπολλυμένοις ὑποτεινομένην, πρὸς σωτηρίαν ὁδοποιεῖν. Αὕτη γίνεται πίστεως τοῖς ἀπίστοις ἀφορμή. Τοῦτο δὴ τὸ θαυμάσιον τὴν πόλιν ἐκείνην ὀλίγου δεῖν πᾶσαν τῷ τοῦ Φιλίππου προσῆγε Θεῷ. Ἐντεῦθεν λύειν μὲν τοὺς Χριστοῦ δεσμίους οἱ σεσωσμένοι, καὶ τοῦ ξύλου καθεῖναι προσῆεσαν σπουδῇ· ἐπείχοντο δὲ, τὴν περὶ αὐτῶν γενομένην ἄνωθεν ἐγνωκότες βουλήν.

Σὺ μὲν γὰρ, ὦ τρισμακαριώτατε τῶν ἀποστόλων, ἀνεθῆναι μὴ καταδεξάμενος τῶν δεσμῶν, ἐπισχήψας δὲ τῇ τε πόλει τὰ δέοντα, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς πᾶσι προσμένειν τῇ πίστει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ταῖς ἐντολαῖς παρεγγυησάμενος προσλιπαρεῖν· εἶτα, δέησιν ἱκετήριόν τε ἅμα καὶ εὐχαριστήριον, ἐμφανιζομένῳ σοι νοερῶς καὶ ὑπερκοσμίως τῷ Θεῷ σου καὶ βασιλεῖ σου προσλαλήσας Χριστῷ, εἰς χεῖρας αὐτῷ τὴν παναλβίαν ἀπέδου ψυχήν· καὶ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἐν ἤχῳ ἑορταζόντων νοερῶν καὶ θείων Δυνάμεων, πρὸς τὰς οὐρανίας αὐτῷ καὶ ὑπερφυεστάτας συνανελήφθης μονάς.

A Maria Philippi soror, nempe soror natura ac fide soror; pari morum æmulatione, consentiens charitate, virgo animo, virgo corpore, tota Christi vulnerata charitate [84]. Maria, vera Christi ancilla, digna Dei filia, tota Spiritu sancto plena, fidelis Evangelii discipula, sedula gnavaque apostolorum administra, fidelissima ad Græcas mulieres Jesu præco. Hæc olim Philippo assidua, quo ex tempore apostolicum munus inierat; eum, ut fratrem quidem corpore, ut vero Patrem spiritu colens, et ut ancilla sedulo officiosa ministrans, ipsa quoque apostolica plena virtute erat. Quamobrem prædicantem adjuvans, clausoque carcere comes effecta, tunc quoque nimirum suspenso condolens, diroque illius cruciatu mœrens, omni modo beatissima fe- B mina Christi socia passionum erat.

Contigit vero novum quoddam spectaculum, horrendumsane tremendumque ac terroris plenum. Terræmotu subito locus quatitur, totusque ille succussus chorus alta voragine subsidebat, quo tota fere civitas, Jesu homines theatro traductura, concesserat; omnemque populum unus cum solo hiatus absorbebat. Jam itaque gravi salutis vitæque pulsante periculo, Philippum cum sociis inclamabant; atque ea se ratione ab errore abscessuros, veroque Deo creditures, etiam atque etiam pollicebantur. At Philippus sociique ferventibus Deum supplicationibus placare; orantibus Dominus confestim apparere, moxque terram, ne mergeretur C hiatuque subsideret, confulcire; vi denique divina instar scalæ pereuntibus submissa, ita ad salutem munire. Hæc incredulis fidei occasio. Miraculum hoc, omnem fere illam civitatem adjunxit Philippi Deo. Hinc periculo redempti, Christi vinctos solutum lignoque depositum prompti accedere; at cohibebantur, qui supernum de illis consilium intelligerent.

Tu quidem, apostolorum ter beatissime, cum solvi vinculis noluisses, ac quæ officii erant civitati mandasses, cunctisque fratribus ut in fide Jesu perseverarent ac mandatis assidui essent, præcepisses: tumque supplicantis animi pariter atque gratias agentis orationem, Deo tuo, Regi tuo Chri- D sto qui apparuerat, mentis sensu, ac supra quam decore honesteque, prolocutus esses, in manus illius beatissimam animam tradidisti: inque voce exsultationis et confessionis in sono mentium epulantium [85] divinarumque Potestatum, in cœlestes eximiasque ac divinas, illo auctore, receptus es mansiones.

[84] Cant. II, 6. [85] Psal. XLI 5.

erat prædicator. Saniora hæc, quam illa Abdiæ, de duabus apostoli filiabus, quæ post aliquantos annos in tumulum patris et ipsæ illatæ sint, a dextris et a sinistris illius positæ ac miraculis claræ; quas ementitus scriptor non advertit alterius Philippi filias exstitisse, id est diaconi; quæ forte Philippi apostoli amore, et quod celebris civitas erat, multosque in ea Philippus Christo acquisierat, Palæstina a Romanis vastata, illo commigrarant, ac hospitii locum ibi delegerant. Quod etiam Mariam seu Mariamnem τοῦ Ἰησοῦ εὐαγγελίστριαν dicit πρὸς τὰς Ἑλληνίδας, *annuntiasse Jesum mulieribus Græcis*, sexui convenientissimum, nec privatam excedens doctrinam, qua nihil vetat mulieres, etiam summis apostolis adjutrices esse evangelica functione.

Digitized by Google

Bartholomæus autem e patibulo depositus, una- A que sapientissima Maria, cum Christiferum illud tabernaculum reverenter sepeliendum curassent ac Ecclesiam confirmassent, eosque qui accessissent illuminassent; ac si quid reliquum ad Evangelii functionem videbatur, complessent, suam quisque viam perrexere.

Βαρθολομαῖος δε τοῦ ξύλου καθαιρεθεὶς, καὶ ἅμα τῇ σοφωτάτῃ Μαριὰμ, τὸ Χριστοφόρον σεβασμίως κεκηδευκότες σκῆνος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν στηρίξαντες, καὶ τοὺς προσιόντας φωτίσαντες, καὶ εἴ τι λεῖπον τῆς λειτουργίας τοῦ Εὐαγγελίου συντετελεκότες, οὕτω πρὸς τὴν κατ' αὐτοὺς ἐχώρουν ὁδόν.

Tu vero, summe inclyte ac divine Dei puer, cœlestes festivus axes inscendens chorosque agens, ac cum magistro atque Domino in æternum versans, gaude ac lætare tanquam Dei filius adoptione, quippe qui hoc nactus sis, ut cum eo qui natura Filius est, regnes vivasque, et in sempiternum læteris ac præsentia fruaris.

Σὺ δέ μοι, παναοίδιμε καὶ θεσπέσιε τοῦ Θεοῦ παῖ, τὰς οὐρανίας ἑστίας χοροβατῶν, καὶ τῷ διδασκάλῳ δι' αἰῶνος καὶ Κυρίῳ συνὼν, χαῖρε, καὶ κατατέρπου ὡς υἱὸς Θεοῦ θέσει, τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ συμβασιλεύειν λαχὼν, καὶ συζῶν καὶ συνευφραινόμενος ἀληκτα καὶ συνομιλῶν.

Gaude, quod Patrem luminum videre cupiisti; eumque videns[86], prototypum in Filio, ac tanquam B in imagine vidisti; velutque in radio, solem in Unigenito, Genitorem intelligens, veræ plenus lucis, quasi filius lucis atque vere ipse lux enituisti.

Χαῖρε, ὅτι τὸν Πατέρα τῶν φώτων ἐπεθύμησας κατιδεῖν, καὶ τοῦτον ὁρῶν, ἐδιδάχθης ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ὡς ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον· καὶ ὡς ἐν ἀπαυγάσματι, τὸν ἥλιον· ἐν τῷ Μονογενεῖ, τὸν γεννήτορα κατανοῶν, πλήρης εἶ φωτὸς ἀληθοῦς, ὡς υἱὸς φωτὸς, καὶ αὐτοφῶς πεφηνώς.

Gaude, Christi equorum ferventissime ac pernicissime, quem ille conscendens, ac in mare quod mente intelligitur, inducens, miraque ratione regens, multas aquas tua opera (absurda scilicet gentium sensa ac consilia) conturbavit[87].

Χαῖρε, ἵππε Χριστοῦ θερμότατε καὶ ταχύτατε, ὃν ἐπιβὰς ἐκεῖνος, καὶ εἰς τὴν νοητὴν θάλασσαν ἐπιβιβῶν, καὶ θαυμασίως ἡνιοχῶν, ὕδατα πολλὰ διὰ σοῦ, τὰ ἄτοπα νοήματα συνετάραξεν τῶν ἐθνῶν.

Gaude, quod spiritalium Dei equorum (angelicarum scilicet potestatum) volatilem indolem atque agilem, acremque ac alacrem æmulatus atque amore prosecutus, pro nominis merito ratione Philippus appellatus es, Deique currus, ut Scriptura loquitur, C decem millibus multiplex effectus[88]; in quo millia eorum, qui te auctore crediderunt (Ecclesiæ scilicet), abundantes Deo Sabaoth gloriam concinunt.

Χαιρε, οτι τῶν νοητῶν τοῦ Θεοῦ ἵππων, εἶτ' οὖν ἀγγελικῶν δυνάμεων τὴν πτηνὴν φύσιν καὶ γοργὴν, καὶ δραστήριον ἐζηλωκὼς καὶ πεφιληκὼς, εἰκότως Φίλιππος προσηγορεύθης, καὶ ἅρμα Θεοῦ μυριοπλάσιον ἀνεδείχθης, κατὰ τὴν Γραφὴν, ἐν ᾧ χιλιάδες τῶν διὰ σοῦ Χριστῷ πιστευσάντων, αἱ Ἐκκλησίαι εὐθηνοῦσαι, δόξαν ἀνακρούονται τῷ Θεῷ Σαβαώθ.

Salve sis, et exsulta ac choros ducito, qui in medio coryphæorum consessu thronum gloriæ sortitus es, ac primis apostolis connumeratus: primum denique apud supremum omnium Regem, honorem consecutus.

Χαῖρέ μοι καὶ σκίρτα καὶ χόρευε, θρόνου δόξης ἐν μέσῳ τῶν κορυφαίων εὐμοιρηκὼς, καὶ τοῖς πρώτοις τῶν ἀποστόλων συνηριθμημένος, καὶ τῆς πρώτης παρὰ τῷ Παμβασιλεῖ κατηξιωμένος τιμῆς.

Salve gaudeque, ac nobis quoque afflictis exsultatio et lætitia et gaudium esto. Pauperum molestias leva; Ecclesiis pacem restitue, ac tranquillis moribus pietatem: nostramque hanc exiguam laudationem acceptam habens, beatissime tu Deique munere felicissime, quod ex Christianæ pietatis rationibus est, desiderium imple, bonæque et bene- D placenti atque perfectæ aptans Domini voluntati, inconfusum Deo exhibe: in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Χαῖρε, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν θλιβομένοις ἀγαλλίασις γίνου καὶ εὐφροσύνη καὶ χαρά. Τοῖς πένησιν, ἐπικούφισον τὰς δυσχερείας· ταῖς Ἐκκλησίαις ἀποκατάστησον τὴν εἰρήνην καὶ τὴν εὐνομίαν· καὶ ἡμῶν τὴν ὀλίγην ταύτην αἴνεσιν ἀποδεξάμενος, πλήρωσον, ὦ τρισόλβιε καὶ θεομακάριστε, τὴν κατὰ Χριστὸν ἐπιθυμίαν· καὶ πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον θέλημα τοῦ Δεσπότου συμβιβάσας, ἀκαταίσχυντον παράστησον τῷ Θεῷ· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ex miraculis Philippi apostoli.

Lucidissimum sidus hoc magnusque Domini apostolus, cum in Galilæam iret prædicans, adhuc

Ἐκ τῶν θαυμάτων τοῦ ἀποστόλου (39).

Οὗτος ὁ φαεινότατος ἀστὴρ καὶ μέγας τοῦ Κυρίου ἀπόστολος, ὡς ἐπ' αὐτὴν ἦει τὴν Γαλιλαίαν

[86] Joan. XIV, 8. [87] Habac. III, 8. [88] Psal. LXVII, 18.

(39) Narratio hæc, sic Græcorum Menæis consecrata, maximam procul dubio veri speciem habet, consentientissima aliis quæ in Act. adversus apostolos gesta legimus, vel quæ etiam a probatis auctoribus referuntur. Nomen Archelai obrepsisse typographo, sive etiam antiquario, ex quo ille expressit, manifestum est; nec enim tandiu Archelaus superstes fuit, aut alius ejus nominis in Judæa, ea tempestate rex fuit, qui jus vitæ ac necis sibi indulgeret, in eos qui Mosaicæ legis violatores

Digitized by Google

κηρύσσων, ἔτι τῷ βίῳ περιὼν, γύναιον αὐτῷ προσυπαντᾷ, ἐκκομίζον παιδίον τεθνηκός· καὶ οἷα μήτηρ, ἀμέτρως ἐκόπτετο. Ταύτην ὁ κηρύσσων κατοικτείρας, καὶ τὴν δεξιὰν τῷ τεθνηκότι προτείνας, *Ἔγειρε, κελεύει σοι ὁ ὑπ' ἐμοῦ κηρυττόμενος*, ἔφησεν, *Ἰησοῦς ὁ Χριστός*· καὶ ὁ λόγος ζωτικὴν αὐτῷ ἔδωκεν ἀνέγερσιν, καὶ τῇ πενθούσῃ βακτηρίαν τὸν ἀναστάντα γενέσθαι πρὸς τὴν οἰκίαν παρεσκεύασεν. Ἡ δὲ, τῶν ἴχνων τοῦ θαυματουργοῦ δραξαμένη, *Ὃν ἀνέστησας*, ἔλεγε, *δι' ὕδατος ἀναγέννησον σὺν ἐμοί*. Καὶ τυχοῦσα τῆς χάριτος, ἀπόστολος ἐγεγόνει, πᾶσιν εὐαγγελιζομένη τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τὴν ἀνάστασιν. A

Ἦγε δὲ τοῦτον καὶ ἐπ' Ἀθήνῃσιν. Ἔνθα τὸ ἁπλοῦν τοῦ λόγου κἂν εὐτελίζειν οἱ Ἀθηναῖοι ἐβούλοντο, ἡ πρᾶξις τῶν παραδόξων τούτοις ἀντεπισχεῖν ἔπειθε. Καὶ λοιπὸν, *Τί δὴ πράττειν ὀφείλομεν*, ἔλεγον, *ἡμεῖς οἱ περὶ τοὺς λόγους ἐσπουδακότες, τούτου τοῖς λόγοις ἡττώμενοι; Καὶ γὰρ, ὡς ὁρᾶτε, ἄγροικος οὗτος καὶ ἄπολις, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις ἡμῶν ἐγκρατὴς καὶ περιφανὴς ἐνδείκνυται. Τοιγαροῦν δι' ἐπιστολῆς σημανοῦμεν τῷ ἀρχιγραμματεῖ τῶν Ἰουδαίων ἐν Ἱερουσαλήμ*· καὶ τὸ δόξαν οὗτοι κρατύναντες, ἱκανὸν πρὸς τὸ λέγειν ἐξαποστέλλουσιν. Ὁ γοῦν ἀποσταλεὶς, ἐσῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ γεγονὼς, μετὰ τὴν ἐπίδοσιν τῆς γραφῆς, διὰ λόγων τοῖς ἄρχουσιν ἐπετράνωσε τὰ τῆς γραφῆς, λέγων· *Τοὔνομα Φίλιππος ἐκ τῶν ὧδέ τις λέγων εἶναι, ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς· ὃς ἄγροικον μὲν ἐπιφέρεται τὸν λόγον, οὐ μικρὸν δὲ τὴν ἡμῶν ἐπισείοντα τὴν καρδίαν καὶ πατρίδα, καινὸν διαγγέλλων ὄνομα, Ἰησοῦν, ᾧ καὶ χρώμενος ἐπὶ γλώττης, ἀποτρόπαιον ἔχει δαιμόνων καὶ νοσημάτων παντοδαπῶν. Ἀλλά γε σὺν τούτοις, καὶ τὸ κατέπραξεν. Ἀπολιπών τις τὸν βίον, καὶ πρὸς τὸν χῶρον τῶν τεθνεώτων μεταχωρήσας, τῇ τοῦ Ἰησοῦ προσηγορίᾳ ἀνέστησε. Λείπεται τοιγαροῦν σίχεσθαι τὰ ἡμῶν, καὶ τὰ τούτου αὐξάνεσθαι, εἰ μὴ τάχιόν τις πρὸς ἡμᾶς ἐξ ὑμῶν παραγένοιτο.* B

Καὶ δὴ ἑαυτῆς μετὰ σοβαρᾶς καὶ ἀλαζονικῆς φαντασίας τὴν Ἑλλάδα ὁ ἀρχιγραμματεὺς καταλαμβάνει, κατὰ Φιλίππου σφόδρα χαλεπαίνων· καὶ μήτε ἄρτου γευσάμενος μήτε τινὸς ἄλλου τῶν σώματι

vitæ superstes, mulier quædam illi obviam venit, quæ filium suum defunctum efferret : maternaque pietate ac sensu supra modum plangebat. Hujus Christi præco misertus, dextraque defuncto exporrecta : *Surge*, inquit, *jubet tibi qui a me prædicatur, Jesus Christus :* fecitque sermo, ut puer vivus excitaretur; et ut qui suscitatus erat, lugenti matri baculus sustentandæ domui redderetur. At illa, ejus qui miraculum patrarat vestigiis admota : *Quem suscitasti*, aiebat, *una mecum per aquam regenera.* Munusque consecuta, apostolus evasit, dum filii suscitationem cunctis annuntiat.

Duxit vero et Athenas apostolum. Ibi, quanquam eo animo erant Athenienses ut pro sermonis simplicitate contemnerent, stupendarum tamen ac inauditarum rerum patratio, obniti eos doctrinæ suadebat. Ac demum : *Quidnam*, aiebant, *facturi sumus, nos qui eloquentiæ ac doctrinis operam damus, cum hujus sermonibus vincamur? Etenim, ut videtis, rusticus iste incertisque sedibus vagus, operum luce nostri compos illustrisque efficitur. Quapropter conscripta epistola significemus Scribarum Judæorum Hierosolymis principi.* Firmata porro illis sententia, qui rei eloquendæ idoneus esset, mittunt. Is vero cum Hierosolymam venisset, reddita epistola, verbis explanabat quæ illa continerentur, dicens : *Vir quidam, qui se Philippum vocari dicat, ad nos hinc profectus est. Est ille quidem rudi rusticoque eloquio, quo tamen non parum corda nostra patriamque commoveat, dum novum nomen (Jesum scilicet) prædicat; quem et in lingua habens, dæmones, omnisque generis morbos deturbat. Sed et cum istis, rem patravit, quæ stuporem injiciat. Humanis quispiam exemptus erat, atque ad defunctorum locum commigrarat. Hunc ille suscitavit invocato Jesu nomine. Superest itaque ut nostra plane aboleantur et intereant; quæ vero illius sunt, augeantur, nisi citius ex vobis aliquis ad nos veniat.* C

Statim ergo pleno fastus, superboque apparatu Scribarum princeps Græciam petit, adversus Philippum valde indignans; ac neque pane degustato, neque ullo alio, quod corpori indulgeatur, sublime

viderentur, et ab ea homines avocare. Hoc nomine clarus Herodes junior, qui Jacobum occidit gladio, voluitque occidere et Petrum, etsi Judæis in Christum religiosior, ne ea nece fœdaret solemnitatem paschalem, distulit post dies azymorum, quando et Petrus ab angelo liberatus est. Agrippas quoque, ipse in Judaismo religiosissimus, regnoque Judææ aliisque provinciis Romanorum benevolentia auctus, sic potuit in apostolos excandescere, quanquam in Paulum mitior videatur, cum dicentem audisset, jam vinctum, sed qui Cæsarem appellasset, eaque ratione nec ab illo, nec a Festo præside judicari posset. Trahi Hierosolymam ex aliis procul synagogis religionis reos, ipsa Pauli legatio Damascum indicio est, cum irarum plenus ac minas spirans in discipulos Domini (utique ex Judæis conversos) ferretur, quales et hi Athenienses videntur fuisse, ac mulier cujus filium in Galilæa Apostolus suscitaverat : D

quæ ipsa Athenis sufficere Apostolo poterat, ut moris erat Judæis sumptus facere suis magistris : quam Christus consuetudinem non sustulit, sed discipulis suis liberam fecit. Qui toties pontifex ἀρχιερεὺς et ἀρχιγραμματεὺς dicitur, non ipse summus pontifex Hebræorum putandus, sed quem synedrium Hierosolymitanum ἀπόστολον mitteret, et quasi ἔξαρχον, virum scilicet generis sacerdotalis et legisperitum, legisque æmulationem habentem, qualis fuit Paulus missus ad synagogas in Damascum, quanquam hoc illi deerat, ut esset ex sacerdotali prosapia, qui seipse de tribu Benjamin affirmat. Nec modo Hebræis desunt apostoli ac disciplinæ legis præfecti, quos ex synedrio vel Hierosolymitano vel Babylonico mittant ad subjectas synagogas ac plebes, qui severius in legem commissa, et quorum indulgentiam non habent per gentium pressuram ex suis legisperitis, emendent ac puniant.

Digitized by Google

sibi tribunal parari jubet; mutatoriaque pontificali chlamyde assumpta, superbia tumens, judicii sedem conscendit, cunctis ejus patriæ eruditis, ac qui venerant cum eo, timore astantibus. Vocatus itaque apostolus, medius stetit, pontifici responsurus. Ad quem pontifex in hæc verba percontatur : *Non satis visum, cunctorum miserrime hominum, quod Judææ et Galilææ et Samariæ pravitate mentis obrepseris, simplicioresque in eis errore dementaris, sed et Athenarum urbis sapientes tentare molitus es, existimans nimirum viros catos atque prudentes abs te seductum iri. Ac quidem te, velut qui errore seductus sis, ad præsens omisso spretoque, ad viros sapientes, quæ tuæ opinionis sunt, edisserens, sermonem habebo.*

Ejus magister, auditores, cum evertendæ legi Mosaicæ daret operam, justa a nobis lege ut crucem ferret, damnatus est. nudusque alto stipite suspensus derelictus, ob diei celebritatem, Pilato, Josephi cujusdam viri divitis supplicatione inducto, sepulturæ tradi permissus est. Amicitiæque lege cum tenerentur ejus discipuli, occulte intempesta nocte eum furantur; hoc nempe commento vulgus seducere parantes. Sparsaque ubique fama, eum a mortuis surrexisse, magistrum sibi atque doctorem hominem arrogant. Ex eorum collegio unus est et Philippus iste, cujus rex Archelaus desiderat compotem fieri, ulciscenda vulgi injuria, mala eum morte perditurus : quem si vultis, quam cito vinctum Hierosolymam abducite.

Ac vero, cessante loqui pontifice astantes intentis oculis in Philippum erant, quid demum ille ei responderet. Sensim itaque leniusque apertis labiis, Philippus ita pontifici infit : *Fili hominis, ut quid diligis vanitatem et loqueris mendacium? Ut quid cor tuum gravas in vanitate? Nonne tu auro custodum manus implesti, ut resurrectionis, afficta calumnia, fidem abolerent? Nescis quæ signacula monumento apposuisti? Hæc nimirum in die iræ tuum scelus ignominia traducent.*

His pontifex majorem in modum turbatus, furoreque irruens ut apostolo manus inferret, rem præstare non potuit. Statim enim ejus pupillæ oculorum obscuratæ sunt, ac corpus reliquum inutile redditum. Visa res præstigiæ, his qui aderant. Ut tamen in apostolum impetum fecerunt, ejusdem ipsi cæcitatis periculum sumpserunt. Quod vero apostolus non nesciret illorum incredulitatem ac ignorantiam, quod vis dæmonum in illis præpolleret, eam in rem ingenti gemitu : *Tua, Domine*, aiebat, *benignitas, ipsa te moveat, eorumque contritiones sana, et ut te agnoscant credantque, illorum animos immuta.*

E terris itaque apostolo orationem fundente, indulta e cœlis, his qui percussi fuerant, sanitas ac

A χαριζομένων, ὑψηλὸν αὐτῷ γενέσθαι βῆμα παρηγγυᾶτο· καὶ τὴν ἐξαλλον τῆς ἀρχιερατικῆς χλαμύδα περιβαλών, εἰς τὸν δικαστικὸν πεφυσιωμένος ἄνεισι θρόνον, πάντων τῶν ἐλλογίμων τῆς πατρίδος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ παραγενομένων, μετὰ δέους παρεστηκότων. Ὅμως προσκληθεὶς ὁ ἀπόστολος, μέσον, τῷ ἀρχιερεῖ ἀπολογησόμενος ἵστατο· καὶ πρὸς τὸν ἀπόστολον ὁ ἀρχιερεὺς οὕτω προσήρετο· *Οὐκ ἱκανῶς ἔχειν ἔδοξε, τὸ μοχθηρῶς ὑπεισελθεῖν σε,*

B *ἀθλιώτατε πάντων ἀνθρώπων, τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Γαλιλαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ τοὺς ἐπ' αὐταῖς ἀσφαλεστέρους ἀποπλανῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν Ἀθηνῶν ὑπονοήσω, μεμελετηκὼς τὴν ἀπάτην, πεπυκνωμένους ἄνδρας οἰόμενος ἀπατᾶν. Καὶ ὡς ἠπατημένου, καταφρονῶ σου τὸ παρόν· ἐπὶ δὲ τοὺς σοφοὺς, διδάσκων τὰ κατὰ σὲ, τὸν λόγον ποιήσομαι.*

Ὁ τούτου διδάσκαλος, ὦ ἄνδρες, ἐπὶ παραπτώσει τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου γενόμενος, ὑφ' ἡμῶν σταυρῷ τεθνάναι εὐλόγῳ νόμῳ κατεκρίθη· καὶ γυμνὸς τῷ ξύλῳ ἀπηωρημένος καταλειφθεὶς, διὰ τὸ τῆς ἡμέρας ἐπίσημον, τοῦ Πιλάτου, Ἰωσήφ τινος πλουσίου ἱκετηρίᾳ ἐπικαμφθέντος, τάφῳ συγκεχώρηται. Καὶ νόμῳ φιλίας οἱ τούτου κρατούμενοι μαθηταὶ, λαθραίως ἀωρὶ τοῦτον ἀποσυλοῦσιν, εἰς πολλῶν ἀπάτην, ἐπιτεχνευσάμενοι τοῦτο· καὶ παντοχοῦ ἐπισπείραντες ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι, τὸν ἑαυτῶν ἐπιφημίζουσι διδάσκαλον. Ἐξ αὐτῶν εἷς ἐστι καὶ ὁ Φίλιππος οὗτος,

C *οὗ περικρατὴς ὁ βασιλεὺς ἐπιθυμεῖ γενέσθαι Ἀρχέλαος, εἰς πολλῶν ἐκδίκησιν ἀπολέσων αὐτόν· ὅνπερ εἰ βούλεσθε, πρὸς αὐτὸν τὸ τάχος δέσμιον εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπαγάγετε.*

Καὶ δὴ τοῦ ἀρχιερέως παύσαντος τοῦ λόγου, οἱ παρεστῶτες ἐνητένιζον τῷ Φιλίππῳ, τί πρὸς αὐτὸν ἀντερεῖ. Ἠρέμα δέ πως τοῖς χείλεσιν ὑπανοίξας ὁ Φίλιππος τῷ ἀρχιερεῖ ἔφησεν οὑτωσί· *Υἱὲ ἀνθρώπου, ἵνα τί ἀγαπᾷς ματαιότητα, καὶ λαλεῖς ψεῦδος; Ἵνα τί ἐπὶ ματαίῳ τὴν καρδίαν σου βαρύνεις; Οὐ χρυσοῦ σὺ τῶν φυλάκων τὰς χεῖρας ἔπλησας, εἰς τὸ πλάσασθαι τῆς ἐγέρσεως συκοφαντίαν; οὐκ οἶδας ἃς ἐναπέθου σφραγῖδας τῷ μνήματι; αὗταί σου ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς στηλιτεύσουσι τὸ ἀνόμημα.*

D Ταῦτα τὸν ἀρχιερέα μεγάλως ἐτάραξαν· θυμικῶς δὲ διορμήσας διαχειρίσασθαι τὸν ἀπόστολον, οὐκ ἠδυνήθη. Παρευθὺ γὰρ αἱ κόραι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἀπημαυρώθησαν, καὶ τὸ περίλοιπον σῶμα ἄχρηστον ἐγεγόνει. Τότε τοῖς παρατυχοῦσι τὸ γεγονὸς γοητεία προσεδοκᾶτο. Ὅμως κατὰ τοῦ ἀποστόλου ὁρμήσαντες, καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς πηρώσεως πεῖραν ἔλαβον. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἠγνοεῖτο τῷ ἀποστόλῳ ἡ ἀπιστία καὶ ἡ ἄγνοια, ὅτι ἐπικράτεια δαιμόνων ἔνεστι τούτοις, ἐπὶ τούτῳ οἰμώξας μέγα, *Δυσωπήθητι ὑπὸ τῆς σῆς ἀγαθότητος, Κύριε*, ἔλεγε, *καὶ ἀμφοτέρων ἴασαι τὰ συντρίμματα, καὶ πρὸς τὴν σὴν ἐπίγνωσιν αὐτοὺς μεταποίησον.*

Κάτωθεν οὖν τοῦ ἀποστόλου τὴν εὐχὴν ποιουμένου, οὐρανόθεν ἡ ῥῶσις τοῖς πληγεῖσιν ἐχαρίζετο·

Digitized by Google

καὶ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς ἀναβλέψαντες, τὴν νοητὴν τῆς ψυχῆς ἐπεζήτουν ὑγείωσιν. Ἀλλ' ἐπεὶ πολλάκις τῶν ἀστηρίκτων εὐμετάβολον τὴν γνώμην οἶδεν ὁ ἀπόστολος εἶναι, τὸ φώτισμα τούτοις οὐκ ἐπένευσεν. Ἐκτενέστερον δὲ τοῦ ἀποστόλου προσευξαμένου, θεία δύναμις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατιοῦσα, τὰ ἀφιδρύματα τούτων πάντα (40) κατέρραξε, καὶ τοὺς ἐμφωλεύοντας ἄρδην ἀπώλεσε δαίμονας. Καὶ κλόνος βίαιος τότε τὴν γῆν κατεῖχε, καὶ πάντες καταφυγὴν τὸν ἀπόστολον ἐτίθουν, μεγάλῃ κράζοντες τῇ φωνῇ, *Ἰσχυρὸς Θεός ἐστιν, ὁ ὑπὸ σοῦ κηρυττόμενος, καὶ τούτῳ ἀδιστάκτως πιστεύομεν, καὶ χαίροντες τὸ λουτρὸν κομούμεθα.* Καὶ ἀρξάμενος, πάντας ἐβάπτισε. Μόνος δὲ ἀρχιερεὺς ἀποσπασθέντας ὡς εἶδε τοὺς ὑπ' αὐτὸν, τῇ τοῦ δολίου ὑποβολῇ κατὰ τοῦ Πλάστου δύσφημα ἐβλασφήμει ῥήματα. Καὶ τούτου μὴ φερομένη τὴν παράνοιαν ἡ γῆ, πάντων ὁρώντων, ὡς ἐπὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν, βιαίως τοῦτον ἔνδον αὐτῆς κατασχεθῆναι ζῶντα συνώθησε. Τότε τοὺς φωτισθέντας ὑποστηρίξας, καὶ Νάρκισόν τινα τούτοις ἐπίσκοπον καταστήσας, οὗ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ὁ ἀπόστολος Παῦλος μέμνηται, αὐτὸς πρὸς Πάρθους ἀφίκετο· καὶ κλίνας γόνυ, ἐπίσκεψιν οὐρανόθεν ἐζήτει. Καὶ αὐτίκα σχῆμα αὐτῷ ἐδείκνυτο ἀετοῦ, ὑπὸ χρυσᾶς πτέρυγας τὸν Χριστὸν εἰκονίζουσα ἐσταυρωμένον. Ὅθεν ἀναῤῥωσθεὶς, πάλιν εἶχετο τοῦ κηρύγματος, καὶ τῶν Κανδάκων πόλει; (41) διαδραμὼν, ἐπ'

A robur est : visuque receptо sensilibus oculis, animæ sanitatem, quæ mente intelligitur, expetebant. Quod tamen apostolus instabilium hominum mentis inconstantiam haud raro expertus erat, non annuit ut illuminatione perficeret. Intentiusque ac instantius orante apostolo, divina virtus e cœlo demissa, eorum omnia simulacra elidit; ac qui in eis latitabant, penitus dæmonas perdidit. Factaque tunc terræ valida quassatio, omnesque ad apostolum confugiebant, magna voce clamantes : *Fortis est Deus qui abs te prædicatur, eique citra omnem dubitationem credimus, ac lubentes lavacrum consequemur.* Incipiensque apostolus, cunctos baptismo tinxit. Solus vero pontifex, ubi subditos avulsos cognovit, dolosi illius suggestione, nefanda in rerum
B Auctorem verba blasphemo ore evomebat. Ejusque terra dementiam non ferens, cunctis cernentibus, velut in Dathan et Abiron, viventem illum hiatu intus violento compressit atque absorpsit. Tum apostolus, confirmatis illis qui crediderant, præfectoque illis Narcisso quodam episcopo, cujus Paulus meminit in Epistola ad Romanos [89], ad Parthos profectus est : genuque in oratione posito, divinam e cœlis visitationem quærebat. Moxque ostensa illi est Aquilæ figura, quæ sub alis auro rutilis Christi crucifixi formam; exprimeret. Unde roboratus, prædicationi rursus incumbebat; Candacensiumque peragratis urbibus, conscensa navi, Azotum naviga-

[89] Rom. xvi, 11.

(40) *Τὰ ἀφιδρύματα τούτων πάντα.* Antecedentia omnia Hebræos sonant, et qui Mosis religione tenerentur; nunc vero ἀφιδρύματα, *statuæ, simulacra*, quæ sic erigantur sedibusque locentur, ut
C **venerationi habeantur, prorsus remotum a Judæorum, per ea tempora, moribus.** Ac quanquam etiam luci ἀφιδρύματα reddantur, nec lucos quidem habuisse putandi Athenis Judæi aut excelsa, ubi more antiquo adorarent. Vel ergo misti Judæis Græci, illa in Apostolum grassatione, vel non satis accurata, ac interpolata, quæ de Philippo legit Ecclesia Græca. Difficile etiam consentiunt, quæ de Pauli Athenis prædicatione habet Act. liber; nisi primus Paulus tanta anxietate Athenis prædicavit, Dionysiumque et conjugem aliosque nonnullos convertit, quibus tamen necdum Dionysium episcopum dederit : sed Philippus secundo urbem tentans, pluribusque in ea conversis, dederit Narcissum; quem perinde Hippolytus de septuaginta duobus discipulis Athenarum episcopum facit : colunt Græci die 31 Octobr. cum Stachy, Amoplio et Urbano : assignatisque tribus superioribus, quibus episcopi præfuerint, sedibus, nihil ejusmodi de Narcisso, sed hoc solum : Ὁ δὲ Νάρκισσος διαφόρως βασανισθεὶς παρέδωκε καὶ αὐτὸς τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ, δι' ὃν καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ προθύμως ἐξέχεε· *Narcissus vero diversis excruciatus tormentis, ipse quoque animam Deo tradidit, cujus etiam gratia lubens sanguinem profundebat.* Quod auctor eum facit, cujus Paulus meminit Rom. xvi, 11 : Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ. *Salutate qui sunt ex Narcissi domo* (vel ut Erasm. *ex Narcissi familiaribus*) *qui sunt in Domino*, conjecturam elidit Hugonis Grotii, cum ad eum locum sic advertit, *Puto intelligi Narcissum Claudii libertum, in cujus domo aliqui fuerint Christiani.* Magis itaque assentior Baronio, an 58, 56, quanquam non ejus fundamento, quod Narcissus potentissimus Claudii libertus odio
C Agrippinæ matris, biennio ante scriptam Pauli Epistolam, consulatu Asinii et Acilii, ut auctor est Tacitus, a Nerone occisus fuerat : poterant enim superesse de familia, et quidem *in Domino*, id est, fideles, ad quos attinere poterat ea Pauli commendatio : sed quod toto illo capite, Asiaticos hospites fideles notos Romanis commendat, ea commendatione eis solatium aliquod ac præsidium quærens, ut per quos Romæ Christi agebatur negotium, ac sensim spargebantur fidei semina. Erat forte tum Narcissus, in Oriente Athenarum episcopus, vel etiam diem martyrio clauserat. τῶν αὐτοῦ, quibusdam ejus necessariis, notis, affinibus, qui perinde Christiani essent, Romæ versantibus. Roma vero dum scribit Paulus, ut Phil. iv, Romanorum salutes perfert, maxime potentum, et eorum qui favore pollerent, ut eorum fidei collegio, sic salutati alacriores in Christi fide ac Christiana militia redderentur.

D (41) *Τῶν Κανδάκων πόλεις*, Videtur regionem Syriæ, significare, et quidem vicinam Parthis, unde illam adierit, ac inde Azotum navi petierit, quæ urbs est Palæstinæ, una ex satrapiis Philistinorum. Nihil mirum hærere nos in locis dissitis, cum non raro etiam in vicinis sapientes geographi perplexi sint, vel propter urbium occasum, aut mutationem nominum, seu etiam alios casus. Erant apostoli quasi nubes volantes, mira agilitate, quo ferebat impetus Spiritus, vel terra, vel mari sequentes; quod sane necessarium, ut brevi adeo intervallo temporis, in omnem terram exiret sonus eorum; ipso præsertim Deo sæpius monente, quæ potissimum civitas aut regio illis petenda esset, ut de Paulo legimus : nec æquum ut coapostolis (maxime coryphæis et qui de duodecim erant) negemus. Quid si allusio est ad Candacem reginam Æthiopum, cui fuerint Æthiopes Palæstinæ vicini, versus Arabiam, ex quibus apostolus, eorum peragratis urbibus,

Digitized by Google

vit. Validaque tempestate jactata navi, lucida statim crucis figura ab ipso navigio affusis fulgoribus, noctis caliginem lustravit. Navique exscendentes, ab Azotide quodam in mediterraneas illius ædes deductus apostolus, die jam in vesperam desinente, preces producebat. Hospitis itaque filia prope fenestram e vicino stans, oculi dolore discruciabatur. Sic tamen apostoli verbis lenocinio quodam mulcebatur, ut vim ipsam doloris oblivisceretur. Tum illa ad patrem accedens, oculi probrum cum dolore conjunctum expostulabat, ut cujus serio cura non ageretur. Ad quam pater : *Pro te forsitan, filia, vel ipsam*, inquit, *libens animam exponerem, si quis oculi tui dedecus, labemque posset auferre.* Cui filia gratiose arridens : *Est, pater, modo velis, qui et dolorem et labem curare possit. Ubinam vero*, ait, *filia? In mediterraneis ædibus*, respondit illa, *quem heri sero e navigio domi suscepisti.* Moxque apostolum jubet accersiri. Insertaque qui accersitus erat, dulci veritatis doctrina, sermone delinitos cum omni familia, baptismo intinxit. Cumque puella ex patre oculi curationem exquireret, ait apostolus : *Sanandi munus tibi tribuam, cunctisque qui baptismatis donum susceperint. Mane itaque surgens, o puella, invocato Christi nomine, laboranti oculo manum impone, integerque ac sanus, qui læsus est, oculus evadet.* Quod cum ita fecisset, ut magister admonuerat, ægritudinem suam curavit. Quo ex tempore sapiens Charitina, adjutore patre suo Nicolide, apostolum secuta est cum eo laudans ac benedicens Deum.

A Ἄζωτον ἔπλει νηὸς ἐπιβάς· καὶ σφοδρᾶς καταιγίδος κλυδωνιζούσης τὴν ναῦν, φωτοφανὴς αὐτίκα σταυροῦ τύπος ὑπ' [ἀπ'] αὐτῆς τῆς ὁλκάδος τῆς νυκτὸς τὸ ζοφῶδες ἐπέλαμψε· καὶ ἀποβάντες τοῦ πλοίου, ὑπ' Ἀζωτίδος τινὸς ἐν μεσογαίῳ οἰκήματι καταχθεὶς ὁ ἀπόστολος, τῆς ἡμέρας ἤδη πρὸς ἑσπέραν διαληγούσης, τὴν εὐχὴν παρέτεινε. Τὸ γοῦν θυγάτριον τοῦ ξενοδόχου ἐν χρῷ τῆς σύνεγγυς θυρίδος καθιστάμενον, ὠδυνᾶτο τὸν ὀφθαλμόν. Οὕτω δὲ τοῖς λόγοις τοῦ ἀποστόλου ἡδύνετο, ὡς καὶ τὸ τῆς ὀδύνης ἐπιλαθέσθαι. Εἶτα προσελθοῦσα τῷ οἰκείῳ πατρὶ, τοῦ ὀφθαλμοῦ τὴν αἰσχύνην σὺν τῇ ὀδύνῃ, ὡς ἀμεληθεῖσα προσενεκάλει. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν, Ὑπὲρ σοῦ τάχα, τέκνον, ἔφη, προθύμως ἂν καὶ τὴν ψυχὴν προϊέμην, εἰ τοῦ σοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ δυσειδὲς ἠδύνατό

B τις διορθώσασθαι. Καὶ ἡ παῖς χαριεντιζομένη, Ἔστιν, πάτερ, εἰ βούλει, ὁ τῆς ὀδύνης καὶ τοῦ πάθους θεραπευτής. Καὶ ποῦ τέκνον, ἔφη; Ἐν τῷ μεσογαίῳ οἰκήματι, ἡ παῖς ἀντεπάγει, ὃν ἐκ τοῦ πλοίου τῇ χθὲς ὑψιαθέντα καθυπεδέξω. Καὶ παρευθὺ τὸν ἀπόστολον προσκληθῆναι κελεύει. Καὶ τούτοις τὸν ἡδὺν τῆς ἀληθείας ὁ προσκληθεὶς ἐνειράμενος λόγον, πανοικὶ καταθέλξας ἐβάπτισε. Τῆς δὲ κόρης, τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιζητοῦντος τὴν ἴασιν τοῦ πατρὸς αὐτῆς, ἔφη ὁ ἀπόστολος· Σοὶ τὴν ἐπιστήμην τῆς ὑγείας χαρίσομαι καὶ πᾶσι τοῖς προσδεξαμένοις τὸ χάρισμα τοῦ βαπτίσματος. Πρωΐας ἀναστᾶσα, ὦ κόρη, τῷ πάσχοντι ὀφθαλμῷ τὸν Χριστὸν ὀνομάσασα τὴν χεῖρα ἐπίθες, καὶ ἄρτιος ὁ βεβλημμένος ὀφθαλμὸς γενήσεται. Οὕτως ἡ μαθήτρια ποιήσασα ὡς ὁ διδάσκαλος ὑπέθετο, τὸ οἰκεῖον ἐθεράπευσε πάθος. Καὶ ἔκτοτε ἡ σοφὴ Χαριτίνα, συνεργείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς Νικολείδους, ὀπαδὸς τοῦ ἀποστόλου ἐγένετο, δοξάζουσα σὺν αὐτῷ καὶ εὐλογοῦσα τὸν Θεόν.

Veniens autem apostolus Philippus Hierapolim, monebat qui erant comites, ne tentationibus animum desponderent. Inter quæ indigenæ ut impostorem dolo necare volebant, ne scilicet eorum uxores, velut etiam aliorum multorum, seduceret. Quidam vero Heros, ingenua præ reliquis civibus fortuna, apostolum ne lapidaretur liberari studens, in hæc fere verba sodales probabilibus aggressus est. *Viri cives, meum consilium nosse te. Nihil nobis injustum cum peregrino isto homine : sed, si lubet, illius examinemus doctrinam, num ad animi salutem aliquid conferat.* Cum nemo Heroi (quippe vero illustri) contradicere ausus esset, primus ipse apostoli pedes complexus, sanctum rogabat ut in domum suam diverteret. Ingressis illis, Marcella Herois uxor indignari adversus virum, divortiique libellum offerre, et ut dos ad ipsam revertatur, nisi is Philippum domo ejiciat, serio rogare. Videns

C Τὴν δὲ Ἱεράπολιν καταλαβὼν ὁ ἀπόστολος Φίλιππος, ἐδίδασκε τοὺς συνεπομένους αὐτῷ μὴ ἐκκακεῖν τοῖς πειρασμοῖς. Καὶ ἐπὶ τούτῳ οἱ ἐγχώριοι δολοφονῆσαι τοῦτον ἐβούλοντο ὡς ἀπατεῶνα, προφάσει μὴ καὶ τὰς αὐτῶν γυναῖκας ἀπατηθῆναι, ὥσπερ καὶ ἄλλων πολλῶν. Ἥρως δέ τις, τῶν πολιτῶν τὴν τύχην αἰδεσιμώτερος, ἐξᾶραι θέλων τοῦ λιθασμοῦ τὸν ἀπόστολον, πρὸς τοὺς σὺν αὐτῷ πιθανολογούμενος, οὕτω πως ἔφη· Ἄνδρες πολῖται, τὸ ὑπ' ἐμοῦ βουλευόμενον μάθετε. Μηδὲν ἡμῖν ἄδικον καὶ τῷ ξένῳ ἀνδρὶ· ἀλλ' εἰ δοκεῖ, τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν δοκιμάσωμεν, εἴτε εἰς ψυχικὴν περιποίησιν ἔσται. Καὶ ὡς ἐπισήμῳ τῷ Ἥρωϊ ἀντειπεῖν οὐκ ἐτόλμησαν, καὶ αὐτὸς πρῶτος τῶν ποδῶν τοῦ

D ἀποστόλου δραξάμενος, ἐδυσώπει τὸν ἅγιον εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλῦσαι. Καὶ ἀμφοτέρων ἀφικομένων, Μάρκελλα ἡ τοῦ Ἥρωος γαμετὴ ἐδυσφόρει κατὰ τοῦ συνεύνου, λύσιν τοῦ συνοικεσίου ζητοῦσα (42),

Azotum venerit, Charitinam cum patre et familia Christo lucraturus? Sequentia etiam de Hierapoli. forte spectent ad Hierapolim Syriæ, itinere decem dierum a Damasco, urbem archiep. sub patriarcha Antiocheno, unam ex præcipuis imperii Turcici, ubi tantis illis patratis, in Phrygiam et Lycaoniam venerit, ut hic dicitur; postremo consummatus Hierapoli Phrygiæ, quæ omnium recepta sententia est. Hæc, quantum assequi licet, in re sic antiqua, nulloque præterea certo teste comprobata : quanquam favet illud de Philippo diacono, qui sic baptizato in via eunucho Candacis reginæ Æthiopum, dum rediret Azotum, a Spiritu raptus est, Act. VIII, 27; quod argumento est, fuisse loca satis vicina, quæ sic continue Philippus apostolus potuerit divina prædicatione lustrare.

(42) Λύσιν τοῦ συνοικεσίου ζητοῦσα. Quan-

Digitized by Google

καὶ τὴν ἀντιστροφὴν τῆς προικὸς, εἰ μὴ τῆς οἰκίας ἔξω βάλλει τὸν Φίλιππον. Ἐπεὶ δὲ ἐναγώνιον ὁ ἀπόστολος τὸν Ἥρωα ἐωράκει, αὐτὸν παρεθάρρυνεν ἐπιμένειν τῇ πίστει. Αὐτὸς δὲ γονυκλίνας καὶ προσευξάμενος, τὴν πρὸ μικροῦ χαλεπαίνουσαν, ἱκέτιν τοῦ ταύτης ἀνδρὸς παρεσκεύασεν, *Ὦ ἄνερ γλυκύτατε*, λέγουσα, *πόθεν ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἐγένετο ἄνθρωπος; Ὡς ἡδὺς ὁ τούτου λόγος καὶ ἡ τῶν ἠθῶν κατάστασις! Μεγάλου Θεοῦ*, ὁ Ἥρως ἔφησε, *καταγγελεὺς οὗτος, ὦ γύναι, καὶ αἰωνίου βασιλείας προξενητής· καὶ εἰ δοκεῖ, ἀνενδοιάστως προσέλθωμεν τῷ τούτου Θεῷ·* καὶ ἅμφω προσπεσόντες ἀποστόλῳ, πανοικὶ λαμβάνουσι τὴν ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος ἀναγέννησιν. Ἐκ δὲ τούτου, πολλοὶ τῆς περιοικίδος πρὸς Κύριον μετετάξαντο.

A itaque apostolus inde animo anxium, ut in fide constans perseveraret excitabat. Tum ipse positis genibus orans, eam quæ paulo ante indignans obstrepebat, viro supplicem fecit. *O vir dulcissime*, aiebat, *unde venit mirabilis hic homo? Quam suavis illius sermo morumque constitutio! Magni Dei*, aiebat Heros, *o mulier, nuntius est ac præco, regnique cœlestis parandi auctor. Ac, si libet, citra omnem dubitationem accedamus illius Deo;* amboque procidentes apostolo, regenerationem quæ ex aqua est et Spiritu, accipiunt cum tota domo. Quo factum est, ut et vicini multi ad Dominum transirent.

Ἀλλ' ὁ τῆς κακίας ἐφευρετὴς, ὡς ἑαυτὸν ἡττώμενον εἶδε, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου ἐζωγρημένους, πυρπολῆσαι τὴν οἰκίαν τοῦ Ἥρωος ἤγειρε. Καὶ γνοὺς τῷ πνεύματι ὁ ἀπόστολος, ἀτρόμως ἐξεισι πρὸς αὐτούς· ὃν ἀνημέρως ἐπικαυχῶντες, εἰς τὸ δικαστικὸν βουλευτήριον ἦγαγον. Ἐμβριθῶς δὲ τῷ ἀποστόλῳ Ἀρίσταρχος ὁ ἔξαρχος τοῦ βουλευτηρίου προσχὼν, *Οἶδά σε ταῖς μαγείαις ἐναβρυνόμενον*, ἔλεγε· *ἀλλ' εἰ μὴ ἀποθέμενος ταύτας ἔσῃ, λιθασμῷ πικρῷ σε ἀπολέσω. Τὰ γὰρ περὶ τοῦ σταυρωθέντος Θεοῦ σου εὐκαίρως ἐπιζητήσομεν*, λέγει, καὶ τῆς ἀποστολικῆς δραξάμενος κόμης, ὠθῶν αὐτὸν προσεπηλάκιζεν. Ἀριστάρχου δὲ τὸ ἄτακτον ἐπιτεχνευσάμενος σωφρονῆσαι ὁ μακάριος Φίλιππος, ἴσως καὶ διὰ τοὺς παρατυγχάνοντας, ἵνα γνῶσιν ὅτι δυνατοῦ Θεοῦ ἐστιν ὑπηρέτης, εἰς ἐπήκοον πάντων οὕτω πως ἐξεφώνησεν, *Ὁ τὰς καρδίας ἡμῶν πλάσας καταμόνας, καὶ τὰς κινήσεις αὐτῶν πρὸς ὁπωσανοῦν τρεπόμενος, τὸν ἐκ τῆς ἐμῆς καρδίας ὡς ὀργῆς ἀμέτοχον ἀναγόμενον λόγον ἔργῳ πλήρωσον, Κύριε, καὶ γενέσθω πᾶσι σωφρονισμός. Ἡ προταθεῖσα χεὶρ ἐπὶ τὴν κόμην, ἧς ἡγίασας κεφαλῆς, παρεθήτω.* Ἐπηκολούθει δὲ τῷ λόγῳ ἡ τοῦ ἀτάκτου διαστροφὴ τῶν μελῶν. Παρευθὺ γὰρ ἡ τούτου ἀπεξηράνθη χεὶρ καὶ ὁ πρὸς αὐτὴν ὀφθαλμὸς ἀπετύφλωτο, καὶ κατ' ἄμφω κεκώφωτο τοῖς ὠσί. Τοῦτο τοὺς συνειλεγμένους ἐξέστησε, καὶ μετὰ δέους ἱκέτευον δοῦναι συγγνώμην τῷ πλημμελήσαντι. Καὶ ὁ ἀπόστολος πρὸς αὐτούς· *Αἱ τῶν μελῶν διαστροφαὶ ἀνθρωπίνης βοηθείας ἐπαποροῦσιν. Ὁ γὰρ τούτων διορθωτὴς εἷς ἐστιν, ὁ ἐκ χοὸς κατάρχας διαρθρώσας τὸν ἄνθρωπον. Ὡς εἰ μὴ προσέλθητε, καὶ αὐτὸς ὁ παθὼν, οὐ τεύξεσθε τῆς ἰάσεως.*

B Verum malitiæ auctor, ut se vinci vidit, suosque apostolicis captos cassibus cognovit, ut Herois domum incenderent excitavit. Tum apostolus spiritu rem intelligens, ad eos intrepidus iit : quem immaniter insultando, ad curiam tribunalque duxerunt. Aspereque ac minaciter apostolo Aristarchus præfectus curiæ præses : *Novi te*, aiebat, *magiæ virtutibus gloriari; at, nisi eas abjeceris, acerbo te imbre lapidum perdam. Quæ enim ad Deum tuum crucifixum spectant, opportune examinabimus*, inquit, comaque apprehensum apostolum, trudens suggillabat. Studens autem vir beatus Aristarchi insolentiam castigare, forte vero etiam propter eos qui aderant, ut intelligerent potentis Dei eum ministrum esse, cunctis audientibus in hunc modum vocem C extulit. *Qui omnium nostrum sigillatim corda formasti, eorumque in quosvis vertis motus, ex meo erumpentem corde sermonem, quippe iræ expertem, Domine, opere adimple, sitque omnibus justæ ultionis exemplo. Quæ in comam ejus capitis, quod sanctificasti, extensa manus est, dissolvatur.* Dixerat, virique insolentis membrorum distortio actutum verba secuta est. Statim enim ejus manus exaruit; positum ad eam oculum invasit cæcitas, auresque ambæ obsurduerunt. Ea res, eos qui congregati erant in stuporem egit, metuque ac tremore delicti reo veniam præstari supplicabant. Ad quos Apostolus : *Distorta membra, humana ope non valent reparari. Qui enim restituat atque instauret, unus est, qui a principio ex* D *pulvere hominem sic membris instructum fabricatus est. Quamobrem nisi accesseritis, isque ipse qui laborat, sanitatem non consequimini.*

Καὶ πρὸς τούτῳ, τεθνεώς τις ἐξεκομίζετο πρὸς ταφήν· καὶ κατασχόντες τὴν κλίνην οἱ συμπαρόντες

Interea, defuncti cujusdam funus efferebatur; tenentesque feretrum qui sodales Aristarcho ad-

quam apostoli consilium erat, ne susceptæ fidei causa uxores a viris discederent, vel etiam viri uxores relinquerent, I Cor. VII, 12, *Cæteris ego dico, non Dominus : Si quis frater uxorem habet infidelem*, etc., plures tamen simul suscepta fide, castitatis propositum amplectebantur, quibus nonnunquam apostoli annuebant : quandoque etiam ipsi infideles, suscepto fidei odio, divortium faciebant, ut hic Marcella tentasse describitur, nisi vir apostolica vestigia domo ejiceret. Proinde vereri poterant Hierapolitæ, ne illorum uxores Philippus seduceret, adducendo ad fidem, unde illa divortia fierent. Sic nimirum venit Dominus gladium mittere, Matth. X, 35, nec est illo dignus, qui vel uxorem, vel alium quemquam plus illo amat; quod utique facit, qui consentit cum infideli cohabitare cum injuria Salvatoris, quæ plane in proclivi est, cum alter conjugum errori pristino ac superstitioni manet addictior. Moduli ac canon præter apostolorum communes laudes et labores, ac Philippi crucem, quod historiæ lucem ullam afferat, nihil habent.

Digitized by Google

erant, illudentes apostolo dicebant: *Hunc si suscitaveris, omnes cum Aristarcho, Deo tuo cultum adhibebimus.* Sanctus vero intentis in cœlum oculis, prolixe orans, leni demum voce jacentem in feretro his alloquitur, *Theophile.* Statimque resedit et aperuit oculos. Adjiciensque apostolus, dixit: *Christus tibi jubet: surge, omnisque impedimenti liber, loquere.* At ille excussus e feretro, apostolo procidit, dicens: *Gratias habeo, sancte Dei, quod ex multis malis hora huc liberabor. Duobus enim obscuris fœdoque aspectu ac immitibus violenter trahentibus, jamjam, nisi prior venisses, in tetrum exitiosumque tartarum projiciendus eram.* Tum res inaudita cunctos in stuporem egit, dicentes: *Quomodo quem nunquam viderat, ex nomine vocans, suscitavit? Vere quem Deum fortem et dicit et prædicat ac annuntiat, potens ac verus est; nosque indubitanter accurramus atque credamus.* Exinde apostolus indicto manu silentio tumultum sedans, jubet Heroi, ut manu crucis signum exprimens super Aristarcho, sanctæ Trinitatis invocato nomine, oblæsa membra illius fatuitate, sana componeret. Quo facto Heros Aristarchum membris omnibus integrum sanumque reddidit. In hoc cuncti apostolo procidunt, in quibus et præfectus (illius pater qui a mortuis fuerat suscitatus, primus inter eos qui convenerant) cum conjuge apostolo accessit, facileque suscepta fidei doctrina ac institutione, ac fidei suæ firmum specimen, quos colebat duodecim deos aureos in egenos apostoli curis distribuendos profert. Sed et his quæ erant reliqua probe dispensatis, rectæ fidei regulam constanter tenebat.

Ἀριστάρχῳ, χλευάζοντες ἔλεγον τῷ ἀποστόλῳ· *Εἰ τοῦτον ἐγερεῖς, πάντες σὺν Ἀριστάρχῳ προσκυνήσομεν τῷ Θεῷ σου.* Ὁ δὲ ἅγιος πρὸς οὐρανὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀτενίσας, προσηύξατο ἐπὶ ἱκανόν· καὶ πρὸς τὸν βεβλημένον τῇ κλίνῃ, πραείᾳ τῇ φωνῇ λέγει, *Θεόφιλε.* Καὶ εὐθὺς ἀνεκάθισε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπανέῳξε. Καὶ προσθεὶς ὁ ἀπόστολος, εἶπεν· *Ὁ Χριστός σοι κελεύει· Ἀνάστηθι, καὶ ἀκωλύτως προσομίλει.* Ὁ δὲ ἀποβὰς τῆς κλίνης, τῷ ἀποστόλῳ προσέπεσε, λέγων· *Εὐχαριστῶ σοι, ἅγιε τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐκ πολλῶν κακῶν ἐρρύσω με τῇ ὥρᾳ ταύτῃ. Ὑπὸ δύο γὰρ ζεζοφωμένων καὶ δυσειδῶν καὶ ἀσπλάγχνων ἐξελκόμενος βιαίως, ἔτι μικρὸν, εἰ οὐκ ἔφθασας, ἀπερρίφην ἂν εἰς τάρταρον δυσειδῆ καὶ ὀλέθριον.* Τότε τὸ παράδοξον τοῦτο ἐξέστησε πάντας λέγοντας· *Πῶς ὃν οὐδέποτε εἶδεν, ἐξ ὀνόματος φωνήσας ἀνέστησεν; Ἐπ' ἀληθείας ὃν ἰσχυρὸν καὶ λέγει καὶ κηρύττει καὶ Θεὸν καταγγέλλει, δυνατὸς καὶ ἀληθής ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἀδιστάκτως προστρέχωμεν καὶ πιστεύωμεν.* Καὶ τῇ χειρὶ ὁ ἀπόστολος κατασιγήσας τὸν θόρυβον, διακελεύεται τῷ Ἥρωϊ· Ἐπὶ Ἀριστάρχῳ τῇ χειρί σου σταυροῦ τύπον ἐπιχαράξας, τῷ τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνόματι, τῶν μελῶν τὰ βλαβέντα ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀφελείας ἀνόρθωσον· καὶ τοῦτο ποιήσας ὁ Ἥρως, τὸν Ἀρίσταρχον ἀπετέλεσεν ἄρτιον. Ἐπὶ τούτῳ πάντες τῷ ἀποστόλῳ προσπίπτουσιν, ἐν οἷς καὶ πρέφεκτος, ὁ τοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος γενέτης, τὰ πρῶτα ἐπὶ πᾶσι φέρων τοῖς συνειλεγμένοις, σὺν τῇ γαμετῇ προσῆλθε τῷ ἀποστόλῳ, καὶ τῆς κατηχήσεως εὐμαρῶς τὸν λόγον δεξάμενος, εἰς βεβαίαν τῆς ἑαυτοῦ πίστεως ἔνδειξιν, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ σεβομένους δώδεκα χρυσέους θεοὺς τῶν ἐνδεῶν εἰς διανομὴν τῷ ἀποστόλῳ γενέσθαι προτίθησιν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰ περιλειφθέντα καλῶς οἰκονομήσας, τῆς ὀρθῆς ἀδιστάκτως εἴχετο πίστεως.

Apostolus vero cunctis ibi in recta fide perfectis Heroe illis ordinato episcopo, creatisque ex illis presbyteris et diaconis: cumque ad hæc templa construi mandasset, ipseque erexisset, atque omnes fidei doctrina imbuisset, beneque illis precatus esset, in Phrygiam venit et Lycaoniam atque Asiam, prædicans ac evangelizans Christum; cui gloria in sæcula. Amen.

Καταρτίσας δὲ ὁ ἀπόστολος τοὺς ἐκεῖσε πάντας πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, τὸν Ἥρωα τούτοις χειροτονήσας ἐπίσκοπον, καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἐξ αὐτῶν· ἔτι δὲ καὶ ναοὺς προστάξας γενέσθαι, καὶ τούτους καθιδρύσας, καὶ πάντας κατηχήσας καὶ ἐπευξάμενος, αὐτὸς ἐν Φρυγίᾳ προσέβαλε ἅμα τῇ Λυκαονίᾳ καὶ τῇ Ἀσίᾳ, κηρύττων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὸν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ORATIO X.

Laudatio sancti ac celebratissimi Bartholomæi apostoli.

Accensum desiderium, at mens tenuis: fervens amor, at vilis oratio. Etenim spiritus quidem

ΛΟΓΟΣ Ι'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Βαρθολομαῖον (43).

Θερμὸς ὁ πόθος, ἀλλ' ἀδρανὴς ὁ νοῦς· ζέων ὁ ἔρως, ἀλλ' εὐτελὴς ὁ λόγος· καὶ γὰρ προθυμεῖται

(43) Cum Græci duplici festo colant Bartholomæi apostoli memoriam, altero ejus natalis 11 Junii, altero miraculosæ advectionis ipsius reliquiarum ad Liparim insulam, die 25 Augusti, qui unus Latinis solemnis est, sive etiam pridie ejus pro vario Ecclesiarum ritu, Nicetas totus in exornando Bartholomæi natali est, ac ne meminit quidem illius stupendi miraculi, in quo tamen ex antiquioribus et emendatioribus ejus Actis referendo, multus est Theophorus Studita paulo Niceta antiquior, cujus sermonem Anastasius reddidit, et D. Lucas Dacheri in *Spicileg.* t. III repræsentavit; adjectis etiam quæ spectant ad alteram inde translationem Beneventum, desolata per Saracenos Lipari insula. Atque utinam in manibus esset Græcum exemplar hujus sermonis Theodori Studitæ, vel Sirmundo licuisset eum ipsum ejusque omnia (etiam majores Catecheses) juris publici facere, quibus plurimum Christiana pietas profecisset, novoque clypeo et armatura, Ecclesia catholica adversus hostes suos tuta fuisset, dum cum blattis et tineis pugnant manu exarati codices, futuri et ipsi injuria temporis excedentis omnia, non ita post prorsus inutiles. Bene tamen est, quod antiquiora illa

Digitized by Google

μὲν τὸ πνεῦμα καὶ ἵεται, καὶ σφύζει τῶν ἀποστόλων ἑκάστῳ τὴν ὀφειλὴν ἀποδοῦναι τῆς ὑμνήσεως· ἀνεῖ- A promptus est ac gliscit, salitque ac micat, ut cuique apostolorum debitum laudationis reddat : verum

Acta ac emendatoria, quæ refert Theodorus, nobis servarunt Menæa, ex quibus, sequentibus repræsentabo. Quod ait Nicetas, vocasse Dominum, τὸν ἀληθινὸν τοῦτον Ἰσραηλίτην Βαρθολομαῖον, videri forte possit existimare esse ipsum Nathanaelem, quod quidam Latinorum, etsi non adeo antiqui, senserunt. Græci tamen, et ipse Nicetas, existimant Nathanaelem esse Simonem Cananitem, ipsumque nuptiarum sponsum ; nec abnuit Baron. Sed conjectura potius hæc dicuntur, quam ut ex certis ullis monumentis sint explorata : nec quod Nathanael ipse ex Cana Galilææ erat, teste Joan. xxi, firmum argumentum est, ut Simon Cananites existimetur, quem nec liquet Cana oppido esse oriundum, vel inde cognomen illud traxisse. Potuit etiam S. Maria alios ibi necessarios aut cognatos B habere ; nec ulla ratio probat, sponsum illum ab uxoris complexu a Christo avocatum esse, et invitatum ad discipulorum album, qui illi assidui essent, ac reliquissent omnia, implendum. Fuit certe magnus Joanni Nathanael, quod sic a Christo vocatus, tantumque ab eo testimonium innocentiæ retulerit ; quod item cum præcipuis discipulis, Simone, Petro, Thoma, filiis Zebedæi, electus sit testis Dominicæ magnæ apparitionis, et miraculi piscium, et promotionis Petri in Christi vicarium summumque sub illo Ecclesiæ pastorem, ipsisque prior filiis Zebedæi et post magnum Thomam nominatus sit : nec sicut aliorum discipulorum, tanquam minorum, illius nomen suppressum sit, facta hinc conjectura, esse primi ordinis apostolum, quem alii alio nomine vocaverint, sive Simonem Cananitem sive Bartholomæum, quæ nomina Joannes non habet ; quanquam Augustinus existimat, quod erat legisperitus, non fuisse a Christo in apo- C stolum electum, qui tantum simplices et rudes ad illud munus delegerit. Atqui Hieronymus in u Matth. prophetas, sapientes, scribas in lege doctissimos agnoscit Christi discipulos, Petrum crucifixum, aliosque in Actibus flagellatos : nec Andreas Joannis discipulus non studebat divinæ legi, aut non erat legisperitus, ut quidam etiam indigitant. Aut unde tanta Nathanaeli legis peritia supra reliquos apostolos, quod dubitavit Messiam esse a Nazareth, quem vulgatissimus rumor apud Judæos, vel a facto Herodis et sciscitatione ejus ex Scribis et Pharisæis, a Bethleem Juda venturum perhibebat ? Fuisse et ipsum piscatorem insinuare videtur Joannes, cum Petro eunti ad piscationem eum adjungit, et quidem inter primos, ante ipsos filios Zebedæi, quos liquet piscatores a Christo vocatos, haud secus ac Petrum. Sequebantur autem, inquit Chrysostomus hom. 86, διὰ τὸ συνδεδέσθαι λοιπὸν ἀλλήλοις, καὶ ἅμα βουλόμενοι θεάσασθαι τὴν ἀλεῖαν, D καὶ τὴν σχολὴν εὖ θέσθαι, *quod deinceps alii aliis devincti erant, simulque piscationem videre, et otium suum bene ponere volebant.* Nempe bene illas horas collocare, et operis aliquid facere : pristinum denique laborem innoxium, quo vitam ante honeste toleraverant, per ejus temporis inducias, et cum nondum prædicationis onus incumberet, repetere, quemadmodum insinuavit Greg. in hom. Certe non videtur iturus Nathanael, si paulo liberalioris instituti fuisset, et ut quasi sola ductus curiositate Petro comes esset, non ut etiam cum eo operam præstaret. Quod etiam ita Petro cum primis illis præsto fuit, indicio est, perinde assiduum Christo hæsisse, ac scholæ illius domesticum : sive alias implebat primum ordinem τῶν ιβ', sive secundum τῶν οβ'.

Quod etiam Nicetas narranda Bartholomæi passione ac cruce, sic urget quæ Joan. i, 51, habentur Domini de seipso ad Nathanaelem verba, de angelis descendentibus et ascendentibus, animi sui sensum de Bartholomæo subindicat, qui ipse Nathanael ac Jesus alter, ut ante dixerat, summa cum Jesu similitudine et διὰ τὸ Χριστοειδές, exsistat. Quæ omnia conjecturam faciunt, non certo rem evincunt, ac nec ipsam clare Nicetæ mentem ostendunt.

Quod Nicetas sic Οὐρβανούπολιν dicit Majoris Armeniæ, Menæa nostra Tiliana ἐν Ἀρβανουπόλει habent ; edita paulo remotius ἐν Ἀβαρνουπόλει, ut facilis est Græcis in nominibus propriis mutatio, prout varie pronuntiant, illaque aures feriunt : ipsa tamen 25 Aug. etiam Οὐρβανούπολιν habent ; ubi Theodorus Studita *Albani* : ex quo videatur facta elementorum mutatio, sive illorum confusio, ex soni potius vicinitate quam ex litterarum aliqua affinitate. Hippol. quoque ἐν Ἀλβανῷ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. Atque hi omnes, ex certioribus monumentis, ut videtur, habent crucis martyrio sublatum, et quidem capite in terram verso, ut habet Hippolyt., κατακεφαλῆς. Quod capite cæsus dicitur, postquam fuerat fustibus contusus, Abdiam auctorem habet. Secuti Romanum paulo antiquius Martyrol. et Ado. *Natalis beati Bartholomæi apostoli : qui apud Indiam Christi Evangelium prædicans, decollatione martyrium complevit.* Ubi quod India, pro Armenia, Abdianum ; etsi Œcumenia Synopsis Ἰνδικῆς Ἀρμενίας dicit : quasi dicat, *Armeniæ quæ spectat aut vergit ad Indiam.* Auxerunt Romanas tabulas alia traditione novi earum compositores, excoriati Bartholomæi, quam perinde Beda habet. *Sancti Bartholomæi apostoli, qui apud Indiam Christi Evangelium prædicans, vivens a Barbaris decoriatus est : atque jussu regis Astyagis decollatus, martyrium complevit.* Hæc totidem verbis Rom. tabulæ, nisi quod ex India in Majorem Armeniam prolectum, sic dicunt martyrium fecisse. Quanti hæc traditio, aliorum esto judicium. Isidorus majori consequentia, vivum excoriatum dicit, et sic sepultum. Erat hoc vulgare apud Persas Armenis finitimos supplicium, et quo rei passim plectebantur : sic tamen a Barbaris, et quasi tumultuaria coitione excoriatum, principis deinde jussu capite plexum esse, ut hæc insinuant, hæc difficile : nec tam absurda ipse Abdias decoxit, vel credibile putavit, ut homo sic excoriatus ab Astyage capitis damnaretur, eoque plecteretur. Quod is utrumque jusserit, et per suos carnifices fecerit, sicque excoriatum decollaverit, nihil absurdi habeat, sed hoc veterum auctoritate probandum, quæ præscribat illis, qui tanto consensu, ac quasi re explorata, crucis supplicio eum sublatum dicunt ; cum et antea cruci affixus fuisset cum Philippo apostolo ; sed ea liberatus divino miraculo, longæva deinceps vivens ætate, plus fere omnibus apostolis laborasset : adeo ut non immerito Nicetas dicat, parem summis apostolis Petro et Paulo honorem consecutum, apud summum omnium Regem : a quo nec Joseph illius laudator apud Metaphrastem abludit, parem Romæ Liparim ex illius corpusculi hospitio perhibens, et quod illa vicissim apostolorum Petri et Pauli sacra pignora contineret : quam ipsam felicitatem nec Dominus Romæ invidit, eam forte ob rem devecto Romam, Othone imperatore, Bartholomæi sacro sarcophago, et ipsa quandoque Roma, magni ipsius Bartholomæi exuviis ditata, novo pietatis sensu conviviseret, ejusque cultu ferventior fieret ; omnisque, qua late patet, velut ex arce Roma, novis fidei igniculos, Romana diœcesis atque Occidens, in tantum apostolum hauriret ; verebarque ne exstincta nuper in populis natalis illius πανήγυρις, sive etiam translationis, quovis tandem magni præsulis destinata animo, huic plusculum majorum pietati, ac apostoli in nos jubari, officeret·

Digitized by Google

mens fatiscit, impar scilicet, quam ut dignam argumento intelligentiam sufficere valeat : sed et oratio debilis fractaque languet, quod rerum laudis argumento propositarum præstantiam assequi nequeat. Ac quidem dum dicendorum magnitudini intendit, manum ori imponit, ac velut quid aliud eorum quæ convenientissima sunt, surdi sibi ac muti silentium indicit. Cum vero spiritus fervore velut igni intus depascente succenditur, suæ velut imbecillitatis oblita, non excitari pro facultate ad laudationem defungendam non patitur. Undenam igitur hæc solvenda perplexitas, nisi hoc uno, si ab his ipsis qui laudandi sunt, orationi opem imploraverimus? Nam in reliquis quidem argumentis, nihil inde opis accedit ac nisi orator a se ipse instructus accesserit; in sacris vero sanctisque Dei filiis, secus apparet. Quippe ipsa mens sapientissima inops consilii fit, disertissimaque perplexa cedit oratio, nisi ab ipso cui laudandus est, gratia large provenerit.

Quandoquidem igitur nos magnus hodie Bartholomæus, ad ipsius gratiæ claritatem laudibus celebrandam, annua recurrente memoria convocavit, suæque is sanctitatis magnificentia, variisque miraculis et perpessionibus, cruceque crucifixi causa tolerata, prolatis, nostri in ipsum vim amoris accendit, inflammatique etiam ad illius exornanda miracula, gratiæ ab ipso illustrationem invocemus, veraque fide ac intentis precibus ab illius spiritu virtutem attrahamus, atque ita sanctissime ac Christiana vere pietate sacrum caput ac Christi gratiis reverendum, tanquam floribus, laudibus coronantes, in eum puto modum tantisper desiderium so-

A ται δὲ ὁ νοῦς, οὐκ ἔχων ὅθεν ἀξίαν ἔννοιαν τῆς ὑποθέσεως πορίσαιτο· παρεῖται δὲ καὶ ὁ λόγος, ἐφικέσθαι τῶν ὑμνουμένων ἀπορούμενος. Καὶ ὅταν μὲν ἀτενίζει πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ὑποθέσεως, χεῖρα τί θησι τῷ στόματι, καὶ ὥσπερ τι ἄλλο τῶν εὐλογωτάτων, τὴν κώφευσιν ἑαυτῷ παρεγγυᾷ. Ὅταν δὲ τῇ ζέσει τοῦ πνεύματος, ὡς ἀπὸ πυρὸς ἔνδον καταφλέγηται, τῆς οἰκείας ὥσπερ ἀδρανείας ἐπιλελησμένος, οὐκ ἀνέχεται μὴ οὐχὶ πρὸς τὸν ἐνδιδόμενον αἶνον διεγείρεσθαι. Τίς οὖν ταύτης ἡ λύσις τῆς ἀμηχανίας, εἰ μὴ τὴν ἀπὸ τῶν ἐπαινουμένων αὐτῶν συνεργίαν ἐξαιτησαίμεθα τῷ λόγῳ; Ἐπὶ τῶν ἄλλων μὲν γὰρ ὑποθέσεων, οὐδεμία παρ' αὐτῶν ἐφήκει βοήθεια, εἰ μὴ οἰκοθεν ὁ λέγων ἀποχρώντως ἦκοι παρεσκευασμένος· ἐπὶ τῶν ἱερῶν δὲ καὶ ἁγίων τοῦ Θεοῦ

B τέκνων, ἐμπαλιν ὁρᾶται. Ἐξηπορῆσθαι γὰρ καὶ τὸν φιλοσοφώτατον νοῦν, καὶ τὸν ῥητορικώτατον ἀμηχανεῖν λόγον, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ δαψιλῶς ἡ χάρις ἐπιβραβεύοιτο ἐπαινουμένου.

Οὐκοῦν ἐπειδὴ Βαρθολομαῖος ἡμᾶς σήμερον ὁ μέγας, πρὸς ἔπαινον δόξης τῆς αὐτοῦ χάριτος, κατὰ τὴν ἐτήσιον μνήμην συνεκάλεσεν, καὶ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ τὴν θεοπρέπειαν, καὶ τὰ ποικίλα θαύματα καὶ παθήματα, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου προβαλόμενος σταυρὸν, ἀνέκαυσεν μὲν ἡμῶν τὸ φίλτρον τὸ πρὸς αὐτόν· ἀνάπτει δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν αὐτοῦ θαυμασίων ἀνακήρυξιν, ἐπικαλεσώμεθα τὴν ἀπ' αὐτοῦ τῆς χάριτος ἔλλαμψεν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δύναμιν δι' εἰλικρινοῦς

C πίστεως καὶ συντεταμένης ἐπισπασώμεθα προσευχῆς· καὶ οὕτω πανευαγῶς τὴν ἱερὰν ἐκείνην καὶ Χριστοπρεπῆ τοῖς ἐπαίνοις ὡς ἔνθεσιν ἀναδησά-

sed timorem abstulit, quod idem magnus antistes, Romani summi antistitis nutu, pristinam Bartholomæo, ac reliquo choro duodenario, celebritatem auxit, majoribusque animis plebs omnis devota colit.

Bartholomæi sententia, quam citat, ex Dionysio petita, 1 De *Myst. Theol.*, ubi sunt paulo alia verba, nempe Θεολογίαν πολλὴν εἶναι καὶ ἐλαχίστην· καὶ τὸ Εὐαγγέλιον πλατὺ καὶ μέγα, καὶ αὖθις συντετμημένον· *Theologiam et copiosam esse, et summe exiguam; Evangeliumque et amplum et magnum, ac rursus concisum.* Ubi in Maximi scholio error irrepsit, emendandus ex ipsa serie et ex Pachimere. Probat Maximus esse genuinum opus Areopagitæ, ex simplicitate, qua in superioribus citavit auctoritates, χρήσεις, quorumdam qui cum apostolis vixerunt; et νῦν παραπλησίως τοῦ θείου Βαρθολομαίου

D χρῆσιν ἄγει, ὡς δηλοῖ τὸ, *φησίν*. Εἰ ἀγράφως; ἦν διδάξας, εἰρήκει ἄν, *Ἔφη*. Ubi Cord. : *Modo similiter D. Bartholomæi sententiam adducit, uti verbum* Ait *declarat. Nam si absque scripto id tradidisset, utique dixisset*, Dixit. Quasi nimirum velit Maximus, Bartholomæum aliquid scripsisse, atque id sibi videatur ex Dionysio ipso colligere. Nec aliter Lansel. : quod ita sensisse, vel inde voluisse colligere Maximum virum sapientissimum, perridiculum est; unde Pachim. non magis Dionysii, quam ipsius Maximi fidissimus paraphrastes : Μετὰ ταῦτα, καὶ ἀγράφως παραδοθεῖσαν χρῆσιν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρθολομαίου τίθησι, πολλὴν καὶ ἐλαχίστην τὴν θεολογίαν λέγοντος. *Deinde traditionem quamdam non scriptam sancti Bartholomæi apostoli ponit, multam esse theologiam*, etc. Sic ergo et Max. : Χρῆσιν ἄγραφον ἄγει, ὡς δηλοῖ τὸ, *φησίν*. Εἰ γὰρ ἐγγράφως ἦν διδάξας, εἰρήκει ἄν, *Ἔφη*. *Sententiam non scriptam adducit, uti verbum*, Ait, *declarat: Nam si scripto id tradidisset, utique dixisset*, Dixit. Est id quidem subtilius quam verius, aliquid tamen momenti habens ad conjecturam ; ut quod viva voce, quasi de præsenti, et rumor volans significetur ; quod vero scriptum est, de præterito, quasi ratum, eo quod libris et chartæ seu tabulis insertum est. Promiscue tamen τὸ, φησὶ, et ἔφη usurpantur, citandis vel Scripturis, vel aliorum etiam non scriptis sententiis. Vel certe quod magis putem, et ne sic leviter existimemus lusisse Maximum, pro ἔφη (in quo vix aliquid discriminis est a voce φησί) scripserit γράφει, in quo subtiliter venatur mentem Dionysii. Nempe si sententiam scriptam Bartholomæi citasset, dicturus erat γράφει, *scribit*, ut in ejusmodi solet, non φησὶν, *ait*. Argumento est *De divin. nom.* c. 4, § 12, ubi Γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, « Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. » *Scribit divinus Ignatius : « Amor meus crucifixus est;»* quod agnoscit Maximus non posse intelligi, nisi de scripta sententia ; sed vel subdititium putat, et ex margine in textu illatum, a quo nullo hiatu abesse possit : vel aliis scripsisse Ignatium quam Romanis, aliisque epistolis ab iis quas proxime martyrium facturus pluribus scripsit. Ut quasi solemne hoc effatum habuerit, ac pro re nata, verus Joannis amorisque discipulus, et ore et scripto usurpaverit. Hæc pro mea in Maximum observantia, quandiu levissimi æris penuria non satis mihi licet votis illi defungi, ac quod cœpta adultaque editio, ad umbilicum mature satis perducere : tanta nostri tatum in rem litterariam sacramque munera!

Digitized by Google

μενοι κεφαλὴν, μετρίως ἂν οὕτως, οἶμαι, παραμυθησαίμεθα τὸν πόθον. Οὐδενὶ γὰρ οὕτω ὁ θεῖος τῶν θείων ἔρως, ὡς ἐπαίνῳ τῶν ἐπιθυμημένων καὶ παρακαλεῖται καὶ παραμυθεῖται. A

Δεῦρο δὴ οὖν, ὦ σεβασμιώτατε καὶ λαμπρότατε· δεῦρό μοι, πάρεσο πνεύματι, ὡς πνεῦμα καθαρώτατον καὶ παναγέστατον ὢν, καὶ τοῦ ἁγίου καὶ θεαρχικοῦ Πνεύματος γέννημα καὶ ὁμοίωμα. Ἔμπνευσον νοῦν, ἔμπνευσον λόγον· νοῦν, θεωρητικὸν τῆς σῆς ἁγιοπρεπείας καὶ θεότητος· λόγον, τῆς ὑμετέρας ἐκφαντορικὸν θαυμασιότητος, ἵν' ἀμφότερα καὶ νοῦς καὶ λόγος ἡμῖν ἁγιάζηται καὶ λαμπρύνηται, τὰ σὰ θαυμάσια καὶ διανοουμένοις καὶ διηγουμένοις· ἐπεὶ καὶ τὸ ἐπὶ μνήμης μόνον λαβεῖν, ἁγιασμός τε καὶ φωτισμὸς, οὐχ ἧττον ἡμῖν τοῖς μόνῳ κατοπτριζομένοις τῷ πνεύματι, ἢ τοῖς πρὶν B μετὰ τοῦ ἱεροῦ σκήνους ὁρῶσιν ἀναστρεφόμενον ἐπὶ γῆς.

Adesto igitur, o venerabilissime ac clarissime; adesto, præsto sis spiritu, ut qui purissimus ac sanctissimus spiritus sis, sanctique ac divini Spiritus soboles ac simulacrum. Aspira sensum, aspira orationem: sensum mentisque intelligentiam, ad sanctitatis ac deitatis tuæ contemplandam magnificentiam; orationem, ad mirabilem oris sermone explanandam vestram præstantiam; quo scilicet utrumque (sensus pariter atque mens, et oratio) cogitantibus nobis ac loquentibus tua mirabilia, sanctificetur ac splendescat: quippe cum vel ipsa duntaxat animo assumpta tui memoria, sanctificationem præstet ac illuminationem, tum nobis qui solo spiritu velut in speculo relucentem formam contuemur, tum iis qui olim cum sancto corpusculo versantem in terra viderunt.

Καὶ γὰρ νηπιόθεν ὅλος ἀφιερωμένος τῷ Θεῷ, καὶ σχήματι εὐλαβείας καὶ πράγματι θεοσεβείας καὶ τοῦ νόμου μελέτῃ καὶ τῶν ἐντολῶν φυλακῇ, πρὸς τὴν τελειοτέραν προπαρασκευαζόμενος θεογνωσίαν· οἶδεν γὰρ Κύριος ἀπὸ γαστρὸς ἁγιάζειν τοὺς οἰκείους, καὶ ἅμα τῇ πρώτῃ συνεισιέναι πλάσει καὶ ἀοράτως ἐφέπεσθαι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν κατευθύνειν καὶ ποδηγεῖν, ἐπειδὴ ὁ τῆς πίστεως ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς ἐπεφάνη Χριστὸς, καὶ πᾶσαν μὲν τὴν Ἰουδαίαν καὶ Γαλιλαίαν ἐπεφοίτα, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν εὐαγγελιζόμενος· καὶ θαυμασίοις μὲν λόγοις, θαυμασιωτέροις δὲ ἔργοις, τὴν τῶν Εὐαγγελίων ἀλήθειαν πιστούμενος, τὰ ἀπολωλότα πρόβατα πρὸς ἑαυτὸν ἐπισυνῆγε τοῦ Ἰσραήλ· τότε δὴ, τότε καὶ τὸν ἀληθινὸν τοῦτον Ἰσραηλίτην ἐκάλεσεν Βαρθολομαῖον. C

A puero namque totus Deo consecratus, pietatisque forma ac indole, et vera religione et legis meditatione et mandatorum observantia, ad perfectiorem Dei scientiam fidemque institutus cum esset (novit enim Dominus ex utero qui sui sint ac necessarii, ex utero sanctificare, atque a prima statim formatione illis illabi, seque eis inaspecta ratione comitem præstare, atque ad seipsum dirigere et ducere), quod fidei auctor et consummator Christus apparuerat[90], omnemque Judæam et Galilæam, evangelizando regnum cœlorum peragrabat, admirandisque sermonibus majoremque admirationem facientibus operibus Evangelio fidem astruens, oves quæ perierant Israelis ad se congregabat[90']; tunc plane, tunc quoque verum hunc Israelitam Bartholomæum vocavit[91].

Τί οὖν οὗτος; Ἦρ' ἀπηνήνατο τὸν κεκληκότα; ἢ πιστεύει μὲν, οὐχ ἕπεται δέ; ἢ ἕπεται μὲν, ἄχρι καιροῦ δέ; ἢ μέχρι μὲν τέλους, ὡς εἷς δὲ τοῦ πλήθους καὶ τῶν πιστῶν; ἢ τοῖς μαθηταῖς μὲν συνηριθμεῖτο, τῆς δευτέρας δὲ τάξεως παρὰ τῷ διδασκάλῳ καθεστῶσιν; Οὐδαμῶς. Ὁμοῦ δὲ τὸν ποιμένα τὸν καλὸν εἶδεν, καὶ οὗτος αὐτὸν κατὰ τὸ βάθος ἐκέγνω διανοίας, ἐπεγνώσθη τε παρ' αὐτοῦ, ὡς τῆς ἀνωτάτω καὶ πρώτης ἐκλογῆς κατηξιῶσθαι, καὶ τοῖς κορυφαίοις τῶν ἀποστόλων συντετάχθαι, καὶ τὴν ἱερὰν καὶ τιμίαν δυοδεκάδα συμπληροῦν· ἐντεῦθεν ὅλην ἀπανηνάμενος τὴν κτῆσιν τῶν ἐπὶ γῆς, πατρίδα, γονεῖς, συγγενεῖς, φίλους, πᾶν ὅ τι καλὸν ἀνθρώποις καὶ περισπούδαστον· ἔτι δὲ καὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ὁ θαυμάσιος ἀπηρνημένος· πᾶσαν τοῦ σώματος ἐπιθυμίαν, καὶ πᾶσαν θέλησιν τῆς ἰδίας καρδίας ἀπερρίψατο, ἵνα τῆς Ἰησοῦ φιλίας, καὶ τελειοτέρας γνώσεως ἐν μετουσίᾳ καταστῇ. D

Quid igitur ille? Num vocantem respuit? aut credit quidem, non tamen sequitur? aut sequitur quidem, verum ad tempus; aut in finem usque, velut tamen unus e vulgo ac turba fidelium? aut relatus quidem est in discipulorum album, verum illorum qui secundi ordinis erant apud magistrum[91']? Nequaquam; quin simul atque bonum pastorem vidit, sicque eum alta mente cognovit, et ab eo agnitus est, ut supremæ primæque electionis dignus haberetur, ac inter apostolorum principes accenseretur, sacrumque ac venerabilem duodecim chorum compleret; exinde omni terrena spreta substantia, patria, parentibus, cognatis, amicis; quidquid hominibus pulchrum videtur ac studiis prosequendum; ad hæc vero etiam abnegata vir admirandus anima sua, omnem corporis libidinem, omnemque cordis proprii voluntatem projecit, ut Jesu amicitiæ, ac scientiæ perfectioris particeps fieret[92].

Ἐντεῦθεν κατὰ σκοπὸν διώκων καὶ καταλαμβάνων, ὅτε πνεύματι ζῶν ἀκραιφνῶς, καὶ πνεύματι

Inde juxta destinatum persequens ac comprehendens, velut qui sincere spiritu viveret, spiritu in-

[90] Hebr. XII, 2. [90'] Matth. XV, 24. [91] Joan. I, 47. [91'] Joan. X, 11. [92] Philipp. III, 14.

Digitized by Google

cederet et ambularet, Dei quidem amicus ac filius adoptione, gratiæ vero dono Unigeniti frater constituitur. Qui autem Christo non domesticus foret et contubernalis ac commensalis, viæque ac institutionis socius? fandorum omnium ac nefandorum mysteriorum, omniumque Dei operum ac sermonum, quæ Patri luminum placuit ut mortalibus aperiret, conscius.

Beatos igitur prædico tuos oculos, o Verbi ipse iis spectator et mysta divineque discipule, quod inaccessi decoris supercœlestis pulchritudinis speciosi forma præ filiis hominum [93], aspectu potitus es. Beatas prædico aures, quod Dei oris vocibus ac Christi mystico auditu alloquioque impletus es. Circumfundor spiritu beatissimis tuis labiis orique; osculor et genas et linguam, velut divinissimum illum haud raro osculata, ac quæ illius impleri dulcedine imbuique sanctitate meruerunt. Beatum prædico tuum gustum olfactumque et tactum; priorem quidem, quod ejusdem ac Verbum mensæ particeps fueris eosdemque sales perceperis; nec dici potest quoties eodem cum Servatore sensibili pariter ac spiritali saturatus epulo sis. Alterum, quod intemeratis unguentis; ac spiritali summi omnium Regis scientiæ fragrantia impletus sis. Tactum denique, quod sæpius intemeratissimum corpus intemerate contrectaveris, tremendumque Cherubim ac Seraphim etiam atque etiam venerandum, tuis ipse manibus ministrans, ut par est, propior factus apprehenderis, cunctisque penitus sensibus, accessu ad eum qui omnem excedit sensum, eoque familiarius utens, sanctificatus sis.

Adhuc autem magis æmulor ac beatum prædico, quod mente non concideris, nec in tentationibus animo diffisus sis aut cogitatione vacillaveris; sed immotus cum magistro manes, parique opprobrio subjiceris, atque condemnato socius condemnationis exsistis: patienti compateris, eique condoles qui in dolore agit. Etenim cum crucifixo pene cruci mente crucifixus es, et cum moriente mortuus, et cum sepulto animi voluntate sepultus: quo et factum est, ut et cum resurgente resurgeres et convivificareris. Atque ejus tecum testamentum, contubernalem cum principibus in regno cœlorum; sed et plane pari eis solii dignitate sublimem in regenerationem fore assumendum.

Quemadmodum igitur Jesu tum passionis, tum resurrectionis, tum ejus in cœlum recepti, una cum primis ipse oculis spectator sociusque fuisti, sic quoque cum eis pari munere vitali Spiritus dono adimpletus es. Etenim cum prius Verbo Domini velut spiritale cœlum ac mundo superius firmatus esses [94]; eaque victus ratione quæ sanctos deceat purgatus, atque claris animo repræsentationibus eximie illustratus, divinioribusque mente illustrationibus supersubstantialiter deificatus, velutque sublimis quidam thronus gloriæ ac sanctitatis

[93] Psal. XLIV, 5. [94] Psal. XXXII, 6.

λοιχῶν καὶ περιπατῶν, φίλος μὲν Θεοῦ καὶ θέσει υἱὸς, ἀδελφὸς δὲ τῇ χάριτι καθειστήκει τοῦ Μονογενοῦς· καὶ πῶς οὐκ ἂν ὁμοδίαιτος ὑπῆρχε Χριστῷ καὶ ὁμόροφος, σύσσιτος, συνόμιλος, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ καὶ ἀγωγῆς τῆς αὐτῆς· κοινωνὸς πάντων ῥητέων καὶ ἀπορρήτων μυστηρίων· κοινωνὸς ἔργων Θεοῦ καὶ λόγων, ὧν εὐδόκησεν ἐκφᾶναι τοῖς βροτοῖς ὁ τῶν φώτων Πατήρ;

Τοίνυν μακαρίζω σου τὴν ὅρασιν, ὦ αὐτόπτα τοῦ Λόγου καὶ μύστα, καὶ θεηγόρε μαθητά, ὅτι τοῦ ἀπροσίτου κάλλους τῆς ὑπερουρανίας ἀγλαΐας, τοῦ ὡραίου κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τῇ θέας κατετρύφησας. Μακαρίζω σου τὴν ἀκοὴν, ὅτι φωνῶν στόματος Θεοῦ, καὶ μυστικῆς ἀκροάσεως καὶ ὁμιλίας ἀμέσως ἐνεπλήσθης Χριστοῦ. Περιπτύσσομαί σου τῷ πνεύματι τὰ μακαριώτατα χείλη καὶ στόμα· ἀσπάζομαι καὶ τὰς σιαγόνας καὶ τὴν γλῶσσαν, ὡς τὸν θεαρχικώτατον πλεονάκις ἀσπασάμενα, καὶ τῆς ἐκείνου τερπνότητος ἐμπεπλησμένα, καὶ τῆς ἁγιότητος ἠξιωμένα. Μακαρίζω σου τὴν γεῦσιν καὶ τὴν ὄσφρησιν καὶ τὴν ἁφήν· τὸν μὲν, ὅτι τραπέζης τῷ Λόγῳ κεκοινώνηκας τῆς αὐτῆς, καὶ ἀλῶν τῶν αὐτῶν· αἰσθητῆς τε καὶ νοητῆς ἑστιατορίας, οὐκ ἔστιν ὁσάκις εἰπεῖν, τῆς αὐτῆς ἐνεφορήθης τῷ Σωτῆρι· τὴν δὲ, ὅτι τῶν ἀχράντων μύρων καὶ τῆς νοητῆς εὐωδίας τῆς γνώσεως τοῦ Παμβασιλέως ὑπερενεπλήσθης· τὴν ἁφὴν δὲ, ὅτι πλεονάκις τοῦ παναχράντου σώματος ἀχράντως ἥψω· καὶ τὸ φρικτὸν μὲν τοῖς Χερουβεὶμ, αἰδέσιμον δὲ σφόδρα τοῖς Σεραφὶμ, ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑπηρετούμενος, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἐγγίζων ἐπελάδου· καὶ ὅλας δι' ὅλου τὰς αἰσθήσεις, τῷ ὑπὲρ πᾶσαν αἴσθησιν πελάζων, καὶ σώματι συναναστρεφόμενος, καθηγιάσθης.

Ἔτι δὲ μᾶλλον ζηλῶ καὶ μακαρίζω σε, ὅτι οὐκ ὠκλασας τὸν νοῦν, οὐ τὴν ψυχὴν διεκρίθης ἐν τοῖς πειρασμοῖς, οὐδὲ τὴν διάνοιαν ἐδίστασας· ἀλλ' ἀπερίτρεπτος μετὰ τοῦ διδασκάλου μένεις, καὶ τὸν ἴσον ὀνειδισμὸν ὑφέξεις· καὶ κατακρινομένῳ τῆς κατακρίσεως κοινωνεῖς· καὶ πάσχοντι συμπαθεῖς· καὶ ἀλγυνομένῳ συναλγεῖς. Καὶ γὰρ σταυρουμένῳ τρόπον τινὰ τῇ διανοίᾳ συνεσταύρωσαι· καὶ θανόντι συναπέθανες· καὶ γε προθέσει ψυχῆς συνετάφης θαπτομένῳ· ὅθεν καὶ ἀνισταμένῳ συνανέστης καὶ συνέζησας. Καὶ ἡ διαθήκη τούτου μετὰ σοῦ, συνέστιον μετὰ τῶν κορυφαίων εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· ναὶ δὴ καὶ συγκάθεδρον ἅμα τούτοις, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ προσληφθήσεσθαι.

Ὥσπερ οὖν τοῦ τε πάθους Ἰησοῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἀναλήψεως, ἅμα τοῖς πρώτοις αὐτόπτης ἐγένου καὶ κοινωνὸς, οὕτω μετ' αὐτῶν ὁμοίως καὶ τῆς ζωαρχικῆς τοῦ Παρακλήτου πεπλήρωσαι δωρεᾶς. Καὶ γὰρ τῷ Λόγῳ Κυρίου πρότερον οἷα δὴ νοερὸς καὶ ὑπερκόσμιος στερεωθεὶς οὐρανὸς, καὶ τὸ σῶμα διαίτῃ ἁγιοπρεπεῖ καθαρθεὶς, καὶ τὴν ψυχὴν καθαραῖς ἐμφάσεσιν ὑπερφυῶς φωτισθεὶς, καὶ τὸν νοῦν θειοτέραις ἐλλάμψεσι ὑπερουσίως θεωθεὶς· καί οἷά τινα θρόνον δόξης ὑπερφερῆ, καὶ ἁγιότητος κατάπαυσιν τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον κατασκευασθεὶς, οὕτω

Digitized by Google

δὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐρανόθεν κατιὸν ἐν εἴδει πυρίνων ὑπεδέξω γλωσσῶν· καὶ σὲ ὅλον δι' ὅλου πεπληρωκὸς, καὶ τῶν θεουργικῶν αὐτοῦ χαρισμάτων ὑπερβαλλόντως μεταδεδωκὸς, καὶ ἐν σοὶ καθεσθέν τε καὶ ἱδρυθὲν, ὄργανόν τε τῆς οἰκείας δυνάμεως ἐναρμόνιον, καὶ θεολόγον στόμα καὶ γλῶσσαν ἑαυτοῦ θεορρήμονα κατηρτισμένον· καὶ ὥσπερ τι σκεῦος ἱερόν τε καὶ τίμιον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος μετάγον καὶ μετατιθὲν, τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, τὴν Ἰησοῦ σωτηριώδη σάρκωσιν καὶ ἀνάστασιν καὶ βασιλείαν, μεγαλοφωνότατα τοῖς πᾶσιν ἐνεφθέγξατο διὰ σοῦ.

A requies interiori homine constructus, sic quoque Spiritum sanctum in linguarum ignearum specie e cœlo descendentem suscepisti [95], qui totum omnino implens, deificisque suis donis excellenter impartiens, atque in te sedens ac consistens, aptumque virtutis suæ organum efficiens, atque os Deum loquens linguamque divinis sermonibus disertam concinnans; velutque sacrum quoddam vas ac pretiosum de gente ad gentem traducens transferensque, dispensationis doctrinam (salutarem Jesu incarnationem et resurrectionem et in cœlos receptionem regnumque) sublimi cunctis præconio tua opera prædicavit.

Τίς οὖν τὴν πηγαίαν τοῦ ἐν σοὶ Πνεύματος δύναμιν ὑμνήσειεν; Τίς δὲ τὴν πλημμύραν τῆς θεολογίας ἀνατάξαιτο; Τίς μὲν τὴν παρεπομένην ἀρετὴν καὶ κοσμιότητα; Τίς δὲ τὴν ἐν τῷ κεκρυμμένῳ τῆς σῆς διανοίας ἀξιοπρεπῶς αἰνέσαι τελειότητα; Τίς τῶν λόγων τὸ ὑψηλόν; Τίς τῶν ἔργων τὸ ὑπερφερές; Τίς τὸ προσηνὲς τοῦ ἤθους καὶ μείλιχον καὶ Χριστοειδές; Τίς δὲ τὸ τοῦ πνεύματος ἀπρόσιτον καὶ φοβερὸν καὶ θεοειδές;

B Quis igitur quæ fontis instar manet divini in te Spiritus virtutem satis laudaverit? Quis vero inundantes divinos sermones conscripserit? Quis virtutem illis comitem ac gravitatem? Quis vero animi tui sinu occultam perfectionem digne celebraverit? Quis sermonum altitudinem? Quis eminentiam operum? Quis morum lenitatem et suavitatem, Christique æmulam bonitatem? Quis inaccessam tremendamque ac Deum referentem spiritus præstantiam?

Πῶς δ' ἄν τις εἰδείη τὴν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς Ἰουδαίας ἔξοδον ἐπὶ τὰ ἔθνη, τοῦ τῆς θείας εἰρήνης εὐαγγελιστοῦ, καὶ τὰς ἐπὶ πᾶσαν χώραν καὶ πόλιν ἀποστασίας ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ περιφοράς; Τίς τὰς περιόδους ἀριθμήσαι, τὰς ὁδοιπορίας, τοὺς κινδύνους, τοὺς κόπους, τὰς φυγὰς, τὰς πληγὰς, τὰς φυλακὰς, τοὺς ῥαβδισμοὺς, τοὺς λιθασμοὺς, τοὺς ὀνειδισμούς; Τίς τὰς ἐπὶ τῶν ἀρχῶν ἀναγωγὰς, τὰς ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν ἐνοχὰς, τὰς κατὰ τῆς ὁδοῦ τῶν πιστῶν διαβολὰς, τὰς λοιδορίας, τὰς κακώσεις, τὰς πυρώσεις, τὰς αἰκίας, τὰς μάστιγας, τοὺς ἑλκυσμούς τε καὶ σπαραγμούς;

C Quonam quis modo, divinæ pacis nuntii ac prædicatoris, Jerosolymis Judæaque excessum ad gentes pernoverit, cunctisque oppidis et locis ac civitatibus Evangelii causa jactationes erroresque? Quis circuitus, itinera, pericula, labores, fugas, plagas, carceres, fustuaria, lapidationes, probra enumeraverit? Quis apud præsides accusationes, sub potestatum audientia noxas ac crimina; appetitam insidiis ac maledictis fidelium viam, ærumnas, ustulationes, dehonestamenta, verbera, discerptiones ac dilaniationes?

Ὅσα καὶ οἷα μετὰ Φιλίππου κατὰ τὴν Ἱεράπολιν ἀνέτλη, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πρώτην ἀνάρτησιν· καὶ πᾶσαν ἐκεῖ τῶν ἀπίστων τὴν ἐπισύστασιν καὶ καταδρομὴν, καὶ πᾶσαν ὀδύνην καὶ πόνον καὶ ταλαιπωρίαν; Ποῖος δὲ νοῦς ἐννοηθείη, ποῖος δὲ λόγος τῶν ἀντιλήψεων Χριστοῦ τὸ πλῆθος, τῶν οὐρανίων ἐλλάμψεων, τῶν φωτισμῶν, τῶν στηριγμῶν τὴν ἄβυσσον ἐκφράσαι; Τίς ἱκανὸς τῆς θεωρίας τὸ μέγεθος, τῆς θεολογίας τὸ ὕψος, καὶ τίς τὸ ἄπλετον πλάτος τῆς θεοσοφίας ἐξιχνιάσαι τοῦ Βαρθολομαίου; Ὁ γὰρ οὐσιωδῶς αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τὴν Σοφίαν, τὴν ἄπειρον, τὴν τελείαν, τὴν θεαρχικωτάτην ἐγκάρδιον ἐνιδρυμένην ἔχων, *πάντα μὲν ἐρευνᾷ τῷ Πνεύματι, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ*· ὑπ' οὐδενὸς δὲ τῶν ἐπὶ γῆς κατανοεῖται. Καὶ αὐτὸς μὲν *ἀνακρίνει πάντα*· πνευματικὸς γάρ· *ἀνακρίνεται δὲ ὑπ' οὐδενός*· νοῒ γὰρ ἄγεται Χριστοῦ. Καὶ, *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου*, ὃς συμβιβάζει αὐτόν;

D Quanta nimirum et qualia Philippo socius Hierapoli perpessus sit, primamque in cruce suspensionem; omnemque ibi tumultuantium infidelium coitionem ac grassationem, omnemque cruciatum et laborem atque ærumnam? Quænam vero mens intellexerit, quæve oratio auxiliorum Christi copiam, cœlestiumque illustrationum et coruscationum ac fulcimentorum abyssum enarraverit? Quis contemplationis magnitudinem ac theologiæ celsitatem; quisve Bartholomæi divinæ sapientiæ immensam latitudinem pervestigaverit? Qui enim ipsam substantialiter Dei Sapientiam (infinitam illam, perfectam, divinissimam) in corde manentem inque illo fixam habeat, *omnia Spiritu scrutatur, etiam profunda Dei*, tametsi a nullo terrenorum intelligitur. Ac quidem ipse *omnia dijudicat, a nemine autem dijudicatur.* Quippe qui agatur Christi mente; ac, *Quis Domini mentem* ipsum instruentem ac præmonentem *cognovit* [96]?

Τίς δὲ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων τεράτων ἀναγράψαι τὰς μεγαλουργίας, ὅσα δακτύλῳ Θεοῦ δρῶν, πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ γνῶσιν Θεοῦ τοὺς ἀπηλλοτριω-

Quis per eum facta magnifica portenta litteris exsequatur; quanta Dei digito præstans, eos qui aversis animis erant, ad conversionem Deique

[95] Act. II, 3. [96] I Cor. II, 10, 15, 18.

Digitized by Google

idem permovebat? Ad Arabes enim quos Eudæmonas vocant (id est felices) vir beatissimus profectus; nec id modo, verum etiam Indis postea et orientalibus Æthiopibus Dei sermo lumenque scientiæ ac vitæ æternæ doctrina informatioque, missus, ipsa quorumque lingua magnifice Christum annuntiavit, omnemque adversus homines depellens infestam dæmonum vim ac grassationem, atque omnem morbum, omnemque languorem in Jesu nomine curans; nec paucos mortuos ejusdem nominis potentia, vita donans, innumeros quotidie credentes fidei rudimenta edoctos Christo adjungebat: regenerationisque lavacro emundans, ac deifico Spiritu eorum detergens corda, quos in illis digniores majoremque gratiam consecutos noverat, in episcopos et sacerdotes, omni prosequendus admiratione sacrorum antistes consecrabat; cunctisque sacris ritibus legibusque perornans, ac Scripturarum doctrina mysteriorumque traditione, quantum capiebant, illis proposita, immaculatas Christo Ecclesias per oppida et civitates obiens lustransque excitabat.

A μένους ἐδυσώπει; Ἄραψι γὰρ τοῖς καλουμένοις Εὐδαίμοσιν ὁ μακαριώτατος ἐπιδεδημηκώς· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἰνδοῖς μετὰ ταῦτα, καὶ τοῖς ἑῴοις Αἰθίοψιν, λόγος Θεοῦ, καὶ φῶς γνώσεως καὶ ζωῆς αἰωνίου διδασκαλία καὶ ὑποτύπωσις ἀποσταλείς, ταῖς αὐτῶν διαλέκτοις μεγαλοφώνως εὐηγγελίσατο τὸν Χριστόν. Καὶ πᾶσαν μὲν δαιμόνιον ἀποδιώκων κατ' ἀνθρώπων ἐπιφοράν· πᾶσαν δὲ νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν ὀνόματι θεραπεύων τοῦ Ἰησοῦ· καὶ νεκροῖς δὲ οὐκ ὀλίγοις τῇ αὐτῇ τοῦ ὀνόματος δυνάμει χαρισάμενος τὴν ζωὴν, μυρίους ὅσους ἡμέραν καθ' ἡμέραν πιστεύοντας κατηχῶν προσῆγε Χριστῷ· οὓς τῷ τῆς παλιγγενεσίας ἀνακαθαίρων λουτρῷ, καὶ τῷ Πνεύματι τούτων τὰς καρδίας ἀποσμήχων θεουργικῷ, τοὺς ἀξιωτέρους ἐν αὐτοῖς καὶ τελειοτέρας B χάριτος ἠξιωμένους, εἰς ἀρχιερέας τε καὶ ἱερέας, ὁ θαυμασιώτατος ἱεροτελεστὴς ἐτελετούργει· καὶ πάσαις θεσμοθεσίαις κατακοσμῶν ἱεραῖς, καὶ τῶν λογίων τὴν μύησιν καὶ τῶν μυστηρίων τὴν παράδοσιν, καθὼς ἐχώρουν, παρατιθέμενος αὐτοῖς, Ἐκκλησίας ἀμώμους κατὰ χώρας καὶ πόλεις διερχόμενος ἀνίστη Χριστῷ.

Ejuscemodi Bartholomæi præclare gesta; talis magni Ecclesiæ præconis præstantia: inque eum modum annos longe plures apud immanissimas versatus gentes, nedum nihil ipse illarum contraxit feritatis, sed sua illas humanitate impartivit; nec omnino ignorantia aut nequitiæ illorum vel minima labe suam ipse vitam ac disciplinam aspersit; quinimo excellentia bonitatis divinæque imitationis, illorum impietatis ac morositatis partem plurimam C dissolvit; velut sol emissis e cœlo in cœnum radiis, ac qui non ipse sordescat, sed magis fetorem dissolvat, aboleatque ac minuat.

Τοιαῦτα τοῦ Βαρθολομαίου τὰ κατορθώματα· τοιαῦτα τοῦ μεγάλου τῆς Ἐκκλησίας κήρυκος τὰ προτερήματα· καὶ οὕτως ἐν χρόνοις πλείοσι τοῖς ἀπηνεστάτοις ἐπιχωριάζων ἔθνεσιν, οὐκ αὐτός τι μετέσχε τῆς αὐτῶν θηριωδίας, ἀλλὰ τῆς οἰκείας μετέδωκε φιλανθρωπίας· οὐδὲ τῆς ἀγνοίας ὅλως ἢ τῆς κακίας ἐκείνων κἂν τὸν βραχύτατον σπίλον τῇ κατ' αὐτὸν πολιτείᾳ προσετρίψατο· μᾶλλον μὲν οὖν, ὑπερβολῇ χρηστότητος καὶ θεομιμησίας τὸ πλεῖστον τῆς ἀσεβείας ἐκείνων καὶ σκαιότητος διέλυσεν, ὥσπερ ἥλιος κατὰ βορβόρου τὰς ἀκτῖνας ἄνωθεν ἰείς· καὶ οὐκ αὐτὸς ῥυπαινόμενος, ἐκτήκων δὲ μᾶλλον τὴν δυσωδίαν, καὶ ἀφανίζων καὶ μειῶν.

Quia vero cursu præclare consummato ac fide servata [97], quantos nec numerus capiat, ad Dominum converterat, multisque salutis via exstiterat; jam quoque finem digne laboribus respondentem nancisci cupiebat; pingui nimirum senectute corpore fatiscens [97'], atque ad Christum emigrare, Deique requie frui insatiabili desiderio sitiens [98]. Neque vero Dominus justi desiderium istud contempsit: nec exaudivit quidem, minus tamen quam pro votorum illius ratione tribuit: sed sicut in omnibus ex D Christi compositus rationibus vir Deo beatissimus cum esset, sic Christi pietate ac moribus vitam instituerat, ut Christus alter recte contuentibus et esset et disciplina omni præferret, ita finem quoque ejusmodi subsequi necesse erat, qui toti vitæ congrueret.

Ἐπεὶ δὲ τὸν δρόμον ἄριστα τετελεκὼς καὶ τὴν πίστιν τετηρηκὼς, ἀναριθμήτους μὲν ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον, πολλοῖς δὲ σωτηρίας γέγονεν ὁδὸς, ἐπεθύμει λοιπὸν καὶ τὸ τέλος ἄξιον ἀπενέγκασθαι τῶν πόνων, ἤδη γήρει πίονι τὸ σῶμα πεπονηκὼς, καὶ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν ἀναλύσεως, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καταπαύσεως, ἀπληρώτως ἐφιέμενος. Καὶ οὐκ ἠμέλησεν ὁ Κύριος τῆς ἐπιθυμίας τοῦ δικαίου· οὐδ' εἰσήκουσε μὲν, ἔλαττον δὲ ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ παρέσχετο προσευχήν· ὥσπερ δὲ τὰ πάντα Χριστοειδὴς ὁ θεομακαριστότατος ἀνὴρ ὤν, Χριστοπρεπῶς οὕτως ἐβίωσεν, ὡς ἄλλον ἐκεῖνον τοῖς ὀρθῶς ὁρῶσι καὶ εἶναι καὶ πολιτεύεσθαι, οὕτως ἔδει καὶ τέλος ἀνάλογον ὅλῳ τῷ βίῳ παρακολουθῆσαι.

Quænam vero consummationis causa, ac videamus quam illa religiosa exque Christiana pietate. Contigit sacrum Theologum, in quadam urbe majoris Armeniæ (Urbanopolim vocant) versari. In ea magnificis divinisque ex more prædicationibus Deum celebrans; deosque omnes ac omnes dæmones de-

Τίς οὖν ἡ τελειώσεως ἀφορμή· καὶ εἰδῶμεν ὡς Χριστοπρεπής· πόλει γάρ τινι τῆς μεγάλης Ἀρμενίας ὁ ἱερὸς ἐπετέλει Θεολόγος ἐνδημῶν. Οὐρβανόπολιν δὲ ταύτην εἶναι· ἐν ᾗ μεγαληγόρως ἢ θεηγόρως, ὡς ἔθος αὐτῷ, θεολογῶν τὸν Θεόν· καὶ πάντας μὲν θεοὺς, πάντας δὲ δαίμονας ἐξουδενῶν, μόνον δὲ

[97] II Tim iv, 7. [97'] Psal. LXXV, 15; Gen. xv, 15. [98] Phil. I, 23.

Digitized by Google

σέβεσθαι παρεγγυώμενος τὸν Ἰησοῦν, μόνον ἠξίου τοῦτον εἰδέναι Θεὸν ἀληθῆ· *Θεὸν τέλειον, μόνον ἅγιον, ἄχρονον, αἰώνιον, ἀκατάληπτον, φῶς ἀΐδιον ἐξ ἀϊδίου γεννώμενον, εἶτ' οὖν ἀπαυγαζόμενον Θεοῦ τοῦ Πατρός· φῶς ἄναρχον, καὶ συνάναρχον τῆς ἀφράστως καὶ ὑπὲρ λόγον πάντα καὶ νοῦν ἀπαυγαζούσης ἀρχῆς.*

Οὗτος, τὸ ἡμέτερον ὅλον προσειληφὼς, καὶ ἄνθρωπος ὁμοίως ἡμῖν ἐκ Παρθένου ἁγίας καὶ σεμνῆς, ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς ἀλήθεια, γεγονὼς, καὶ ἐπὶ τριετῆ χρόνον ἐν λόγοις θεοπρεπεστάτοις καὶ ἔργοις ὑπερφυεστάτοις ἡμῖν συναναστραφείς, εἶτα σταυρῷ δι' οἰκονομίαν καὶ θανάτῳ προσομιλήσας· εἶτα τριήμερος ἀναστὰς καὶ ἀναληφθείς, ἡμῶν πρὸς αὐτὸν βλεπόντων, εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐν δεξιᾷ κεκάθικε τοῦ Θεοῦ· ὃς καὶ ἔρχεται κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Ἐξ αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς, φησὶν, *ἀποσταλέντες, παραινοῦμεν καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, πιστεύσατε καὶ βαπτίσθητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβόντες, κληρονόμοι ζωῆς αἰωνίου καὶ βασιλείας ἀφθάρτου γενήσεσθε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.*

Τοιαῦτα τοῦ ἱεροῦ Βαρθολομαίου, καὶ πολλῷ πλείω καὶ θειότερα τοῖς παρεστῶσι τῶν ὄχλων κατὰ τὴν ἐκείνων διάλεκτον προσηνεῖ καὶ ἡπίῳ τῷ φθέγματι βοῶντος, καὶ τινῶν μὲν πειθομένων, καὶ τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τιθεμένων, τινῶν δὲ σκληρυνομένων, καὶ δαιμονιώδει κατ' αὐτοῦ ζήλῳ κινουμένων, ἐξαπίνης οἱ πονηρότατοι τὸν θεοπρεπέστατον συναρπάζουσιν πρεσβύτην, καὶ ἀνακραγόντες τοῖς πρώτοις κατ' αὐτοῦ τῆς πόλεως ἐμφανίζουσιν. Οἵ γε τοῦτον ἰταμῶς ἄγαν ἀνακρίναντες, καὶ τὸν πρεσβευόμενον λόγον ἐπακούσαντες· ὅτι τε Θεὸς ὢν προαιώνιος, ἄνθρωπος γέγονεν ἐγχρόνιος· καὶ ὅτι ἐσταύρωται, καὶ ὅτι τριήμερος ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνέστη· καὶ ὅτι ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὅτι ἔρχεται πάλιν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ὡς οὖν οὕτως ἤκουσαν οἱ δυσσεβεῖς, τῷ καινοπρεπεῖ τοῦ ῥήματος ἐμβροντηθέντες, καὶ πρὸς τὸν ἐσταυρωμένον δυσχεράναντες, αὐτίκα δὴ τὸν αὐτοῦ κήρυκα μαστιγοῦσι, καὶ ἀνασταυροῦσιν, ἄξιον ἐπιφωνοῦντες τὸν τοῦ ἐσταυρωμένου μύστην σταυρὸν τὴν ζημίαν ὑποσχεῖν.

Καὶ ὃς εὐθύμως προσῄει τῷ ξύλῳ, μετὰ πλείστης ὅσης προσηλοῦτο χαρᾶς· ἐντεῦθεν ἄγγελοι μὲν οὐρανόθεν ἐπ' αὐτὸν καταβαίνοντες καὶ ἀναβαίνοντες, ὑπερφυεστάτην ἀνάβασιν ὡδοποίουν. Διηνέῳκτο δὲ ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν αὐτῷ, καὶ πᾶσαι δὲ τῶν οὐρανίων Δυνάμεων ἱεραρχίαι, πρὸς ὑποδοχὴν καὶ δεξίωσιν τῷ φιλτάτῳ τοῦ Κυρίου παρεσκευάζοντο μαθητῇ. Ὁ δὲ χαριστήριον ὁμοῦ καὶ ἱκέσιον πρότερον, ὥσπερ εὐῶδες θυμίαμα προαναπέμψας τὴν ἐξομολόγησιν τῷ Πατρί· ἔπειτα, προσηνῶς μὲν καὶ ἀσμένως τῶν ἐνδέσμων ῥηγνύμενος τῆς σαρκὸς, Πνεύματι δὲ Θεοῦ

A spuens, unumque Jesum colendum admonens; eum solum ut verum Deum agnoscerent instabat; nempe: *Deum perfectum, solum sanctum, principii expertem, æternum, incomprehensum, lumen æternum ex æterno natum lumine; id est, manantem ex Deo Patre splendorem, lumen principii expers ac coexpers principii, principio, quo auctore nulla vi verborum explicabili ratione, supraque omnem rationem et effulget.*

Hic, quidquid nostræ concretionis est assumens, similique nobis ratione ex sancta ac castissima Virgine factus homo, uti fidei nostræ veritas docet, triumque annorum spatio divinissimis sermonibus præmagnificisque ac stupendis operibus nobiscum conversatus, tumque propensiore consilio cruce ac morte perfunctus, postmodumque triduanus suscitatus, atque in cœlum, nobis in eum contuentibus, receptus, in dextera Dei sedit: qui etiam venturus est judicatum orbem terræ in justitia, et ut reddat unicuique juxta opera sua. Ejus, inquit, *nos quoque nutu missi, hortamur vos et obsecramus, fratres, ut credatis et baptizemini in nomine ejus; donumque Spiritus sancti accipientes, hæredes vitæ æternæ regnique incorruptibilis efficiemini, in Christo Jesu. Amen.*

Talia atque his longe plura divinioraque cum miti lenique alloquio sacratissimus Bartholomæus astantibus turbis, ipsa earum lingua, declamaret, atque alii quidem crederent, assensumque veritatis doctrinæ præberent; alii vero exacerbarentur, ac dæmoniaca adversus eum æmulatione incitarentur, facta repente coitione, scelestissimi divinissimum senem corripiunt, sublatoque clamore primoribus eum civitatis accusant. Hi severe admodum instituto causæ examine, auditaque ejus prædicationis doctrina, ac, quod Deus cum esset prææternus, homo in tempore factus est; quod cruci affixus, quod triduanus a mortuis suscitatus, quod in cœlum receptus, ac rursum venturus judicatum vivos et mortuos. Cum hæc igitur impii perorantem audissent, verbi novitate attoniti, adversusque crucifixum, indignatione accensi illius confestim præconem verberibus cæsum in crucem agunt; æquum scilicet pronuntiantes, ut crucifixi discipulus crucis pœna multaretur.

Ille porro alacri animo lignum adiens, maximo gaudio illi confixus est. Hinc angeli e cœlo in eum descendentes et ascendentes [98*], augustissimum illi ascensum præstruebant. Apertum ei superne cœlum, omnesque cœlestium Potestatum ordines, ad suscipiendum charissimum Domino discipulum ejusque pompam parati erant. Hinc ille, gratiarum prius actionis ac supplicationis, fragrantissimi instar thymiamatis, confessione ad Patrem directa, tumque leniter ac placide abruptus carnis vinculis, Deique Spiritui e terra in cœlum assumenti devin

[98*] Joan. I, 51.

Digitized by Google

ctus atque compactus, sic e corpore perfecte evolat et ad Deum cum claritate commigrat : atque ut vere filius ad Patrem cœlo celsiorem inenarrabili exsultatione deductus, hæreditatem incontaminatam atque longævam, divinissimamque jucunditatem, atque supremum ac primum cum Petro et Paulo apud summum omnium Regem honorem consequitur.

A συνδεόμενος καὶ συναρμολογούμενος, τῷ τοῦτον ἀναλαμβανομένῳ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀπὸ γῆς, οὕτω τελέως ἀφίπταται μὲν τοῦ σώματος, ἐνδημεῖ δὲ μετὰ δόξης πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ὡς ἀληθῶς τέκνον τῷ ὑπερουρανίῳ Πατρὶ ἀνεκλαλήτῳ προσεληλυθὼς ἀγαλλιάματι, τῆς ἀμιάντου κληρονομίας καὶ μακραίωνος, τῆς θεοτελεστάτης τερπνότητος, καὶ τῆς ἀνωτάτω καὶ πρώτης μετὰ Πέτρου καὶ Παύλου παρὰ τῷ Παμβασιλεῖ καταξιοῦται τιμῆς.

Idcirco saluto te, charissimum Deo ac sanctissimum caput. Salve, lapis pretiosus, unus ex duodecim, summo angulari dignus lapide; pretioso dignus margarito, velut illi immediate cohærens, eique aptatus atque contextus, et coædificatus, in habitaculum Dei in Spiritu.

Προσαγορεύω σε τοιγαροῦν, τὴν τιμιωτάτην τῷ Θεῷ καὶ παναγεστάτην κεφαλήν. Χαῖρε, ὁ λίθος ὁ τίμιος, ὁ εἷς τῶν δώδεκα, ὁ ἄξιος τοῦ ἀκρογωνιαίου, ἄξιος τοῦ πολυτίμου μαργαρίτου, ὡς αὐτῷ προσεχῶς ἠγγικὼς καὶ συναραρὼς καὶ συνυφασμένος καὶ συνῳκοδομημένος, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν
B Πνεύματι.

Salve, stella lucidissima ac spectabilis, pulcherrimaque ac late conspicua, qui undecim consertus, instarque stellæ [99], plexæ illi coronæ gloriæ inditus ac appositus es, quam cœlestis sponsus, ut sacratissimum habet eloquium, aptavit capiti sponsæ.

Χαῖρε, ἀστὴρ φωτοφανέστατε καὶ περίοπτε, περικαλλέστατε καὶ περίβλεπτε· ὁ τοῖς ἕνδεκα συνηρμοσμένος, καὶ εἰς τὸν στέφανον τὸν πλακέντα τῆς δόξης συγκαταστεριζόμενος καὶ συνταττόμενος, ὃν ὁ οὐράνιος νυμφίος, κατὰ τὸ μυστικώτατον λόγιον, τῇ τῆς νύμφης ἐφήρμοσε κεφαλῇ.

Salve, Angelorum jucunditas, Archangelorum cura, Principatuum odoris fragrantia; ac quidem Potestatum splendor, Dominationum vero augustum decus : qui Thronis consideas; Cherubim sodalis, ac Seraphim contubernalis exsistas.

Χαῖρε, τῶν Ἀγγέλων ἡ θυμηδία, τῶν Ἀρχαγγέλων ἡ θεραπεία, τῶν Ἀρχῶν ἡ εὐωδία· καὶ τῶν Ἐξουσιῶν μὲν ἡ λαμπρότης, τῶν Κυριοτήτων δὲ ἡ κοσμιότης· ὁ τῶν Θρόνων σύνθρονος, καὶ τῶν Χερουβεὶμ συνόμιλος, καὶ ὁμοδίαιτος τῶν Σεραφείμ.

Salve, apostolorum gloria, martyrum illuminatio, sanctorumque omnium sanctificatio et jucunditas; res Deo digna, nomenque prorsus desiderabile; digne divineque pro nominis ratione Bartholomæus nuncupatus; vere *filius suspendens aquas* : id enim nomen sonat, si quis interpretetur.

Χαῖρε, τῶν Ἀποστόλων ὁ καλλωπισμός· τῶν Μαρτύρων ὁ φωτισμός, καὶ πάντων Ἁγίων ἁγιασμὸς καὶ
C ἁγλαϊσμός· τὸ ἀξιόθεον πρᾶγμα, τὸ ἀξιοπόθητον ὄνομα· ὁ ἀξιώνυμος καὶ θεώνυμος Βαρθολομαῖος· Ὁ ἀληθῶς ὕδατα κρεμάσας υἱός· τοῦτο γὰρ ἡ σημασία τοῦ ὀνόματος.

Salve ac gaude, quod et ipse Dei imitatione sicut Dei Filius verbo aquas sublimes aere librat [99], levatque e terra, quibus etiam juxta Scripturam, *tegit cœnacula ejus* [1] : sic quoque tu, aquas multas (humiles scilicet animos tua opera credentium Christo) prædicatione tua sustollis; spiritalioresque a terreno penitus sensu suspendens, ac in Deum perfectius elevans, in illis qui secundi ordinis sunt, ac cœnaculorum rationem habent, animos fidelium tegis.

Χαῖρε, ὅτι θεομιμήτως καὶ αὐτὸς, καθάπερ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, λόγῳ τὰ ὕδατα διαέρια μετεωρίζει καὶ κουφίζει τῆς γῆς, *οἷς καὶ τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ*, κατὰ τὴν ἑρὰν, *στεγάζει*, Γραφήν· οὕτω καὶ αὐτὸς ὕδατα πολλὰ, τὰς χαμερπεῖς διανοίας τῶν διὰ σοῦ Χριστῷ πιστευόντων, τῷ Εὐαγγελίῳ σου μετεωρίζεις· καὶ τοῦ γηΐνου φρονήματος τοὺς πνευματικωτέρους παντάπασι κρεμάσας, καὶ τελεώτερον ἐπάρας πρὸς τὸν Θεὸν, ἐν αὐτοῖς τὰς δευτέρας τάξεως οὔσας, καὶ
D ὑπερῴων λόγον ἐπεχούσας, τῶν πιστῶν σκεπάζεις ψυχάς.

Salve sis, beate, inclyte ac divine, qui magnum et parvum, multum et paucum salutare Evangelium prædicasti ac docuisti : magnum quidem, quod omnem mentis ratione utentis atque indolis comprehensionem excedat; parvum vero, ob inclinationem atque ad terrigenas demissionem, ac cum eis similitudinem, ejus qui cœlis celsior exsistit. Vel magnum quidem, ob Deitatis majestatem; parvum autem, ob extremam humanæ naturæ exilitatem : quorum nova mistio et concretio, Evangelii caput summaque est. Ac multum quidem, quod multam in se ac immensam intelligentiæ ac sapientiæ abditam

Χαῖρε, μάκαρ, ἀοίδιμε καὶ θεσπέσιε· ὁ μέγα καὶ μικρὸν, πολὺ καὶ ὀλίγον τὸ σωτήριον θεολογήσας Εὐαγγέλιον. Μέγα μὲν, τῷ πάσης λογικῆς διανοίας καὶ φύσεως ὑπεραναβεβηκέναι τὴν κατάληψιν· μικρὸν δὲ, διὰ τὴν συγκατάβασιν καὶ τὴν πρὸς τοὺς γηγενεῖς τοῦ ὑπερουρανίου ταπεινότητα καὶ ὁμοιότητα. Ἢ, μέγα μὲν, διὰ τὸ τῆς θεότητος μεγαλοπρεπές· μικρὸν δὲ, διὰ τὸ μικροπρεπὲς τῆς ἀνθρωπίνης ἐσχατιᾶς, ὧν ἡ καινὴ μίξις καὶ κρᾶσις, τὸ κεφάλαιον τοῦ Εὐαγγελίου χρηματίζει· καὶ πολὺ μὲν, τῷ πολὺν ἐν ἑαυτῷ καὶ ἀμέτρητον ἔχειν συνέσεως καὶ σοφίας ἐν ἀπορρήτοις βυθόν· ὀλίγον δὲ πάλιν,

[99] Apoc. XII, 1. [99] Job XXVI, 8. [1] Psal. CIII, 3.

Digitized by Google

ὡς ὀλίγην αὖθ καὶ σύντομον συγκεφαλαιούμενον θεολογίαν. A

Χαῖρε, καὶ κατατέρπου, λαμπρότατε καὶ βασιλικώτατε τοῦ Θεοῦ παῖ, ὅτι σοι θρόνος ἐν οὐρανοῖς παρὰ τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης ἡτοιμάσθη Χριστῷ· ἐν ᾧ καὶ καθιεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτάτων τοῦ Λόγου καὶ κορυφαίων ὀπαδῶν, κρίνων, ὡς ἡ θεία τῆς ἀληθείας ὑπόσχεσις, τὸν Ἰσραήλ.

Χαῖρε, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς θειοτέραις ἐπισκεπτόμενος ἐπιδημίαις, πάσης θλίψεως καὶ καταιγίδος ῥῦσαι, καὶ ὀδύνης καρδίας καὶ πειρασμῶν· καὶ ἀπὸ προσώπου μὲν ἐχθροῦ πύργος ἡμῖν ἰσχύος γενοῦ· γενοῦ δὲ μεσίτης καὶ διαλλακτὴς ἀγαθὸς πρὸς Χριστὸν, ἀκαταισχύντους αὐτῷ προσάγων, καὶ προσοικειῶν τῷ Παμβασιλεῖ· εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ B ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

contineat altitudinem; paucum vero rursus, quippe quod paucam ac compendio brevem summa colligat de divinis doctrinam.

Gaude ac lætare, clarissime regalissimeque Dei fili! quod tibi sedes in cœlis apud Regem gloriæ Christum parata est, in qua etiam cum antiquissimis ac primariis Verbi discipulis, pro eo ac divina vere cautum promissione est, Israelis judex sessurus es[3].

Salve sis, verum nos quoque divinioribus invisens conspectibus, ab omni ærumna et turbine libera, cordisque dolore et tentationibus: ac esto nobis turris fortitudinis a facie inimici[4]: esto et sequester ac bonus cum Christo pacator, qui nos illi inconfusos adducas, summoque omnium Regi concilies; in gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

—

Translationem sacri pignoris Bartholomæi in Liparim insulam, Latini pariter ac Græci concorditer memorant. Significat Gregorius diu post ejus martyrium contigisse, cum infideles illarum regionum potirentur, qui sic fidelium devotioni obtundere, et sancti apostoli cultum abolere pertentarint; cum Deus majori cultu habendas ejus exuvias ad partes Occiduas, ac postremo Romam sacerdotii arcem destinaret. Nostra breviter, at graviter Tiliana Menæa II Junii: Σταυρῷ παραδοθεὶς ἐν Ἀρβανουπόλει τελειοῦται ἐνδόξως, καὶ ἐν μολυβδίνῳ λάρνακι τεθεὶς τῇ θαλάσσῃ ἐναπορρίπτεται. Ὑπὸ δὲ θείας προνοίας μέχρι Σικελίας, ἐν Λιπάρῃ τινὶ νήσῳ κομισθεὶς καὶ φανερωθεὶς, ἐκεῖσε θάπτεται· *Cruci traditus Arbanopoli gloriose consummatur; inque urna plumbea positus, in mare projicitur. Dei tamen providentia usque in Siciliam, in insulam quamdam Liparam delatus atque manifestatus, ibi sepelitur.* Verum edita 25 Augusti sic cuncta fuse narrant.

—

Ἡ ἐπάνοδος τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρθολομαίου. C

Reversio reliquiarum sancti apostoli Bartholomæi.

Ὡς *θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ!* Εὔκαιρόν ἐστι κἀμοὶ νῦν ἀναβοῆσαι, διηγήσασθαι προαιρουμένῳ ἐξαίσιόν τι καὶ φρικῶδες τερατούργημα. Ὁ γὰρ ἅγιος ἀπόστολος Βαρθολομαῖος ἐν διαφόροις τόποις τὸ τοῦ Κυρίου ὄνομα φανερὸν τοῖς ἀνθρώποις ἀνακηρύξας, σταυροῦται ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀρμενίᾳ τῆς Ἀνατολῆς (44)· τοῦτον καταθέντες ἐν λάρνακι λιθίνῃ (45) ἐν τῷ τέλει αὐτοῦ πιστοὶ εὑρεθέντες, ἀπέθεντο ἐν Οὐρβανουπόλει. Ὡς δὲ ἡ λάρναξ ἐκείνη ἀεννάους τὰς ἰάσεις βλυστάνουσα ἦν, προσέτρεχον οἱ λαοὶ, καὶ ἀπηλλάσσοντο τῶν ἐνοχλούντων

Quam *mirabilis Deus in sanctis suis*[5]! nunc quoque ipse opportune clamavero, qui stupendum quidpiam atque tremendum prodigium narraturus sim. Sanctus enim apostolus Bartholomæus, cum nomen Domini in diversis locis prædicatione sua mortalibus notum reddidisset, in majori Armenia, quæ plagæ orientalis est, cruci affigitur. Qui autem ejus consummationi adesse fideles inventi sunt, depositum in arca lapidea, Urbanopoli condiderunt. Cumque arca illa, seu urna, jugi sanitatis vena scaturiret, concurrentes populi, morborum mole-

[3] Matth. XIX, 28. [4] Psal. LX, 4. [5] Psal. LXVII, 39.

(44) *Τῆς Ἀνατολῆς.* Hoc ipsum forte voluit Œcumenius sua Synopsi, ubi editum, τῆς Ἰνδικῆς; tametsi etiam Studita Armeniam Indiæ videtur dicere, cum sic ait: *Deinde Indiæ evangelizans, ad ultimum in Armenia Majori, quæ ejusdem est provinciæ.* Nota regio ἡ Ἀνατολή, ipsa vasta, et unde sic dicta Græcis, quod scilicet ad orientem esset Constantinopoli; quæ et latius accepta ipsam Armeniam complectatur. Auctor perinde cruce sublatum refert apostolum. Unus ex Græcis Studita, *Decoriatus ab impiis in modum follis, capite plexus est*; cujus phrasim essent imitati, *qui a Barbaris vivum excoriatum, et jussu Astyagis capite truncatum*, dixerunt. Sic nempe utrumque Persæ nectebant supplicium, alterumque alteri præibat, velut fere apud Romanos, prius rei virgis aut fustibus cædebantur, quam morte plecterentur. Præivisse item crucem, ut sic omnia concilientur, non facile ac- D quiescam Lipomano; sed aliam aliamque traditionem, quod attinet ad supplicii genus, esse sentio. Nisi forte tanta rabies fuit, ut sic crucifixum capite in terram verso e cruce seminecem extraxerint, aliaque Persico more illi tormenta irrogarint: quod tamen auctores utriusque sententiæ ne hilum quidem insinuant, ut quasi ex illis legitime satis possimus conjicere.

(45) *Ἐν λάρνακι λιθίνῃ.* Sic quoque Joseph et Studita; cum noster Menæorum codex, sic expressum μολυβδίνην habeat, id est *plumbeam*. Ac, num, quod fere usus habet, in arca lapidea, urna plumbea erat, ac utrumque in mare projecerunt inofficiosi homines, ne qua apostoli memoria, etiam vacuo tumulo, apud eos exstaret, et qua confoveri posset populi in eum devotio? Mea hæc conjectura; alii divinent; vel quod plurium est, admittant.

Digitized by Google

stia liberabantur. Videntes itaque diaboli ministri, furore in urnam illam incendebantur; ac quandoque deliberatione habita, urnam in qua erat sancti apostoli corpus, cum quatuor aliis sanctorum martyrum urnis, in mare projecerunt. Id vero omne contigit, ut et tantus maris tractus, quantum emensi sunt, per illos sanctificaretur, ac loca per quæ illos divisit divina gratia, benedicerentur.

Magnos enim Ponti sinus subnavigans apostolus, altisque Hellesponti superatis angustiis, Ægeum mare et Adriaticum petiit, relictaque a sinistris illustri ac maxima Siciliæ insula, una comites habens qui in aliis urnis præclara victoria inclyti martyres erant, Pappianum, Lucianum, Gregorium et Acacium, ad insulam, quam Liparam vocant, appulsus est. Quam mirabilia opera tua, Domine [8]! Ecquænam oratio laudandis illis sufficiat? Ac quidem præclari victores martyres, velut rege quodam, ubi eum conquiescere voluerant, magno derelicto apostolo, statim reversi sunt, quo loco divinæ providentiæ visum erat, singulis illis hospitium sedesque ascribere : Pappianus quidem in urbem Siciliæ Amyllam; Lucianus vero, Mesanam; Gregorius, Columnam Calabriæ urbem; Acatius Ascalum civitatem sic dictam.

Tum apostolus adventum suum Agathoni intimat. Statimque episcopus matura diligentia, ubi magnum horrendumque prodigium vidit, stupore plenus : *Unde*, inquit, *tibi, Lipara, tantus hic ingensque thesaurus advenit? Plane eximie magnificata es et clarificata. Choros age, sali atque exsulta. Suscipe tuis manibus, et ad eum clama : Fauste venisti, apostole Domini.* Hæc aliaque non pauca prolocutus episcopus, laudesque apostoli atque insulæ prosecutus, dicendi finem fecit.

Quodque deponenda urna loco illustri, quo scilicet loco divinum delubrum ad gloriam celebratissimi apostoli excitandum erat; trahentibus multis, nihil illa obsequebatur, donec revelatione divina beatus Agatho adducto vitularum jugo, ac funiculis alligatis, ingentis molis arcam illam, inhabitantis potentia facile traxit, quo apostoli voluntas delegerat.

Ingens porro miraculum miraculis comes secutum, ac cui forsan plures eorum quibus ignota divina prodigia sunt, fidem abnegabunt. Exiguæ mo-

παθῶν. Ταῦτα οὖν βλέποντες οἱ τοῦ διαβόλου ὑπουργοὶ, ἐμαίνοντο κατὰ τῆς λάρνακος ἐκείνης· καὶ σκεψάμενοί ποτε, ἀπέῤῥιψαν ταύτην, συνέχουσαν καὶ τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ ἀποστόλου ἐν τῇ θαλάσσῃ, σὺν ἑτέραις λάρναξιν ἁγίων μαρτύρων τέσσαρσι. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα καὶ ἡ τοσαύτη θάλασσα ἣν διῆλθον, ἁγιασθῇ δι' αὐτῶν· καὶ οἱ τόποι καθ' οὓς ἡ θεία χάρις αὐτοὺς διεμέρισεν, εὐλογηθῶσι.

Τοὺς γὰρ μεγάλους τοῦ Πόντου ὑποπλεύσας κόλπους ὁ ἀπόστολος, καὶ τὰ στενὰ τοῦ Ἑλλησπόντου παραδραμὼν βάθη, τὸ Αἰγαῖόν τε καὶ τὸ τοῦ Ἀδρίου κατέλαβε πέλαγος· καὶ τὴν τῶν Σικελῶν περιφανῆ τε καὶ μεγίστην ἐν εὐωνύμοις καταλιπὼν νῆσον, ἔχων συνεπομένους αὐτῷ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἑτέραις λάρναξι καλλινίκους μάρτυρας, Παππιανὸν, Λουκιανὸν, Γρηγόριον καὶ Ἀκάκιον, νήσῳ τῇ οὕτω καλουμένῃ Λιπάρᾳ, προσωρμίσθη. Ὡς θαυμάσια τὰ ἔργα σου, Κύριε! καὶ τίς λόγος ἐξαρκέσει πρὸς ὕμνον τῶν θαυμασίων σου; Καὶ οἱ μὲν καλλίνικοι μάρτυρες, οἷά τινα βασιλέα ἐν ᾧ ἂν ἤρτεσαντο ἀναπαύσασθαι τὸν μέγαν καταλιπόντες ἀπόστολον, αὐτίκα ἀνθυπενόστησαν, ἔνθα ἂν ἕκαστον ἡ θεία κατασκηνῶσαι εὐδόκησε πρόνοια· Παππιανὸν (46) μὲν εἰς Ἄμυλλαν πόλιν Σικελίας· Λουκιανὸν δὲ ἐν Μεσήνῃ· Γρηγόριον ἐν Κολύμνῃ πόλει Καλαβρίας, καὶ Ἀκάκιον εἰς Ἀσκάλους πόλιν οὕτω καλουμένην.

Τότε Ἀγάθωνι τῷ θείῳ ἑαυτὸν καταμηνύει ὁ ἀπόστολος. Καὶ παρευθὺς ὁ ἐπίσκοπος σπεύσας, τὸ μέγα καὶ φρικῶδες ὡς εἶδε τεράστιον, θάμβους πλησθείς, *Πόθεν σοι οὗτος, ὦ Λιπάρα,* ἀπεφθέγγετο, *ὁ πολὺς προσεγένετο πλοῦτος; Ὄντως ἐμεγαλύνθης ὑπερβαλλόντως καὶ ἐδοξάσθης. Χόρευσον, σκίρτησον. Ὑπόδεξαι χερσὶν οἰκείαις καὶ βόησον πρὸς αὐτὸν, Καλῶς παραγέγονας, ὁ τοῦ Κυρίου ἀπόστολος.* Ταῦτα καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα ὁ ἐπίσκοπος εἰπὼν, καὶ ἐγκωμιάσας τόν τε ἀπόστολον καὶ τὴν νῆσον, κατέπαυσε τὸν λόγον.

Ἐπεὶ δὲ ἔδει ἀποκαταστῆναι τὴν λάρνακα καὶ ἐν τόπῳ ἐπισήμῳ, ἐν ᾧ καὶ θεῖος σηκὸς ἔμελλεν ἀνεγείρεσθαι εἰς δόξαν τοῦ πανευφήμου ἀποστόλου, ὡς μὲν ἕλκοντες πολλοὶ, ὑπήκουε δὲ οὐδαμῶς, ἕως ἀποκαλύψει θείᾳ ὁ μακάριος Ἀγάθων ζεῦγος ἀγαγὼν δαμάλεων, καὶ λεπτοῖς ἀποδήσας καλωδίοις, τὴν παμμεγέθη ἐκείνην λάρνακα, τῇ τοῦ ἐνοικοῦντος δυνάμει, εὐκόλως ἧξε, ὅπου τὸ τοῦ ἀποστόλου ὑπῆρξε θέλημα.

Θαῦμά τι δὲ θαύμασι συνείπετο μέγιστον, καὶ πολλοῖς ἴσως τῶν ἀμυήτων τῶν θείων τερατουργιῶν ἄπιστον. Νησίδιον γὰρ Βουρκάνος (47) ὀνομαζόμενον,

[8] Eccli. II, 4.

(46) *Παππιαρόν.* Anastasius in Studita *Papinum* vocat; apud quem etiam nomina urbium minus corrupta sunt : de quibus videnda nostra. *Bibl. PP. concionat.*

(47) *Βουρκάνος.* Anast. in Studita, *Vulcanus;* favetque allatæ jam mihi conjecturæ, permutationis litterarum ex soni affinitate, ubi sic crassioribus auribus Græci audiunt in nominibus propriis. Miraculum vere stupendum, cujus tamen Joseph non meminit, qui videatur Studita antiquior, et qui jam nomen haberet Metaphrastis ætate. Certe ejusmodi est, cui non facile arrogent fidem nedum ἀμύητοι τῶν θείων τερατουργιῶν, ut auctor scribit, sed nec qui divinam in prodigiis virtutem sancte venerantur. Potest hæc hisque majora illa præstare, sed facile etiam est in ejusmodi vulgi obrepere. Vulcaniæ ejusmodi insulæ, in quibus pars magna sulphur est et materia combustibilis, magna habent symptomata, ex ipsa rerum natura et absque miraculo : in quibus non injucunda lectu, quæ nuper in

Digitized by Google

καὶ πηγὴν ἔχον νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀναβράζουσαν, ὡς μόνον τὴν τοῦ ἀποστόλου παρουσίαν ᾔσθετο, ἐπειδὴ τῇ ἐγγύτητι τὴν Λιπάραν κατέβλαπτε, θείᾳ δυνάμει εὐθέως ἀποσυρὲν, ἑπτὰ σταδίους μακρὰν ᾤχετο, τοῦ παρασυρμοῦ ὥσπερ ποταμίου ῥεύματος μέχρι τῆς σήμερον τὸ θαῦμα ἀνακηρύττοντος. Ὦ παραδόξων θαυμασίων! ὦ ὑπερβαλλόντων τερατουργημάτων! ποῦ τοιαῦτα ἐν πάσῃ τῇ ὑφ' ἥλιον διέγνωσται; Ἐπειδὴ δὲ ἀνήγειρε καὶ περικαλλῆ ναὸν ὁ ἐπίσκοπος τῷ ἀποστόλῳ, καὶ ἐν αὐτῷ ὡς πολύτιμον θησαυρὸν τὸ μακάριον ἐκεῖνο καὶ σεβάσμιον κατέθετο λείψανον σὺν τῇ λάρνακι, τίς δύναται ἐξειπεῖν τὰ ἐκεῖσε ὁσημέραι γινόμενα θαύματα;

Ἐτῶν οὖν πλείστων παραδραμόντων, ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως (48), τοῦ φρουρίου ἐν ᾧ ἅγιος ἀπόστολος κατέκειτο διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὰς ἀνομίας ἡμῶν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν συλληφθέντος, καὶ πάσης τῆς νήσου Λιπάρας ἀοικήτου διαμεινάσης, ὁ τῆς πόλεως Βενένδου ἄρχων τὰ ἀποστολικὰ θαύματα ἀναμαθὼν, πίστει ζεούσῃ πρὸς τὸν ἅγιον κινηθεὶς, ἐκ τῆς Ἀμαλφινῶν πόλεως ἄνδρας τινὰς ναυσιπόρους προσκαλεσάμενος, καὶ τούτοις χρήματα ἱκανὰ δοῦναι ἐπαγγειλάμενος, ἠξίωσεν ἀπελθεῖν, καὶ τὸν πολύτιμον ἐκεῖνον πρὸς αὐτὸν ἀνακομίσαι θησαυρόν. Ὃ καὶ ἐγένετο.

Ὁ γοῦν ῥηθεὶς ἄρχων ἐκ πολλοῦ διαστήματος τῆς θαλάσσης ὢν, τόν τε τοῦ τόπου ἐπίσκοπον καὶ πολλοὺς ἄλλους τοῦ τε κλήρου καὶ τοῦ πλείστου λαοῦ συγκινήσας, πρὸς ὑπαντὴν ἐξῆλθεν τοῦ ἀποστόλου· οὗ καὶ τὸ ἅγιον λείψανον ἐν τῇ πόλει Βενένδου ἀγαγὼν, ἐν σεβασμίῳ τόπῳ κατέθετο. Ἔνθα καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶν ὁ μέγας ἀπόστολος, πᾶσι τοῖς ἐκεῖσε ἐδείκνυτο, εἰς δόξαν τοῦ ὑπεραγάθου Θεοῦ ἡμῶν.

lis insula est, Vulcanum vocant, in qua fons ignis ebulliens nocte dieque. Hæc, ubi duntaxat apostoli sensit adventum, quod vicinitate Liparam oblædebat, divina potentia statim retracta, septem procul stadiis recessit; quod miraculum tractus velut recedentis fluvii in hunc usque diem prædicat ac prodit. O inaudita stupendaque miracula! o modum omnem excedentia prodigia! Ubi talia in universa quæ sub sole est cognita? Postquam vero etiam episcopus elegantem ædem apostolo excitaverat, atque in illa quasi pretiosum thesaurum, beatum illud ac venerabile pignus cum urna deposuerat, quis referre possit quanta ibi quotidie fierent miracula?

Longa itaque annorum decursa serie, extremis temporibus, in diebus Theophili imperatoris, capto ab Agarenis, ob plura nostra scelera, in quo sanctus apostolus jacebat, præsidio, omnique Lipara insula manente desolata, Beneventanæ urbis regulus, apostoli perceptis miraculis, ferventi erga sanctum fide excitatus, Amalphitanæ urbis nautis aliquot convocatis, ac quantas par erat pecunias dare pollicitus, ire jussit, ac pretiosum illum thesaurum ad se deferre. Quod et contigit.

Quem dicebam itaque regulus longo procul a mari intervallo, accitoque loci episcopo multisque aliis, tum ex clero tum ex vulgi plebe in occursum apostoli exivit; adductumque Beneventum sacrum pignus, in venerabili æde deposuit: ubi etiam oppidanis omnibus sanctitates præstans clarescebat magnus apostolus, in Dei nostri gloriam, qui omnem boni rationem excedit.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον (49).

Ματθαίου δὲ μνήμης τί ἂν γένοιτο χαριέστερον; Δι' ὅτι οὐ ψιλὸν ἡμῖν τὸν ἀπόστολον, κατὰ τοὺς ἄλ-

ORATIO XI.

Laudatio sancti celebratissimique apostoli et evangelistæ Matthæi.

Matthæi memoria quidnam fuerit gratius? quod scilicet non nudum nobis apostolum, sicut reliquos,

Relatione insulæ sanctæ Irenæ prope Cretam habentur scripta.

(48) *Ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως.* Appendix Anastasiana perinde refert, etsi Theophili non meminit; pauloque aliter rem narrat; nempe factam revelationem cuidam monacho Græco ut dispersa ossa colligeret signo divini luminis agnita; quæ ipsa ejus rei fama, sive etiam miraculorum quæ olim percrebuerant in sancti apostoli tumulo, in causa fuerit, ut ita Beneventanus regulus seu magistratus, per conductos Amalphitanos nautas sacrum pignus sibi rapiendum putaverit, ipso forsitan Græco monacho annuente, et cum a suis Græcis nihil jam opis exspectaret. Sicque alia aliam juvet narratio, non quidquam officiat.

(49) Matthæi res, præter Evangelium ab eo scriptum, obscuræ admodum remansere, nullis certæ fidei auctoribus consignatæ; Abdia Babylonio fabuloso auctore fere proditæ, quem ipsum exscribit Perionius; quodque nulla affert veterum monumenta, nullam eis majorem conferre auctoritatem certum est. Quæ *novissime ex antiquis monumentis et sanctorum Patrum scriptis collegit R. D. Marc. Antonius Columna archiepiscopus Salernitanus, et sane quidem erudite*, ut auctor est Baronius in notis,

mihi in manus non venere; et forte potuissent laborem levare, gratiamque is ipse fecisset, si ex illis aliquid saltem delibasset: nisi sunt illa ipsa quæ affert. Ait autem se legisse in libello Hippolyti *De duodecim apostolis, Matthæum victimam factum virginitatis: alludente nimirum auctore ad historiam de sancta Iphigenia virgine, quæ legitur in Actis ejus ab eo Deo dicata.* Nempe legitur in Actis illis Abdianis: nusquam alibi: mihi editus Hippolyti indiculus nihil habet ejusmodi; at nec Matthæi in Æthiopiam itineris aut prædicationis, quæ proinde videri possint in Hippolyto subdititia. Metaphrastis nomine vulgata Acta a Lipomano et Surio omissa, cum probatiora videantur, quam illa altera illi repræsentata, eidemque Lipomano secundo loco edita, extra Parthiam non trahunt Matthæum, et Hierapolim Syriæ, in qua martyrium fecerit. Ac de Iphigenia, certum est, præter novas Romanas tabulas Baronio aliisque auctas, Clem. VIII summo pontifice, nullas alias ejus nomen habere, ne ipsis quidem Romanas paulo superiores; in quibus hoc solum de Matthæo: *Natale sancti Matthæi apostoli et evangelistæ, qui apud Æthiopiam prædicans, martyrium passus est. Hujus Evangelium Hebraico sermone conscriptum, Christo revelante, tempore Zenonis*

Digitized by Google

nominis nuncupatio deliniêet, sed una quoque evangelistæ dignitatem inferat : evangelistæ autem me- A λους, ἡ τοῦ ὀνοματος κλῆσις ὑπογράφει, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ εὐαγγελιστοῦ συνεπάγεται. Εὐαγγελιστοῦ

imperatoris inventum est. Eademque fere Beda, qui et Hortaci nomen addit, insinuans se ex Abdia bibisse; ex quo nescio an tuto satis vindicare potuerint Iphigeniæ nomen, qui eas tabulas auxere. Æthiopiam etiam habet Socrat. l. I, c. 15 : Θωμᾶς μὲν τὴν Πάρθων ἀποστολὴν ὑπεδέχετο· Ματθαῖος δὲ τὴν Αἰθιοπίαν· Βαρθολομαῖος δὲ ἐκληροῦτο τὴν συνημμένην ταύτῃ Ἰνδίαν· *Thomas Parthiam suscepit, in qua apostolico munere fungeretur : Matthæus Æthiopiam ; Bartholomæus Indiam, quæ huic finitima est.* Interiorem vero Indiam censet non penetrasse, ad quam Constantino Magno imperatore fides pervaserit, et cui Frumentius episcopus datus sit. Proinde loquitur Socrates de Æthiopibus Asiaticis, vicinis terræ sanctæ, nec forte ab aliis dissentit, qui vel Hierii, vel Hierapoli Syriæ apud Parthos vel B Persas martyrium fecisse scripserunt. In his Martyrologium Corbeiense magnæ certe antiquitatis et fidei. xi. Kal. Oct. : *In Persida, civitate Tarrium, natalis sancti Matthiæ evangelistæ.* Scripsit Hierium, quod sic antiquarius depravarit, vel qui non satis accurate ex illo exscripsit. Idem pridie Non. Maii omissio solum civitatis nomine : *In Persida, natalis S. Matthæi apostoli et evangelistæ. De loco ubi passus est, vel ubi sepultus*, inquit Baron, *potius assentior Venantio Fortunato, qui ante annos mille vixit : is etenim dum agit de apostolis singulis, ipsisque locis ubi passi et conditi sunt, hæc de Bartholomæo atque Matthæo canit :*

Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum eximium Naddaver alta virum.

Mihi quoque esset magnum ad fidem, si suæ res ætatis Fortunatus referret, vel non liqueret ex ipso Abdia suam Naddaver Matthæi habuisse, ut et Bar- C tholomæi Indiam, quem sic alii eo profectum narrant, ut tamen in Asia fuerit martyrio coronatus, de quo Greg. Turon. *De gloria martyr.*, c. 34 : *Apud Asiam*, inquit, *passum, agonis ipsius narrat historia ;* et ut Sophr. apud Hieron., nosterque Hippolytus, *in Armenia.* Euseb. l. v, c. 10, refert ipse quidem incerto rumore Bartholomæum unum ex duodecim apostolis prædicasse in India, apud quos Evangelium Matthæi Hebraicis litteris scriptum dicatur reliquisse, et quem Pantænus illic reperit : non tamen quod ibi diem obierit. Contra fidem interpretis Ruffinus illud inde Evangelium Pantænum secum detulisse ait : quod Eusebius non dicit, ut etiam Henricus Vales. recte observavit. Aliudque fuerit quod in bibliotheca Cæsariensi a martyre Pamphilo collecta servabatur, quo utebantur Nazaræi, ipseque Hieronymus commodatum accipit : sed non ipsum Matthæi authenticum, uti nec quæ Syriaca unum, et alterum vulgata sunt. Etiam quod cum Barnabæ corpore inventum Evan- D gelium est Zenone imperatore, Matthæi esse ferunt : sicque Baron. an. 485, n. 4, laudatque historiam, auctore Alexandro monacho ; qui tamen ab ipso relatus, et, ut exstat apud Lipomanum, nihil Matthæi Evangelii meminit. Ejus verba sunt : *Invenerunt etiam Evangelium supra Barnabæ pectus impositum ;* quod deinde Zeno ab Anthimo episcopo sibi mitti petierit, et in palatio suo reposuerit ; *ubi*, inquit, *ad hodiernum usque diem servatur, et in magna quinta Paschæ feria quotanni, in palatii oratorio evangelium ex eo libro recitatur.* Quod magis indicio est, fuisse Græcum Evangelii exemplar, ex quo sic Græce ex usu ejus Ecclesiæ legi evangelium possit, quodque Græcus textus magis ex usu Barnabæ esset, qui præcipue Græcis prædicabat, et quia etiam Judæi in dispersione positi fere Græce callebant ; ut una hac lingua apostoli novum omne instrumentum divino instinctu consignandum putaverint. Synax xi Junii : Οὗτος λέγεται τεθάφθαι ἅμα τῷ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντι κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίῳ, τῷ ἐσύστερον εὑρεθέντι μετὰ τοῦ ἀποστολικοῦ σώματος· ὅθεν καὶ προνόμιον ἔλαβον οἱ πιστοὶ μὴ ὑποχεῖσθαι ὑπό τινα τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ταύτην τὴν νῆσον· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου χειροτονεῖσθαι· *Ferunt hunc sepultum cum Marci Evangelio ab ipso conscripto, quod postea repertum est cum apostoli corpore. Unde et fideles (Cyprii) privilegium nacti sunt, ne ea insula subesset ulli aliorum episcoporum, sed a suo ipsius episcopo ordinationes reciperet.* Non accepit privilegium, sed olim concessum, per eam occasionem illi ratum habitum et confirmatum Zenonis et synodi τῶν ἐνδημούντων Constantinopoli judicio. Qua de re, deque privilegio insulæ Cypri leg. Theod. Balsin. can. 8 synodi Ephes., quo repressus conatus Antiocheni patriarchæ, et relictæ Cypriis ordinationes liberæ. Porro fungi est quidquid Cedrenus in eam rem scribit, excepta sacri pignoris inventione sub ceraso arbore, quod Matthæi Evangelium supra pectus haberet, Ἰδιόγραφον αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου Βαρνάβα· ἐξ ἧς προφάσεως ἔκτοτε γέγονε μητρόπολις ἡ Κύπρος, καὶ τοῦ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν, ἀλλ' ὑπὸ Κωνσταντινούπολιν· *Ea occasione Cyprus metropolis facta est, ut jam non amplius sub Antiochia censeretur, sed soli Constantinopoli subesset.* Nuga hæc. Non hoc quærebatur ut servitutem servitute mutaret, vel quod non habebat acquireret ; sed ut quod erat, αὐτοκέφαλος, suarumque arbitra ordinationum, perseveraret, nec vel Antiocheno, vel ulli alii subesse deberet ; excepto jure προεδρείας et προστασίας Romani antistitis, qua Christi vicarius, summusque omnium pastor est : quo nihil lædit aliarum sedium jura, nec se illarum ordinationibus extra diœcesim propriam (jure antiquo) immiscet. De Evang. Matth. consentit Niceph. l. xvi, c. 37, ac, num inde creditum Matthæi Evangelium potius quam Marci, quod feria illa quinta majoris hebdomadæ Græci, non ex Marco, sed ex Matthæo legant Dominicæ passionis partem : verum nihil vetat quin in eo palatii oratorio, in quo repositus ille Barnabæ codex, ex Marco legeretur, cum eadem ipsa pene Matthæi Marcus habeat, sed paulo breviora. Nicephorus etsi ipse patriarcha, auctor sic nuperus et post captum a Latinis, receptamque a Græcis Urbem scribens, potuit ignorare traditionem suæ Ecclesiæ paulo superiorem. Cedrenus quod ita absurde narrat, nullius pene est fidei. Auctor Synaxarii quam antiquus, me latet, qui sic Marci Evangelium maluerit, utpote consobrini Barnabæ. Nostrum Tilianum, paulo antiquius, nihil istorum habet, ut neque Basilianum Sirleti ; quodque in tabulis Thyinis scriptum ejusmodi Evangelium tradit Alexand. monachus, qui cæteris videtur antiquior, ac reliquis auctor hujus traditionis, existimem fuisse potius Evangelii partem ejusque capita quædam et περιχοπάς, quam integrum codicem, velut forte in Cæcilia, quæ sic Evangelium in pectore et sinu gerebat Beda, *Cujus corpus tempore Zenonis imperatoris, ipso revelante, repertum est*, nulla mentione ejus libri Evangeliorum. Nec aliter Romanæ tabulæ paulo uberiores ante novas Baronianas, per quas invectum illud assumentum, *una cum codice Evangelii sancti Matthæi sua manu descripto.* Romanum quoque Breviar. Pii V : *Ad cujus pectus erat Evangelium Matthæi, Barnabæ manu conscriptum ;* nostrum Prædicatorum addit, *Hebraicum :* sic res crescit eundo, quasi non et Græcum transcribere licuerit. vel nondum esset illud Evangelium Græce redditum Antiquius Rom. etiam hæc nescit. Marianus tamen Scotus an. 483 : *Corpus Barnabæ apostoli, et Evangelium Matthæi, Hebræo stylo scriptum reperitur, ipso revelante.* Sigebertus quoque, *Cum*

Digitized by Google

δὲ μνήμη εὐθυβόλως εἰς ἔννοιαν ἄγει τοῦ Εὐαγγελίου. Τούτου δὲ ἡ ὑπόμνησις τῷ ἐν αὐτῷ δοξαζομένῳ συνάγει Χριστῷ. Μνημόνευσον γνησίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ἵνα μνημονεύσῃς ἀληθῶς Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀναθεωρήσῃς αὐτοῦ τὴν δόξαν ἐνοειδῶς τε καὶ συνεπτυγμένως, τὸ μυστήριον ὅλον τῆς οἰκονομίας διὰ τοῦ σεπτοῦ ὀνόματος νοερῶς μυσταγωγούμενος.

A moria, ad Evangelii recta intelligentiam ducit. Hujus vero recordatio, Christo conjungit, qui in eo laudatur. Memor esto sincere et ex animo evangelistæ, ut Jesu Christi vere recorderis, ejusque gloriam uniformiter ac complexe contempleris, qui dispensationis omne mysterium, per venerandos nominis apices mente docearis.

Ἄξιον μὲν οὖν καὶ πάντας καλεῖν εὐαγγελιστὰς τοῦ Σωτῆρος τοὺς μαθητάς, ὡς τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν εἰρήνην Θεοῦ, τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελισαμένους, καὶ διδαχαῖς ἐνθέοις καὶ χριστομιμήτοις παθήμασι, τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον ἐμφθεγξαμένους τῇ γῇ· οὐχ ἥκιστα δὲ τοὺς τέσσαρας· τούτῳ δὴ τῷ ὀνόματι καλεῖσθαι πρεπωδέστατον, ὡς οὐκ ἀγράφως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως εὐαγγελισαμένους Χριστόν· οὐδὲ ταῖς κατ' αὐτοὺς γενεαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐπιούσαις ὁμοῦ πάσαις, τὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια παραδόντας διὰ τῆς Γραφῆς. Ὧν πρῶτος ὁ ἱερώτα-

Æquum sane ut et omnes Salvatoris discipuli evangelistæ vocentur; ut qui Dei pacem exsuperantem omnem sensum, fausto gentibus nuntio intulerunt, divinisque doctrinis ac Christi æmulis passionibus, salutare Dei in terra prædicarunt. Imprimis vero convenientissimum est ut eo nomine quatuor appellentur, ut qui nedum prolata nude voce, B sed et scripto Christum annuntiarunt; neque suæ duntaxat ætatis hominibus, sed et futuris deinceps omnibus Dei mysteria Scriptura teste propalarunt: quorum primus sacratissimus Matthæus, ad sacram

quo etiam Evangelium Matthæi, ipsius manibus Matthæi Hebraice scriptum, quod erat simul reconditum, invenitur. Quod Evangelium ipse Barnabas secum semper ferre solebat, et ubicunque inveniebat infirmos, ponebat illud super eos, et tam fide Barnabæ, quam merito Matthæi, omnes sanabantur. Quanta hæc, sed unde hausta, et quantæ fidei? Unde quod non habuit Ecclesia ipsum hoc Matthæi autographum pro authentico, vel qua nobis jactura sic periit? Scripsisse Matthæum Hebraice fere veteres consentiunt: hoc vero ipsum illius autographum fuisse homiuis ex suo capite confingentis commentum merito videatur. Scripsit vero ne quæ viva voce ab apostolis, ipsoque Matthæo, Hebræi acceperant, illis ad gentes C abeuntibus, paulatim exciderent, vel etiam falsis admistis corrumperentur. Videndus Euseb. l. III, c. 24; ac num ipsa Nicetæ ratio quam Euseb. insinuat, cum ita scribit: Nempe scripsisse Matthæum, τοῦ, τὸ λεῖπον τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, τοῖς ἀφ' ὧν ἐστέλλετο, διὰ τῆς γραφῆς ἀποπληροῦν· *Ut quod minus per præsentiam præstare potuerat, illis a quibus proficiscebatur, scripto suppleret.* Sic nimirum tenui corpusculo ac debiliori, quo non liceret velut aliis ac coapostolis fulguris instar Evangelium quaquaversus proferre ac prædicare. Potuit et hæc ratio esse, et quod præsentiam subtracturus erat, quod ipsum velle Eusebium arbitror, nec satis mihi explicatum video verbis illis novi interpretis, *quod præsentiæ suæ adhuc superesse videbatur, scripto, illis quos relinquebat supplevit.* Quæ refert Nicephorus l. II, c. 41, Acta sancti Matthæi plane fabulosa, et Abdianis ipsis longe improbabiliora, a quibus non abludit Græcorum Synaxarium ad XII Kalendas De- D cembris, quo die sancti Matthæi solemnia recolunt. Bene tamen est, quod reliqua diei ἀκολουθία et officium, nihil ejusmodi furfurum habet; sed apostolica duntaxat et evangelistarum elogia pie ac graviter strophis odisque modulata: in quibus Theophanes canonis est auctor. Quomodo et Basilianum Sirleti Monologium, *Commemoratio sancti apostoli et evangelistæ Matthæi.* Sive nulla major erat explicatio rerum Matthæi, sive Sirletus non putavit sic absurdis reliquorum elevandam fidem, quæ libro illo continentur. Esse quandoque Synaxaria novi κόμματος et παρακόμματος, falsaque et nullius fidei continere, Græcis recentioribus cusa, indubium est, cujusmodi sunt illa Triodio adjecta ab ipso Nicephoro, cum vetus Triodium nulla haberet, cujusmodi vidi Tilianum, ejusque jacturam deploro, nesciens in cujus manus venerit, per distractionem et auctionem librorum

ejus bibliothecæ. Graviter queritur Radulphus Tungr. l. *De canonum observ.* prop. 11 de illis sacerdotibus qui ejusmodi falsas et incertas narrationes studiose invehunt in divina officia, secus ac statuit Gelasius c. *Sancta Romana*, quod præcipue attinet ad passiones apostolorum, in quibus latinis pleraque spuria, et ex apocryphorum cœnosis lacubus hausta: cum præstaret, veterum more, pie ignorare gesta singula, et primitias Spiritus laboresque in eis omnibus majores suspicere, nostroque Christiana religione antistites atque parentes sub Christo ambitiose venerari et colere supra reliquos sanctos omnes, uti etiam præstant omnibus, quam ullam mendacii, quantumvis officiosi, suspicionem, quæsitis illis narratiunculis et fabellis, nobis sacrisque aspergere. Quod tamen ait idem Radulphus, *Passio apostoli Matthæi hæresim habet contra declarationem Benedicti XII de visione faciali;* nescio quam Passionem, quæve Acta Matthæi notet; nam quæ nobis exstant, nihil ejusmodi videntur habere; nec Abdiana, nec alia. Quin Metaphrastes, aliis probatiora, Lipomano edita, ejusmodi sunt, ut ex illis idem Lipomanus probaverit sanctorum animas jam in cœlo beatas esse, ac Deo frui, cujus contrarium errorem notare voluit Radulphus, et Benedictus confixit: non illum alterum, quem Armenorum dicunt, quod ipsa Dei essentia non sit videnda a beatis, sed duntaxat gloria et majestas, seu splendor quidam sub Deo et συγκατάβασις, non ipsum Dei κρύφιον et ἀκραιφνές. Qua in re laborant nostri theologi explicandis Græcorum quorumdam, Chysost., Theodor., etc., in speciem difficilibus, locis ac dictis.

Placet omnino Nicetæ modestia et sobrietas, qui missis omnibus apocryphis atque dubiis, vel etiam fabulosis et commentitiis, quæ de Matthæo male feriatorum hominum temeritas invexit, una suæ Ecclesiæ ac veterum traditione contentus fuit, ejus scilicet consummationis ac martyrii Hierapoli Asiæ, sive (ut alii) Parthiæ, ubi in ea urbe et metropoli, vicinisque, ac paulo etiam remotioribus regionibus (si has Æthiopiam Asiaticam volumus) strenue operam Evangelio posuisset, ac Ecclesias fundasset; ne explorato quidem ejus mortis genere aut supplicii, quod nescio an ulli veterum prodiderint; exceptis apocryphis, qui sic omnia referunt, ac si cuncta oculis coram usurpassent: quod sane scriptorum genus Ecclesiæ valde invidiosum, ac pene hæreticorum fabrica, ut agnoscit papa Gelasius in cap. *Sancta Romana.*

Digitized by Google

Evangelii conscriptionem animum adjecit; primusque Novum nobis Testamentum enarravit. Ac sicut ille olim Moses primam mundi originem, ac deinceps omnium Dei operum magnificentiora scripto consignavit: sic nimirum et iste, Christi Dei ortu recensito, illius exinde miraculorum omnem magnificentiam, divinis scripto prædicationibus tradit. Matthæus scilicet, fidelis ac prudens dispensator Patris, sapiens magnusque Verbi evangelista; Paracleti denique splendidus prædicator ac scriba velox.

Matthæus, cujus si nomen interpreteris, *donatus* (49') dicitur: e mundo quidem velut pulcherrima delibatio, donatus Christo ac divino Spiritu genitus Verboque veritatis perfectus, ab ipso rursus in lucem et salutem gentium donatus est, usque ad extremum terræ [6]. Hic nos hodie convocans, suamque ipsius memoriam splendidissimæ celebritatis argumentum præstans, lætam maxime ac admirandam desiderabilis convivii compotationem indixit; solidam quidem ac perfectam escam, conscriptum ab eo Evangelium apponens, gratiæque sermonem ex ejus ore procedentem [7] velut sacratissimum quemdam craterem miscens, Christique amantes animos omnes lætificans.

Sed videamus quali ex vita, ac instituti prius genere vir beatus, ad quem evaserit finem: excellentemque mutationem summeque inauditam in melius transmutationem admirantes, mirabilem Deum in justitia, mirabilem in bonitate magnificemus.

Publicanus prius fuit, Christi postea discipulus; ac pecuniarum ratiocinator, Evangelii interpres et enarrator. Publicanus nempe institutum quod piis maxime abhorrendum, religiosæque mentis hominibus scelestissimum habeatur. Quid enim violentius aut magis tyrannicum, quam pecunias conflare earumque exactorem esse? Quid vero vitæ ex Evangelii rationibus institutæ magis adversum, quam opprimere viduas, pauperumque animas injuste trahere atque vexare, sive etiam juste, ut existimatur? Utrinque enim attenta naturæ æquitate vere locus injuriæ est, tametsi lex humana, sancita olim tyrannide, actionem innoxiam dictet. Non enim hæc lex Dei est, non naturæ, ut nempe alii tyrannidem exerceant, alii tyrannide premantur; atque alii quidem adversus humiliores supercilium tollant ac efferantur, alii mancipentur atque ærumnis conficiantur: alii lasciviant ac deliciis adversus pauperes temulenti diffluant, prætextoque publico debito, supremam tolerandæ vitæ rationem auferant; alii graventur ac cædantur, donec novissimum obolum reddant; a quibus sicut spiraculum, sic et tributum austere exigatur. Non sic Deus ab initio, non sic hominibus, cum primo conditi sunt, lege sanxit. Sed sicut universorum unus est fictor, sic et natura

A τος Ματθαῖος ἐπὶ τὴν ἱερὰν τοῦ Εὐαγγελίου ἦκε συγγραφήν, πρῶτος ἡμῖν τὴν Καινὴν Διαθήκην εἰσηγήσατο· καὶ ὥσπερ Μωσῆς ἐκεῖνος τὸ παλαιὸν, ἄνωθεν τὴν κοσμογένειαν, καὶ ἑξῆς τῶν ὅλων ἔργων Θεοῦ τὰ μεγαλοπρεπέστερα λογογραφῶν· οὕτω δὴ καὶ οὗτος τὴν γένεσιν θεολογῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάντων ἑξῆς τῶν αὐτοῦ θαυμάτων τὴν μεγαλωσύνην, ταῖς ἐγγράφοις θεορρήμοσύναις παραδιδούς· Ματθαῖος, ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος τοῦ Πατρὸς, ὁ σοφὸς τοῦ Λόγου καὶ μέγας εὐαγγελιστής· ὁ λαμπρὸς τοῦ Παρακλήτου κήρυξ καὶ ὀξυγράφος γραμματεύς.

Ματθαῖος, ὁ *δεδωρημένος* ἑρμηνευόμενος· ὃς ἐκ τοῦ κόσμου μὲν οἷά τις ἀπαρχὴ καλλίστη δεδώρηται Χριστῷ, Πνεύματι δὲ θείῳ γεννηθεὶς, καὶ Λόγῳ ἀληθείας καταρτισθεὶς, αὖθις τοῖς ἔθνεσιν B εἰς φῶς παρ' αὐτοῦ καὶ σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου δεδώρηται τῆς γῆς. Οὗτος ἡμᾶς σήμερον συγκαλῶν, καὶ λαμπροτάτης ἑορτῆς ὑπόθεσιν, τὴν αὐτοῦ παναγῆ μνήμην ποιούμενος, φαιδρὰν ὅτι μάλιστα καὶ θαυμασίαν ὑπέτεινε φιλοτησίαν· στερεὰν μὲν καὶ τελείαν τροφὴν, τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον προτιθείς· τὸν λόγον δὲ τῆς χάριτος, τὸν διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ πορευόμενον, οἷά τινα κρατῆρα μυστικώτατον ἐγκιρνῶν, καὶ πάσας καρδίας εὐφραίνων Χριστοφιλεῖς.

Ἀλλ' ἴδωμεν οἷου βίου, καὶ οἵας πρότερον ὁ μακάριος πολιτείας τετυχηκὼς, εἰς οἷον καταντᾷ τέλος· καὶ τὸ τῆς μεταβολῆς ὑπερβάλλον, καὶ τὸ καινοπρεπέστατον τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐκτεθαυμακότες ἀλλοιώσεως, τὸν θαυμαστὸν ἐν δικαιοσύνῃ, θαυμαστὸν C ἐν χρηστότητι μεγαλύνωμεν Θεόν.

Τελώνης ἦν πρότερον, ὁ Χριστοῦ μαθητὴς ὕστερον· καὶ χρημάτων λογιστὴς, ὁ τοῦ Εὐαγγελίου ὑφηγητής. Τελώνης, τὸ ἀπευκτότατον τοῖς εὐσεβέσι, τὸ ἁμαρτητικώτατον τοῖς εὐλαβέσιν ἐπιτήδευμα νομισθέν. Τί γὰρ τοῦ χρήματα πράττειν βιαιότερον ἢ τυραννικώτερον; τί δὲ πρὸς τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐναντιώτερον ζωὴν, τοῦ χηρῶν κατάρχειν, καὶ σύρειν καὶ θλίβειν πενήτων ψυχὰς ἀδίκως, εἶτ' οὖν δικαίως, ὡς ἡ ὑπόληψις; Ἑκατέρως γὰρ ἔστι κατὰ τὸ φύσει δίκαιον ἀληθῶς ἀδικεῖν, εἰ καὶ νόμος ἀνθρώπων ἄνωθεν ἐπισφραγιζόμενος τὴν τυραννίδα, τὸ ἀνεύθυνον τῆς πράξεως ὑπαγορεύει. Οὐ γὰρ τοῦ Θεοῦ τοῦτο νόμος, οὐ φύσεως, τοὺς μὲν τυραννεῖν, τοὺς δὲ τυ- D ραννεῖσθαι· καὶ τοὺς μὲν κατωφρυῶσθαι τῶν ταπεινοτέρων καὶ ὑπεραίρεσθαι, τοὺς δὲ καταδουλοῦσθαι καὶ κατατρίβεσθαι· καὶ τοὺς μὲν ὑπερμαζᾶν καὶ μεθύειν κατατρυφῶντας τῶν πτωχικῶν καὶ δημοσίας πρόφασιν ὀφειλῆς, τὴν ἐσχάτην ἀποστερεῖν τῆς ζωῆς ἀφορμήν· τοὺς δὲ κατακάμπτεσθαι καὶ μαστιγοῦσθαι, μέχρις ἂν καὶ τὸν ἔσχατον ἀποδοῖεν ὀβολόν· ὥσπερ τὴν ἀναπνοὴν, οὕτω καὶ τὴν τοῦ τέλους ἀπόδοσιν εἰσπραττομένους· οὐχ οὕτω Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς, οὐχ οὕτως ἀνθρώποις ἄνωθεν ἐνομοθέτησεν· ὥσπερ δὲ πλάστης ἁπάντων εἷς, οὕτω καὶ φύσις μία, καὶ ὅρος καὶ νόμος ζωῆς ἅπασιν ὁ αὐτός· ἐλευθερία τε

[6] Isa. XLIX, 6. [7] Luc. IV, 22.

(49') תנ Syriace *donum* a *radice*.

Digitized by Google

πᾶσιν ὁμοίως, καὶ κατάστασις καὶ πολιτεία ἡ αὐτὴ διατέτακται τὴν ἀρχήν.

Ἀφ' οὗ δὲ λογισμὸς ἀγέρωχος, καὶ τῶν ὑπὲρ φύσιν ἰλίγιστος ἐπιθυμία, καὶ δφεως μὲν ἐπίβουλος συμβουλὴ, ἐντολῆς δὲ ἁγίας ἀθέτησις καὶ παρακοὴ τῆς φύσεως καταδραμόντα, διέστησε μὲν καὶ μακρὰν ὧσεν Θεοῦ, τῷ βασκάνῳ δὲ προσεγγίσαι παρεσκεύασεν, ἐντεῦθεν τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον εἰς ἀλλοτριότητα γνώμης καὶ βίου κατεμερίσθη τομήν. Ἐντεῦθεν τὸ δυναστεῦον, καὶ τὸ δυναστευόμενον· τὸ τυραννοῦν, καὶ τὸ τυραννούμενον· καὶ τὸ μὲν ἀπαιτεῖν φόρους, τὸ δ' ἀπαιτεῖσθαι· καὶ τὸ μὲν ὑπερῆρθαι θράσει, καὶ τῶν ὁμοτίμων ὡς δούλων κατεξανίστασθαι, τὸ δὲ καταπτήσσειν τὴν τυραννίδα, καὶ ὡς ἀπαραίτητον τὸ ἐτήσιον τέλος, καὶ τὴν δουλείαν ἀποτιννύειν ὡς ὀφειλήν.

Ταύτης ἀεὶ πράκτορες τῆς κακῆς ἐπιτιμήσεως οἱ θερμότεροι μὲν τὴν φύσιν καὶ ὀξύτεροι· τουτέστιν, συνιέναι καὶ λογίσασθαι τὴν δασμοφορίαν ἱκανώτατοι· ἀσυμπαθέστεροι δὲ πάντων, καὶ τὴν γνώμην ἐπίπαν ἱταμώτεροι, ὥστε μηδενὶ τῶν ὀφειλόντων παραχωρεῖν ἔχειν μηδέν. Ταύτης Ματθαῖος ἐπήβολος τῆς πολιτείας πρότερον ἦν. Τούτου βίου, ἅτε φύσεως ἀγχινοίᾳ καὶ νοὸς ἐντρεχείᾳ κατευμεγεθῶν, τὴν πρώτην ἐν τελώναις ἐπεῖχε τάξιν.

Ἐπειδὴ τοίνυν δι' αὐτοῦ παράγων ὁ Κύριος, τῷ τῆς καρδίας βάθει προσέβλεψεν, καὶ κεκρύφθαι μὲν ἐν αὐτῷ τῆς ἀρετῆς θησαυρὸν, ἔξωθεν δὲ κατὰ σύμβασιν τῇ πονηρίᾳ διοχλεῖσθαι τῇ κοσμικῇ· καὶ τὸ μὲν, ἑκούσιον εἶναι καὶ ἔμφυτον ἀγαθόν· τὸ δὲ τύχης ἐπήρειαν μᾶλλον, ἢ γνώμης ἑκουσιότητα κατανενόηκεν, καλεῖ μὲν αὐτὸν, ἐντελλόμενος ἀκολουθεῖν· ὁ δὲ ἀναστὰς, εὐθὺς ἐπηκολούθησε. Οὐ μακρῶν ἐδέησε λόγων τῷ Κυρίῳ, οὐ χρόνου τριβῆς, οὐ τελεωτέρας συνουσίας· ἀλλ' οὔτε θεολογίας συχνῆς, οὐ συμβουλίας πιθανῆς, οὔτε δὲ θαυμάτων ἐπιδείξεως, ὥστε τὸν ἀρχιτελώνην τῆς κατ' αὐτὸν ἀφαρπάσαι σχολῆς, παριὼν δὲ, καὶ μιᾷ μόνῃ καλέσας, ἐπεσπάσατο φωνῇ· Ἀκολούθει μοι. Ὁ δὲ οὐκ ἀπήρεισε πρὸς τὰ χρήματα τὸν λογισμόν· οὐ τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους ἐνενόησεν ἡδονήν· οὐ πρὸς τὴν δόξαν τῶν συγκαθημένων αὐτῷ διατραπείς, τὴν κλῆσιν ἀπεσείσατο· ὁμοῦ δὲ τῇ φωνῇ τοῦ πεφωνηκότος γεγονὼς ὅλος, καὶ ὥσπερ ἀστραπῆς ἀθρόᾳ λαμπρότητι τὴν καρδίαν καταλαμφθείς· καὶ τῶν ἐν χερσὶ μὲν χρημάτων καὶ πραγμάτων εὐθὺς ἀλλοτριωθεὶς, τῆς θείας δὲ κλήσεως (ὦ τῆς πίστεως!) ἡττηθεὶς, καταλείπει μὲν τοὺς συμπράκτορας, καταλείπει δὲ τὸ τελώνιον, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν αὐτῷ πραττομένην ἀπορρίπτεται φορολογίαν· χρυσοῦ δὲ παντὸς καὶ ἀργύρου τὸν πολύτιμον ἀντωνεῖται μαργαρίτην· καὶ τῶν γηΐνων τὴν ἁρπαγὴν ἀφεὶς, τὴν οὐράνιον τρέχει διαρπάσων βασιλείαν· μᾶλλον δὲ, χρυσοῦ μὲν καὶ ἀργύρου παντὸς τιμαλφεστέραν ἔχων ψυχὴν, οἷα δὲ λίθον τίμιον καὶ ἀξιέραστον Θεῷ προῖσχων τὸν νοῦν, ἁλίσκεται τούτῳ καὶ πωλεῖται καὶ ζητεῖται· καὶ πρὸς

est, ratioque ac vitæ lex eadem omnibus; cunctisque similiterque libertas, status et vitæ ratio eadem primum constituta fuit.

Ex quo autem superba ratio, rerumque natura superiorum inconsulta cupiditas; ac serpentis quidem insidiosum consilium, sanctique mandati spretio, et inobedientia naturæ ingruentia, divisam illam procul a Deo depulerunt, atque invido adjungi præstiterunt; inde jam cognati ac tribules, in alienas scissi voluntates sunt ac vitæ studia. Inde factum ut alii dominentur, alii dominio subjiciantur; alii tyrannide regant, alii regantur: atque alii quidem tributa exigant, ab aliis autem exigantur: alii audacia efferantur et adversus eos qui pari honore sunt quasi adversus servos insurgant; alii tyrannidis metu paveant, ac tanquam indeprecabile, tributum annuum solvant velutque debitum, servitutem pendant.

Hujus semper malæ auctionis censusque quæstores, qui calentiori ac acriori ingenio sunt; hoc est, callentissimi tributorum ratiocinatores, inque rem maxime idonei. Hi vero omnium inclementiores, et qui nulla miseratione moveantur; ubique procaciores majorique improbitate, ut nihil quidquam debitores habere sinant. Hujus Matthæus prius compos disciplinæ erat. Hujus instituti, tanquam solerti vir ingenio mentisque agilitate præpollens, inter publicanos principem locum obtinebat.

Quod igitur per eum transiens Dominus, illius animi imo inspecto sinu, latentem in eo virtutis thesaurum deprehenderat, etsi tum exterius ex accidenti, sæculi pravitas ac nequitia obtundebat: atque alterum quidem, bonum esse spontaneum atque innatum; alterum vero, fortunæ potius injuriam, quam spontaneæ mentis sententiam intellexerat, eum vocat ac jubet sequi: qui surgens, statim secutus est. Non longis Domino opus sermonibus fuit, non temporis mora, non majori consuetudine; at neque crebra divinorum doctrina, non probabili consilio et suasione, non miraculorum exhibitione, ut principem publicanorum a suo illo studio institutoque abriperet; sed transiens, unaque duntaxat commonitum voce eum traxit: *Sequere me.* Ille porro, non pecuniis attendit animum; non quæ ex lucro est, voluptatem cogitavit: non eorum opinioni qui pari instituto ad telonei lucra considebant, pudore repressus vocationem respuit; sed mox voce audita, totus vocanti devotus, velutque repentina fulguris coruscatione animo illustratus, atque a pecuniis rebusque quas manibus versabat alieno statim factus animo, ac vocationis (o fidem!) in eo victoria, socios quidem quæstores relinquit, reliquit vero portorium, collectaque in eo tributa omnia projicit: auroque omni atque argento pretiosum margaritum commutat: missaque terrenorum rapina cœlorum regnum raptum currit. Quinimo, cum anima auro omni et argento pretiosiore præditus esset, dum velut lapidem pretiosum digneque amabilem, Deo obtendit animum, ejus ille illecebris

Digitized by Google

capitur, et amori habetur atque quæritur; et ad incorruptam beatissimamque vocatus atque electus aulam, ad extremum assumptus est.

Eum in modum mutatis mirabiliter Levi moribus, in Matthæum etiam nomen commutavit : ac sicut antea publicani arte, portoria e subditis legendo, illi qui genti imperabat, aurum quæsierat, sic et postea eadem Christum sibi addixerat, qui invitantem ad spiritale ac mysticum sermonum convivium sequeretur, rursusque domum ipse invitaret, magnificeque acciperet, atque duplici cibo recrearet; ut quidem hominem, illis dapibus quæ ex corporis usu forent; ut autem Deum, pœnitentia placando, fidemque charitate afflatam (pulcherrimum scilicet eorum, quæ a nobis ille exigit) offerendo. Quamobrem etiam proclive telonei quasi jure a se exigi sinit, qui se esurientibus magnificus largitor præberet; esuriens ipse esuriri, et eos qui accipere dapibus viderentur, pascens.

Cum igitur vir beatus se totum publicani illa functione vitaque expedisset, ad Christum apte suscipiendum comparatus est; nempe abjecto sæculi spiritu, Deique Spiritu assumpto. Inde omni mundo crucifigitur, ac cunctis mundi cupiditatibus evacuatur pariter et emundatur; atque a vanitatis rationibus velut fæcibus prorsus depurgatus, solique Jesu vivens atque illius vestigia premens, indolis omnem solertiam omnemque animi sagacitatem ac mentis acumen, illius contuendæ veritati addixit : cunctisque ipsius sacris atque mysticis divinis prædicationibus intelligentem auditum ac morigerum adhibens; admirandisque cunctis Christi operibus simplicem oculum atque lucidum admovens; ac præterea salutarium passionum, crucis mortis, sepulturæ, resurrectionis, omniumque reliquorum ipse spectator sociusque effectus, mirandum in modum ipse seipso (o omni admiratione prosequende inaspectabilium spectator!) excedis, totusque Dei excessu rapientis efficeris, Deique Spiritu nascens, divinus plane spiritus evadis. Quamobrem etiam Paracletus e cœlo effusus, quasi cum propria prole consuescit : ipsaque substantia illapsus et versans, divinisque illustrationibus ac muneribus replens, sapientia adimplet et intellectu, impletque fortitudine et scientia; pari denique coryphæis antiquissimisque munere, signorum prodigiorumque virtutibus liberaliter donavit.

Quid igitur? Num Spiritum quidem in ignis specie e cœlo descendentem pari reliquis munere suscepit, non pari vero conatu gratiam quæ in illo est, gentibus annuntiavit? aut a Petri ac Pauli divina pro apostoli partibus sapientia, id est, magniloquentia, defecit? Nequaquam. Hlis namque per omnes nationes ac terræ oras discurrentibus, prout cuique obtigerat, aut Paracletus discernebat, verbumque vitæ oris ipso officio, his in quos incidebant enarrantibus; hic, ferventi Dei æmulatione succensus, animis gliscebat, discruciabatur, ægre molesteque habebat, cordis parturiginem ferre non

A τὰ ἄφθαρτα βασίλεια καὶ μακαριώτατα κληθείς τε καὶ ἐκλεγείς, ἐπὶ τέλους ἀνελήφθη.

Οὕτως Λευῒς θαυμασίως τὸν τρόπον μεταποιηθείς, εἰς Ματθαῖον καὶ τὴν προσηγορίαν μετηλλάξατο· καὶ ὥσπερ ἐτελώνησε πρότερον τὸν χρυσὸν, τῷ βασιλεῖ τοῦ ἔθνους τὸ ὑπήκοον φορολογούμενος, οὕτως ἐτελώνησεν ὕστερον τὸν Χριστόν· ἑπόμενος μὲν πρὸς τὴν πνευματικὴν πανδαισίαν τῶν λόγων καλοῦντι καὶ μυστικήν· καλῶν δὲ καὶ αὐτὸς αὖθις αὐτὸν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ φιλοφροσύνῃ δεξιούμενος, ἐδέσμασί τε θεραπεύων διττοῖς· ὡς ἄνθρωπον μὲν, τοῖς τοῦ σώματος ἐπιτηδείοις· ὡς Θεὸν δὲ, ἱλεούμενος τῇ μετανοίᾳ, καὶ πίστιν προσάγων ἐνεργουμένην δι' ἀγάπης, τὸ κάλλιστον, ὧν ἐκεῖνος αἰτεῖ παρ' ἡμῶν. Διὸ B καὶ τελωνεῖται προθύμως, ἑαυτὸν τοῖς πεινῶσιν ὁ μεγαλόδωρος διδούς· πεινῶν τὸ πεινᾶσθαι, καὶ τρέφων τοὺς ἐστιᾷν νομίζοντας.

Ὅλον οὖν ἑαυτὸν ὁ μακάριος τῆς τελωνικῆς πράξεως ἀνακαθάρας, πρὸς ὑποδοχὴν εὔθετον κατεσκευάσατο τοῦ Χριστοῦ· ἀποβαλόμενος μὲν τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου, προσλαβόμενος δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐντεῦθεν σταυροῦται μὲν κόσμῳ παντὶ, καὶ πάσαις ταῖς κοσμικαῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ἀνακενοῦται καὶ καθαίρεται· καὶ τῶν τῆς ματαιότητος παντάπασιν ἀποδιυλίζεται λογισμῶν· μόνῳ δὲ τῷ Ἰησοῦ ζῶν, καὶ τούτῳ κατ' ἴχνος ἀκολουθῶν, ὅλην μὲν τὴν ἐκ φύσεως ἀγχίνοιαν καὶ τῆς διανοίας τὴν ἐντρέχειαν καὶ τὴν ὀξυωπίαν τοῦ νοῦ, πρὸς ὅρασιν τῆς κατ' αὐτὸν ἀληθείας ἀπησχόλει· C πάσαις δὲ ταῖς ἱεραῖς αὐτοῦ θεολογίαις καὶ μυστικαῖς συνετὸν παραβάλλων καὶ εὐήκοον οἷς· καὶ τοῖς θαυμασίοις δὲ τῶν ἔργων Χριστοῦ πᾶσιν ἁπλοῦν ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλων καὶ φωτολαμπῆ· καὶ πρὸς τούτοις τῶν σωτηρίων παθῶν, τοῦ σταυροῦ, τοῦ θανάτου, τῆς ταφῆς, τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῶν ἑπομένων αὐτοῖς πάντων αὐτόπτης καὶ κοινωνὸς γεγενημένος, ἐξίστασαι μὲν ἑαυτοῦ θαυμασίως, (ὦ θαυμασιώτατε τῶν ἀθεωρήτων θεωρητά!) ὅλος δὲ τοῦ ἐξιστῶντος γίνῃ Θεοῦ· καὶ Θεοῦ Πνεύματι γεννώμενος, πνεῦμα θεῖον ἀτεχνῶς γίνῃ· οἷς δὴ καὶ ὁ Παράκλητος ἄνωθεν ἐκχεθείς, ὡς οἰκείῳ γεννήματι προσομιλεῖ· καὶ κατ' οὐσίαν ἐμφιλοχωρῶν, καὶ τῶν θεαρχικῶν ἐλλάμψεων καὶ δωρεῶν ἐμπιπλῶν, πληροῖ μὲν σοφίας D καὶ συνέσεως, πληροῖ δὲ ἰσχύος καὶ γνώσεως· ἐν σημείων δὲ καὶ τεράτων δυνάμεσιν, ἅσα τοῖς κορυφαίοις καὶ πρεσβυτάτοις ἐφιλοτιμήσατο.

Τί οὖν; Ἆρα τὸ Πνεῦμα μὲν ἐν εἴδει πυρὸς οὐρανόθεν καθιέμενον ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ὑπεδέξατο, οὐχ ὁμοίως δὲ τὴν ἀπ' αὐτοῦ χάριν τοῖς ἔθνεσιν ἀπήγγειλεν; ἢ Πέτρου καὶ Παύλου τῆς ἀποστολικῆς θεοσοφίας, ἤτοι μεγαλοφωνίας, ἀπελείφθη; Οὐδαμῶς. Καὶ γὰρ, τῶν μὲν κατὰ πᾶν ἔθνος καὶ πᾶν κλίμα τῆς γῆς διατρεχόντων, ὡς ἔλαχεν ἕκαστος, ἢ ὡς ἀφώριζεν ὁ Παράκλητος, καὶ τὸν τῆς ζωῆς λόγον τοῖς παρατυγχάνουσι διὰ στόματος ἐξηγουμένων, οὗτος, ζήλου Θεοῦ πυρπολούμενος θερμότητι, ἐσφάδαζε μὲν καὶ κατετρύχετο καὶ ἠσχάλλε, τὴν ὠδῖνα τῆς καρδίας ὑπέχειν οὐχ οἷός τε ὤν· καὶ πᾶσαν τὴν

Digitized by Google

οἰκουμένην, ὅσον εἰς τὴν αὐτοῦ πρόθεσιν ἦκον, τοῦ τῆς χάριτος λόγου πληρῶσαι προθυμούμενος. A

Ἀνακοπτόμενος δὲ τῆς ἱερᾶς ἐπιθυμίας φυσικῇ τοῦ ἁγίου σώματος ἀδυναμίᾳ, οὐκ ἀναπέπτωκε τῇ ῥᾳθυμίᾳ· οὐ ῥᾳστώνῃ ἑαυτὸν ἀπέδοτο καὶ τρυφῇ· οὐδὲ σωματικαῖς ἀνεκλήθη διαίταις καὶ ἀνέσεσιν· ἀλλὰ δευτέραν ἦλθεν ὁδὸν, ἐπίτομον καὶ ἄμοχθον, καὶ πάσαις ἀνθρώπων σωτηριώδη γενεαῖς. Συναγαγὼν ἑαυτὸν ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ τὴν θεανδρικὴν τοῦ Λόγου πρὸς ἀνθρώπους ἐπιφάνειαν καὶ πᾶσαν τὴν θεουργὸν οἰκονομίαν διὰ μνήμης σαφοῦς ἀνατυπωσάμενος τῇ διανοίᾳ, καὶ οἷον ὑπ' ὄψιν λαβὼν, λογογραφεῖ τὴν εὐσέβειαν· καὶ ἅπερ ἀγράφως τοῖς ἔθνεσι διὰ γλώσσης οἱ ἄλλοι παρεδίδοσαν, ταῦτα Ματθαῖος ὁ μέγας διὰ συγγραφικῆς θεωρίας συγκεφαλαιούμε- B νος, ὅλον τοῦ Λόγου τὸ μυστήριον ἱεραῖς ἀνατέταχε θεηγορίαις.

Ἄνωθεν γὰρ τῆς γενεαλογίας ἀπὸ Ἀβραὰμ τὴν ἀρχὴν καταβαλόμενος, καὶ καθεξῆς, προϊὼν, τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν εὐαγγελίζεται τοῦ Χριστοῦ· εἶτα, τὴν ἀνάδειξιν, τὴν βάπτισιν αὐτοῦ καὶ τὸν πειρασμόν· εἶτα, τῶν ἀποστόλων τὴν ἐκλογὴν, τὰς ἱερὰς μυσταγωγίας, ὅσας τε διὰ παραβολῶν, καὶ ὅσας ὁ Κύριος ἐν παῤῥησίᾳ τοῖς ὄχλοις ὡμίλει καὶ τοῖς μαθηταῖς· εἶτα, τὰς ὑπερφυεῖς θαυματουργίας, τὰς τῶν νοσούντων θεραπείας, τῶν δαιμόνων τὰς καθάρσεις, τῶν πολυτρόπως πασχόντων τὰς ἰάσεις, τὴν τῶν ἄρτων εὐλόγησιν, τὸν ἐν θαλάσσῃ περίπατον, τὴν ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀλλοίωσιν. C Καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τερατουργίαν ὑπερφυᾶ, καὶ πᾶσαν πρᾶξιν τοῦ Ἰησοῦ, καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν ἀξιολογωτάτην, Θεοῦ φωναῖς, ὁ τοῦ Πνεύματος ἄριστος μυστογράφος ὑφηγεῖται. Ναὶ δὴ καὶ τὰ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, ἐξέφρασε μυστήρια· πρὸς δὲ, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ πώλου καθίζησιν, καὶ τῶν παίδων τὴν ὕμνησιν, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν βασκανίαν· καὶ τὸν δεῖπνον τὸν μυστικὸν, καὶ τὴν Ἰούδα προδοσίαν, καὶ τὴν ὑποκεκριμένην τοῦ Πιλάτου κρίσιν καὶ κατάκρισιν· τὸν κάλαμον, τὸν στέφανον, τὸν ἐμπαιγμὸν, τὸν σταυρὸν, τὴν ταφὴν, τὴν τριήμερον ἀνάστασιν καὶ ἐμφάνισιν. Καὶ πᾶσαν συνόλως φάναι τοῦ Λόγου τὴν οἰκονομίαν, ὁ τοῦ Λόγου λογιώτατος ἐν γραφῇ διηγησάμενος ὑπογραφεὺς, κοινὸν προῦθηκε πᾶσιν ἔθνεσιν πρόγραμμα θεοσεβείας, ἐχέγγυον πίστεως, D ἀγάπης ἐμπύρευμα, τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀπόδειξιν, τῆς βασιλείας ἀνακήρυξιν, τῆς οἰκονομίας βεβαίωσιν, ἀληθείας στηριγμὸν, ψυχῶν φωτισμὸν, ἀρχὴν ἤτοι πηγὴν ἁγιασμοῦ καὶ ἀκραιφνοῦς σωτηρίας ὑπόθεσιν, τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον τοῖς πέρασιν ἐκδεδωκώς.

Οὕτως οὐχ ἑνὶ μὲν ἔθνει Ματθαῖος ἐπιδημεῖ· τῶν ἄλλων δὲ κατὰ σώματος ἀναγκαίαν περιγραφὴν καὶ ἀδυναμίαν φύσεως ἀπολείπεται· οὐδὲ πᾶσι μὲν ἔθνεσιν ἐπιφοιτᾷ· ὀλίγοις δὲ τῶν ἀνθρώπων ὁμιλῶν, τὸν τῆς θεογνωσίας ἐπιλάμπει πυρσόν· οὐδὲ πᾶσι μὲν ὁμιλεῖ, μόνοις δὲ τοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ περιοῦσι γενεάν· ἢ πάσαις μὲν ἐφεξῆς γενεαῖς τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καὶ τὴν σάρκωσιν εὐαγγελίζεται·

valens; ac orbem universum, ad ejus animi propositum quod attinebat, verbo gratiæ implere satagens.

Obstante vero sacro desiderio, quod corpusculo imbecillioré natura præditus erat, non ignavia concidit, non se mollitiei ac deliciis deditum voluit, non corporali exquisito victu ac delicatiore resiliit; sed alteram iniit viam, eamque compendiariam, nec quidquam morosam, cunctisque hominum ætatibus salutarem. Quinimo ipse seipsum, quoad licebat, colligens, Deique virilem Verbi ad homines apparitionem, omnemque divinam dispensationem clara mente memoria informans, ac velut ob oculos ponens, scripto consignat pietatem : quæque adeo reliqui gentibus linguæ munere non scripta tradiderant, hæc magnus Matthæus scripta commentatione summa colligens, totum Verbi mysterium sacris prædicationibus intexuit.

Sursum enim ab Abrahamo generationum seriem orsus, ac deinceps procedens, quæ secundum carnem est, Christi generationem annuntiat : tum ejus ostensionem, baptismumque et tentationem; deinde apostolorum electionem, sacrasque institutiones, quæcunque Dominus in parabolis, et quæcunque palam turbis ac discipulis loquebatur. Ad hæc eximia miracula, curatos ægrotos, a dæmonibus mundatos, variis languoribus sanatos, panum benedictionem, ambulationem supra mare, immutationem in monte; omnem denique simpliciter prodigiorum stupendam vim, omnemque Jesu actionem, ac omnem præcipui momenti operationem, Dei vocibus, optimus mysteriorum Spiritus scriba et interpres exponit. Quin et ea, quæ ad secundum adventum spectant mysteria, exsecutus est. Ad hæc etiam sessionem super pullum, et puerorum laudem, Judæorumque invidiam : item cœnam mysticam et Judæ proditionem, ac Pilati simulatum judicium et condemnationem : arundinem, coronam, illusionem, crucem, sepulturam, triduanam resurrectionem et apparitionem. Omnem denique, ut universim loquar, Verbi dispensationem, Verbi disertissimus scriba scripto enarrans, cunctis gentibus pietatis proposuit titulum, fidei pignus, dilectionis fomitem, bonitatis divinæ ac clementiæ declarationem, regni prædicationem, mysterii Christi confirmationem, veritatis fulcimentum, animorum illuminationem, sanctificationis originem sive fontem veræque salutis argumentum, abs se scriptum Evangelium orbis finibus edens.

Sic Matthæus non ad unam proficiscitur gentem; reliquis autem naturali corporis circumscriptione, ac naturæ ipsa imbecillitate deest : neque ad omnes quidem se confert, cum paucis vero hominum sermonem miscens, divinæ eis cognitionis atque fidei facem accendit : nec cum omnibus quidem, cum iis vero duntaxat quos illa superstites ferebat ætas : aut omnibus quidem deinceps ætatibus Jesum

Digitized by Google

annuntiat, ejusque regnum ac Incarnationem, non similiter tamen veræ scientiæ fulgores cunctis affundit : quinimo solis instar lucidos Evangelii radios in omnem simul terrarum orbem, omnemque nationum linguam emittens, atque omnem hominum mentem secundum ætatum successionem ad proprium theologiæ lumen illiciens, pari cunctos indulgentia, largo velut fonte, beneficio impartit : iis quidem qui simplicem atque fidelem animi oculum adhibeant, vera lux et salutaris exsistens; iis autem qui prave nec in fide in eum intendant, Spiritus scilicet judicii ardorisque [8].

Scriptio hæc Lycurgi leges et Solonis nugas esse ostendit. Hæc Platonis non vere exsistentes respublicas longasque verborum ineptias, silentio damnavit : tantoque omni Aristotelica obscuritate ac argumentis non concludentibus, omnique apud Græcos facundissimorum lucubratione ac scripto divinior est ac sapientior, quanto cœlum terra sublimius, solque, ejuscemodi lucerna, quæ nobis accenditur, lucidior est ac splendidior : quin, si lubet, quanto Deus homine nobilior, atque veritas umbra expressior.

Satis enim fuit omnium loco beatissimus publicanus ad orbis terrarum eruditionem. Satis fuit, iis qui vellent pietatem colere, ad pietatem : ad sapientiam et scientiam, his qui sapientiæ ac scientiæ amatores essent : ac quidem actioni deditis, ad disciplinam vitæque normam : contemplationi autem studentibus ac supernæ Dei claritatis avidis, ad theologiam errorisque omnis expertem mentis ad cœlestia subductionem. Satis fuit cunctis gentibus Græcorum illius loquacitatis vice, compendiaria Evangelii doctrina ad supernam philosophiam doctrinamque et illuminationem.

Hinc neglectæ academiæ, Stoicorum et Peripateticorum scholæ : neglectæ vero Athenæ et Thebæ, eorum domicilia et sedes qui videbantur philosophiam colere : ridiculumque supercilium, ac despuenda inani fastu tumentium jactantia spreta; cujus etiam merito a vera sapientia excidentes, discipuli doctoresque impiorum deorum impie, vatesque et sacerdotes exsecrabilium mysteriorum, exstitere : turpem scilicet turpis cupiditatis demetentes fructum, dignamque mercedem erroris reportantes.

Cuncta hæc abolita sunt et exsufflata, velutque fumus soluta ac sicut pulvis sublata, ex quo tu, o beate, animo incorrupto menteque e terra in cœlum extensa, velut tuba ductili, tuba cornea [8*], divinos a te conscripti Evangelii sonos clangis. Id commodi ex tua sapientia consecuti sumus. Hunc tuis ex laboribus sempiterna dignum memoria ac indeficientem fructum decerpimus [9], quem in vera vite manens atque a spiritali purgatus agricola tanquam fertilis palmes multiplicem edidisti; eoque impleti, mortis abjicimus tenebras, ac induimus vitæ lucem [9*].

A οὐχ ὁμοίως δὲ πάσαις τὰς τῆς ἀληθογνωσίας ἐπαυγάζει μαρμαρυγάς· ἡλίου δὲ τρόπον τὰς φωτοδόλους ἀκτῖνας τοῦ Εὐαγγελίου κατὰ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν οἰκουμένην, καὶ πᾶσαν ἐθνῶν διάλεκτον ἐπαφιείς· καὶ πᾶσαν ἀνθρώπων διάνοιαν κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς θεολογίας ἐπισπώμενος φῶς, ὁμοτίμως τοῖς πᾶσιν ἐπιβλύζει τὴν εὐεργεσίαν· τοῖς μὲν ἁπλοῦν αὐτῶν καὶ πιστὸν τὸν ὀφθαλμὸν τῆς καρδίας ἐπιβάλλουσιν, ἀληθινὸν καὶ σωτήριον γινόμενος φῶς· τοῖς σκολιῶς δὲ καὶ οὐκ ἐν πίστει πρὸς αὐτὸν ἀτενίζουσι, πνεῦμα κρίσεως καὶ πνεῦμα καύσεως καθιστάμενος.

Τοῦτο τοὺς Λυκούργου νόμους καὶ Σόλωνος βαττολογίαν ἀπέφηνεν. Τοῦτο Πλάτωνος τὰς ἀνυποστάτους πολιτείας, καὶ τὰς μακρὰς κατεσίγασεν B ἀδολεσχίας· καὶ πάσης Ἀριστοτελικῆς ἀσαφείας καὶ ἀπεραντολογίας, καὶ πάσης τῶν παρ' Ἕλλησι φιλογωτάτων συγγραφῆς κατὰ τοσοῦτον ἐνθεώτερόν τε καὶ φιλοσοφώτερον, ὅσῳ γῆς μὲν οὐρανὸς ὑψηλότερος, ἥλιος δὲ τοῦ παρ' ἡμῖν λύχνου φανότερος καὶ περιλαμπέστερος· εἰ βούλει δὲ, καὶ ὅσῳ Θεὸς ἀνθρώπου τιμιώτερος, καὶ ἀλήθεια ἐκτυπώτερα σκιᾶς.

Ἤρκεσε γὰρ ἀντὶ πάντων ὁ τρισμακαριώτατος τελώνης τῇ οἰκουμένῃ πρὸς παίδευσιν· ἤρκεσε τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσι, πρὸς εὐσέβειαν· πρὸς σοφίαν καὶ γνῶσιν, τοῖς γνώσεως καὶ σοφίας ἐρασταῖς· καὶ τοῖς πρακτικοῖς μὲν, πρὸς νομοθεσίαν· τοῖς θεωρητικοῖς δὲ καὶ τῆς ἄνω Θεοῦ λαμπρότητος ἐφιεμένοις, πρὸς C θεολογίαν καὶ ἀναγωγὴν ἁπλανῆ· τοῖς πᾶσιν ἔθνεσιν ἤρκεσεν, ἀντὶ τῆς Ἑλληνικῆς πολυλογίας, τῷ συντετμημένῳ τοῦ Εὐαγγελίου λόγῳ πρός τε φιλοσοφίαν τὴν ἀνωτάτω καὶ διδασκαλίαν καὶ φωτισμόν.

Ἐντεῦθεν ἠμέληνται μὲν αἱ ἀκαδημίαι, καὶ στοαὶ καὶ περίπατοι· ἠμέληνται δὲ Ἀθῆναι καὶ Θῆβαι, τῶν φιλοσοφεῖν οἰομένων αἱ διατριβαί· καὶ ἡ καταγέλαστος ὀφρὺς, καὶ ἡ κατάπτυστος οἴησις τῶν κατοιομένων περιεώραται, δι' ἣν καὶ τῆς ἀληθινῆς σοφίας ἁμαρτάνοντες, μύσται καὶ μυσταγωγοὶ θεῶν ἀθέων ἀθέως, ἐκφάντορές τε καὶ τελετουργοὶ μυστηρίων κατέστησαν ἐναγῶν· αἰσχρὸν αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας τρυγῶντες καρπὸν, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἀξίαν D τῆς πλάνης κομιζόμενοι.

Πάντα ταῦτα κατήργηται καὶ ἠφάνισται, καὶ ὡς καπνὸς ἐλύθη, καὶ ὡς κονιορτὸς ἐξήρθη, ἀφ' οὗ σὺ, ὦ μάκαρ, ἀκηράτῳ ψυχῇ, καὶ γῆθεν εἰς οὐρανὸν ἐκτεταμένῃ διανοίᾳ, οἷα σάλπιγγι ἐλατῇ, σάλπιγγι κερατίνῃ, τὸ κατὰ σὲ θεόφθογγον Εὐαγγέλιον σαλπίζεις. Τοῦτο τῆς σῆς ἀπωνάμεθα σοφίας. Τοῦτον δρεπόμεθα τῶν σῶν πόνων ἀείμνηστον καὶ ἀνέκλειπτον καρπὸν, ὃν ἐν τῇ ἀληθινῇ μένων ἀμπέλῳ, καὶ πρὸς τοῦ νοητοῦ καθαιρόμενος γεωργοῦ, καθάπερ εὔφορον κλῆμα, πολυπλάσιον ἐκαρποφόρησας· καὶ τούτου πληρούμενοι, ἀποτιθέμεθα μὲν τὸν σκότον τοῦ θανάτου· ἐνδυόμεθα δὲ τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

[8] Isa. IV, 4. [8*] Psal. XCVII, 6. [9] Joan. XV, 8. [9*] Rom. XIII, 12.

Digitized by Google

Πάντα μὲν οὖν τοῦ μακαριωτάτου εὐαγγελιστοῦ τὰ κατορθώματα, ὅσα τε λόγοις τοῖς διὰ χειλέων προϊοῦσι θεοπρεπῶς θεολογῶν ἐδοξάζετο Χριστόν· ὅσα τε διὰ τοῦ παντουργοῦ Πνεύματος ἐνεργῶν, καὶ τοὺς λαοὺς ἐξιστῶν, ἐφ' οὓς αὐτὸν ἡ χάρις ἀπήγαγεν, ἐμεγάλυνε τὸν Θεόν· καὶ ὅπως δὲ τελευταῖον κατὰ τὴν ἐν Συρίᾳ γενόμενος Ἱεράπολιν, καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσας τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεορρήμοσύναις θεοτελέστοις ὑπερφυῶς δοξάσας Χριστὸν, καὶ τοὺς πεπιστευκότας δι' αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ προσαγόμενος, καὶ Ἐκκλησίαν αὐτοὺς ἁγίαν, ἄμωμον κατασκευασάμενος· καὶ οὕτω δὴ τὸ τοῦ Θεοῦ μαρτύριον ἱερῶς καὶ ἀξίως τῆς αὐτοῦ κλήσεως τετελεκὼς, ἀνέλυσεν ἐνδόξως πρὸς τὸν αὐτοῦ Βασιλέα καὶ Κύριον καὶ Θεόν· οἷα μὲν χιτῶνιον, τὸ ἅγιον δέμας καὶ τίμιον ἀποθέμενος· οὐράνιον δὲ δόξαν ἔνδοθεν ἀμφιεσάμενος καὶ τιμὴν, καὶ ἐν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ, πάσης οὐρανίας ἱεραρχίας ὑπερκοσμίως αὐτὸν παραπεμπούσης καὶ δορυφορούσης, τῷ προσώπῳ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης κατενώπιον Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐμφανισθησόμενος εἰσῆει· ὃν καὶ στέφανον δόξης καὶ περιβολὴν ἀφθαρσίας καὶ ζωὴν αἰώνιον, καὶ βασιλείαν ἀσάλευτον κεκλήρωται.

Ταῦτα πάντα ταῖς ἱστορίαις καὶ ταῖς κρείττοσιν ἢ κατ' ἐμὲ θεολογίαις παρεὶς, προσαγορεύω σε τὴν κεχαρισμένην Θεῷ καὶ λίαν περιλημπτὴν κεφαλήν. Χαῖρέ μοι, τῶν ἀποστόλων σεβασμιώτατε καὶ ἀξιομακαριστότατε. Χαῖρε, ὅτι τὸ τῶν χρημάτων τελώνιον ὡς ἄγος, ὡς μίασμα καταλιπὼν, τὴν τῶν χαρισμάτων Θεοῦ πεπλούτηκας περιουσίαν, καὶ ὥσπερ ὑποδείγματι τῶν νοουμένων, τῇ τῶν ὁρωμένων χρησάμενος ἁρπαγῇ, εὐθυβόλως πρὸς τὴν ἐκείνων λῆψιν, εἶτ' οὖν ἐπαινετὴν ἔδραμες ἁρπαγήν· καὶ τοσούτῳ τὴν ἀμέμπτον ἐπλεονέκτησας πλεονεξίαν, ὅσῳ τῆς μωμητῆς ὑπερανέστης· ἐκείνης δὲ τοσοῦτον ἀπηλλοτριώθης, ὅσον ταύτῃ σαφῶς προσῳκειώθης.

Χαῖρε, μάκαρ, αὐτόπτα τῆς ἀληθείας καὶ θεόπτα· ὁ τὸν ἀτίμητον θησαυρὸν εὑρὼν, ὡς ἐν ἀγρῷ τῇ καρδίᾳ κρυφίως κατακεχωσμένον, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς ἀπελθὼν, καὶ πάντα ὅσα εἶχες πεπραχὼς, καὶ τὸν ἀγρὸν ἐωνημένος, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ κεκρυμμένον θησαυρόν· καὶ οὐ μόνος τοῦ ἀμιάντου καταπολαύων πλούτου, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῆς καρδίας περισσεύματος τὰς ὅλας πλουτίζων τῶν ἀνθρώπων γενεάς.

Χαῖρε, ὅτι πρῶτος αὐτὸς τοῦ Παρακλήτου κατέστης ὑπογραφεύς· πρῶτος τὴν ἀλήθειαν ὧν ἀκήκοας θεορρήμοσυνῶν, ὧν ἑώρακας ἱεροτελεστιῶν, οὐ μόναις ἐκρινας πιστεῦσαι τῶν ἀνθρώπων ἀκοαῖς· ἀλλ' εὐλαβήθης, μὴ τῷ χρόνῳ τὰ θεῖα νοθευθῇ, καὶ τὰ καθαρὰ ῥυπωθῇ, καὶ τὰ ἅγια βεβηλωθῇ· διὸ καὶ βιβλίοις ἐγγραφῆναι, καὶ τῇ οἰκουμένῃ παραπεμφθῆναι, καὶ εἰς ἅπαντας οὕτως ἐλθεῖν τὸ ὑψηλὸν Εὐαγγέλιον ἀγαθοπρεπῶς καὶ ἀφθόνως, ὡς τοῦ ἀγαθοῦ μόνου πιστὸς ὑπηρέτης, ἐδοκίμασας, ὡς ἂν πάν-

Cuncta quidem beatissimi evangelistæ præclara gesta, quantaque sermonibus labiorum munere prodeuntibus divine augusteque docens Christum clarificaverit, ac quanta per Spiritum omnium conditorem operans, eosque ad quos eum gratia amandaverat in stuporem agens, Deum magnificaverit: quemadmodum etiam ad extremum Hierapolim Syriæ veniens, confertaque hominum concione Jesum laudans, divinisque prædicationibus eximie Christum celebrans, atque eos qui per ipsum credidissent, Domino adjungens, sanctamque et immaculatam Ecclesiam exstruens; inque eum modum sancte, et ut ejus dignum erat vocatione, Dei functus martyrio, ad Regem suum et Dominum Deumque profectus sit; velut quidem tunica sancto ac venerabili deposito corpore, cœlestem vero intus indutus claritatem atque honorem; inque gaudio inenarrabili et glorificato, omni cœlitum sacro principatu pompa mundo superiori deducente ac stipante, vultui magnificæ gloriæ coram Deo in Christo Jesu appariturus, ingressus sit: quem et coronam gloriæ et indumentum incorruptionis, vitamque æternam ac regnum inconcussum adeptus est[10].

Hæc nimirum omnia historiarum monumentis, ac potioribus, quam pro mea facultate divinis exornanda sermonibus sinens, in tui desinam salutationem, Deo gratum ac valde amicum caput! Salve sis, apostolorum venerabilissime, ac merito beatissimi titulo prædicande. Gaude, quod tanquam piaculo ac contaminatione relicto pecuniarum portorio, donorum Dei substantia locuples evasisti, velutque eorum quæ animo intelliguntur exemplo, rerum in aspectum cadentium rapina usus, recta ad illa capienda (laudabilem scilicet eorum rapinam) cucurristi: tantoque innoxia illa plus habendi libidine vicisti, quanto culpabili emersisti: tantoque ab hac magis alienatus avaritia es, quanto te illi aperte devinxisti.

Salve sis, beate, qui ipsis oculis veritatem spectasti, ac Deum vidisti: qui longe pretiosissimum thesaurum velut in agro, in corde occulte defossum invenisti, ac præ gaudio vadens, quæ habebas omnia vendidisti, agrumque propter latentem in eo thesaurum coemisti[11]: nec solus incontaminatis divitiis frueris, sed ex cordis abundantia cunctas hominum ætates illis impartiris.

Salve sis, quod primus ipse Paracleto a secretis exstitisti. Primus divinorum, quos audieras, sermonum veritatem, ac, quæ videras, sacramentorum fidem, solis hominum auribus condendam haud putasti; sed veritus es ne divina temporis lapsu adulterarentur, ac pura contaminarentur, sanctaque profanarentur. Quamobrem etiam ut libris conscriptum in orbem transmitteretur, atque in eum modum ad omnes veniret sublime Evangelium, boni indole ac sine invidia, tanquam illius qui solus

[10] I Petr. I, 8; Hebr. IX, 24. [11] Matth. XIII, 44.

Digitized by Google

bonus est, fidelis minister, operæ pretium existimasti; quo scilicet omnes illuminentur et erudiantur, et ad religionis cultum provocentur.

Salve sis, quod et reliquorum deinceps evangelistarum probum exemplar exstitisti, tuaque æmulatione etiam illos ad sacri Evangelii conscriptionem movisti, et ut omnes Ecclesias ædificarent, incitamento fuisti.

Gaude et exsulta, amice Dei fidelissime, Verbi minister probatissime, ac Paracleti scriba sacratissime : memorque tui memorum, ac eos benedicens qui te benedicunt, ac sanctificans qui sanctificant, ducas nos, o beate, et dirigas in Christo Jesu, immaculatosque Paracleto exhibeas, unius principatus et sanctitatis ac vitæ auctori, Trinitati, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XII.

Laudatio sancti ac celebratissimi apostoli Simonis Zelotæ.

Quam læta hodie dies, insignisque festivitas ac jucunditatis plena ! Etenim omnes quidem dies, fe-

(50) Simonem Cananitem, Lucas, Hebraicam vocem interpretatus, Zelotem vocat, Luc, VI, 15, et Act. I, 13 ; quo cognomine distinguunt evangelistæ a Simone Petro. Fœdo errore Synax. nostrum Tilian. εἷς τῶν ιβ' ὢν· *cum esset unus de septuaginta*, voluit scribere τῶν ιβ', *unus de duodecim*, nec enim aliter de illo loquitur quam Menæa edita : cunctaque apostolum primi ordinis officio sonant; nec de eo cuiquam aliud, sic clara Evangelii luce, in mentem venit, aut venire potuit. Græci in Menæis editis eumdem faciunt cum Nathanaele, qui legitur Joan. I a Philippo adductus ad Jesum. Volunt etiam edita fuisse sponsum, quando Jesus vocatus ad nuptias, aquam in vinum vertit; quo miraculo inter familiares discipulos, illi adhæserit. Sed hæc minus certa, carentque majorum auctoritate. Nec liquet Nathanaelem inter apostolos fuisse cooptatum ; etsi alii, minori fundamento, eum ipsum Bartholomæum putent : sponsum vero, Joannem evangelistam. Falluntur etiam, qui quasi ab oppido Cana, Cananitem dictum volunt, et non potius a קנא, quod sic bene Lucas, ζηλωτὴς interpretatus sit; quomodo et LXX eam vocem reddiderunt Exod. XX, 5, et alibi. Ac vel hinc ruit commentum illud de Simonis nuptiis in Cana Galilææ, quasi domi et in propria urbe earum convivium dederit. Drusius existimat, aliunde forte dictum Cananitem, aliunde Zelotem; et primum quidem a patria (Cana scilicet), alterum ab alio quopiam. Verius tamen apparet idem esse nomen, undecunque Simoni hæserit, sive erat ex illorum numero qui ζηλωταὶ vocabantur, de quibus Theophyl. in Acta, Suidas et alii ; qui alio modo *Essæi* dicebantur ; sive istud a familia cognomen habuit, vel potius a virtute ejusque præstantia illud nactus est, uti in Petro et filiis Zebedæi se res habuit, quos sic Dominus certa mysterii ratione novo nomine auxit, ut scite Nicetas exponit : ob fidei scilicet firmam immobilemque constantiam, et ob magnificentiam prædicationis. Excelluisse verbi præconio vereque Evangelii tonitruum exstitisse Jacobum argumento est, ipsa illius maturata passio, ac qua apostolis reliquis, Herodis Agrippæ et Judæorum æmulatione, velut prædicationis munere atque vi cunctis antistes, præivit : quæ certe singularis laus est nostri Simonis, sic Luca interprete, quartum in apostolis esse, quem Dominus sic novo titulo atque nomine auxerit.

A τες φωτίζωνται, καὶ πάντες παιδεύωνται καὶ πρὸς θεοσέβειαν παρακαλῶνται.

Χαῖρε, ὅτι καὶ τῶν μετὰ σὲ εὐαγγελιστῶν ἀρχέτυπον γέγονας ἀγαθόν· καὶ ὁ ἐκ σοῦ ζῆλος κἀκείνους πρὸς τὴν ἱερὰν τοῦ Εὐαγγελίου κεκίνηκε γραφὴν, καὶ πρὸς οἰκοδομὴν τῶν ὅλων ἠρέθισεν Ἐκκλησιῶν.

Χαῖρε καὶ ἀγαλλία, φίλε Θεοῦ πιστότατε, ὑπηρέτα τοῦ Λόγου δοκιμώτατε, καὶ τοῦ Παρακλήτου μυστικώτατε γραμματεῦ· καὶ μεμνημένος τῶν μεμνημένων σου, καὶ τοὺς εὐλογοῦντάς σε εὐλογῶν, καὶ ἁγιάζων τοὺς ἁγιάζοντας, ὁδηγήσαις ἡμᾶς, ὦ μακάριε, καὶ κατευθύναις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καὶ ἀμώμους τῷ Παρακλήτῳ παραστήσαις, τῇ μοναρ-
B χικῇ καὶ ἁγιαρχικῇ καὶ ζωαρχικῇ Τριάδι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Σίμωνα τὸν Ζηλωτὴν (50).

Τί φαιδρὰ σήμερον ἡ ἡμέρα, καὶ εὔσημος ἑορτὴ, καὶ θυμηδίας μεστή· καὶ γὰρ πᾶσαι μὲν ἡμέραι,

C Nusquam Nicetas aut Græcorum Menæa vel Nicephor. Dominicæ affinitatis seu cognationis, in eo meminerunt : proinde alium censent, nedum a Juda Thaddæo vel Lebbæo ; sed etiam a Simone Cleopha, vel, ut alii, Simeone, qui Jacobo fratri in sede Hierosolymitana successit, ac crucis supplicio, Trajano imperatore, cum centum viginti annorum esset, Davidici generis invidia sublatus est, ut ex Hegesippo refert Eusebius l. III, c. 11 et 32. Abdias tamen, germanum fratrem facit, cum Juda, qui et Thaddæus, et cum Jacobo ; vultque omnes ex Cana Galilææ oriundos, parentibus Alphæo et Maria Cleophæ filia : solum vero Jacobum, Josepho patre natum, eamque ob rem fratrem Domini peculiarius vocitatum : quæ multa implicant, aliis non satis consona, aut pluribus recepta : quamvis fere nostrates, quidquid de Simone, ejusque præcipue in Perside exitu dixerunt, ex cœnoso hoc fonte accepisse noscantur. Orig. Matth. XIII, 55, ubi de fratribus Domini sic nuncupatis, *Et fratres illius Jacobus et Jose et Simon et Judas*, laudata Judæ epistola *paucorum quidem versuum, sed plena efficacibus verbis gratiæ cœlestis* (quod illius grave testimonium est), de Josete et Simone subdit, *nihil se compertum habere :* sive alias ipsum Simonem Cananitem seu Zelotem existimavit, sive, quod Hegesippus prodidit, longe ab eo diversum putavit ; nec apostolum ex duodecim, sed communem discipulum. Ros-
D weidi vetus martyrologium Romanum, quo brevius ac simplicius, hoc verius : V Kal. Novembr. *Simonis et Thaddæi apostolorum.* Voluitque Corbeiense Dacherii eadem simplicitate, etsi in eo aliquid luxatum est, dum *Zelotis* cognomen, non Simoni, sed Judæ ascribit : ac si duo cognomina, Cananæus et Zelotes, alterumque Simonis sit, et Judæ alterum ; *Et alibi sanctorum apostolorum Simonis Cananæi, et Judæ Zelotis.* Quod *alibi* dicit, nec certum locum assignat, ut illi moris est, indicat ejus auctor ignotum habuisse, quo loco fuerint consummati, ac vel non legisse Abdiam, vel illius commentum de apostolorum simul in Perside martyrio, quale narrat, respuisse ; quod sic avide hauserunt Ado Romanæque tabulæ, nedum recentiores, sed et paulo antiquiores, sæpius Lugd., Parisiis, etc., ante novam recensionem, recusæ. Et sane consensit gentium illarum traditio, qui sibi Judam Thaddæum seu Lebbæum vindicant apostolum, ejusque

Digitized by Google

ἑορταὶ Κυρίου, καὶ πᾶσαι πλήρεις ἀγαλλιάσεως; καὶ πνευματικῆς χαρᾶς αἴτιαι, τοῖς Πνεύματι Θεοῦ ἀγομένοις· πάσαις γὰρ ἡ σοφία τὰς τῶν ἁγίων αὐτῆς ἐπιμερισμένη μνήμας, καὶ τούτους ὥσπερ ἄστρων ἐπιτελεῖς τὸν ὅλον τοῦ ἐνιαυτοῦ στέφανον εὐλογοῦσα καὶ κατακοσμοῦσα, πάσης; ὅσαι ἡμέραι τερπνότητος, καὶ χαρμοσύνης τὰς τῶν εὐσεβῶν ἀναπίμπλησι ψυχάς· μάλιστα δὲ τῶν ἡμερῶν αὗται φαιδραὶ, καὶ χαρίεσσαν ἐνιεῖσαι τοῖς φιλοθέοις τὴν τερπωλήν, καθ' ἃς τῶν ὑψηλῶν ἀποστόλων ἕκαστος τὴν γῆν ἀφεὶς, ἀνέπτη πρὸς τὸν οὐρανόν· καὶ τῶν ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου πόνων ἀπαλλαγεὶς καὶ τοῦ θανάτου, πρὸς τὴν ἀνώδυνον καὶ τὴν μακαρίαν ἐν αὐτῷ μετέστη ζωήν.

Ὥσπερ γὰρ οἱ κατ' οὐρανὸν ἀστέρες, πάντες μὲν λαμπροὶ τὴν φύσιν καὶ διαυγεῖς, οὐ πάντες δὲ ὁμοίως φωτὶ λάμπουσιν· Ἀστὴρ γὰρ, φησὶν, ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ· οὕτω δὴ καὶ αἱ ἡμέραι πᾶσαι μὲν ἐπίσημοι καὶ εὐφρόσυνοι, διὰ τοὺς μνημονευομένους ἐν αὐταῖς ἁγίους· οὐ τῆς ἴσης δὲ πᾶσαι χάριτός εἰσι μεταδοτικαί. Κατὰ τοσοῦτον δὲ τῶν ἄλλων αἱ τῶν δώδεκα μνῆμαι τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν, τῷ τε μεγέθει τῆς δόξης καὶ τῇ τῆς λαμπρότητος ὑπερβαλλούσῃ περιουσίᾳ, καθόσον καὶ αὐτοὶ τῶν ὅλων ἁγίων τῇ μεγαλειότητι τῆς ἁγιότητος ὑπερανέδησαν.

Οὐκοῦν ἀγαλλιασώμεθα σήμερόν καὶ εὐφρανθῶμεν, καὶ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης καὶ χάριτος κατατρυφῶντες, τῆς ἡμέρας πνευματικὴν ἑορτὴν συστησώμεθα καὶ δημοτελῆ· καὶ πᾶσαν μὲν ἐργασίαν σωματικὴν, πᾶσαν δὲ μέριμναν καὶ βιωτικὴν ἀφέμενοι φροντίδα σχολάσωμεν καὶ γνῶμεν τίς ὁ τῆς ἡμέρας ταύτης φωστὴρ καὶ τῆς θαυμασίας χάριτος ἀρχηγός· γνῶμεν τίς ὁ τῆς ἑορτῆς ἔξαρχος, καὶ ἐν τίνι σήμερον ὁ τῆς δόξης εὐδόκησεν ἐνδοξασθῆναι θεός.

Βούλεσθε ἀνακηρύξω τὸν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ξεναγωγοῦντα μνήμην; ἣ πᾶσι καταφανὲς, ὅτι Σίμων ὁ μέγας ἀπόστολος, ὑπόθεσιν ἑαυτὸν λαμπροτάτης πανηγύρεως ταῖς Ἐκκλησίαις παρασχόμενος, τῆς πνευματικῆς ἡμῖν εὐφροσύνης καθηγεῖται καὶ χαρμονῆς. Σίμων, ὁ τῆς ὑψηλῆς δωδεκάδος τῶν μαθητῶν εἷς. Ὁ πᾶσαν μὲν τῶν κορυφαίων ἀρετὴν, πᾶσαν δὲ χάριν τοῦ Πνεύματος ὁμοίως ἐκείνοις καὶ

A sta Domini; omnesque exultationis pleni, ac spiritalis gaudii causa, his qui aguntur Spiritu Dei [13]. Cunctis enim sanctorum suorum memorias dispertita sapientia, iisque velut astris orientibus omnem anni benedicens et perornans coronam, omni quotidie voluptate et gaudio piorum animos adimplet [14]. Inter reliquos tamen dies illi maxime læti, ac qui gratam religiosis animis jucunditatem injiciant, per quos sublimium quisque apostolorum dimissa terra, in cœlum evolavit; laboribusque magistri causa desudandis ac morte liberatus, ad doloris nesciam atque beatam in illo vitam commigravit.

Quemadmodum enim quæ cœli axem ornant, cunctæ quidem natura splendidæ ac pellucidæ B stellæ; non omnes tamen pari fulgent radiorum jubare; *stella enim*, inquit, *differt a stella in claritate* [15]; sic etiam omnes quidem dies insignes et læti, ob sanctorum illis consignatas memorias: at non ita comparatum, ut eadem omnes impartiant gratia. Tantum autem duodecim Christi discipulorum memoriæ, tum claritatis magnitudine, tum splendoris abundantia præstant, quantum et illi sanctos reliquos sanctitatis magnificentia superarunt.

Igitur exsultemus hodie et lætemur, apostolicæque memoriæ atque gratiæ munere perfruentes, spiritalem populique omnis conventu celebrem diei festivitatem constituamus: omnique corporali opere omnique sæculi sollicitudine curaque posthabitis, C vacemus ac intelligamus, quodnam hujus diei sidus ac admirandæ gratiæ auctor. Intelligamus quis solemnitatis auspex, ac in quonam hodie Deus gloriæ voluit glorificari.

Vultis prædicem, quis non recolenda sua memoria hospitio excipit? Annon omnibus liquet, magnum Simonem apostolum esse, qui seipsum splendidissimæ solemnitatis argumentum Ecclesiis præbens, spiritalis nobis lætitiæ atque gaudii auctor et auspex exsistit? Nempe Simon unus e sublimi duodecim choro; qui omni quidem coryphæorum virtute, omnique Spiritus gratia consimili illis ra-

[13] Rom. VIII, 14. [14] Psal. LXIV, 12. [15] I Cor. XV, 41.

hactenus exuviis gloriantur, non sic Simonis, quod D ignota fuisse; nec ejus quidquam Bedæ compertum fuisse, qui etiam minus accuratus Act. I, in Jacobo, Simone et Juda; de quo plura, ac de illius retractatione, ad nostram S. Hippolyti Synopsim; ex qua Sophron. aliique sua hauserint de Simone Cananita filio Cleophæ, qui successit Jacobo in episcopatu Hierosolymitano, ibique sepultus est, martyrio functus sub Trajano; quod plane stramineum est, et ecclesiasticæ historiæ adversum, serioque Adoni improbatum. Ignota etiam Africanis illa Simonis in Africa peregrinatio et prædicatio, nulliusque veterum testimonio prodita, cum Donatistæ post apostolos accepisse fidem Afros contenderent; nec Augustinus aliud posset opponere, quam Roma illos accepisse episcopos. Vide Bar. an. 44, 38.

Digitized by Google

tione, nulloque discrimine polleat; qui tamen ab una cum primis celebretur ac innotescat, qua reliquis abundantius fulsit; Simon cognomento Zelotes, pari nimirum primis pietate in Dominum nobilitatus, qui tamen majori reliquis fervore ornatus, rite Zelotes (id est, æmulator) audiat. Id enim est zelus seu æmulatio, nempe fervor cum ratione sanoque consilio honoris Dei causa accensus, ac fidei tutamen certumque præsidium præstans. Hic nos hodie claro præconio lenique ac placido ad mysticas invitat epulas: seque ipse tanquam opiparam ac splendidam mensam apponens, suamque crucem, ac quibus crucifixi causa functus est, cruciamenta recteque facta ac virtutes velut immortales dapes offerens, convivas suos quam lautissime accipit at habet.

Quis non igitur præsto ad solemnitatem occurrat? Quis ita segnis, ita negligens ac morosus; quisve sic mollis animique solutus, ut delicias ejusmodi, ut tantam jucunditatem talemque convivatorem contempserit? qui [nempe] filius hominis cum esset, ac bonam animam sortitus fuisset, usque adeo tantaque diligentia seipsum excoluit, legisque documentis ac gratiæ placitis absolvit, ut Dei filius efficeretur ac existimaretur [18].

Vultis et disciplinæ modum, quo ad Patrem suum provectus est, discere? Præsto sum ut paucis referam: ac quæso aurem solertem atque animum accommodate. Ille nimirum morigero auditu ac fideli mente divina edoctus, intelligensque Domini oracula, atque hæc a puero in animum congerens, hactenus quidem ceu rudimento lege instituebatur; carnalibusque justificationibus ac litteræ imperfectioni navans operam, inque illis exercens, ad gratiæ perfectionem præparabatur.

Quia vero qui litteram abrogaret et spiritum consummaret, venerat: ac lucernæ quidem lucendi tempus excesserat, justitiæ autem Sol illuxerat; atque noctis se mœstitia subducente, jam oriens summos montium vertices illustrabat; non amplius figuris umbrisque distineri sustinuit: non ut deinceps pædagogo affixus illique assiduus esset, operæ pretium duxit: sed gravi illo jugo humeris excusso, jugum magistri suave imposuit; spretoque circumcisionis modesto onere, leve gratiæ onus elegit; ac relicto Mose, vocantem Jesum secutus est: qui nimirum suæ illi gratiæ radios affundens, propriæque gloriæ ac majestatis sensum immittens, atque sursum ducente spiritaliorique amore subvehens, ac indubia confirmans fide, regnique prædicati spe desideriosque contendens, sibi totum addixisset ac devinxisset, subtilissimæ mentis elevationibus abstrusissimisque contemplationibus sibi eum concilians aptansque.

Duplici vero jam ratione, vir beatissimus illi animum attendens, ac corpore quidem, quodque

[18] Sap. VIII, 19.

A ἀπαραλλάκτως καταπλουτῶν, ἀπὸ μιᾶς δὲ ἦν ἐκεῖνος τῶν πάντων περισσοτέρως κατωρθώσατο γνωριζόμενος. Σίμων ὁ καλούμενος Ζηλωτής· ἐπίσης μὲν τοῖς πρώτοις τῇ εἰς τὸν Κύριον εὐσεβείᾳ σεμνυνόμενος· πλείονι δὲ τῶν ἄλλων θερμότητι κοσμούμενος, εὐστόχως κέκληται Ζηλωτής· τοῦτο γὰρ ζῆλος, θερμότης κατὰ εὐλογιστίας ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ τιμῆς ἀναπτομένη, καὶ τῇ πίστει τὸ ἀσφαλὲς παρεχομένη. Οὗτος ἡμᾶς σήμερον διαπρυσίῳ κηρύγματι καὶ ἡσυχίῳ πρὸς μυστικὴν πανδαισίαν συγκαλεῖ· ἑαυτὸν δὲ πολυτελῆ καὶ νοερὰν τράπεζαν προτιθείς· τὸν αὐτοῦ δὲ σταυρὸν, καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένον παθήματα καὶ ἀνδραγαθήματα ὥσπερ ἀκήρατα προβαλλόμενος ἐδέσματα, ἐν τούτοις τοὺς αὐτοῦ δαιτύμονας λαμπρῶς ὅτι μάλιστα δεξιοῦται καὶ φιλοτιμεῖται.

B Τίς οὖν οὐκ ἀπαντήσει πρὸς τὴν πανήγυριν; Τίς οὕτω ῥᾴθυμος, οὕτως ἀμελής τε καὶ ὑπεροπτικός; τίς δὲ χαῦνος οὕτω καὶ ἐκλελυμένος, ὡς τοιαύτης τρυφῆς, τοιαύτης τερπνότητος καὶ ἑστιάτορος τοιούτου παραμελεῖν; ὃς Υἱὸς ὢν ἀνθρώπου, καὶ ψυχῆς λαχὼν ἀγαθῆς, ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτὸν δι' ἐπιμελείας ἐξησκήσατο, καὶ τοῦ νόμου τοῖς παραγγέλμασι, καὶ τοῖς τῆς χάριτος δόγμασι κατήρτιστο, ὡς Υἱὸν καταστῆναι καὶ λογισθῆναι Θεοῦ.

Βούλεσθε καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀναγωγικῆς αὐτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα πολιτείας μαθεῖν; Ἕτοιμος ἐπιτεμεῖν ἐγώ· καί μοι συνετὸν οὖς καὶ διάνοιαν ὑποσχεῖν. Ἐκεῖνος ἀκοῇ μὲν εὐπειθεῖ, διανοίᾳ δὲ πιστῇ, C τὰ ἔνθεα λόγια τοῦ Κυρίου συνιεὶς, καὶ νηπιόθεν αὐτὰ συμβάλλων τῇ καρδίᾳ, τέως μὲν ἐστοιχειοῦτο τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς δικαιώμασι παιδοτριβούμενος, καὶ τῇ ἀτελείᾳ τοῦ γράμματος ἐγγυμναζόμενος, πρὸς τὴν τῆς χάριτος τελειότητα παρεσκευάζετο.

Ἐπειδὴ δὲ ὁ τοῦ γράμματος ἀθετητὴς καὶ τοῦ πνεύματος ἦκε τελειωτὴς· καὶ τῷ λύχνῳ μὲν ὁ τοῦ φαίνειν ἐξήκει καιρὸς, ὁ Ἥλιος δὲ τῆς δικαιοσύνης ἐπεφάνη· καὶ ἡ κατήφεια μὲν ὑπεχώρει τῆς νυκτὸς, ἡ ἀνατολὴ δὲ ἤδη τὰς ἀκρωρείας κατεφώτιζεν, οὐκέτι τοῖς τύποις ἠνείχετο προσμένειν καὶ ταῖς σκιαῖς· οὐκέτι τῷ παιδαγωγῷ προσλιπαρεῖν ᾤετο δεῖν· τὸν δὲ βαρὺν ἐκείνου ζυγὸν τῶν οἰκείων ὤμων ἀπωθούμενος, τὸν τοῦ διδασκάλου χρηστὸν ἐπεφορτίζετο· D καὶ τὸ δύσοιστον ἄχθος τῆς περιτομῆς ὑπεριδὼν, τὸ ἐλαφρὸν τῆς χάριτος ᾑρέτισεν· καὶ τὸν Μωσῆν καταλιπὼν, ὀπίσω τοῦ Ἰησοῦ καλοῦντος ἠκολούθει. Ὃς, αὐτοῦ τῇ καρδίᾳ τὴν οἰκείαν ἐναστράψας χάριν, καὶ τῆς ἰδίας δόξης αὐτῷ καὶ μεγαλειότητος αἰσθησιν ἐνθέμενος, καὶ τῷ ἀναγωγῷ ἔρωτι πτερώσας, καὶ τῇ ἀδιακρίτῳ πίστει βεβαιώσας, καὶ τῇ ἐλπίδι τῆς κηρυσσομένης συντείνων βασιλείας, ἑαυτοῦ ὅλον ἐποιήσατο καὶ κατεδήσατο, νοερωτάταις αὐτὸν ἀναγωγίαις καὶ μυστικωτάταις ἑαυτῷ θεωρίαις μυστευόμενος καὶ ἁρμοζόμενος.

Διχῇ δὲ λοιπὸν ὁ μακαριώτατος προσέχων αὐτῷ, καὶ σώματι μὲν καὶ τὸ ὁρώμενον, υἱὸν ἀληθῶς ἀν-

Digitized by Google

θρώπου, πνεύματι δὲ καὶ τὸ νοούμενον, Υἱὸν Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁρῶν· τὴν διπλόην δὲ τῶν φύσεων τῇ τῶν ἐνεργειῶν διπλῇ τεκμαιρόμενος· καὶ διὰ πίστεως μὲν τὴν ὑψηλὴν θεωρίαν ταύτην βεβαιούμενος, διὰ θεωρίας δὲ πάλιν τὴν πίστιν κρατυνόμενος, ζωτικῇ δέ τινι συμπαθείᾳ καὶ νοερᾷ φιλότητι τῷ θεωρουμένῳ συμφυόμενος καὶ συνδεόμενος, καὶ τῷ νῷ λεληθότως συνενούμενος, κατ' οὐδένα λοιπὸν τούτου διῃρεῖτο τρόπον· οὔτε τὸν νοῦν τῆς ἀγαπητικῆς μνημοσύνης ἀποσπώμενος, οὔτε δὲ τὴν σωματικὴν ὄψιν ἀπολείπεσθαι, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη καταξιῶν τοῦ ποθουμένου.

Ἅμα γοῦν ἀρχὴν τῆς ἄνωθεν κλήσεως καὶ ἀποστολικῆς ἐκλογῆς κατηξιοῦτο, καὶ τῶν λόγων τῆς χάριτος ᾔσθετο, καὶ τὴν τῶν ἔργων δύναμιν τεθέατο, νεκροῦται μὲν αὐτίκα τῷ κόσμῳ παντὶ, μόνῳ δὲ ζωοῦται Χριστῷ. Νεκροῦται γονεῦσι, οἰκείοις, φίλοις, κτήμασι, χρήμασι, καὶ παντὶ συνελόντα φάναι τῷ αἰῶνι τῷδε, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ σταυρωθείς· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῦ ἀλλοτριωθείς, καὶ ὅλον τὸ φρόνημα τῆς αὐτοῦ σαρκὸς ἀπολωλεκὼς, μόνου γίνεται Χριστοῦ Ἰησοῦ, μόνης αὐτοῦ τῆς ὑπεραρρήτου καὶ μυστικωτάτης γενόμενος καλλονῆς καὶ ἀγλαΐας· μόνον ἀναπνέων αὐτὸν, μόνον ὑπερτιμῶν καὶ δοξάζων καὶ ὑπερευλογῶν, πῶς οὐκ ἔμελλες τῆς ἀνωτάτω καὶ πρώτης παρ' αὐτῷ κατηξιῶσθαι τιμῆς; οἷς δὴ καὶ τῆς ἀκροτάτης τάξεως τῶν ἀποστόλων κατηξιωμένος, γέγονας αὐτῷ τῶν ὑψηλῶν μυστηρίων ἀκροατὴς, καὶ τῶν θεοτελῶν ἔργων θεατὴς· γέγονας αὐτῷ δοῦλος πιστότατος καὶ φρονιμώτατος, διάκονος ἐνεργέστατος καὶ δραστικώτατος, μᾶλλον δὲ φίλος ἀληθέστατος καὶ δοκιμώτατος· καὶ τῇ χάριτι μὲν τοῦ Πνεύματος, συνέσει τε καὶ σοφίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἱεροτελεστίαις καὶ δυνάμεσιν, οὐδενὸς ἀπολείπου τῶν μαθητῶν· κοινὴ γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ τοῖς δώδεκα πρὸς τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων ἐπέλαμπε φωταγωγία, ἀμέσως αὐτοῖς καὶ κατ' ἰσομοιρίαν τὰς ἐγαθουργοὺς δωρεὰς ἐπιβραβεύουσα.

Σοὶ δὲ μᾶλλον ὁ ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου πόθος καὶ ζῆλος κατὰ τοσοῦτον πεπλεόνακεν, καθόσον καὶ εἰς ἐπωνυμίαν ἡ ἀρετὴ κατέστη. Ὡς γὰρ τῷ Σίμωνι μὲν ἡ τοῦ Πέτρου προστέθειται προσηγορία, διὰ τὸ τῆς πίστεως ἑδραῖον καὶ ἀκλινές· τοῖς υἱοῖς δὲ Ζεβεδαίου βροντῆς ἀκοῦσαι διὰ τὸ μεγαλόφωνον υἱοῖς· οὕτω καὶ σοὶ ἡ τοῦ Ζηλωτοῦ ἐπωνυμία διὰ τὴν τοῦ θείου ζήλου περιουσίαν προσετέθη.

Ἀσπάζομαί σου τὸ θεοειδέστατον πρόσωπον, σεβασμιώτατε, καὶ προσκυνῶ, ᾧ εὐμενῶς ἐνέβλεψεν ὁ Κύριος· ὃ εὗρεν ἀληθῶς χάριν κατέναντι τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Ἀσπάζομαι νοερῶς καὶ πανευλαβῶς τὰ σεπτότατα χείλη καὶ τὴν γλῶσσαν· τὰ μὲν, ὡς ἀεὶ τοῖς θεαρχικοῖς χείλεσιν ἐφηρμοσμένα τῷ πνεύματι, καὶ ἀσπασμῶν θειοτέρων κατηξιωμένα, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ἀσπαζομένου θεουργικὴν προσειληφότα χάριν· τὴν δὲ, ὡς γραφίδα τοῦ Πνεύματος,

oculis objectum erat, vere filium hominis; spiritu autem et quantum mens penetrabat, Dei Filium natura, conspiciens, exque duplici operatione, duplicem naturam conjiciens, ac fidei quidem præsidio, sublimem hanc contemplationem confirmans, rursusque contemplationis sagacitate fidem roborans: quadam denique vitali necessitudine animique propensioris benevolentia, ei qui cernebatur, cohærescens devinctusque, necnon secretiore nexu illi mente unitus, nulla deinceps ratione ab eo disjungebatur; qui neque animo, amante avelli memoria, nec corporali ipso desiderati aspectu destitui, aut summa vix necessitate, pateretur.

Simul igitur cœlesti primum vocatione ac apostolica dignatus electione, sermonumque gratiæ percepto sensu atque operum conspecta virtute, omni statim mundo moritur, solique Christo vivificatur. Moritur parentibus, necessariis, amicis, prædiis, pecuniis; omnique (ut verbo dicam) huic sæculo cunctisque in illo crucifixus: neque id modo, sed et ipse sibi alienus factus, omnique carnis ejecto sensu ac prudentia, unius Jesu Christi efficitur, una ejus supra quam arcana sacratissimaque pulchritudine affectus et gratia: cumque solum eum spirares, solum præmagnifice coleres et laudares atque benediceres, qui fieri poterat, ut non apud eum, supremas primasque honoris partes assequereris? Quamobrem etiam supremo apostolorum ordine sublimatus, sublimium ei mysteriorum auditor, divinorumque spectator operum exstitisti: servus ei fidelissimus ac prudentissimus; minister gnavissimus agendique acerrimus; quinimo, verissimus amicus ac probatissimus. Ac quidem Spiritus gratia intelligentiaque ac sapientia, necnon reliquis consecrationibus et virtutibus, nulli impar discipulorum fuisti. Communis enim eademque, Patre luminum auctore, duodeno illi choro illucebat coruscatio, quæ nullo medio æquisque partibus benefica eis dona tribueret.

Tibi autem magis, qua Magistrum prosequebaris, amoris vis zelique ardor in tantum abundavit, ut et in appellationem virtus cesserit. Quemadmodum enim Simoni quidem, ob fidei firmitatem ac constantiam, Petri nomen accessit; filiisque Zebedæi, ob magnificam prædicationem, ut audirent Filii tonitrui obtigit; sic tibi quoque Zelotæ nuncupatio ob divini zeli seu æmulationis abundantiam advenit [16].

Osculor Deo similimam faciem tuam, colendissime, et adoro, in quam Dominus placide inspexit; quæ vere gratiam invenit in conspectu Dei. Osculor mente omnique reverentia, veneranda labia, linguamque: illa quidem, velut semper divinis labiis spiritu coaptata divinioraque oscula consecuta; quibus denique ab eo, cui infixa oscula, deifica gratia accesserit; hanc vero ceu stylum et penicillum Spiritus, tanquam organum oraculorum Dei;

[16] Exod. xx, 3; Jos. xxiv, 19.

Digitized by Google

velut Christi laudatricem, ac tanquam reipsa laudabilem atque placitam; per quam ille exaltatus est in gentibus, exaltatus est in terra [17].

Osculor venerabilissimas tuas manus; complector et speciosissimos pedes: manus, quæ strenue ac industrie Domino servierunt: quæ Evangelii gratiæ ministerio functæ sunt, quibus creditus vitæ Sermo: quem nimirum scrutatæ sunt et contrectaverunt inveneruntque vitæ Sermonem esse [18]: cui conjunctæ ac Spiritu divino coaptatæ atque compactæ, illius manus effici meruerunt: manus utique eximiorum operum effectrices; mirabilium Dei voluntatum consummatrices.

Adoro et pedes, velut currum cherubicum, ut quibus vehatur, qui cœlos implet et terram; qui in universo hoc, extraque universum versatur. Pedes nimirum, qui omnem fere percurrerunt terram: pedes rectos et sursum tendentes; pedes alatos et volucres, quales Cherubim; pedes fulguris instar currentes, incredibilique celeritate circumeuntes terram, ac fideles in benedictionibus prævenientes [19].

Osculor, etiamque atque etiam colens te quoque totum, totus ex toto mente circumfusus, complector; spirituque velut in speculo obversantem contuens ac memoria collustratus, quasi intelligente intemerataque, ac omnis exsorte materiæ, lucæ, augustæ vestræ magnificentiæ ac decoris vultu circumfulgeor.

Cæterum videamus, quoad liceat, quanta Zelotes evangelica functione et virtutis laude enituerit. Etenim tanquam reipsa veræ lucis discipulus, divinumque totum lumen nitidissima mente complexus, totusque lucidus et filius lucis ac reipsa lux ipse effectus, post primæ summæque lucis ac originalis in cruce occasum, post illius ab inferis tertio vespere exortum, post ascensum in cœlos (illius scilicet supra quam arcanam latebram) post Paracleti perfectiorem adventum, quando nimirum magnis iprimisque Verbi discipulis in cœnaculo considens, pari cum illis collegio, in linguis ignis specie apparentibus ac sonitu flatus vehementis, Spiritus a Patre descendens, in optimo corde ac regalissimo susceptus est: tunc plane etiam perfectiori repletus sapientia, divinissimorumque signorum ac prodigiorum potestate atque virtute ex alto indutus, Orientem relinquens, ad partes occiduas, duce Spiritu, sol magnus eximiique fulgoris Libyæ universæ, Africæque et Mauritaniæ, ac cunctis denique per occiduas oras sedes nactis, exortus es.

Quis igitur vel mente intelligat, vel satis oratione exsequi sufficiat atque exponat, labores, ærumnas, timores, viarum pericula, vigilias, curas, dolores, turbas, infidelium Barbarorum grassationes, insidias, plagas, carceres, insultus, coitiones, contradictiones, calumnias, verbera, detractiones et convicia, ejusque omnes Evangelii causa

ὡς ὄργανον λογίων Θεοῦ, ὡς ἐπαινέτην Χριστοῦ, καὶ ὡς ἐπαινετὴν τῷ ὄντι καὶ θελητήν· δι' ἧς ἐκεῖνος ὑψώθη ἐν ἔθνεσιν, ὑψώθη ἐν γῇ.

Φιλῶ σου τὰς τιμιωτάτας χεῖρας· περιπτύσσομαι καὶ τοὺς ὡραιοτάτους πόδας· χεῖρας, τὰς εὐφυῶς καὶ αἰσίως ὑπηρετησαμένας τῷ Κυρίῳ· τὰς τῷ Εὐαγγελίῳ τῆς χάριτος διακονησαμένας· τὰς τὸν τῆς ζωῆς πεπιστευμένας Λόγον· Λόγον, ὃν ἠρεύνησαν, ὃν ἐψηλάφησαν καὶ εὗρον Λόγον ὄντα ζωῆς· ᾧ συμφύμεναι, καὶ Πνεύματι θείῳ συναρμολογούμεναι, χεῖρες ἐκείνου γενέσθαι κατηξίωνται· χεῖρες, ἔργων ὑπερφυῶν αὐτουργοί· θαυμασίων Θεοῦ θελημάτων τελεσιουργοί.

Προσκυνῶ καὶ τοὺς πόδας, ὡς ἅρμα Χερουβικόν· ὡς ὀχοῦντας ἐφ' ἑαυτοῖς τὸν οὐρανὸν πληροῦντα καὶ γῆν, τὸν ἐν τῷ παντὶ τῷδε καὶ τοῦ παντὸς ἔξω καθεστῶτα· πόδας, τοὺς πᾶσαν μικροῦ διαδραμόντας τὴν γῆν, τοὺς ἰθυτενεῖς καὶ ἀνωφόρους, τοὺς πτερωτοὺς καὶ πτηνούς, οἷοι τῶν Χερουβείμ· τοὺς ἀστραπῆς δίκην θέοντας, καὶ ἀμηχάνῳ ταχύτητι περιοδεύοντας τὴν γῆν, καὶ ἐν εὐλογίαις χρηστότητος προφθάνοντας τοὺς πιστούς.

Ἀσπάζομαι, καὶ λίαν τιμῶν περιπτύσσομαι καὶ σὲ ὅλον, ὅλος δι' ὅλου τῇ διανοίᾳ περιφύς· καὶ τῷ πνεύματι κατοπτριζόμενος, καὶ τῇ μνήμῃ περιλαμπόμενος, οἷα νοερῷ καὶ ἀχράντῳ καὶ ἀΰλῳ φωτὶ, τῷ προσώπῳ τῆς ὑμετέρας περιαυγάζομαι θεοπρεπείας.

Ἀλλ' ἴδωμεν, ὡς ἐφικτὸν, καὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον εὐδοκίμησιν τοῦ Ζηλωτοῦ· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς τῷ ἀληθινῷ μαθητεύσας φωτὶ, καὶ τὸ θεαρχικὸν φῶς ὅλον διειδεστάτῃ δεδεγμένος διανοίᾳ, καὶ φωτοφανὴς ὅλος, καὶ υἱὸς φωτὸς καὶ φῶς αὐτόχρημα γεγονὼς, μετὰ τὴν τοῦ ἀρχιφώτου φωτὸς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ δύσιν, μετὰ τὴν ἐξ ᾅδου τριέσπερον ἀνατολὴν, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν· εἶτ' οὖν ὑπεράῤῥητον τοῦ αὐτοῦ ἀποκρυφήν· μετὰ τὴν τελειοτέραν τοῦ Παρακλήτου παρουσίαν, ἡνίκα δὴ τοῖς μεγάλοις τοῦ Λόγου καὶ πρώτοις ἐν ὑπερῴῳ συγκαθήμενος ὁμιληταῖς, ἐν γλώσσαις πυροειδῶς ὁρωμέναις, καὶ βιαίας ἤχῳ πνοῆς, τὸ Πνεῦμα πατρόθεν κατιὸν, ἀγαθοειδεῖ καρδίᾳ καὶ βασιλικωτάτῃ κατεδέδεκται· τότε δὴ καὶ σοφίας τελείας πληρωθεὶς, καὶ θεοπρεπεστάτων σημείων καὶ τεράτων ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἄνωθεν ἐνδυθεὶς, καταλείπεις μὲν Ἑῴαν, πρὸς τὰ Ἑσπέρια δὲ, διὰ τοῦ Πνεύματος ὁδηγούμενος, μέγας ἥλιος καὶ ὑπερφαὴς, τῇ τε Λιβύῃ πάσῃ, Ἀφρικῇ τε καὶ Μαυριτανίᾳ, καὶ πᾶσι δὲ τοῖς τὴν Ἑσπερίαν οἰκεῖν λαχοῦσιν ἐξανέτειλες γῆν.

Τίς οὖν ἐννοηθῆναι νοι, τίς δὲ ἱκανὸς διασκευάσαι λόγῳ τοὺς πόνους, τοὺς κόπους, τοὺς φόβους, τοὺς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ κινδύνους· τὰς ἀγρυπνίας, τὰς φροντίδας, τὰς ὀδύνας, τὰς ἀκαταστασίας, τὰς παρὰ τῶν βαρβάρων ἀπίστων καταδρομὰς, τὰς ἐνέδρας, τὰς πληγὰς, τὰς εἱρκτὰς, τὰς ἐπαναστάσεις καὶ ἐπισυστάσεις· τὰς ἀντιλογίας καὶ συκοφαντίας· τὰς

[17] Psal. xlv, 11. [18] I Joan. i, 1. [19] Ezech. i, 7; Psal. xx, 4.

Digitized by Google

αἰχίας καὶ λοιδορίας, καὶ αὐτοῦ πάσας τὰς ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου περιόδους · καὶ πάσας τὰς θλίψεις, ἃς ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὁ μακαριώτατος πολιορκούμενος ὑπομένων ὑπέμενε τὸν Κύριον, ἕως αὐτῷ προσχὼν, καὶ τῆς δεήσεως εἰσακηκοὼς, θύραν πίστεως ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσιν · ἕως οἰκτείρας ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ὥσπερ θαλάσσης κλύδωνι, τῇ κατ' αὐτοῦ τῶν ἀσεβῶν ἐπιτετιμηκὼς ἐπαναστάσει, καὶ τὸ φλεγμαῖνον τῆς αὐτῶν διανοίας κατευνάσας, καὶ τὸ δαιμονιῶδες ὅρμημα πραΰνας, καὶ πρὸς τὸν θεῖον φόβον ἐν σημείοις καὶ τέρασι μεταβαλὼν φοβεροῖς · καὶ οὕτως αὐτοὺς πρὸς συγκατάθεσιν καὶ πίστιν τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου μεταγαγὼν, ἐρρύσατο μὲν τὸν αὐτοῦ κήρυκα τῆς καταιγίδος τῶν φονευτῶν · τοὺς δὲ καθάπερ ἐκ πελάγους, τῆς ποικίλης αὐτῶν ἀσεβείας ἐκλυτρούμενος, ὡς ἐπὶ λιμένα σωτήριον, τὸν μέγιστον Σίμωνα προσώρμιζεν · οἱ καὶ τῇ πέτρᾳ τῆς ἀκλινοῦς αὐτοῦ πίστεως ἐπερειδόμενοι, καὶ τῷ ὕδατι καθαιρόμενοι καὶ τῷ Πνεύματι φωτιζόμενοι, καὶ τοῖς ἱεροῖς δι' αὐτοῦ μυστηρίοις τελεσιουργούμενοι, εἰς Ἐκκλησίας ἀμώμους τῷ ὑπεραμώμῳ κατηρτίζοντο.

Οὕτως ὁ θεομακαριστότατος Ζηλωτὴς, τῆς ἀντιτεταγμένης αὐτῷ περιγέγονε δυνάμεως · καὶ οὕτω τοὺς ἡχμαλωτισμένους ὑπ' αὐτῆς αἰχμαλωτίζων, ἡμέραν καθ' ἡμέραν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς σωζομένους προσετίθει. Καὶ γὰρ ἦν ὁρᾷν ἀκραιφνῆ τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ τὴν ὁμοιότητα · ἦν ὁρᾷν ἁπλοῦν καὶ πολυειδῆ τὸν αὐτόν. Καὶ ὃν τρόπον ὁ ἥλιος εἷς μὲν τὴν φύσιν, τῷ μονοειδεῖ τοῦ φωτὸς, ποικίλος δὲ δείκνυται ταῖς ἐνεργείαις · οὕτω καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος, ἐνοειδὴς μὲν ἤτοι χριστοειδὴς, τῷ περὶ πάντας ἀγαθοπρεπεῖ τῆς συνειδήσεως, ποικίλος δὲ ταῖς προνοίαις καὶ ταῖς περὶ τὰς Ἐκκλησίας φροντίσι καθωράτο · καὶ νῦν μὲν σιωπὴν εὔλογον, νῦν δὲ λόγον καίριον ἐνδεικνύμενος · νῦν μὲν ἀνθρωποπρεπέστερον τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὁμιλῶν, καὶ τὰ ὑψηλότερα τοῦ Εὐαγγελίου παρακαλυπτόμενος, νῦν δὲ τὴν ἀλήθειαν παῤῥησιαζόμενος, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ κηρυσσόμενον Ἰησοῦν, Θεὸν εἶναι προαιώνιον, τέλειον, ἄναρχον, ἀτελεύτητον διαμαρτυρόμενος · Θεὸν ἀληθῆ καὶ ζῶντα, ἐξ ἀληθινοῦ καὶ ζῶντος ἀεὶ τοῦ ἰδίου γεννώμενον Πατρός · ἀσώματον ἀσωμάτου · ἄγιον ἁγίου · φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, ὁμότιμον καὶ ὁμόθεον καὶ ὁμοάγαθον · δι' οὗ οὐρανός τε καὶ γῆ παρήχθη, καὶ ὁ σύμπας διεκοσμήθη κόσμος.

Τοῦτον νῦν σάρκα γενέσθαι, τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν ὑπὲρ ἡμῶν ἐκ παρθενικῆς καὶ ἁγίας νηδύος ὑποδύντα · καὶ σταυρῷ καὶ πάθεσι καὶ θανάτῳ προσωμιληκότα, ἀπάθειαν ἡμῖν καὶ ζωὴν αἰώνιον διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν τριημέρου ἀναστάσεως παρασχεῖν · ὃν καὶ ἀναληφθῆναι βλεπόντων ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἥξειν ἐμφανῶς αὖθις ἐκεῖθεν προσδοκῶμεν, εἰς κρίσιν ἅπαν τὸ πλάσμα παραστήσοντα.

Καὶ νῦν μὲν ἐλέγχων τὴν ἄνοιαν, τὴν ἀσέβειαν τῶν μὴ ἐπεγνωκότων τὸν Θεὸν, τὸν οἰκεῖον πλά-

A profectiones et itinera : omnes denique molestias ac mala, quæ vir beatissimus adversariorum infestatione quotidie sustinens [20], sustinebat Dominum, donec is illi attendens exauditaque illius oratione, fidei januam gentibus aperuit [21]. Donec misertus, eduxit eum de lacu miseriæ, ac velut maris procella, impiorum in eum insultu increpato, eorumque animi tumore sedato, ac dæmoniaco impetu delinito, iisque in divinum timorem signorum tremendorumque portentorum vi immutatis, atque in eum modum ad assensum fidemque veritatis Evangelii traductis, tum præconem suum ex homicidarum procella eruit, tum velut e pelago, ex varia ac multiplici eorum impietate redemptos, quasi in sospitale littus, ad maximum Simonem appellebat. Iique adeo, immotæ illius fidei petræ nixi, et aqua emundati ac Spiritu illustrati, sacrisque per eum initiati ac consecrati mysteriis, in Ecclesias immaculatas, ei perficiebantur, qui omnem a macula puritatem excedit.

Sic Deo beatissimus Zelotes, quæ conserta acie adversus illum stabat, virtutem superavit ; sicque illos captivans, quos ea addixerat, saluti deditos quotidie Ecclesiæ adjungebat. Verum namque Dei simulacrum in eo elucebat. Vidisses simplicem eum, et multiformem ; ac sicut sol cum unus natura sit, unius generis luce, effectis tamen ac virtutibus varius ostenditur : sic et magnus apostolus, uniformis cum esset (Christo scilicet affinis atque similis), conscientiæ erga omnes bonitate ; curis nihilominus Ecclesiarumque sollicitudine varius cernebatur. Ac modo quidem, congruum justa ratione silentium ; modo autem, opportunum sermonem exhibebat : nunc ex humana ratione humilius adeuntibus loquebatur, ac Evangelii sublimiora obtegebat ; nunc veritatem palam loquebatur, ac quem prædicabat Jesum, Deum esse prææternum, perfectum, principii finisque expertem, contestabatur : Deum verum ac vivum, ex vero ac vivo semper nascentem Patre ; incorporeum ex incorporeo ; sanctum ex sancto ; lumen ex lumine, vitam ex vita ; pari honore et deitate et bonitate ; per quem cœlum et terra producta, omnisque eorum ornatus et distinctio edita.

Hunc modo carnem factum esse, nostra pro nobis indutum vilitate, ex virginali sanctoque utero ; cruceque et passionibus ac morte perfunctum, immortalem nobis nullisque obnoxiam passionibus atque æternam vitam, triduana ex mortuis resurrectione præbere : quem et nobis videntibus in cœlum receptum, inde rursus conspicua specie venturum exspectamus, qui pro tribunali sibi sistat omne humanum genus.

Ac modo quidem, eorum qui Deum conditorem suum mundique hujus universitatis opificem non

[20] Psal. xxxix, 2 [21] Luc. viii, 34.

Digitized by Google

agnovissent, dementiam impietatemque arguens, modo obsecrans, atque admonens; argumentisque ex natura petitis, improbos ingratosque ad benefactorem ducens; turpe esse dicens, et a ratione prorsus alienum, ne paribus quidem cum brutis animantibus modis, eum nosse qui muneribus demereatur; qui et primum condiderit, nosque rursus proprio sanguine vindicarit: nunc quidem ad synagogas et tribunalia judicesque nequissimos rapitur, palamque Evangelium loquitur: atque ab aliis quidem subsannatur et illuditur; ab aliis autem laudatur et admirationi habetur; nunc dorsum verberibus cæditur, fustibus contunditur, ergastulis clauditur; quandoque etiam catenis exsultat et gloriatur: ac modo quidem potiori Christi apparitione auxilioque potitur, mirisque modis a malis liberatur; modo nova prorsusque inaudita spiritu patrat miracula, mortuosque suscitat et claudos roborat, solutaque membra, Jesu invocato nomine, sana præstat: tumque cæcis visum, surdis auditum, mutisque eloquium imperat.

Mitto dicere quanta in fluminibus ac paludibus sua illi virtute designata portenta, dum illorum

A στην καὶ δημιουργὸν τοῦ παντός· νῦν δὲ παρακαλῶν, νουθετῶν· φυσικοῖς ἐνθυμήμασιν πρὸ; τὸν εὐεργέτην τοὺς ἀγνώμονας ὁδηγῶν· αἰσχρὸν εἶναι λέγων καὶ ἱκανῶς ἄλογον, μηδ' ἴσα τοῖς ἀλόγοις κτήνεσι τὸν εὐεργέτην εἰδέναι· τὸν καὶ κτίσαντα τὴν ἀρχὴν, καὶ αὖθις ἡμᾶς τοῦ ἰδίου αἵματος κατακτησάμενον· ἄρτι μὲν ἐπὶ συναγωγὰς ἁρπάζεται καὶ δικαστήρια καὶ πονηροτάτους κριτὰς, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ παῤῥησιάζεται· καὶ ὑπὸ μὲν τῶν μυκτηρίζεται καὶ χλευάζεται· ὑπὸ δὲ τῶν ἐπαινεῖται καὶ θαυμάζεται· ἄρτι δὲ τὸν νῶτον αἰκίζεται, καὶ ξύλοις συγκόπτεται, καὶ εἱρκταῖς συγκλείεται, καὶ ἀλύσεσιν ἔστιν ὅτε καλλωπίζεται καὶ σεμνύνεται. Καὶ ποτὲ μὲν ἐπιφανείας Χριστοῦ κρείττονος καὶ ἀντιλήψεως, καὶ θαυμασίας τῶν λυπούντων ἀπαλλαγῆς B καταξιοῦται· ποτὲ δὲ θαυματουργεῖ τῷ πνεύματι τὰ παραδοξότατα, καὶ νεκροὺς ἀνίστησι, καὶ χωλοὺς ἀναῤῥώννυσι, καὶ παραλελυμένους τῇ ἐπικλήσει στερῥοποιεῖ τοῦ Ἰησοῦ· ἤδη δὲ καὶ τυφλοῖς ὁρᾶν, καὶ κωφοῖς ἀκούειν, καὶ ἀφώνοις ἐπιτρέπει λαλεῖν.

Ἐῶ λέγειν ὅσας κατὰ ποταμῶν καὶ ἑλῶν (51) τῇ αὐτῇ δυνάμει παρέδειξεν καινοτομίας· τοὺς μὲν τῆς

(51) *Κατὰ ποταμῶν καὶ ἑλῶν.* Videatur Nicetas habuisse plena quædam Simonis Acta, quibus isthæc omnia perscripta exstarent, quæ hic transitione subnotat, sed non satis declarat: gratiamque maximam iniisset illa producendo, si modo ejus generis erant, quibus certa fides adhiberi posset: Menæa etiam ipsa miraculorum meminerunt una aut altera strophe, nihil tamen explicatus tradendo, sed quod communi ratione cadere in apostolos possit, quos liquet miraculorum dono magnifice a Christo donatos esse. Nicetas autem peculiaria quædam indicat, aversa alio flumina, ac paludes arefactas, quæ nulla nobis prodere videntur monumenta; etsi affinia quædam habeat Gregorii Neocæsariensis vita. Metaphrastes nihil nobis de alterutro apostolo protulit, nec Lipomanus ex illo repræsentare, aliquid potuit. Itinera, longasque peregrinationes Evangelii causa, atque illis animarum salutem, aspirante Dei gratia, iidem merito Græci celebrant, ex quibus unum aut alterum similarem modulum seu versiculum ad Vesperas, ex nostro Tiliano cod. exque editis, libet his ascribere.

Σίμων θαυμάσιος, τῶν ἀποστόλων τὸ καύχημα, ὡς βολὶς ἐξαστράπτουσα διῆλθε τὰ πέρατα ἐκδιώκων ζόφον τῆς πολυθεΐας, σωτηριώδεσιν αὐτοῦ καὶ φωτοβόλοις θείοις διδάγμασι, καὶ πάντας κατεφώτισε μίαν δοξάζειν θεότητα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν C ἀδιαίρετον, ἄτμητον.

Σίμων ὁ θαυμάσιος διαδραμὼν εἰς τὰ πέρατα ὡς τροχὸς κυλιόμενος, πᾶσαν γῆν κατέφλεξεν εἰδωλομανοῦσαν, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ πυρσεύσας, τηλαυγεῖς πυρσοὺς ἀνῆψε πίστεως πανένθεα· πάντας γὰρ κατεφώτισε, κ. τ. ἑ.

Σίμων ὁ θαυμάσιος ὁ παμφαὴς καὶ ὑπέρτιμος τῶν ἐθνῶν ὁ διδάσκαλος, σαγήνη ἡ ἔνθεος ἐκ τῆς ἀπωλείας τοῦ βύθου ζωγροῦσα, θεολογίας ὑψηλῆς ὁ ἀληθέστατος κήρυξ, ἅπαντας Χριστοῦ πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν, νῦν δεξιῶς εἰστιᾶτο, τὰ αὐτοῦ κατορθώματα πρητίθεις πανδαισίαν τερπνήν.

Simon admirabilis, apostolorum gloria, tanquam bolis (id est jaculum) *effulgurans, orbis fines pervasit, impietatis caliginem effugans salutaribus lucisque fulgoribus micantibus doctrinis suis; cunctosque illuminavit, ut unam Deitatem in tribus personis individuam, indissectam laudent ac sentiant.*

Simon admirabilis, in orbis discurrens fines velut rota volvens, terram omnem simulacrorum cultu insanientem incendit, sublataque pietati face, procul micantes fidelibus ignes divina prorsus opera accendit. Cunctos namque illuminavit, etc.

Simon admirabilis, splendidissimus præque venerabilis gentium doctor, divinum everriculum, e perditionis profundo cunctos ad Christi capiens fidem, sublimis theologiæ veracissimus præco, laute nunc epulis excepit; qui virtutes suas, resque magnificas læto fruendas convivio apponat.

Edita paulo vitiosiora. Synaxarium nostrum levi sublato mendo, quod initio suffixi, ipsum grave, nonnullisque ab editis diversum, quod præcipue attinet ad commentum illud de sponso nuptiarum in Cana, qui esset ipse Nathanael, sieque Dominum secutus sit: quod proinde nuperæ admodum fidei sit ac leve. Sic ergo habet. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Σίμωνος τοῦ Ζηλωτοῦ. Οὗτος ὁ ἀπόστολος εἷς τῶν ο' ὢν (τῶν ιβ') καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῷ ὑπερῴῳ συνὼν, ὅτε πυρίνων εἶδει γλωσσῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπεφοίτησεν, καὶ τούτου πλησθεὶς, καὶ τὴν γῆν σχεδὸν ἅπασαν διαδραμὼν, πᾶσαν κατέφλεξε τῆς πολυθεΐας ἀπάτην. Μαυριτανίαν γὰρ καὶ τὴν Ἀφρῶν χώραν διαδραμὼν, ὕστερον ἐν Βριτανν[illegible] γενόμενος, καὶ πολλοὺς διδάξας καὶ φωτίσας, σταυρῷ ὑπὸ τῶν ἀπίστων προσπήγνυται, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκεῖ D θάπτεται. Οὗτός ἐστι Σίμων ὁ Ναθαναὴλ, ὃς ζήλῳ διάπυρος ζηλῶν Θεῷ παντοκράτορι, κλῆσιν τὸν τρόπον ἐκτήσατο. *Certamen sancti Simonis Zelotis apostoli. Hic apostolus cum esset unus ex duodecim et cum apostolis in cœnaculo versaretur quando igneorum linguarum specie Spiritus advenit, illoque plenus, ac omni fere peragrato terrarum orbe, impietatis deorumque superstitionis errorem succendit. Mauritania enim et Africa peragratis, cum postea in Britanniam venisset, multosque docuisset ac illuminasset, ab infidelibus crucifigitur, ejusque corpus ibi sepelitur. Hic Simon Nathanael est, qui nempe zelo accensus, Deo omnipotenti zelans, mores ipsos atque indolem, appellationem nactus est.* Basilianum Sirleti Menologium, nec ipsum penitus a Cana purum, etsi nuptiarum aut sponsi non meminit. *Eodem die sancti apostoli Nathanaelis, qui fuit Simon Zelotes. Hic fuit ex Cana Galilææ, ubi Christus Dominus invitatus ad nuptias aquam in vinum convertit.*

Digitized by Google

λεθροφόρου ἀνακόπτων φοράς, καὶ τοῖς καθήκουσι ῥώροις ἐπιέναι τῆς διαβάσεως ἐν ὀνόματι παραγγέλλων Χριστοῦ· τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ὀνόματι ξηραίνων, ὡς τὰ πρὶν ἄβατα βάσιμα τοῖς προσοίκοις καθεστάναι· ἵν' ταῦτα, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τῶν στοιχείων ὁ θαυμασιώτατος ἐπιδεικνύμενος· καὶ ὅσα πρὸς εὐεργεσίαν τῶν ἀνθρώπων τερατουργῶν, καὶ τούτοις χώρας ὅλας καὶ πόλεις πρὸς τὴν ὑπερφυᾶ τοῦ Ἰησοῦ διδαχὴν ἐξιστῶν, τῇ πίστει κατασφραγίζει, καὶ τῆς κακῆς συνηθείας καὶ πλάνης καὶ δεισιδαιμονίας ἀφιστῶν, διὰ τοῦ Χριστοῦ προσικειοῖ τῷ Θεῷ· καὶ νῦν μὲν τοῖς προκατηχημένοις τὸν λόγον, νῦν δὲ τοῖς ἀνηκόοις ἐπιδημεῖ· πάλιν ἠπείρου μακρᾶς, πάλιν μακροτέραν κατατολμᾷ πελαγῶν· αὖθις ἀγωνιᾷ, σφαδάζει καὶ τρύχεται, ἔθνεσι δεινοτάτοις καὶ σκληροτάτοις περιτυχών· αὖθις δὲ χαίρει καὶ ἀγαλλιᾶται καὶ ἥδεται, εἰς γαλήνην τὸν χειμῶνα μεταβεβλημένον ὁρῶν, καὶ τὴν ἀγριότητα καὶ ἀπιστίαν εἰς ἡμερότητά τε καὶ πίστιν μεταποιουμένην.

Ἔστι μὲν ὅτε καθ' ἕνα φωτίζει τοὺς παρατυγχάνοντας· ἔστι δ' ὅτε καὶ πλείοσι κατὰ ταὐτὸν ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ, πλουσίοις καὶ πένησιν, ἄρχουσί τε καὶ ἰδιώταις νομοθετῶν, κοινὸς πάντων διδάσκαλος, ποιμήν τε καὶ σωτὴρ ἀγαθὸς, κατὰ τὴν ὁμοιότητα δείκνυται Χριστοῦ. Τοιοῦτος ὁ τοῦ ἀποστόλου βίος καὶ τρόπος· καὶ ταύτην εἶναι βραχεῖαν ὑπόμνησιν τῶν πολυχρονίων αὐτοῦ πόνων καὶ κικροτάτων περιόδων

Ἐντεῦθεν πολλὴν μὲν ἤπειρον, πολλὴν δὲ παράλιον, καὶ νήσους δὲ οὐκ ὀλίγας τῷ κηρύγματι περιλαβών· Ἐκκλησίας τε πλείστας, ἱερέας τε καὶ ἀρχιερέας ἀφιερωσάμενος Κυρίῳ· καὶ ἤδη τὸ ἔργον τῆς ἱερουργίας τοῦ λόγου περαινόμενος, καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν στεφάνων πλησίον γινόμενος· διαπλεῖ μὲν τὸν ἑσπέριον Ὠκεανὸν, πρὸς ταῖς Βρετανικαῖς δὲ καλουμέναις καταίρει νήσοις· ἃς τῆς ὅλης οἰκουμένης τέλος φασὶν· μηδὲ γὰρ ἐπέκεινα γῆν εἶναι, μήτ' οὖν τὸ πέλαγος μετ' αὐτὰς περατόν.

Ἐκεῖ Σίμων ὁ τρισμακαριώτατος γενόμενος, καὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας εὐαγγελισάμενος· καὶ πολλοὺς μὲν πιστεύσαντας τῷ λόγῳ τῆς χάριτος σφραγισάμενος, πλείστας δὲ καὶ παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων τῇ ἀληθείᾳ ἐπιβουλὰς ὑποσχών· τέλος ὑπὸ τῶν τῆς ἀσεβείας συναρπασθεὶς ὑπασπιστῶν, προσηλοῦται σταυρῷ· τέλος ἄξιον τῆς ἐπιθυμίας, καὶ τῶν ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου πόνων, τὸν ὑπὲρ ἐκείνου δεξάμενος σταυρόν· καὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ πάθους δοξάζων αὐτὸν καὶ δοξαζόμενος ἐν αὐτῷ.

Τοίνυν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ καθάπερ ἄλλος ἐσταυρωμένος Ἰησοῦς, μετὰ τὰς μακρὰς πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ὄχλων ὁμιλίας, μετὰ τὰς συντεταμένας πρὸς Κύριον προσευχὰς, τὰς ὑπὲρ τῶν πιστῶν, τὰς ὑπὲρ τῶν ἀπίστων· τῶν μὲν, ὅπως ἐμμένοιεν ἀπαρακίνητοι τῇ ἀληθείᾳ, τῶν δὲ, ὅπως ἐπιστραφεῖεν πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα, καὶ πιστεύσαντες σω-

quidem exitiosum inhibet impetum, jubetque in Christi nomine iis locis defluere, quibus oppido commodum esset; has vero eodem invocato nomine exsiccat, ac quæ prius impervia erant, loca, incolis præstat pervia. Mitto hæc, ac quæcunque alia vir admirandus adversus elementa designans, quæcunque etiam in hominum gratiam illisque demerendis prodigia patrans, atque his provincias integras urbesque divinioris Jesu doctrinæ stupore suspendens, fide consignat, atque a mala avocatos consuetudine, erroreque ac superstitione, per Christum Deo conciliat: ac nunc quidem ad eos se confert, qui jam doctrinæ auditum acceperant, nunc autem ad eos qui ejus nihil andierant. Rursus longa continentis, longiora æquoris atque pelagi pertentata spatia. Rursus animi anxius mœstusque et moræ impatiens est et discruciatur, in ferissimas gentes ac durissimas incidens; rursusque gaudet et exsultat ac jucundatur mutatam tempestatem in tranquillum videns; ferinosque et incredulos mores in lenitatem conversos et fidem.

Quandoque singulos qui adirent illuminabat, quandoque vero etiam pluribus simul viris ac mulieribus, divitibus ac pauperibus, magistratibus et privatis documenta tradens, universis communis magister, Pastorque ac servator bonus, Christi exemplo enitebat. Talis apostoli vita moresque: hicque brevis commentarius eorum laborum, quos longos annos desudavit, molestissimorumque illius itinerum.

Hinc multam continentem et maritima, insulasque non paucas prædicatione complexus pluribusque Ecclesiis et sacerdotibus ac episcopis Domino consecratis; jamque sacræ verbi functioni colophonem imponens, ac ipsas e propinquo coronas salutans, occiduum Oceanum navigat, atque ad insulas, quas Britannicas vocat. Has vero, universi orbis terrarum oras extremas esse ferunt; neque quod deinceps est, pelagus posse superari.

Illuc Simon beatissimus cum venisset, ac veritatis sermonem annuntiasset, multosque verbo gratiæ credentes consignasset: sed et ab iis, qui veritati contradicerent, multis appetitus insidiis esset, ad extremum corripientibus impietatis patronis, cruci affigitur; dignum scilicet cupiditatis finem, ac laborum crucifixi causa susceptorum, illius gratia reportans repositam crucem; passionisque similitudine tum ipsum clarificans, tum in ipso claritatem nactus et gloriam.

Igitur in crucem velut alter Jesus sublatus, post longa ad astantes turbas colloquia; post contentas ad Deum preces, in fidelium gratiam, et infidelium; priorum, ut immoti in veritate perseverarent; aliorum, ut ad Deum fortem vivum converterentur, ac fide salutem consequerentur [22]. Post hæc, inquam, a mundo quidem et a corpore penitus ex-

[22] Psal. XLI, 3.

Digitized by Google

cedens, in se vero totus conversus, seque medio, in eum, in quem per fidem semper commigrabat; corpus quidem velut quasdam fæces ponit, qui carnis pridem indumento emortuus esset; velut autem levi penna ac cœlipeta spiritu in cœlos sublatus, videt sibi cœlestes apertas januas; videt et clare Filium sedentem a dextris paternæ majestatis : ipseque cunctis illis mentium sanctorumque stipatus agminibus, mystice ac qua nemo verbis explicet ratione, ad supremum omnium regem adit cum exsultatione; ipsumque facie ad faciem nactus, ac illi eximie laudis cantico defunctus, Jesuque dextera, corona gloriæ donatus : nullis denique verbis explicabili apparatu atque honore susceptus, supremis primisque coaptatur atque unitur Dei filiis.

A θῶσιν· μετὰ ταῦτα γοῦν, τοῦ κόσμου μὲν τέλεον καὶ τοῦ σώματος ἐξιστάμενος, πρὸς ἑαυτὸν δὲ συννενευκὼς ὅλος, καὶ δι' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν, ἐν ᾧ διὰ πίστεως ἦν ἀεὶ μεθιστάμενος, ἀποδιϋλίζεται μὲν καθάπερ τοῦ σώματος, πάλαι τὸ σάρκινον φόρημα νενεκρωμένος· οἷα δὲ πτερῷ κούφῳ καὶ οὐρανοπόρῳ τῷ πνεύματι διαιρόμενος εἰς οὐρανοὺς, ὁρᾷ μὲν τὰς οὐρανίας ἀνεπεταμένας αὐτῷ πύλας· ὁρᾷ δὲ καθαρῶς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ δεξιῶν τῆς Πατρώας μεγαλωσύνης ἱδρυμένον· καὶ αὐτὸς ὑπὸ πάσης νοερᾶς καὶ ἁγίας δορυφορούμενος ταξιαρχίας, πρόσεισι μυστικῶς καὶ ἀρρήτως τῷ τῆς δόξης ἐν ἀγαλλιάσει Παμβασιλεῖ· καὶ αὐτῷ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἐντετυχηκὼς καὶ ὑπερφυῶς αὐτὸν ὑμνηκώς· καὶ τῷ στεφάνῳ τῆς δικαιοσύνης παρὰ τῆς δεξιᾶς ἐστεφανωμένος τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἀρρήτου δεξιώσεως καὶ τιμῆς καταξιωθεὶς, τοῖς ἀνωτάτω καὶ πρώτοις τοῦ Θεοῦ συναρμόζεται καὶ συνενοῦται παισίν.

B

Hoc tibi, divine Verbi ac eloquentissime discipule, hoc longorum laborum, quos magistri causa desudaveras, dignum præmium; ut videlicet illi ipsi copulareris, ac sicut eum clarificaveras super terram, sic cum eo in cœlis clarificareris : ac sicut excellenti quadam ratione passionum socius extiteras, sic ejusdem cum eo regni particeps efficereris.

Τοῦτό σοι, θεσπέσιε τοῦ Λόγου καὶ λογιώτατε μαθητά· τοῦτο τῶν μακρῶν ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου πόνων τὸ γέρας ἀντάξιον, αὐτῷ ἐκείνῳ συναφθῆναι· καὶ ὥσπερ ἐδόξασας αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἐν οὐρανοῖς αὐτῷ συνδοξασθῆναι· καὶ ὥσπερ τῶν παθημάτων ὑπερβαλλόντως ἐκοινώνησας, οὕτω καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ βασιλείας συμμετασχεῖν.

Salve sis igitur, Deo beatissime summeque venerabilis Simon, obedientiæ nomen (hoc enim ejus significatum) digne Deo laudata res digneque amabilis, atque angelis quidem æmulanda, tremenda C vero dæmonibus; ac fidelibus quidem venerabilis et amabilis, infidelibus vero molesta et aversabilis.

Χαῖρε τοίνυν, ὦ θεομακαριστότατε καὶ τιμιώτατε Σίμων, τὸ τῆς ὑπακοῆς ὄνομα· τοῦτο γὰρ ἡ σημασία· τὸ ἀξιεπαίνετον Θεῷ πρᾶγμα καὶ ἀξιοπόθητον· καὶ ἀγγέλοις μὲν ζηλωτὸν, δαίμοσι δὲ φρικτόν· καὶ πιστοῖς μὲν αἰδέσιμον καὶ ἐράσμιον, ἀπίστοις δὲ βαρύ τε καὶ ἀποτρόπαιον.

Salve sis, Christi æmulator ferventissime ac gnavissime, tanto Phines illo, Eliaque et Elisæo; ac prophetis eo nomine laudem habentibus, divino zelo superior, quanto Christi schola ejusque discipuli partibus, majorem Dei notitiam majoremque fidei fervorem adeptus, majoris quoque fervoris zlacritatem studiumque boni præstandi gratia contulisti.

Χαῖρε, Χριστοῦ ζηλωτὰ θερμότατε καὶ δραστήριε· τοσούτῳ τῷ θείῳ ζήλῳ τὸν Φινεὲς ἐκεῖνον, τὸν Ἠλίαν, τὸν Ἐλισσαῖον, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτῳ μακαριζομένους ὑπερβάλλων τῶν προφητῶν, ὅσῳ τῷ μαθητεῦσαι Χριστῷ πλείονος θεογνωσίας καὶ θερμοτέρας τῆς πίστεως εὐμοιρηκὼς, θερμοτέραν καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ προθυμίαν κατενήνοχας καὶ σπουδήν.

Gaude, quod tua ipsius opera honestata, quam in terra nactus fueras, patria; illamque penitus supergressus, rationes tuas, velut cœlestis filius in cœlum transtuleris, Sioneque Dei Metropoli vera D cognita patria, Sionites potius, quam Canites appellari merueris : qui nimirum sicut patrem patre, hæreditatemque hæreditate, atque fratres fratribus, sic et patriam patria, mortaliaque et fluxa, iis quæ stabilia sunt ac incorrupta, sapienti consilio commutaveris [22].

Χαῖρε, ὅτι δι' ἑαυτοῦ σεμνύνας τὴν πατρίδα τὴν ἐπὶ γῆς, τῆς μὲν τέλεον ὑπερανέστης, τὸν οὐρανὸν δὲ, ὡς οὐράνιος ὤφκησας παῖς· καὶ Σιὼν, Θεοῦ τὴν μητρόπολιν, πατρίδα ἀληθῆ ἐγνωκὼς, Σιωνίτης μᾶλλον ἢ Κανανίτης ἀξίως προσηγόρευσαι· ὥσπερ πατέρα μὲν πατρὸς, κλῆρον δὲ κλήρου, ἀδελφοὺς δὲ ἀδελφῶν, οὕτω καὶ πατρίδα τῆς πατρίδος, τὰ ἐπίκηρα καὶ λυόμενα τῶν ἑστώτων καὶ ἀκηράτων ἐχεφρόνως ἀμειψάμενος.

Salve sis, Patris quidem minister; dispensator vero mysteriorum Filii, ac Spiritus famule : sive, Patris quidem præco ac minister; Filii vero, testis et apostole; Spiritus denique discipule ac scriba;

Χαῖρε, τοῦ Πατρὸς μὲν ὑπηρέτα, οἰκονόμε δὲ μυστηρίων τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος λειτουργέ· ἢ, τοῦ μὲν κήρυξ καὶ διάκονε· τοῦ δὲ μάρτυς καὶ ἀπόστολε· τοῦ δὲ μύστα καὶ γραμματεῦ· τῆς μιᾶς

[22] Joan. II, 1; Jos. XIX, 28.

(51) שמע *audivit*.

Digitized by Google

Θεότητος δοξαστά· τῶν τριῶν ὑποστάσεων μυστολέκτα καὶ θεωρητά.

Χαῖρε καὶ κατατέρπου, ὅτι συμβασιλεύσεις εἰς αἰῶνας Χριστῷ, καὶ ἐπὶ θρόνου δόξης σὺν αὐτῷ καθιῇ, τιμῆς ἀφάτου πληρούμενος καὶ λαμπρότητος· ἀλλὰ μηδὲ τῆς ἡμῶν βραχύτητος ἐπιλέλησο· μέμνησο δὲ τῆς ὀλίγης ταύτης, ὦ τρισμακαριώτατε, προσλαλιᾶς, καὶ ὡς τοῦ ὑπεραγάθου Θεοῦ μιμητής, πλουσίᾳ χειρὶ τῆς προθέσεως ἀντάμειψαι· καὶ τῇ εὐθείᾳ τοῦ Ὑψίστου συμβίβασον ὁδῷ· καὶ ταῖς ἱκετηρίαις σου, κατεύθυνον ἐν αὐτῇ, καὶ ταῖς ἐπισκιάσεσι κατάρτισαι κατ' αὐτὴν, καὶ τελείοις Θεοῦ θελήμασι, καὶ ἀγαθοῖς ἐνευδοκιμηκότας πρόσδεξαι ἡμᾶς ἐπὶ τέλους, θαυμάσιε Ζηλωτά! εἰς τὰς μακαρίας τοῦ Πατρὸς ἐν ἀγαλλιάσει μονάς· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A unius deitatis laudator; trium personarum sacer vates ac spectator.

Salve sis et lætare, quod Christo in æternum conregnabis, ac cum eo in sede majestatis sedebis, immenso plenus honore et claritate. At, ne nostræ quidem exilitatis obliviscaris; sed memineris, vir beatissime, exiguæ hujus allocutionis; velutque Dei supra quam boni imitator, locupletes manu hujusce vices propositi redde, rectæque Altissimi viæ admovens, in ea supplicationibus tuis dirige, exque ejus rationibus obumbrando perfice; perfectisque ac bonis Dei voluntatibus præclare functos, in beatas tandem nos Patris mansiones, admirande Zelota! in exsultatione recipe: in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B

ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ παντεύφημον ἀπόστολον Ἰούδαν τὸν Θαδδαῖον (52).

Ὁ μὲν μακάριος Ἰακὼβ ἐκεῖνος ὁ καὶ Ἰσραὴλ, ἐπὶ τέλει ποτὲ τοῦ βίου γενόμενος, καὶ τοὺς υἱοὺς

ORATIO XIII.

Laudatio sancti et celebratissimi Judæ Thaddæi apostoli.

Beatus ille Jacob, qui et Israel, cum in extremis quandoque constitutus filiis bene precaretur; quin-

(52) Quem *Judam Jacobi*, Lucas vocat VI, 15, et Act. I, 13, liquet Matthæum X, 3, et Marcum III, 18, *Thaddæum* dicere, sicque utroque loco habet Vulg. Qui tamen exstat Græcus Matthæi textus, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, *Et Lebbæus, qui appellatus est Thaddæus*. Nec aliter reliqui interpretes, Syriac., Arab., Persic., Æthiop., legisseque Hieronymum declarat, quod in *Nom. Hebræis* apud Matth. meminit. *Lebbæi*, *corculum* interpretans; quæ et clara derivatio est. Eo nomine vocatus Romæ P. Nasica. Plinius *Corculos* nominatos refert, qui sapientia præstarent. Unde vero tanta hæc nominum varietas, sicque Lucas *Judam* maluerit, Matthæus *Lebbæum*, cognomento Thaddæum; Marcus solum Thaddæum, haud facile reddi ratio possit. Quod enim Hugo Grotius affert de concursu litterarum τοῦ τετραγραμμάτου, quem quidam Judæi vitarent, esseque idem nomen, quod sic Lucas vetuste extulerit, procul a vero abhorrere videtur. Quanta enim horum nominum affinitas, ut idem nomen censeri possint; vel quæ invidia nominis Juda, sic triti in Scriptura, ut religio esset ullis Judæis, reverentia τοῦ τετραγραμμάτου illud pronuntiare? At Judas ipse proditor Judæ nomen sic sanctum, universim fœdare non potuit, etsi forte aliqui, ne vel proditoris meminisse viderentur, sic Lebbæum Thaddæumque vocitarent, quod Matthæus Marcusque secuti sint. Lucas vero Judæ nomen expressit, adjuncto, ὁ τοῦ Ἰακώβου, ut ejus nobis prosapiam aperiret: ac bene Vulg. *Judas Jacobi*; videnturque mihi limites probi interpretis excessisse, Syriac., Persic., Arab. qui *Judam Jacobi filium* reddiderunt (etsi illa vox atque additum, Hebræorum ritu ita accipi solet) quod præcipue Judas ipse se Jacobi fratrem dicat initio suæ epistolæ, hinque in Evangeliis sub Judæ nomine clarus sit, quod inter fratres Domini numeretur, inter quos Jacobus quasi major, ac defuncto patre quasi paterfamilias, toti nomen familiæ daret. Unde et plurium veterum sententia est, quam Mariam Jacobi vocant reliqui evangelistæ, ipsam esse quam Joannes Mariam matrem Jesu nuncupat, cui sententiæ novissime accedit Vossius non tam veterum auctoritate, quos nullos refert, cum licuisset Hesychium et alios, quam quod ita sibi colligere videatur ex Evangelio; et quod defuncto Josepho, ejus omnes liberi in una familia, sub ejus quasi tutela essent, præstante sic reliquis Jacobo, quidquid Abdias omnium minimum dicat, quem unum Joseph ex altera uxore sustulerit: quanquam non desunt etiam ex Græcis, qui hanc sententiam de Matre Jesu, ipsa dicta Maria Jacobi, serio impugnent, in quibus mihi productus Georgius Nicomed. *Orat. de assiduitate sanctæ Mariæ ad sepulcrum*. Ut ut sit, vocatum Judæ patrem Jacobum, non satis liquet, nec ejus nobis plene fidem isti interpretes præstare possunt, quod ipse Judas Lucæ vocem videatur potius de fratre exposuisse. Nec movere debeat, quod Hugo Grotius existimet additum esse a scribis, quod ita dicitur, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου· qua enim facilitate, inani conjectura, illi dicitur, eadem rejicitur; quod nulla varietate codices habeant, ejusque gravis testis Origenes sit in Matth. XIII, ubi laudata Judæ epistola, quod *paucorum quidem versuum, sed plena efficacibus verbis gratiæ cœlestis*, sic ait in principio dicere, *Judas Jesu Christi servus, frater autem Jacobi*. Quæ certe majora sint ad epistolam Judæ apostolo ac fratri Jacobi vindicandam, quam suppressum nomen apostoli, aut quod vexata Carpocratiana hæresis videatur, ac si qua ejusmodi sunt, ad illi abrogandam. Apostoli nomen quandoque modestia supprimebat; satisque Judas expressit, quod se fratrem Jacobi dixit, quasi exponens, quod in apostolorum catalogo semel et iterum Judas Jacobi dictus fuit, atque hinc δεσπόσυνος, quasi ex Dominica stirpe et vere apostolus, qui duplex illi titulus præaugustus. Ipsa falso nomine Nicolaitarum hæresis ejusque turpia satis erant, ut sic Judas exagitaret, in quibus præiverant ipsa Carpocratiana. Quod si illis freti interpretibus, sicque usitata Hebræorum phrasi, admittamus Judæ patrem Jacobum dictum fuisse, perinde ac illius fratrem (Jerosolymorum scilicet antistitem et fratrem Domini), in promptu erit, cur hic alter Jacobus et Jacobi filius dictus sit Marco μικρός, *Parvus* seu *Minor*, nempe comparatione ad patrem, quomodo Theodosius Minor, Magni Theodosii filius, et sic passim alii, justa inter duos comparatione, quam poscit Hieronymus, nec bene ipse assignat cum Jacobo Zebedæi, quem Scriptura nunquam aliter quam ex patris nomine ab altero Jacobo et collega seu coapostolo distinxit, ac nec ullus veterum. Mo-

Digitized by Google

imo eventura per singulas tribus spiritu vaticinaretur, ita pronuntiavit : *Juda! te laudent fratres tui. Manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum*; ado-

A εὐλογῶν· μᾶλλον δὲ πρόῤῥησιν τῶν κατὰ φυλὴν ἑκάστην ἀποβησομένων τῷ πνεύματι ποιούμενος, *Ἰούδα! σὲ αἰνέσαισαν, προηγόρευσεν, οἱ ἀδελφοί σου.*

deste satis Origenes, exceptis quæ ex illo retulimus, nihil præterea de Juda et Joseph (qui sic fratres Domini cum Jacobo et Simone dicantur), compertum se habere profitetur : ipseque Nicetas, nulla se Acta vidisse ait, quibus res Simonis continerentur; quem proinde latuerunt illa Abdiæ de martyrio in Perside cum Simone, ipsa plane spuria, ac reliquorum traditioni adversa.

Hieronymus, non tam forte memoriæ lapsu quam nimia Origenis assectatione, quem sic Lucas distinguit, *Simonem Zelotem*, quasi Matthæi Hebræam vocem *Cananites*, exponendo, *Judam Zelotem* ad fastidium usque obtrudit. In c. IV, Epist. ad Gal. : *Bonum zelum legimus Phinees, Eliæ, Mathatiæ et apostoli Judæ*. Adversus Helvid. : *Judas Zelotes, in alio Evangelio Thaddæus dicitur*. Sed et Matth. X in catalogo duodecim apostolorum, Thaddæum apostolum facit, ipsum qui a Thoma Edessam missus est ad Agbarum seu Augarum regulum, cum Eusebius, ex quo mutuatus est, l. I, c. ult. et penult. aperte dicat unum e LXX fuisse : ut plane non decebat apostolum, qui nullo superior esset, sui ordinis atque æqualem apostolum mittere. Quare non immerito Henr. Valesius Eusebii doctus interpres expostulat, fidemque ac diligentiam majorem in viro desiderat. Ut existimem Hieronymum secutum Origenem, sic passim vocando *Judam Zelotem*, qui Scripturæ phrasi sit *Judas Jacobi*, suadet Origenis locus tract. XXXV, in Matth. ad eum locum, *Jesum Barrabam, an Jesum qui dicitur Christus. In multis*, inquit, *exemplaribus non continetur, quod Barrabas etiam Jesus dicebatur*, etc. Quibus elevat eam lectionem, quod nomen Jesu non videatur ulli malorum commune ; *sicut in aliis nominibus invenimus justorum, ut ejusdem nominis inveniantur etiam iniqui, ut puta Judas apostolus, Zelotes, et Judas patriarcha, et Machabæus Judas, omnes laudabiles : sed Judas proditor*.

Sed et Græcorum Menæa nec ipsa forte omnis labis pura. Nam quod utrumque Thaddæum (et apostolum et discipulum unum ex LXX) Edessam profectum volunt, ibique prædicasse et curasse Angarum, ablato quod ei lepræ erat reliquum (ab accepta nimirum Domini epistola) palam confundunt, reliquis distinguunt. Crasso errore in Synax. edito 19 Junii, Οὗτος ἐν μὲν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ καὶ ταῖς Πράξεσιν, Ἰούδας ἐπονομάζεται. Emendata ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν. Nec enim Græci Judæ Evangelium noverunt, vel aliud quam Lucæ, in quo Judas dictus sit, uti etiam in Actibus, eodem Luca scriptore. Sed præstat Tilianum nostrum Synax. illo purius auctiusque, quo epistolæ Judæ illustre testimonium habetur, hic loci repræsentare : Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰούδα, ἀδελφοῦ κατὰ σάρκα χρηματίζοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς ἦν υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ μνήστορος, καὶ ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου γνήσιος κατὰ φύσιν. Οὗτος παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον πεμφθεὶς, τὴν σωτηρίαν καταγγέλλει τοῖς ἔθνεσι, καὶ πολλοὺς τόπους διαμειψάμενος, καὶ πολλὰς πόλεις καὶ λαοὺς εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ χειραγωγήσας πίστιν, εἰς τὴν Μέσην τῶν ποταμῶν παραγίνεται, ἐκκλησίας ἐκεῖθεν καταφυτεύσας, καὶ τοῖς ὁμόροις ἔθνεσι τὸ Εὐαγγέλιον κηρύξας, καὶ τὴν Ἐδεσσινῶν καταλαμβάνει, καὶ τῷ Αὐγάρῳ περιτυχὼν, καὶ τοῦ συνέχοντος πάθους ἐλευθερώσας αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀπίστων ἀναρτηθεὶς ἐν Ἀράτ τῇ πόλει θνήσκει. Ὅς ἔτι περιὼν ἅπασιν ἀνθρώποις θεόπνευστον καὶ πολλῶν δογμάτων ἔμπλεων ἐπιστολὴν ἐπιστέλας, πλείους θανὼν ἢ ζῶν δι' αὐτῆς ἐπιστρέφει πρὸς θεοσέβειαν. *Memoria sancti apostoli Judæ, fratris Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Fuit hic filius Josephi S. Mariæ sponsi, verusque natura frater Jacobi fratris Dei. Hic ab ipso Christo in mundum universum missus, salutem annuntiat gentibus, variisque peragratis locis multisque urbibus ac populis ad Christi fidem adductis, in Mesopotamiam venit ; atque ibi plantatis Ecclesiis; prædicato Evangelio finitimis gentibus, Edessam quoque venit, Angaroque locutus, et cum morbo quo tenebatur, eum liberasset, ab infidelibus suspensus telisque confossus in Arat moritur. Cum in humanis adhuc versaretur, divini Spiritus afflatu digesta multisque decretis plena, cunctis hominibus conscripta Epistola (catholica* I), *plures per eam vita functus ad pietatem convertit, quam vivus.* Consentit earum gentium traditio de Judæ martyrio in Armenia. Thaddæum unum ex LXX requievisse Beryti tradunt 21 August., ubi perinde Edessam lustraret, et Augarum a reliqua lepra mundasset, ipsumque baptizasset, ac deinde in Mesopotamiam intrasset, Syriamque prædicatione peragrasset, quæ nemo non videt, alia ex aliis transcripta esse. Quod Thaddæum, *qui et Lebbæus*, vocant, dicas Menæorum Synaxariique auctores eum respexisse, qui sic apud Matthæum dicitur, ac velut ille alius a Juda Jacobi Lucæ significetur; quod est valde absurdum. Non enim alium Matthæus et Marcus, alium Lucas texuerunt τῶν ιβ' catalogum, vel ei alius alios inseruerunt; ipsique diserte suum illum Thaddæum unum e LXX dicunt, hominem Edessenum, etsi Hebræum; qui Joannis primum, tum Christi discipulus fuerit, ac sic patriam suam curaverit, cujus forte labores Thaddæus alter sive Leblæus, ipse Judas Jacobi, ibi absolverit. Ac num ab illo sibi nomen illud asciverit, vel ipse ab eo apostolus ita dictus sit, velut a Sergio Paulo, Paulus, qui antea Saulus, quod eum peculiarius instituerit, et quasi operis vicarium ac alium se in Christo habuerit? Liceat ita divinare, dum certiora et integræ fidei monumentis occurrerint : quæ cum antiquos defecerint, non facile possunt nobis suppetere. Liquet tamen, et recentiori probatum periculo est, prodesse plurimum ad ponenda fidei fundamenta, si quis indigena probe ea instructus, suis magister et doctor præficiatur, velut Clemens Romæ, Areopagita Athenis, et forte Ananias Damasci, aut etiam Joannes Senior Ephesi, aliique. Miserint itaque vel Thomas, vel Thaddæus, Thaddæum Edessenum Edessam, jam Christi discipulum, et secundi ordinis apostolum, utilemque in ea operam posuerit, quem ipse postea Thaddæus apostolus primi ordinis secutus sit, cœptaque discipulo absolverit, majorique luce prædicationis apud Syros et finitimas Edessæ nationes offenderit, cujus rei causa sic martyrium fecerit. Et certe Menæa quasi exordium prædicationis Thaddæi discipuli Edessam faciunt; quem et reliquum lepræ nigræ, quod Augaro ejus urbis regulo hærebat, abstulisse aiunt : finem vero prædicationis apostoli, qui Augarum morbo liberaverit, non lepram sustulerit, sive idem sive potius aliusque regulus sit, ut erat nomen commune ejus gentis principum. Venerit itaque Thaddæus apostolus et Judas curatum sic laborantem Edessenum regulum, susceptamque in ea urbe fidem opera roboratum, quo præstito in Ararat veniens Christi victima occisus sit. Atque in hunc modum conciliare licebit, quæ in speciem videantur dissidere. Nicetas, ipse caute Menæorum venam sequitur. De curato Augaro maluit tacere, quod unius putavit Thaddæi discipuli, habuitque ex historia Eusebii : quem sequatur, cui nostra hæc conciliatio non placuerit.

Digitized by Google

Αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σοι υἱοὶ τοῦ πατρός σου, καὶ ὅσα τῆς εὐλογίας ἐξῆς. Ἅ πάντα κατ' οὐδὲν, ἢ μικρῶς ἐκείνῳ συνέβαινεν· ἐναργῆ δὲ τὴν ἔκβασιν καὶ τρανεστάτην, ἐπὶ τῷ ἐξ Ἰούδα μέλλοντι φῦναι Χριστῷ, τὰ τῆς προφητείας καταδέδεκται.

Οὗτος γὰρ ὁ ἀληθινὸς Ἰούδας, ὁ τῷ Πατρὶ, τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, κατὰ τὴν τοῦ ὀνόματος σημασίαν, ἐξομολογούμενος· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τούτῳ γνησίως καὶ πιστῶς μαθητεύσουσιν. Οὐ γὰρ ὅσοι ψιλῆς μεταποιοῦνται τῆς προσηγορίας, ἀξιοπρεπῶς ἂν κληθεῖεν Ἰουδαῖοι. *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ*, φησὶν, *Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ. Ὥσπερ οὐδὲ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ· οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα· ἀλλ' οἱ πρὸς μόνην Θεοῦ τὴν ἐλπίδα διὰ πίστεως ἀνατεινόμενοι* (τοῦτο γὰρ τὸ ἔργον τοῦ Ἀβραάμ)· καὶ Θεὸν, ὡς ἐφικτὸν, ὁρᾶν ἀξιούμενοι· τοῦτο γὰρ Ἰσραήλ. Οὗτοι καὶ νόμον τηροῦσι τῆς περιτομῆς· οὐ τὸν ἐν γράμματι καὶ σκιᾷ, ἀλλὰ τὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, ἐν τῇ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ἀπεκδύσει ἢ νεκρώσει. Οὗτοι νόμῳ στοιχοῦντες, καὶ ἀδιαλείπτως ἐξομολογήσει καὶ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες, ἐν τῇ τοῦ καινοῦ ἀνθρώπου ἀναλήψει ἢ ἀνακαινώσει.

Ὥσπερ οὖν πάσης ἐνεργείας θεοτελοῦς, πάσης ἀρετῆς, πάσης χάριτος ῥίζα καὶ πηγαία πέφυκεν αἰτία Χριστός· δευτέρως δὲ κατ' ἀναλογίαν τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ κοινωνοὶ καθεστᾶσι τῶν αὐτῶν· οὕτω καὶ ἡ δύναμις τῆς ἐξομολογήσεως προηγουμένως μὲν τῷ διδασκάλῳ, κατὰ τὴν ἐξ ἐκείνου δὲ μέθεξιν καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐνθεωρεῖται· τοῖς τ' ἄλλοις πᾶσι, καὶ πρὸ αὐτῶν τῷ καὶ προσηγορίαν προνοίᾳ κρείττονι τὴν πρᾶξιν αὐτὴν κληρωσαμένῳ.

Αἰνέσωμεν τοιγαροῦν Ἰούδαν, κατὰ τὴν τοῦ πατριάρχου προφητείαν· τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ἐπώνυμον. Αἰνέσωμεν καὶ προσκυνήσωμεν τὸν ἀξίως τοῦ ἱεροῦ ὀνόματος πολιτευσάμενον· τὸν ὥσπερ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, οὕτω καὶ ταύτης ὑπερβαλλόντως κεκοινωνηκότα Χριστῷ· τὸν θερμότατον τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην δοκιμώτατον, καὶ τὴν γνῶσιν τελειότατον μαθητήν· τὸν τῆς ὑψηλῆς τῶν ἀποστόλων καὶ ἱερᾶς δωδεκάδος συμπληρωτήν. Αἰνέσωμεν, οὐ τὸν Ἰσκαριώτην· μακρὰν γὰρ ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς εὐλογίας, ὅτι ἠγάπησεν κατάραν, καὶ ἦλθεν αὐτῷ· ἀλλὰ Ἰούδαν, τὸν ἀμφοτέρωθεν περίβλεπτόν τε καὶ εὐγενέστατον· καὶ τοῖς φυσικοῖς, καὶ τοῖς ὑπὲρ φύσιν πλεονεκτήμασιν ὑπερφυῶς λαμπρυνόμενον καὶ καλλωπιζόμενον· τὸν κάτω μὲν ἐπὶ γῆς, ἔκγονον μὲν Ἰωσὴφ, Ἰακώβου δὲ ἀδελφόν· ἄνω δὲ, παῖδα μὲν Θεοῦ, σύγγονον δὲ Χριστοῦ. Τὸν ἀπόγονον μὲν τοῦ βασιλέως Δαβὶδ· συγγενέα δὲ κατὰ σάρκα Χριστοῦ· εἴπερ δὴ καὶ Ἰωσὴφ αὐτὸς ὁ πατὴρ, συγγενὴς τῇ μνηστῇ καθίστατο Μαριάμ. Τὸν ἐγγὺς μὲν περιφανῆ, καὶ λαμπρὰ κεκτημένον τὰ τῆς δικαιοσύνης ὑποδείγματα· οὕτω δὲ παρευδοκιμηκότα καὶ

A *rent te filii patris tui* [24], et quæcunque sequuntur in benedictionibus. Quæ omnia nihil, aut parum illi acciderunt; clarum vero et apertissimum in Christo, qui ex Juda ortus est, in eum modum prædicta eventum habuerunt.

Hic enim verus est Judas, qui Patri, qui in cœlis est, pro eo ac nomen sonat, confitetur: neque is solum, sed et omnes qui ejus vere ac fide discipuli exsistunt. Nec enim qui nudam vindicant appellationem, congrue digneque Judæi vocitentur. *Non enim qui in manifesto Judæus est, sed qui in abscondito. Quemadmodum neque omnes qui ex Israele, hi sunt Israelitæ; neque quia semen sunt Israel, omnes filii* [25]; sed qui per fidem in solam Dei spem animis intendunt (hoc enim opus Abrahæ) ac qui B Deum, quoad concessum est, merentur videre (id enim sibi vult Israel), hi legem quoque circumcisionis servant, non ejus quæ in littera et umbra est, sed quæ in spiritu et veritate, in exspoliatione seu mortificatione veteris hominis: qui nimirum legem sequantur, ac indesinenter confessioni et orationi assidui sint, in assumptione novi hominis seu illius renovatione [26].

Quemadmodum igitur divinæ omnis operationis, omnisque virtutis et gratiæ Christus radix, fonsque ac auctor exsistit; secundis autem partibus pro rata cum eo similitudine, hi quoque qui ex illo sunt, eorumdem et ipsi socii ac consortes exsistunt: sic quoque confessionis vis, primo quidem C principaliusque in magistro, ex illo autem etiam in discipulis participata ratione noscitur; tum reliquis omnibus, tum præ illis singularique excellentia, in eo qui diviniore providentia rem ipsam appellationem est consecutus.

Laudemus igitur Judam, juxta patriarchæ vaticinium; illum scilicet qui ex confessione nomen sit mutuatus. Laudemus et veneremur eum, qui digne pro sacri nominis ratione vitam instituerit; qui sicut reliquas virtutes, sic hanc quoque excellenter cum Christo communem habuerit; ferventissimum utique fide, et dilectione probatissimum, scientiaque perfectissimum discipulum, qui sublimem sacrumque complevit duodenarium apostolorum D chorum. Laudemus, non Iscariotem (procul enim is est a benedictione; quippe qui dilexerit maledictionem, et venit ei) sed Judam utrinque spectabilem ac nobilissimum [27]; tum scilicet naturalibus dotibus, tum quæ natura superiores sunt, eximie clarum atque ornatum. Ad terrenam quidem prosapiam quod attinet, Josephi filium ac Jacobi fratrem; quod autem ad cœlestem, Dei filium ac Christi fratrem, nepotem quidem Davidis regis, ac Christum agnatione carnali contingentem; siquidem et Joseph ipse parens, ejuscemodi sanguinis necessitudine Mariam sponsam contingebat: propinquis quidem illustrem, et qui clara justitiæ

[24] Gen. XLIX, 8. [25] Rom. II, 28; Rom. VII, 6. [26] Joan. VIII, 39; Colos. II, 11. [27] Psal. CVIII, 18.

Digitized by Google

exempla nactus esset, sicque illa majori virtutis claritate vicisset, iisque præcelluisset, ut non tam ipse illorum, quam illi ejus longe fulgoribus honestarentur ac præniterent.

Hunc et in typum sanctæ ex Judæis collectæ Ecclesiæ assumptum esse existimo. Quia enim futurum erat, ut gens Judaica duabus scissa partibus, altera quidem necessitudine Deo adjungeretur, altera repelleretur ; hinc quidem per fidem justificata, inde incredulitatis causa damnata ; utque pars altera superædificaretur super fundamentum apostolorum et prophetarum, altera instar ramorum aridorum et inutilium a sancta radice effringerentur[32] ; excisæ quidem Synagogæ typus proditus est nefandus ille proditor ; sanctarum vero Ecclesiæ reliquiarum saluti deditarum typus enituit beatissimus Judas, quem impræsentiarum laudamus. Ac sicut ille ob peccati summam nequitiam devinctus devotusque diabolo, his qui sequuntur, in interitum præit ; sic iste perfecta justitia Christo copulatus, ad salutem supra quam perfectam, eos, qui illi comites adjungantur, ducit.

Quandoquidem igitur ancipitem vocis significationem distinximus, ac quod vulgo rudibusque abhorrere videbatur, nominis explicatione detersimus, age, quæ ad sanctum hunc Judam spectant, quemadmodum ipse nobis cœlitus illuxerit, consideremus ; ab ejus quidem minutim narranda vita supersedentes, apostolicique laboris periodo, necnon prædicationibus et miraculis omissis (quod neque ullos hactenus hæc complectentes nanscisci licuerit commentaries) apostolicis eum laudibus velut rosarum floribus aliorum more coronantes, tum grata illi fecerimus, tum amica valde atque accepta, his, qui veri amantem auditum prætendunt ; ut qui ex communibus omniumque sensu receptis rationibus, veritatis discipulo laudationem contexamus.

Ejus itaque ab initio vitæ ratio ac educatio sancta dubio procul justaque et bona. Bona enim ex radice, bonæ indolis ortum germen est : ac sub parente justo sobrioque, sobrie justeque justus filius erudiebatur ac instituebatur[33]. Quapropter omnes sæculi vanitates et insanias falsas devitabat : hoc cavens, ne ingenui magnique ejus animi vis caducis rebus ex libidine addicta, corrumperetur : totus vero in se conspirans ac sibi studens, legisque meditatione institutus, atque mandatorum documentis excultus ac magnifice præexercitatus, non minus mentis habitu, quam corporis statura quotidie crescens, profectu augebatur.

Quia igitur ipse quidem prædagogo lege hactenus custoditus, ad mensuram ætatis tum corporalis, tum animi provexerat ; magnum autem gratiæ lumen Sol justitiæ, unigena paternæ substantiæ figura, mortali jam massa per castissimam ac virgina-

περιουσία τῆς ἀρετῆς ὑπερβαλόντα, ὡς ἐκείνους ἐκ τοῦδε πολὺ μᾶλλον, ἢ τοῦτον ἐξ ἐκείνων γνωρίζεσθαι καὶ λαμπρύνεσθαι.

Τοῦτον ἡγοῦμαι καὶ εἰς τύπον τῆς ἐξ Ἰουδαίων ἁγίας Ἐκκλησίας παρειλῆφθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε διχῇ τὸ Ἰουδαίων μερισθὲν γένος, τὸ μὲν οἰκειωθῆναι Θεῷ, τὸ δ' ἀποτεθῆναι· τὸ μὲν διὰ πίστεως δικαιούμενον, τὸ δὲ δι' ἀπείθειαν κατακρινόμενον· καὶ τὸ μὲν ἐποικοδομηθῆναι τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, τὸ δὲ τρόπῳ κλάδων ξηρῶν καὶ ἀκάρπων τῆς ἁγίας ἐκκλασθῆναι ῥίζης· τύπος μὲν τῆς ἐκκεκομμένης Συναγωγῆς ἐκεῖνος ὁ δυσώνυμος ἀπελήλεγκτο προδότης· τύπος δὲ τοῦ σεσωσμένου τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας καταλείμματος, ὁ μακαριώτατος Ἰούδας, ὁ νῦν ἐπαινούμενος ἐδείκνυτο· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος δι' ἁμαρτίας ἄκρας οἰκειωθεὶς τῷ διαβόλῳ, εἰς ἀπώλειαν τῶν ἑπομένων καθηγεῖται, οὕτω διὰ τῆς τελείας δικαιοσύνης οὗτος τῷ Χριστῷ συναφθείς, πρὸς ὑπερτελῆ σωτηρίαν τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ χειραγωγεῖ.

Ἐπειδὴ οὖν τὴν ὁμωνυμίαν διεστειλάμεθα, καὶ τὸ ἀπεοικὸς δοκοῦν τοῖς πολλοῖς καὶ ἀμαθέσι διὰ τῆς τοῦ ὀνόματος δηλώσεως ἀνεκαθήραμεν, φέρε τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν τοῦτον Ἰούδαν, ὡς ἂν αὐτὸς ἡμῖν οὐρανόθεν ἐλλάμψειεν, θεωρήσωμεν· τὴν μὲν ἐπὶ λεπτῷ τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἀφήγησιν, καὶ τὴν ἀποστολικὴν περίοδον, καὶ τὰ κηρύγματα καὶ τὰ θαύματα παρέντες, ὅτι μηδ' ὑπομνήμασιν ἡμῖν ἐξεγένετο μέχρι τοῦ δεῦρο περιτυχεῖν· ἀποστολικοῖς δὲ τοῦτον ἐπαίνοις ὡς ἄνθεσι ῥόδων κατὰ τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους ὁμοίωσιν ἀναδησάμενοι, αὐτῷ τε κεχαρισμένα δράσαιμεν ἄν, φίλα τε ἄγαν καὶ εὐαπόδεκτα τοῖς φιλαλήθη προτείνουσιν ἀκοήν· ὡς ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ὁμολογημένων ἐννοιῶν, τὴν εὐφημίαν τῷ τῆς ἀληθείας διασκευαζόμενοι μαθητῇ.

Ἡ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ βίωσις καὶ ἀναγωγή, ὁμολογουμένως ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. Ἀγαθῆς γὰρ ῥίζης ἀγαθοφυὴς βλαστὸς ἐκδοθείς· καὶ ὑπὸ δικαίῳ πατρὶ καὶ σώφρονι, σωφρονικῶς καὶ δικαίως, ὁ δίκαιος ἐπαιδεύετο καὶ ἀνήγετο παῖς. Ὅθεν πάσας μὲν τοῦ βίου ματαιότητας καὶ μανίας παρῃτεῖτο ψευδεῖς, μὴ καταξιῶν τὸ εὐγενὲς τῆς αὐτοῦ ψυχῆς καὶ μεγαλοφυὲς, τῇ φιλοπαθεῖ τῶν ἐπικήρων καταφθαρῆναι σχολῇ· πρὸς ἑαυτὸν δὲ συννενευκὼς ὅλος, καὶ τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου παιδοτριβούμενος, καὶ ταῖς παραγγελίαις τῶν ἐντολῶν ἐξασκούμενος, καὶ μεγαλοφυῶς προγυμναζόμενος, οὕτως οὐχ ἧττον τῆς σωματικῆς ἡλικίας, τῆς διανοίας τὴν ἕξιν ἡμέραν καθ' ἡμέραν αὐξάνων, ἐπεδίδου ταῖς προκοπαῖς.

Ἐπεὶ γοῦν αὐτὸς μὲν τῆς τε σωματικῆς, τῆς τε κατὰ ψυχὴν ἡλικίας εἰς μέτρον ὑπὸ τῷ παιδαγωγῷ νόμῳ τέως φρουρούμενος προβέβηκεν· τὸ μέγα δὲ τῆς χάριτος φῶς, ὁ Ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, ὁ μονογενὴς τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως χαρακτὴρ, ἤδη τὸ

[32] Ephes. II, 20. [33] Psal. XXXIX, 5.

Digitized by Google

βρότειον φύραμα διὰ τῆς πανάγνου καὶ παρθενικῆς ἀνειληφὼς Μαριὰμ, καὶ ὑπὸ τῷ ἐκείνου πατρὶ τῷ Ἰωσὴφ, ἅτε μνηστῆρι τῆς Παρθένου τὴν σωματικὴν ἡλικίαν ἀναγόμενος· ἐπειδὴ ταῖς Ἰωάννου μαρτυρίαις, καὶ πολὺ μᾶλλον ταῖς τοῦ οὐρανίου Πατρὸς ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἀπεκαλύπτετο, καὶ τοῖς ὑπερφυεστάτοις εὐθὺς τῶν ἔργων, ἠρέμα τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς οἰκείας ἐπέφαινε θεότητος, οὐ κατὰ τοὺς ψευδωνύμους οὗτος Ἰουδαίους τὰ τῆς καρδίας νοήματα πεπωρωμένης, βασκάνοις τὸν εὐεργέτην ἀνέβλεψεν ὀφθαλμοῖς· οὐδ' ἠγάπησε μὲν, φυσικῇ δὲ μόνῃ φιλοστοργίᾳ, καὶ συγγενείας οἰκειότητι τούτῳ συνδεόμενος, τῆς σωτηριώδους πίστεως κατὰ τοὺς πλείους τῶν συγγενῶν ἔρημος ἦν· οὐδὲ πίστει μὲν ἐχρῆτο βεβαίᾳ, τῆς δὲ ἁγίας ἀγάπης τὰ δεύτερά τινος τῶν τῷ Χριστῷ τότε μαθητιώντων ἀπεφέρετο· ὁμοῦ δὲ συνδεδραμηκότων ἐπ' αὐτῷ τῆς κατὰ τὸ σῶμα συγγενείας, τῆς φυσικῆς προσπαθείας, εἶτ' οὖν φιλίας, τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος· τῆς οὐχ ἧττον διὰ τὸν τοῦ βίου τρόπον, ἢ τὰ μεγάλα θαύματα πίστεως, καθ' ὃν καὶ συνανατέθραπτο, καὶ συνανῆκτο τῷ Ἰησοῦ, ὡς τῷ αὐτῷ νομιζόμενος κεχρῆσθαι πατρί· διὰ ταῦτα τοίνυν τῆς ἀκροτάτης πρὸς αὐτὸν εὐθὺς οἰκειότητος, ἤτοι φιλότητος· ὁ μακαριώτατος εὐμοιρηκώς· ὁμοῦ τε τὸ Εὐαγγέλιον τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας τοῦ κηρύγματος ἐδέξατο τὴν ἀρχὴν, καὶ αὐτὸς τοῦ Εὐαγγελίου καθίσταται μαθητής· καὶ τῇ συγγενικῇ φιλίᾳ τὴν κατὰ Θεὸν προστιθείς· καὶ τῇ παιδαριώδει γνώσει τὴν τελείαν ἐξευρηκώς· καὶ τῷ παιδαγωγῷ νόμῳ πρὸς τὸν νόμον τοῦ Πνεύματος ῥᾷστα συμβιβασθείς, καὶ τὸν διδάσκαλον εὐθύτητι νοῦ διανοούμενος, δικαιότατα τῆς πρώτης τῶν τοῦ Ἰησοῦ φίλων τάξεως, καὶ τῆς ἱερᾶς ἐναρίθμιος δείκνυται τῶν ὑψηλῶν ἀποστόλων δωδεκάδος.

lem Mariam assumpta, subque illius parente Josepho, utpote virginis sponso, corporali ætate augescens, cum Joannis testimonio, tum longe amplius ipsa Patris cœlestis super aquam voce detegeretur, magnificisque tamen operibus suæ sensim deitatis magnificentiam proderet; haudquaquam is, falsi nominis Judæorum more, occæcatis mentis sensibus, liventibus oculis benefactorem aspexit [20]. Neque dilexit quidem, at naturali duntaxat amoris vi sanguinisque necessitudine illi devinctus, uti cognatorum magna pars, salutari fide destituebatur. Neque firma quidem usus est fide; quod vero ad sanctam dilectionem attinet, secundas præ ullo eorum tulit, qui tum Christo magistro utebantur: quinimo, simul in eo concurrentibus corporali affinitate, naturalisque affectus proclivitate (amicitiæ scilicet necessitudine) necnon Spiritus charitate; fide item, quam non minus morum ipsa vitæque necessitudo conciliaret, quam ingentia illa patrata miracula (educato scilicet cum Jesu, ut qui eumdem habere parentem exsistimaretur): his, inquam, vir beatissimus, summam statim in eum necessitudinem, sive amicitiam, consecutus, simul atque Evangelium regni prædicari cœpit, ipse quoque Evangelii discipulus efficitur; cognationisque illi ac sanguinis necessitudini divino amore adjuncto, puerilique scientia adinventa quæ perfecta est; legeque pædagogo, ad Spiritus facili negotio legem provectus, ac mentis rectitudine magistrum intelligens, per quam merito primæ Jesu amicorum classi, sacroque sublimium apostolorum duodeno choro accensetur.

Ἐντεῦθεν αὐτήκοος μὲν μυστηρίων κρυφίων Θεοῦ, αὐτόπτης δὲ ἔργων χρηματίζει Θεοῦ· μᾶλλον δὲ κοινωνὸς μὲν καὶ μύστης ὀργίων θεουργικῶν· αὐτουργὸς δὲ καθίσταται θαυμάτων θεοτελῶν. Ὅσα γὰρ ὁ Πατὴρ ἐνήργει διὰ τοῦ Μονογενοῦς, ταῦθ' οὗτος αὖθις ἀποστέλλων τοὺς δώδεκα, πρὸς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα Ἰσραὴλ, καὶ πρὸς τὴν μεγάλην αὐτοὺς τῶν ἐθνῶν προγυμνάζων ἀποστολὴν, καὶ μετ' αὐτῶν δὲ τῷ πνεύματι πορευόμενος ἐνήργει· μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς, ὦ τρισμακαριώτατε! πεμπόμενος, καὶ τὴν αὐτὴν τοῖς κορυφαίοις καὶ πρώτοις ἐξουσίαν, ὡς οὐδὲν αὐτῶν κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐλαττούμενος, εἰληφὼς, δαίμονας μὲν ἐξέβαλλες, ὡς ὑπὸ πυρὸς τῆς ἐνεργούσης ἐν σοὶ χάριτος ἐκπιμπραμένους καὶ διωκομένους· λεπροὺς ἐκαθάριζες, λόγῳ μόνῳ καὶ ἐπικλήσει τοῦ πέμψαντος τῆς λέπρας ἐκκαθαιρομένης· νεκροὺς δὲ δι' ἁφῆς χειρὸς μόνης καὶ προσευχῆς ἀνιστῶν, καὶ τυφλοὺς ὀμματῶν, καὶ χωλοὺς ἀνορθῶν, καὶ πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν σώματος πάθην ἐξιώμενος, ὅλον ἐν σοὶ τὸν τῆς ζωῆς μένειν λόγον τοῖς θαυμασίοις πιστούμενος ἐνεργήμασιν ἐδείκνυες.

Inde occultorum Dei mysteriorum ipse auditor operumque inspector efficitur: quinimo socius quidem ac mystes ac deificarum cæremoniarum, diviniorumque patrator miraculorum redditur. Omnia enim quæ Pater Unigeniti munere operabatur, hæc ille rursus mittens duodecim ad oves quæ perierant domus Israelis, atque ad magnum gentium apostolatum velut rudimento exercens, illisque comes spiritu vadens, itidem operabatur. Cum quibus tu quoque, beatissime, missus, velut nihil illis sanctitatis spiritu deterior, nactus potestatem, dæmones ejiciebas, quos instar ignis vis gratiæ in te efficax incenderet atque fugaret; leprosos mundabas, solo sermone ac mittentis invocato nomine lepram profligans; mortuos denique solo manus tactu atque precibus suscitans, cæsis visum reddens, claudos erigens, omnemque morbum ac corporis ægritudinem sanans, totum in te vitæ manere sermonem mirandis operibus ostendebas.

Τοῦτον ἀῤῥαβῶνα πρῶτον τοῦ Πνεύματος καὶ τῆς χάριτος ἀπαρχὴν, τῶν τοιούτων σημείων τὴν ἐπί-

Primum hunc Spiritus arrhabonem ac gratiæ delibationem, ejuscemodi signorum exhibitionem

[20] Malach. IV, 2; Hebr. I, 3; Matth. III, 17; Luc. III, 22.

Digitized by Google

nactus; postea vero Christi improperium sustinens, ac cum eo qui ageretur in crucem quodammodo cruci affixus, vitalissimaque defungenti passione miserantis animo compassus, et cum resurgente consuscitatus, majus perfectiusque spiraculo affusum Spiritus donum consecutus es.

Postea vero e terra sublatum cœliique apsides nactum, atque ad cœlestem Patrem cum gloria assumptum filium contuitus es. Tum veracis exspectata promissione, perfectum Spiritus afflatu donum in cœnaculo cum undecim sedens, ejus illapsu suscepisti (velut nimirum throno gloriæ elevato atque excelso, aut divina regia, aut mystico adyto, vel sancto sanctorum, lucis fulgoribus micante seu deforme præparato animo, sic prompte ad te venientem divinissimum Paracletum[31]), atque ejus quidem præsentiæ vehementi sonitu contentis nervis, cœlestique virtute repletus, atque igneis linguis purgatus et sapientia auctus, plenusque veritatis et gratiæ effectus, sic tu quoque ad destinatam tibi apostolici muneris sortem cucurristi in siti[32].

Cucurristi, ut boni consortes assumeres; ut scaturiente in te gratia, qui illius expertes essent, singulari humanitate ac benignitate impartires. Sicut enim pluviosa nubes aquis conferta, nec diu grave pondus sustinere valens, ventoque coarctante jactata atque compressa, versantibus in terra imbrem spargit: sic et magnus apostolus Judas, cœlesti illa Spiritus unda, fluentisque spiritalibus eximie potatus atque ebrius, fœtantem diutius animum tenere nequibat.

Veram terrena statim Jerusalem egressus cœlestis Sionis causa ac tum ad Aquilonem tum ad Orientem, agente eum Domino Spiritu, raptus[33]; totaque Syria et Mesopotamia superata, sermonis doctrinas vitam præbentes atque giguentes, influit. Nec vero tanquam stillas, aut guttas roris, ut sic dicam, cœlestem influit imbrem: sed largo velut flumine, tanquam revera flumen Dei repletum aquis[34]; divinis quidem sermonibus gentium aures in stuporem agens, admirandis autem operibus oculos admiratione percellens; ac sermonum quidem veritate operum magnificentiæ fidem astruens; operum vero claritate, sermonum confirmans veritatem: aut verbis quidem, veritatis vivam divinamque præstantiam, inauditis vero operibus, operum natura superiorum dignitatem animis commendans, utriusque Evangelii veritatem, dignissimam cui fides adhiberetur, gentibus tradebat, ac rerum quidem natura, ad eorum quæ naturam superant, agnitionem fidemque suadendam usus, rerumque ob oculos positarum exemplis, ad Dei qui cerni oculis non potest, intelligentiam manu ducens, ac seipsum, ad ejus qui prædicabatur, Christi fidem simulacrum quoddam proponens, sic paulatim omni

A δειξιν είληφώς· μετὰ ταῦτα δὲ τὸν ὀνειδισμὸν ὑποσχὼν τοῦ Χριστοῦ, καί τινά οἱ τρόπον σταυρουμένῳ συσταυρωθεὶς· καὶ τὸ ζωαρχικώτατον πασχόντι πάθος συμπεπονθώς· καὶ ἀνισταμένῳ συνανιστὰς, τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας τοῦ Πνεύματος τῷ ἐμφυσήματι τετύχηκας δωρεᾶς.

Μετὰ ταῦτα δὲ, τῆς γῆς μὲν ἐπαιρόμενον, τοῦ οὐρανοῦ δὲ τῶν ἀψίδων ἐπιλαμβανόμενον, καὶ πρὸς τὸν οὐράνιον Πατέρα τὸν Υἱὸν μετὰ δόξης ἀναλαμβανόμενον τεθεαμένος· εἶτα, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ ἀψευδοῦς ἐκδεδεγμένος, τὴν τελείαν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν, ἐν ὑπερῴῳ τοῖς ἕνδεκα συγκαθεζόμενος, οὐρανόθεν ἐφαλλομένην ὑπεδέξω· οἷα γὰρ θρόνον δόξης ἐπηρμένον καὶ ὑψηλὸν ἢ θεῖον ἀνάκτορον, ἢ μυστικὸν ἄδυτον, ἢ ἅγιον ἁγίων, τὴν φωτοειδῆ καρ- B δίαν, ἤτοι θοειδῆ προπαρασκευασάμενος, οὕτως ἑτοίμως ἰόντα παρὰ σὲ τὸν θεαρχικώτατον Παράκλητον καὶ τῇ μὲν βιαίᾳ τούτου τῆς παρουσίας ἠχῇ τονωθείς, ταῖς πυρίναις δὲ γλώτταις καθαρθείς τε καὶ σοφισθείς, καὶ πλήρης ἀληθείας καὶ χάριτος γεγονὼς, οὕτω καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν ἀφωρισμένον σοι κλῆρον τῆς ἀποστολῆς ἔδραμες ἐν δίψει.

Ἔδραμες, ὥστε τοῦ ἀγαθοῦ παραλαβεῖν κοινωνούς· ὥστε τοῖς ἀμοίροις τῆς ἐν σοὶ πηγαζούσης χάριτος ὑπερβολῇ μεταδοῦναι φιλανθρωπίας καὶ χρηστότητος. Καθάπερ γὰρ ὀμβροτόκος νεφέλη τοῦ ὕδατος μεμεστωμένη, καὶ τὸ βάρος διανέχειν ἐπὶ πολὺ μὴ δυναμένη, τῷ συνέχοντι δὲ πνεύματι φερομένη καὶ συνθλιβομένη, τὸν ὑετὸν ἀποστάζει τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· οὕτω καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Ἰούδας, τῆς οὐρανίας C ἐκείνης πλημμύρας τοῦ Πνεύματος, καὶ τῶν νοητῶν ῥείθρων ὑπερφυῶς μεθυσθείς, οὐχ οἷός τε ἦν ἐπὶ πλεῖον ἐγκυμονοῦσαν τὴν διάνοιαν κατασχεῖν.

Ἀλλὰ τὴν ἐπίγειον εὐθὺς Ἱερουσαλὴμ διὰ τὴν οὐράνιον Σιὼν ἐξελθὼν, καὶ πρὸς Βορρᾶν τε καὶ Ἕω διὰ τοῦ ἄγοντος αὐτὸν Κυρίου φερόμενος Πνεύματος· καὶ πᾶσαν Συρίαν καὶ τὴν Μεσοποταμίαν διαβάς, ἐπινάει μὲν αὐτοῖς τὰς ζωοπαρόχους τοῦ λόγου καὶ ζωογόνους διδαχάς· οὐ κατὰ ψεκάδας δὲ καὶ δροσώδεις, ὡς εἰπεῖν, σταγόνας, τὸν οὐράνιον ὄμβρον ἐπινάει, ποταμηδὸν δὲ, ὡς τῷ ὄντι ποταμὸς ὢν ὑδάτων Θεοῦ πεπληρωμένος· λόγοις μὲν θείοις τὰς τῶν ἐθνῶν ἀκοὰς ἐξιστῶν, ἔργοις δὲ θαυμασίοις τὰς ὁράσεις ἐκπλήττων καὶ ἐκθαμβῶν· καὶ τῇ ἀληθείᾳ μὲν τῶν λόγων τὴν τῶν ἔργων μεγαλειότητα πιστούμενος, τῇ λαμπρότητι δὲ τῶν ἔργων τὸ εἰλικρινὲς τῶν λόγων βεβαιούμενος· ἢ λόγοις μὲν τὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας καινοπρεπὲς καὶ θεοπρεπὲς, ἔργοις δὲ παραδόξοις τὰ τῶν ἔργων ὑπερφυῆ πληροφορῶν, δι' ἀμφοτέρων τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου τοῖς ἔθνεσι πιστοτάτην παρεδίδου· καὶ τῇ φύσει μὲν τῶν ὄντων πρὸς τὴν τῶν ὑπὲρ φύσιν γνῶσιν καὶ πίστιν χρώμενος ὁδηγῷ, καὶ ἐν ὑποδείγμασι τοῖς ὁρωμένοις πρὸς τὴν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ κατανόησιν χειραγωγῶν· εἰκόνα δὲ ἑαυτὸν πρὸς τὴν τοῦ κηρυττομένου πίστιν προβαλλόμενος Χριστοῦ, οὕτω κατὰ μικρὸν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν τοὺς ἀναισθήτους ἦγε· πείθων

[31] Isa. VI, 1. [32] Psal. LXI, 5. [33] II Cor. III, 17. [34] Psal. LXIV, 10.

Digitized by Google

οὐρανὸν μὲν καὶ ἥλιον καὶ τοὺς ἀστέρας· ἀέρα τε τοῦτον, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτὸν αἰθέρα· γῆν τε καὶ θάλασσαν, καὶ ὅσα γε τούτοις ἐμπέφυκε φυτὰ καὶ ζῶα, πάντα κτιστά τε καὶ δοῦλα καθεστάναι τοῦ τὰ πάντα δημιουργήσαντος Θεοῦ· Θεὸν δὲ τούτων οἴεσθαι μηδέν, ὅτι ἀλλοιωτὰ ταῦτα καὶ φθαρτά, καὶ ὑπηρετικὰ τῆς ἐν κόσμῳ τῷ ἀνθρώπῳ δέδοται ζωῆς· καὶ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ φύσιν ἥττω, ὅτι τε λόγου ἄμοιρα, καὶ ὅτι δι' ἐκεῖνον· εἰ οὖν ἐκεῖνος οὐ Θεός, πολλοῦ δεῖ τὰ χείρω τούτου θεοὺς προσεικεῖν· οὗτος δὲ μόνος ἀληθῶς Θεός, ὁ μὴ ὑπό τινος γινόμενος, ἀεὶ δὲ ὤν· ὁ μὴ δημιουργούμενος, τὰ πάντα ποιῶν δέ· ὁ μὴ ἀλλοιούμενος ἢ τρεπόμενος, ὢν ὁ αὐτὸς ἀεὶ δὲ καὶ πάντα κινῶν, καὶ ἀλλοιῶν, καὶ μετασκευάζων.

A destitutos sensu ad veritatis agnitionem ducebat : nempe suadens *cœlum, solem, stellas, hunc que aerem, atque illi superiorem æthera ; terramque et mare, et quæ in eis versantur, ac vivunt plantæ, et animalia cuncta creata, ac Dei mancipia esse, qui condidit omnia, ex his nullum arbitrandum Deum, quod nimirum ista aliam ex alia qualitatem mutent, sintque interitioni obnoxia ; data scilicet in subsidium humanæ, quam in mundo agimus, vitæ : esseque natura homine deteriora, quod careant ratione, ac sint illius causa. Cum igitur ne homo quidem sit Deus, longe abhorret, ut quæ illo deteriora sunt, deos nuncupemus. Hic autem solus vere Deus est, qui a nullo sit, et est semper. Qui ipse nullo auctore creatus, sed creat ipse omnia ; qui nec qualitate ulla, nec substantia mutatur, sed semper idem ipse est, movetque omnia, exque alia in aliam qualitatem convertit, mutatque substantia.*

Τοῦτον Θεὸν εἰδέναι δεῖ μόνον καὶ προσκυνεῖν· μόνος γὰρ ἅγιος φύσει, μόνος ἀγαθὸς καὶ δίκαιος καὶ σοφός, ἐξ οὗ πᾶσα σοφία καὶ δικαιοσύνη, καὶ πᾶσα πηγάζει χρηστότης καὶ ἁγιωσύνη· μόνος οὗτος δυνατός, ὡς παντὶ θελήματι σύνδρομον δύναμιν καταπλουτῶν· ἐλεήμων τε καὶ οἰκτίρμων μόνος, ὃς τὸν μονογενῆ, τὸν ὁμοφυᾶ, τὸν ὁμόθεον καὶ ὁμάγαθον Υἱόν, ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος ἁμαρτησάσης, καὶ εἰς ᾅδου καὶ ἀπωλείας βάραθρον ὀλισθησάσης ἀνθρωπιζόμενον δωρεῖται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενον· καὶ ὑπὲρ αὐτῶν σταυρούμενον, θαπτόμενον, τριήμερον ἀνιστάμενον, τεσσαρακονθήμερον ἀναλαμβανόμενον, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ δόξης, ἡμῶν βλεπόντων, ἀναφερόμενον.

B *Hunc solum noscendum Deum et adorandum : solus enim natura sanctus, solus bonus et justus et sapiens, ex quo omnis sapientia et justitia, omnisque bonitas et sanctitas manat. Solus hic potens, ea scilicet pollens potestate, quæ omnem voluntatem exæquet. Solus miserator ac misericors, ipse nimirum munere auctor, ut unigenitus ejusdem secum naturæ, paris deitatis ac bonitatis Filius pro humana natura peccati rea, atque in inferni interitionisque barathrum prolapsa, homo fieret, ac cum hominibus sociam vitam ageret ; ut item hominum causa cruci affigeretur, sepeliretur, triduanus resurgeret, quadragesimo post die in cœlum reciperetur, atque ad Patrem cum majestate, cernentibus nobis, sursum ascenderet.*

Ὃς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν ὑπερουσίως τετελεκώς, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου λοιπὸν τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς κεκαθικώς, ἀπέστειλεν ἡμᾶς εὐαγγελιζομένους ὑμῖν εἰρήνην καὶ πᾶν ἀγαθόν· ἵνα τούτῳ πιστεύσαντες βαπτισθῆτε, καὶ πληρωθῆτε εἰς πᾶν πλήρωμα τοῦ Θεοῦ· ἵνα ἀπολουσάμενοι καὶ ἀποκαθηράμενοι τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον ἀπὸ πάσης ἀσεβείας καὶ πονηρίας, πληρωθῆτε μὲν Πνεύματος ἁγίου, κληρονόμοι δὲ γένησθε κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς αἰωνίου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

C *Is, salutis nostræ negotio, altiori quam rerum natura ferat, consilio atque opera peracto, jamque in dextera sedis majestatis, in excelsis sedens, misit nos pacem vobis evangelizatum, omneque bonum, ut illi credentes baptizemini, et impleamini in omnem plenitudinem Dei [35] : ut abluti et emundati interiorem hominem ab omni impietate et nequitia, impleamini Spiritu sancto, ac hæredes efficiamini secundum promissionem vitæ æternæ, in Christo Jesu. Amen.*

Τοιαύτας ἀεὶ διδαχὰς ὁ ἀξιομνημονευτότατος Ἰούδας πᾶσαν Συρίαν, καὶ τὰς τῆς Ἑῴας πόλεις καὶ χώρας, νουθετῶν, διαλεγόμενος, παρακαλῶν καὶ πᾶσι τρόποις θεομιμησίας ἐγκείμενος καὶ χρηστότητος, πάσαις ἐπινοίαις Θεοῦ φρονήσεως αὐτοὺς μετῆει, καὶ ποτὲ μὲν πειρασμοῖς ἐξαισίοις καὶ αἰκίαις καὶ μάστιξι, καὶ θανάτου κινδύνοις περιπίπτων, διὰ προνοίας τοῦ ἐν αὐτῷ μένοντος ἀπηλλάττετο Χριστοῦ· ποτὲ δὲ τοῦ Παρακλήτου μυστικωτέραις ἐλλάμψεσι καὶ ἱερωτάταις ἐπισκιάσεσι παρεκαλεῖτο· καὶ νῦν μὲν ἀποκαλύψεων θειοτέρων καὶ τῶν κρυφίων Θεοῦ καταξιούμενος, νῦν δὲ θαυμασίων ἔργων ὑπερβολαῖς, καὶ ἐνεργείαις τεράτων Θεοῦ καὶ σημείων δοξαζόμενος καὶ μεγαλυνόμενος, οὕτως ἐμεγάλυνεν τὸν

D Ejuscemodi semper doctrinis sempiterna dignus memoria Judas omnem Syriam, Orientisque urbes et castella, arguens, disputans, obsecrans, modis omnibus divinæ imitationis ac bonitatis incumbens, cunctis divinæ solertiæ subtilibus inventis ac consiliis aggrediebatur : ac modo quidem in gravissimas tentationes ærumnasque et verbera, et mortis pericula incidens, Christi in eo manentis providentia liberabatur : modo vero Paracleti secretioribus illustrationibus sacratioribusque obumbrationibus recreabatur ; ac nunc quidem divinorum revelationum Deique occultorum compos, nunc vero mirabilium operum eximiis muneribus, Deique prodigiorum ac signorum operationibus clarus ac

[35] Hebr. I, 3.

Digitized by Google

magnificus, eum in modum Dominum Jesum magnificabat; sic Christi Evangelio fidem certam arrogabat.

Sic præter alia, cum et Edessam Syriæ maximam metropolim venisset, ac in ea non sine laboribus atque ærumnis Christum annuntiasset, totamque diabolo addictam, divinissimis maxime sermonibus operibusque perquam eximiis humanumque excedentibus modum, rapuisset, ac per fidem Jesu conciliasset, sanctamque ei Ecclesiam, qui omnem vincit sanctitatem conciliasset, ac postea clarum Deoque dignum Dei martyrium complesset, sic ad eum gaudens evolavit; cunctos quidem principatus et potestates, mundique rectores tenebrarum, ac spiritalia omnia nequitiæ velut somnia umbrasque prætergressus, sacris autem ac divinis angelis (cœlorum spiritaliter reseratis januis) intermistus [36]; archangelis obviam factus, venerabilesque principatus assecutus, perque omnes sanctas potestates atque virtutes ac dominationes incredibili lætitia atque exsultatione commeans: quin et per ipsos quoque mundo superiores thronos, mediaque celsissimorum venerabilissimorumque Cherubim atque Seraphim agmina deductus, velut charissimus prædilectusque filius ei apparuisti, qui in solio gloriæ regni sui laudatur [37]; ac tanquam victor, et qui ad finem usque Christi servaveris opera, diviniorem iterum sublimioremque potestatem in gentes ab eo consequeris, eique, juxta divinam promissionem, consessor assistis [38], unaque pascis, et vero pasces regesque gentes, confringens eas ut vasa figuli [38*]. Sed et de ligno vitæ, quod est in medio paradisi sumens, eoque vescens, excelsissimam dilectionem ac deificationem primorumque Dei charissimorum pignorum effusas longævasque delicias atque honores adiisti [39].

Quænam igitur oratio vestram explanet atque declaret magnificentiam? Quis vero tantam divinæ scientiæ vim aut contemplationis sublimitatem nactus, ut, qua polletis gloriam et sanctitatis magnificentiam, audeat tentare? Quemadmodum enim fieri non potest, ut qui terreno adhuc utitur corpore, vestram beatitatem ac deitatem conspiciat, sic neque ut verborum canticis eam digne laudet ac celebret. Æquum proinde ut augustissimum digneque beatissimum caput salutantes, ita dicamus:

Salve sis, o beate ipse inspector, vereque ac sedule Dei Verbi famule. Salve sis, Juda charissime, dignaque veri Israelis et Dei, ac vere Deum videntis, proles! quod te quoque vere laudaverunt, parentisque similitudine adoraverunt atque adorant spiritales fratres tui: quod sicut ille ex Patre, sic tu quoque ex illo divinum germen, velut ex leone catulus emersisti [39*]: ac sicut leo in medio hæreditatis tuæ recubans obdormisti; nec qui suscitet ullus est (qui nimirum a spiritali abacturus sit hæreditate) quod asinam tuam et pullum tuum (gen-

A Κύριον Ἰησοῦν, οὕτως τὸ Εὐαγγέλιον ἐπληροφόρει Χριστοῦ.

Οὕτω πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ Ἔδεσσαν μεγίστην οὖσαν τῆς Συρίας μητρόπολιν καταλαβών, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν Χριστὸν οὐκ ἀπόνως εὐαγγελισάμενος, πᾶσάν τε τῷ διαβόλῳ προσανακειμένην ἀφαρπάσας, ἔν τε λόγοις ὅτι μάλιστα θειοτάτοις καὶ ἔργοις ὑπερφυεστάτοις, καὶ διὰ πίστεως τῷ Ἰησοῦ προσοικειώσας, καὶ Ἐκκλησίαν ἁγίαν τῷ ὑπεραγίῳ ταύτην ἀφιερωσάμενος, καὶ μετὰ ταῦτά τε μαρτύριον καθαρόν τε καὶ ἀξιόθεον ἀποπεπληρωκὼς τῷ Θεῷ, χαίρων οὕτω πρὸς αὐτὸν ἀνέπτη, πάσας μὲν ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, καὶ πάντα τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, ὡς ὀνείρατα παρελθών, τοῖς B ἱεροῖς δὲ καὶ θείοις ἀγγέλοις τῶν οὐρανίων νοητῶς ἀναπεπετασμένων πυλῶν παρεμβαλών, καὶ τοῖς ἀρχαγγέλοις ἀντιβολῶν, καὶ ταῖς τιμίαις ἀρχαῖς τυχών, καὶ διὰ πάσης ἐξουσίας ἁγίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος ἐν ἀῤῥήτῳ φαιδρότητι καὶ ἀγαλλιάσει παριών· ναὶ δὴ καὶ διὰ τῶν ὑπερκοσμίων θρόνων αὐτῶν, καὶ διὰ μέσων τῶν ὑψηλοτάτων καὶ σεπτοτάτων καὶ Χερουβείμ τε καὶ Σεραφείμ προσιὼν τῷ ἐπὶ θρόνου δόξης τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὑμνουμένῳ, ὡς ἀγαπητὸς καὶ τίμιος ἐνεφανίσθης υἱὸς, καὶ ὡς νενικηκὼς, καὶ ὡς τετηρηκὼς ἄχρι τέλους τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν αὖθις ἐνθεώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον παρ' αὐτοῦ λαμβάνεις ἐξουσίαν· καὶ αὐτῷ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν συνεδριάζεις καὶ συμποιμαίνεις, καὶ συμ- C ποιμανεῖς δὲ τὰ ἔθνη, ὡς σκεύη ταῦτα συντρίβων κεραμικά· καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου δὲ τῆς ζωῆς τοῦ ὄντος ἐν μέσῳ τῷ παραδείσῳ λαβὼν καὶ φαγὼν, τῆς ὑψηλοτάτης ἀγαπήσεως καὶ θεώσεως· καὶ τῶν πρώτων Θεοῦ τεκνίων τῆς ἀκρασίας, καὶ τῆς μακραίωνος ἐπιβέβηκας τρυφῆς καὶ τιμῆς.

Τίς ἂν οὖν γένοιτο λόγος τῆς ὑμετέρας ἐκφαντορικὸς μεγαλειότητος; τίς δὲ ἐπὶ τοσοῦτον θεολογίας ἢ θεωρίας ὕψους ἀφίκετο, ὡς τὴν καθ' ὑμᾶς δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν τῆς ἁγιότητος ἐκφράσαι τολμᾷν; Ὥσπερ γὰρ ἀμήχανον τὸν ἔτι σώματι χρώμενον γεηρῷ τὴν ὑμετέραν μακαριωσύνην καὶ θειότητα καθορᾷν, οὕτως αὐτὴν καὶ τοῖς διὰ τῶν λόγων ὕμνοις ἀξίως ἀδύνατον εὐφημεῖν. Ἄξιον τοιγαροῦν τὴν σε- D πτοτάτην καὶ ἀξιομακαριστοτάτην προσαγορεύοντας κεφαλὴν, οὕτω φάναι·

Χαῖρε, ὦ μάκαρ αὐτόπτα, καὶ ὑπηρέτα γνήσιε καὶ δραστήριε τοῦ Θεοῦ Λόγου· χαῖρε, Ἰούδα τίμιε, καὶ ἄξιε τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραὴλ καὶ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἀληθῶς ὁρῶντος Ἰησοῦ Χριστοῦ παῖ! ὅτι καὶ σὲ ἦμεσαν ὄντως, καὶ ἐν ὁμοιώματι τοῦ τετοκότος, οἱ ἐν πνεύματι ἀδελφοί σου προσεκύνησαν καὶ προσκυνοῦσιν· ὅτι καθάπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκεῖνος, οὕτως ἐξ αὐτοῦ σὺ θεόφυτος βλαστὸς, ὡς ἐκ λέοντος σκύμνος ἀνεδόθης· καὶ ὥσπερ λέων ἀναμέσον τοῦ κλήρου σου ἐκοιμήθης ἀναπεσών· καὶ οὐδεὶς ὁ ἀνιστῶν, ἤτοι τῆς πνευματικῆς μεθιστῶν κληρονομίας, ὅτι τὸν ὄνον σου

[36] Ephess. VI, 12. [37] Dan. III, 54. [38] Matth. XIX, 28. [38*] Psal. II, 9. [39] Apoc. II, 7. [39*] Gen. XLIX, 8.

Digitized by Google

καὶ τὸν πῶλόν σου, τὰ διά σοῦ πεπιστευκότα τῶν ἐθνῶν πλήθη, τῇ τῶν λόγων ἕλικι πρὸς τὴν ἄμπελον ἐζέσμευσας τὴν ἀληθινήν· ὅτι καὶ αὐτὸς ὡς ἐν οἴνῳ τῷ σῷ αἵματι τὴν ἱερὰν τοῦ σώματος ἔπλυνας στολήν· καὶ χαροποὺς μὲν ἔσχες, ἤτοι χαρίεσσαν ἀποστίλβοντας αἴγλην, τοὺς τῆς καρδίας ὀφθαλμούς· λευκοὺς δὲ ὑπὲρ γάλα τοὺς ὀδόντας, τῷ Πνεύματι πεφωτισμένους τῷ ἁγίῳ, καὶ καθαρὸν τὸ τῆς θεολογίας προϊέντας νᾶμα.

Χαῖρε, ὅτι οὐ πνεύματι μόνον κατὰ τὴν ἄνω γέννησιν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι μαθηταί, ἀλλὰ καὶ σώματι κατὰ συγγένειαν ἀδελφὸς ἐχρημάτισας Θεοῦ· καὶ τῇ κατὰ φύσιν, τὴν ὑπὲρ φύσιν, καὶ τῇ κατὰ σῶμα οἰκειότητι, τὴν κατὰ πνεῦμα προσλαβόμενος, δι' ἀμφοῖν ἰσχυροτάτην τε ἅμα καὶ ὁραστικωτάτην τὴν πρὸς τὸν μόνον ἀγαπητὸν ἀγάπην ἐπεδείξω· δι' ἧς B συνήφθης καὶ υἱοθετήθης Θεῷ· κληρονόμος μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ γενόμενος.

Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, ὅτι ὑμῖν ἡ δόξα καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἀληθὴς ἡτοιμάσθη χαρά, ἡ ἀκατάληκτος, ἡ ὑπέρφωτος, ἡ ἀπρόσιτος· ἧς καὶ ἡμᾶς, ὦ τρισόλβιε, δέομαί σου, πρέσβευσον μετασχεῖν σὺν ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Ματθίαν (53).

Πῶς δαὶ ἆρα τὸν ἱερὸν Ματθίαν ὑπερίδωμεν; πῶς δαὶ ἥττονος λόγου παρὰ τοὺς ἑνδεκα καταξιώσωμεν; Εἰ γὰρ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἐκείνοις μεμορφωμένος πί- C

tium scilicet per te ad fidem adductarum agmina) sermonum capreolo seu clavicula, veræ viti alligasti : quod et ipse tuo cruore, tanquam vini liquoribus, sacram corporis stolam lavisti : ac quidem decoris ac gratiosis fuisti mentis oculis, nempe gratum fulgorem ac lucem emicantibus, dentibus vero lacte candidioribus, nempe Spiritu sancto illuminatis, et qui limpidum theologiæ laticem profunderent.

Salve sis et gaude, quod nedum spiritu, supernæ generationis ritu, velut reliqui discipuli, sed et corporalis cognationis jure Dei frater fuisti : ac naturali, ea, quæ natura superior est, ac corporali, ea, quæ spiritu est, adjuncta necessitudine, utrinque robustissimam simul ac efficacissimam in eum, qui solus prædilectus est, dilectionem ostendisti : qua Deo copulatus, inque filium ei adoptatus, hæres quidem Dei, cohæres autem Christi effectus es [40].

Gaude et lætare, quod vobis gloria et regnum, verumque gaudium præparatum est; nunquam illud finem habiturum, omnem lucis claritatem vincens, inaccessum : cujus nos quoque (quæsumus, beatissime) una vobiscum precibus obtine esse participes, in Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria et potestas et adoratio in sempiterna sæcula. Amen.

ORATIO XIV.

Laudatio sancti celebratissimique Mathiæ apostoli.

Quinam igitur fiat, ut Mathiam despiciamus? Quinam fiat ut minoris præ undecim summisque apostolis habeamus? Quando enim una eademque

[40] Rom. VIII, 17.

(53) Esset actum agere, ad ea quæ erudite prosecutus est Godefr. Henschenius 24 Februarii de Mathia apostolo (re sic obscura atque perplexa) plura addere. Videtur Nicetas perinde incertus fuisse de martyrio; imo pene ratum habuisse, non fuisse Mathiam illo consummatum, sed confessorem duntaxat obiisse; multis scilicet pro fide exantlatis suppliciis, quibus testimonium Christo reddidisse ait, atque morti destinatum, et scelestissimo convivio servatum, divinitus fuisse liberatum; quod solemne Arabibus, si hos Æthiopas exteriores intellexerunt Menæa, Nicetasque et Niceph. primos Æthiopas. Vetera omnia monumenta et Martyrologia perinde tacent martyrium. Qui illo consummatum tradunt, omnes hausisse videntur ex Actis illis ex Hebræo redditis, quæ adjecta sunt ad Abdiam Babylonium, nec minus illo forte apocrypha sunt; ex quibus ipsis sua Perionius consarcinavit. Hinc quoque, quod in Judæa passus legitur, atque ibi sepultus, indeque ad Germanos et Treverim, sive ad alios Europæos, translata ejus sacra pignora referuntur, idem pene Synaxarium habent Menæa mss. quod edita, habuitque Sirleti Basilianum Menologium: Ἐκήρυξε δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἐν τῇ ἕξῳ Αἰθιοπίᾳ, καὶ πολλαῖς καθυποβληθεὶς τιμωρίαις, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο. Sic mss. noster Tilian. Edita vero, Ἐκήρυξε δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἐν τῇ ἕξῳ Αἰθιοπίᾳ, καὶ πολλαῖς τιμωρίαις ὑπ' αὐτῶν αἰκισθεὶς, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο. Sirleti Menologium : *Prædicavit autem Evangelium in Æthiopia, ubi multis pro Christi fide superatis tormentis, spiritum Deo tradidit;* quæ plane omnia martyrium sonare videntur. Verum sunt plerumque Synaxaria ipsa non tantæ fidei, ac reliqua ἀκολουθία (ut vocant), Officii scilicet series, Canones et Strophæ reliquæ, quibus unis constabat Triodium omne antequam Nicephorus Calixtus patriarcha ei Synaxaria adderet, iisque librum ecclesiasticum magnæ sane auctoritatis, non historiarum luce illustraret, sed suis erroribus fœdaret. Vidi ego venerandæ antiquitatis Tilianum Triodium illis purum, quippe quod Calixti ætatem superaret; quæ et pauca exstaret in Græcia legebam nuper, in PP. Societatis relatione insulæ S. Irenæ prope Cretam; atque utinam exstarent plura, nec eorum penuria cogerentur passim Græci iis uti, quæ Venetiis typis edita, Palamæ, Philothei, Calixti erroribus scatent; licuissetque Venetis religiosiores esse, ut non sinerent alia Græcorum ecclesiastica apud ipsos vulgari, quam quæ Græcorum communis ipsa fides probaret; non quæ apud illos saniora capita rejiciant, hæreseosque insimulent. Iambi sæpius præfixi Synaxariis, ipse recentioris operæ exiguæque auctoritatis. Nullos habent Tiliana nostra Menæa. Nullius proinde frugis est, quod ligno sublatus, ac cruci affixus, illis iambis Mathias insinuatur, cum nulla veterum auctoritate nitatur. Ipse Hebræus, novam præter antiquorum fidem de Mathiæ martyrio, et quidem Jerosolymis, traditionem afferens, lapidibus obrutum, securi quoque Romanorum more percussum ait; *ut*, inquit, *quasi præsidi Romanæ majestatis, in hoc aliquid deferretur.* Quod mihi satis πάρεργον videtur, nec in Jacobo servatum, quem sic ut blasphemum lapidibus obruerunt, seu potius præcipitio, et fullonis fuste colliso capite necarunt, non gladio per-

Digitized by Google

ac illi formatus fide, una Christi doctrina, una gratia eodemque perfectus Spiritu, ipsum postremo beatissimum complevit duodenarium apostolorum chorum : qui fiat ut non paria illis præmia honoresque, tum in cœlis a Rege gloriæ ac præmiorum justissimo arbitro, tum in terra apud sermonis non iniquos dispensatores obtineat? Laudemus itaque Mathiam, venerabile nomen, beatum, colendum; rem, quæ pro nominis ratione tum intelligatur, tum laudetur; vere nimirum Dei donum, his scilicet qui accipiunt. Hoc etiam sibi vult, quod sic appellatur. Laudemus cum cantico ; ac, quanta facultas, eum, qui virtutis magnificentia omnem laudum splendorem superavit, magnificemus : nec verbis solum verum Jesu discipulum exaltemus, sed et quam magnificis donis Deoque acceptis, illius memoriam constipemus.

Quænam ergo sunt munera, quibus magnus sacerque apostolus lubens accipitur? Non aurum dico et argentum, nec unionum fulgores, aut vestes pretiosas (terræ scilicet fructum, et quæ in terra diffluant ac intereant), sed perenni illi munere terrenorum abjectionem, amorem cœlestium, carnalium contemptum atque neglectum, spiritalium gnavam operam curamque offeramus : ac quidem pro pecunia longiusque a ratione abhorrente corporis voluptate ac libidine virtutis desiderium studiumque ; pro cibi qui corrumpitur, operosa sollicitudine ac diligentia, sacrorum eloquiorum legisque spiritus vitæ puram meditationem fructificemus [41]. Sic enim vere, his qui sincere laudant, etiam corporis necessaria, cœlestis Patris munificentia omnino subministrat pro eo ac promisit [41].

Non enim frustra sacra lex cessationem ab operibus corporalibus, per illos maxime dies quibus festorum solemnia aguntur, indixisse conspicitur ; nec eo consilio, ut corporis otio ac desidia carnisque mollitie animum libidini laxaremus ; secus vero indicta vacatione, hoc serio curat et agit, ut et corpore et mente et animo a terrena inquietudine laboreque ac molestia circa res vanas liberemur, atque ad bonum natura (verum illud bonum et amabile naturæ omni intelligenti ac rationis vi præditæ) erigamur; dumque a sæcularis vitæ laboribus ac molestiis otium agimus, potiorem illam et manentem rationis atque virtutis operationem proferamus; divinisque canticis ac sacris Scripturarum meditationibus, jugi denique precum assiduitate, Domino perfruamur.

[41] Joan. vi, 27 ; Rom. viii, 2. [41] Matth. vi, 33.

στει, μιᾷ τοῦ Χριστοῦ διδαχῇ, μιᾷ χάριτι καὶ πνεύματι τῷ αὐτῷ κατηρτισμένος, καὶ τῆς μακαριωτάτης τῶν ἀποστόλων δυοκαιδεκάδος ὕστερον ἀναδέδεικται συμπληρωτής, πῶς οὐ τῶν ἴσων γερῶν καὶ τιμῶν, ἔν τε τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης, καὶ τῶν ἐπάθλων δικαιοτάτῳ βραβευτῇ· καὶ ἐπὶ γῆς παρά γε τοῖς οὐκ ἀδίκοις τοῦ λόγου διαιτηταῖς καταξιοῖτ' ἄν; Αἰνέσωμεν τοιγαροῦν Μαθίαν, τὸ σεβάσμιον ὄνομα, τὸ μακάριον, τὸ τίμιον, τὸ κατὰ τὸ ὄνομα, τὸ πρᾶγμα νοούμενον καὶ αἰνούμενον· τὸ ἀληθῶς δόμα Θεοῦ, δηλαδὴ τοῖς λαμβάνουσι· τοῦτο γὰρ ἡ προσηγορία βούλεται· αἰνέσωμεν μετ' ᾠδῆς, καὶ ἀποστολικοῖς ἐπαίνοις, ὡς ἐφικτὸν ἡμῖν, μεγαλύνωμεν, τὸν τῇ μεγαλοφυΐᾳ τῆς ἀρετῆς πᾶσαν ἐπαίνων ὑπεραναβάντα λαμπρότητα· καὶ μὴ τοῖς λόγοις μόνον ὑψώσωμεν τὸν γνήσιον τοῦ Ἰησοῦ μαθητήν, ἀλλὰ καὶ λαμπροῖς ὅτι μάλιστα δώροις καὶ θεοτερπέσι τὴν μνήμην αὐτοῦ καταπυκάσωμεν.

Τίνα τοίνυν τὰ δῶρα, οἷς ὁ μέγας καὶ ἱερὸς ἀπόστολος χαίρει φιλοτιμούμενος; Οὐ χρυσὸν λέγω καὶ ἄργυρον, οὐδὲ λίθων λαμπρότητας, οὐδὲ τῶν ἐσθημάτων τὰς τιμιότητας, γῆς ὄντας καρπὸν, καὶ κατὰ γῆς ῥέοντα καὶ ὀλλύμενα· ἀλλὰ δωροφορήσωμεν τὴν τῶν γηΐνων ἀπόθεσιν, τῶν οὐρανίων τὴν ἔφεσιν, τῶν σαρκικῶν τὴν ὑπεροψίαν καὶ τὴν ἀμέλειαν, τῶν πνευματικῶν τὴν ἐργασίαν καὶ ἐπιμέλειαν· καὶ ἀντὶ μὲν τῆς βοσκηματώδους καὶ ἀλογωτέρας τοῦ σώματος ἡδονῆς, τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιθυμίαν καὶ τὴν σπουδήν· ἀντὶ δὲ τῆς περὶ τὴν ἀπολλυμένην βρῶσιν πολυεργίας καὶ φιλοπονίας, τῶν ἱερῶν λογίων καὶ τοῦ νόμου τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς τὴν καθαρὰν μελέτην καρποφορῶμεν· ταύτῃ γὰρ ἀληθῶς τοῖς γνησίως δοξάζουσι, καὶ ἡ τῶν ἐπιτηδείων τοῦ σώματος πρὸς τοῦ οὐρανίου Πατρὸς, ὡς ἐπήγγελται, πάντως ἕπεται χορηγία.

Καὶ γὰρ οὐκ εἰκῇ τὴν ἀπὸ τῶν σωματικῶν ἔργων ἀργίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς ἱερὰς τῶν ἑορτῶν ἡμέρας, ὁ ἱερὸς φαίνεται νόμος συντεταχώς· οὐδ' ὥστε ῥᾳστώνῃ σώματος καὶ ἀνέσεσι σαρκὸς ἐφεῖναι τὴν ψυχὴν ἡδοναῖς· τοὐναντίον μὲν οὖν, καὶ σῶμα καὶ νοῦν καὶ ψυχὴν ἐξεργεσθαι μὲν τῆς κάτω περιφορᾶς, καὶ τῆς περὶ τὰ μάταια μοχθηρίας καὶ ὀχληρίας ἀπαλλάττεσθαι διὰ τῆς ἀργίας προμηθεῖται· ἀνατείνεσθαι δὲ πρὸς τὸ φύσει καλὸν, τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν καὶ ἐπέραστον πάσῃ νοερᾷ καὶ λογικῇ φύσει· καὶ σχολὴν ἀπὸ τῶν βιωτικῶν ἄγοντας μόχθων, παντὶ σθένει τὴν κρείττω καὶ μένουσαν ἐργασίαν τοῦ λόγου καὶ τῆς ἀρετῆς προτιμᾶν· ὕμνοις τε θείοις καὶ ἱεραῖς τῶν λογίων μελέταις καὶ προσευχαῖς ἀενάοις τοῦ Κυρίου κατατρυφᾶν.

stam, addam vero et antistitem, Jesuque majestatis testem Marcum laudibus celebremus, ac velut suaveolentibus floribus, encomiastico sermone aspergamus ac exornemus. Hic enim nos hodie dulci sua suavissimaque memoria, in suam excitat laudem; idemque nihilominus vario ac præmagnifico suarum virtutum cultu, torporem injiciens, timore pariter ac alacritate adimplet. Nos enimvero invocato Spiritus afflatu, ejusque ipsius qui laudis argumento propositus est, divina nobis adhibita voce, pauca illi, et quæ donaverit, proloquamur. Sic enim, tum eloquentissimo Verbi discipulo pro virili nostra debitum exsolvemus, tum sacro Ecclesiæ Dei desiderio defungemur.

Hic igitur probatus atque electus Jesu evangelista, Dei Verbi dispensationis clarus theologus, Ecclesiæ lucidissimum lumen, qui nedum sapientissimis sermonibus, sed et Scripturis sacris, sed et robusti animi certaminibus, sed et athleticis passionibus, supra modum illustre martyrium suum Deo adimplevit. Is, audita prius Jesu auditione, haudquaquam incredulorum more aures obturavit; nec vero audivit tantum, at sine intellectu; nec cum intellectu quidem, at sine fide; nec fide quidem, at animi socordia prædicationi auditum admovit: quinimo carnali omni spreta cogitatione, omni despecta substantia, terrenorum omni libidine perfecte contempta, cervi in morem, vitalibus Christi laticibus inebriandus ac proluendus accurrit in siti [83].

Quid igitur Dominus, fons ille donorum, bonorum plenitudo, Patris incommutabilis figura, deifici Spiritus dator? Is nimirum quanam ratione, quove mentis affectu, tanto actum fervore discipulum admisit? Num quasi minus idoneum repulit? aut minoris fecit? vel promiscuæ fidelium turbæ annumerat? aut minore honore habet ac ullum primi ordinis apostolum? Minime gentium: quin mox ac vidit, et velut Deus, illius alta pectoris inspexit; quem ante mundi constitutionem suo corpori conformem fore noverat: ad se jam etiam corporali gressu venientem cernens, ejus statim animi rectitudinem probavit; fidei sinceritatem miratus est, mentis puritatem dilexit; moresque veri tenaces atque simplices amans, fidelissimorum discipulorum collegio adjungit.

Quoniam vero haud fieri poterat, ut sacro jam duodenario completo numero, antiquissimis illis primisque accenseret; iis accenset, qui secundi quidem ordinis essent (septuaginta nimirum electis discipulis), at primorum tamen gratia et honore auget; qua et postmodum Evangelii præclarum interpretem, divinumque sacrorum antistitem facit. Quod enim suorum te mysteriorum auditorem, divinorumque operum illorum, ac vivificarum passionum, resurrectionisque atque in cœlum receptionis cognitione imbuerat, horumque spectatorem

[83] Psal. LXI, 3.

Digitized by Google

fecerat; ignis item specie delapso in discipulos Spiritu sancto, pari cum coryphæis compendio donaverat, omnisque cœlestis muneris participationem indulserat; ut quod ordinis præjudicio deesse videretur, alio expleretur munere; implet sapientia, implet majore gratia et veritate; omnis in te dispensationis dilucidam claramque memoriam excitat. Quamobrem totus Deo afflatus, totus, o beate Marce! Christo excedens, ejusque fervens Spiritu atque instinctu actus; quin etiam magno primoque ac principe apostolorum Petro, uti fama est, in hoc provocante atque jubente, evangelicus scriptor, baptismum narras et tentationem, ducto divinæ tuæ scriptionis exordio ab ostensione Jesu Israel. Conscribis vero apostolorum electionem sublimemque legislationem, ac parabolis intextas divinas prædicationes; ad hæc omnis generis male habentium curationes, variaque miracula ac in Thabore transformationem, tuo illi sacro inseris commentario. Exinde admirandum Christi Jerosolymam ingressum edisseris, innocentumque olivarum ramis ac stratis vestibus triumphi specie, clarum comitatum et acceptionem; sacram denique cœnam, proditionem, iniquam sententiam, crucem, funus, sepulturam, resurrectionem die tertia et apparitionem atque in cœlum receptionem, sacris Scripturarum monumentis consignans, ne magna salutis nostræ mysteria memoria diffluerent, egregie cavisti, quin et universo terrarum orbi, omniumque hominum animis (quod tua spectabat) magnum Evangelii lumen claro sidere intulisti: pariaque sacratissimo Matthæo, divinisque aliis Spiritus scriptoribus consentanea idemque valentia eodem Spiritu elucubratus, communem pietatis veræque doctrinæ tabellam, abs te conscriptum Evangelium cunctis proposuisti.

Eum in modum, eumdem ac primi apostoli honorem consecutus, iisdem quoque consessor exstitisti. Sic apostolorum principis regnique cœlorum clavigeri, boni illius statim a Christo pastoris ac successoris sectator, ejusque omni fere civitate ac gente itinerum, sermonumque ac disputationum, necnon signorum ac prodigiorum socius, illius tantopere spiritu sacrisque Evangelii functionibus atque aliis Spiritus ministrationibus claruisti, ut ejus ipsius in spiritu Filius tum efficereris, tum inclyta nominis appellatione dicereris.

Ejus jussu atque ordinationibus Alexandriam Ægypti profectus Christo in ea Ecclesiam constituisti: illo ipso inconcusso fundamento posito; ipse statim a Jesu superædificatus, inque teipso cunctos fidelium cœtus committens coaptansque. Ac quod sacratissimus Jacobus Jerosolymorum Ecclesiæ, et his qui erant ex circumcisione, hoc ipse Alexandrinæ ac universæ Ægypto exstitisti.

(55) Ὅπερ ὁ ἱερὸς Ἰάκωβος. Comparationem auget Hieronymus in catalogo, secutus Eusebium, ut solet, l. II, c. 17, ubi multis contendit, quos Philo tanquam Judæos laudat, *Libro de supplicibus*,

A τος μὲν πυροειδῶς ἐπ' αὐτοὺς κατιόντος, ἴσως τοῖς κορυφαίοις κατηξίωσεν· κοινωνόν τε πάσης ὁμοίως οὐρανίας ἀπέδειξε δωρεᾶς, ἵνα τὸ λεῖπον τῆς τάξεως δι' ἑτέρου χαρίσματος ἀναπλησθῇ· πληροῖ μὲν σοφίας, πληροῖ δὲ χαρίσματος μείζονος καὶ ἀληθείας· ἀνακινεῖ δὲ μνήμην ἐναργῆ τῆς ὅλης οἰκονομίας ἐν σοί. Ὅθεν ὅλος ἔνθους, ὅλος ἐξεστὼς, ὦ μακάριε Μάρκε, Χριστῷ, καὶ τῷ αὐτοῦ Πνεύματι διαθερμανθείς τε καὶ ἐμπνευσθείς, καὶ ὑπὸ τοῦ μεγάλου δὲ καὶ πρωταποστόλου Πέτρου παρακινηθείς, ὥς γέ φασι, πρὸς τοῦτο καὶ προτραπείς, εὐαγγελίζῃ μὲν τὴν βάπτισιν καὶ τὸν πειρασμὸν, ἀρχὴν τῆς κατὰ σὲ θεοπνεύστου Γραφῆς, τὴν ἀνάδειξιν πρὸς τὸν Ἰσραὴλ ἀναταττόμενος τοῦ Ἰησοῦ· εὐαγγελίζῃ δὲ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐκλογὴν καὶ
B τὴν ὑψηλὴν νομοθεσίαν, καὶ τὰς παραβολικὰς θεολογίας· πρὸς δὲ καὶ τὰς παντοδαπὰς τῶν κακῶς πασχόντων θεραπείας, καὶ τὰ ποικίλα θαύματα, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Θαβωρίου μεταμόρφωσιν τῇ ἱερᾷ ἐπισυνείρεις Γραφῇ· ἐπὶ τούτοις τὴν θαυμασίαν Χριστοῦ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰσοδίαν θεηγορεῖς, καὶ τὴν μετὰ κλάδων ἐλαιῶν, καὶ ἱματίων στρώσεως τῶν ἀπειροκάκων δορυφορίαν καὶ δεξίωσιν. Ἐπὶ τούτοις τὸ δεῖπνον τὸ ἱερὸν, τὴν προδοσίαν, τὴν ἄδικον κρίσιν, τὸν σταυρὸν, τὴν κηδείαν, τὴν ταφὴν, τὴν τριήμερον ἀνάστασιν καὶ ἐμφάνισιν καὶ ἀνάληψιν, ἱερολογίαις θείαις συντεταχὼς, οὐκ ἀφῆκας λήθῃ τὰ μεγάλα τῆς ἡμῶν σωτηρίας μυστήρια παραῤῥυῆναι·
C τῇ οἰκουμένῃ δὲ πάσῃ, καὶ πάσαις ἀνθρώπων ψυχαῖς, ὅσον ἐπὶ σοὶ, τὸ μέγα τοῦ Εὐαγγελίου ἐνήστραψας φῶς· καὶ τῷ ἱερῷ Ματθαίῳ ἐφάμιλλα, καὶ τοῖς ἄλλοις μυσταγωγράφοις τοῦ Πνεύματος, σύστοιχά τε καὶ ὁμοδύναμα τῷ ἴσῳ Πνεύματι διαθέμενος, κοινωνὸν [*al.* κοινὸν] εὐσεβείας καὶ ἀληθογνωσίας πίνακα πᾶσι τὸ κατὰ σὲ προτέθεικας Εὐαγγέλιον.

Οὕτω τοῖς πρωταποστόλοις κατηξιώθης τιμῆς, καὶ συγκάθεδρος ἐχρημάτισας τοῖς αὐτοῖς. Οὕτω τῷ κορυφαίῳ, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ κλειδούχῳ βασιλείας, τὸ μετὰ Χριστὸν εὐθὺς ἀγαθῷ ποιμένι καὶ διαδόχῳ Πέτρῳ κατακολουθῶν, καὶ τῶν κατὰ πᾶσαν μικροῦ πόλιν καὶ πᾶν ἔθνος περιόδων, λόγων τε καὶ συλλόγων, σημείων τε καὶ τεράτων αὐτῷ κοινωνῶν, ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ τῷ πνεύματι, ταῖς τε ἱερολο-
D γίαις τοῦ Εὐαγγελίου, ταῖς τ' ἄλλαις τοῦ Πνεύματος ἱερουργίαις καὶ διακονίαις εὐηρέστησας, ὥστε καὶ εἰς υἱὸν αὐτῷ κατὰ πνεῦμα γενέσθαι καὶ κληθῆναι.

Ταῖς αὐτοῦ δὲ προτροπαῖς καὶ προχειρίσεσι καὶ τὴν κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξάνδρειαν καταλαβὼν, Ἐκκλησίαν ἐν αὐτῇ ἀνεστήσω Χριστῷ· ἄῤῥηκτον μὲν θεμέλιον ἐκεῖνον καταθέμενος· εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ἰησοῦν ἐποικοδομούμενος αὐτὸς, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ πάντα συναρμολογῶν καὶ συμβιβάζων τὰ συστήματα τῶν πιστῶν· καὶ ὅπερ ὁ ἱερὸς Ἰάκωβος (55) τῇ κατὰ Ἱερουσαλὴμ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς ἐκ περιτομῆς, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐκείνῃ τῇ πόλει, καὶ τῇ Αἰγύπτῳ πάσῃ κεχρημάτικας.

Digitized by Google

Δυσὶ γοῦν τοῖς ἀνωτάτω τοῦ Πνεύματος χαρίσμασιν, ἀποστολικῷ τε καὶ ἱεραρχικῷ κατηρτισμένος, τῷ μὲν πρὸς τοὺς ἔξω τῆς πίστεως, τῷ δὲ πρὸς τοὺς δι' αὐτοῦ πιστεύοντας ὁ μακαριώτατος ἐχρῆτο· καὶ οἷα μὲν ἀπόστολος, πρὸς τοὺς ἑλληνίζοντας ἔτι παῤῥησιαζόμενος, παρακαλῶν, νουθετῶν, ἐλέγχων τὴν ἀσέβειαν, διασύρων τὴν ἀσέλγειαν, θριαμβεύων τὴν τῆς θρησκείας ματαιότητα, παραδειγματίζων τῶν σεβασμάτων τὴν σαθρότητα, διαμαρτυρόμενος δὲ τὸν τῶν ὅλων Δημιουργὸν καὶ συνοχέα Θεόν. Διαμαρτυρόμενος πιστεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, καὶ τῷ αὐτοῦ Λόγῳ ὡς συμφυεῖ καὶ συνανάρχῳ, ὡς πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως, καὶ Μονογενεῖ· εἰδέναι δὲ καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς ὁμότιμον τούτοις καὶ σύνθρονον καὶ συμφυές· διδάσκων, καὶ παρακαλῶν πιστεύειν καὶ προσκυνεῖν, Πατέρα μὲν ὡς ἀγέννητον καὶ τῶν ὅλων αἴτιον, καὶ προάναρχον τῶν ὄντων πάντων ἀρχήν· Υἱὸν δὲ, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννώμενον προαιωνίως καὶ ὑπερουσίως· καὶ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὡς ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ὑπερανάρχως ἐξαλλόμενον. Παραινῶν δὲ καὶ παρεγγυώμενος ὅλῃ δυνάμει καὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ὑπερουσίου ταύτης καὶ μοναρχικῆς Τριάδος τὴν φιλάνθρωπον κένωσιν ἐπιγνῶναι, καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν σάρκωσιν μὴ ἀπαναίνεσθαι· ἀλλὰ καὶ τὴν ἐξ ἀγνῆς κόρης γέννησιν, καὶ τὴν διὰ τοῦ Ἰωάννου βάπτισιν, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν διδαχὴν πᾶσαν, ὡς σωτήριον πάντας ἀποδέχεσθαι νόμον καὶ ἀληθείας δόγματα παρεκάλει· πρὸς δὲ, καὶ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν σταύρωσιν, καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὴν λόγχην, καὶ τὴν ταφὴν μὴ ἐπαισχύνεσθαι ὡς ἀσθενῆ καὶ ἐπονείδιστα· ἀλλὰ τὴν ἐξ ᾅδου τριήμερον μετ' ἐξουσίας ἔγερσιν, καὶ τὴν συνεξανάστασιν τῶν νεκρῶν, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνοδον θεωροῦντας καὶ πιστεύοντας, ἐλλαμπρύνεσθαι μᾶλλον καὶ δοξάζεσθαι, εἴπερ Θεοῦ δυνάμεως ταῦτα γνωρίσματα σαφῆ· προσδοκᾷν δὲ καὶ τὴν ἐξ οὐρανοῦ πάλιν δευτέραν μετὰ δόξης ἐπιφάνειαν, καὶ παντὸς τοῦδε τοῦ κόσμου τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν καὶ μεταποίησιν, καὶ τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, καὶ τῶν δικαίων τὴν ζώωσιν, καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν κατάκρισιν.

A Duplici itaque supremo Spiritus munere (apostolico scilicet et hierarchico seu pontificio) perfectus, altero quidem vir beatissimus erga eos utebatur qui extranei a fide erant, altero in eos, qui illius opera ad fidem accessissent; ac, pro apostoli quidem munere, ad eos qui Græcanico adhuc errore tenerentur loquens libere, obsecrans, increpans, arguens impietatem, impudicitiam accusans, superstitionis vanitatem traducens, numinum debilitatem suggillans; universorumque Creatorem et conservatorem Deum contestans. Contestans nimirum Deo vivo ac vero credere, ejusque Verbo, ejusdem scilicet ac ille naturæ, ac coæterno, tanquam primogenito omnis creaturæ [84], et Unigenito. Scire vero etiam Spiritum sanctum, tanquam pari ac B illi honore et dignitate, eademque sede sublimem ac ejusdem naturæ. Docens nimirum, hortansque ac obsecrans, crederent et adorarent, Patrem quidem ut ingenitum rerumque universarum auctorem, omnium denique principium omne antecedens principium : Filium vero, ut ex Patre prææterne ac supersubstantialiter natum : ac denique Spiritum sanctum, ut qui eodem auctore prææterne prosiliat. Hortans totis viribus atque admonens, unius quoque supersubstantialis hujus Trinitatis unoque principatu pollentis benignissimam exinanitionem agnoscerent, Deique Verbi incarnationem non abnuerent. Quin et suadebat natum ex castissima puella, et a Joanne intinctum, omnemque evangelicam doctrinam, ceu salutarem C legem ac veritatis decreta, omnes reciperent. Præterea vero etiam propter nos susceptam crucem, mortemque et sepulturam, ut infirma et probrum habentia non erubescerent; sed qui triduanam ex inferis cum potestate suscitationem, mortuorumque pariter excitationem, atque in cœlum ascensum considerarent ac crederent lætarentur magis ac gloriarentur : quippe cum hæc divinæ virtutis perspicua indicia essent : exspectarent denique etiam secundam e cœlo rursum cum majestate apparitionem, mundique universi in melius immutationem, necnon mortuorum resurrectionem, justorumque vivificationem ac peccatorum condemnationem.

[84] Coloss. I, 15.

θεραπευτὰς seu cultores Christianos jam tum monachos fuisse, qui Marco doctore Alexandriæ præstarent, quod Jerosolymis fideles, quos Lucas refert, venditis possessionibus, ad pedes apostolorum pretium detulisse, habuisseque omnia communia; quæ nobis forma religiosæ paupertatis, in Christi ipsa familia et apostolis consecrata. Quod ita senserit Eusebius et scripserit, graviter reprehendit Scaliger libro VI *De emend. temporum*, eique assentitur Henric. Valesius ad eumdem Eusebium; nec putem abhorrere quos omnes in manibus Marci laudatores habeo (Beda excepto et Damiano), Nicetam, Procopium rhet., Laurentium Justin., etc., quod in suis encomiis nullam ejus rei mentionem fecerint, ut nec Græci in Menæis : quorum proinde ego judicium non facile rejecerim. Ut enim placeant monachorum origines sic antiquæ, non tamen facile est, tanta quæ obstant decoquere. Erant Alexandriæ a prima captivitate innumerabiles Judæi; ipsi legis æmulatores, in quibus erant οἱ τὰ πάτρια φιλοσοφοῦντες, et ἀσκοῦντες, qui vita severiori sanctitatem quamdam vulgo majorem præferrent, quos latuisse Philonem, D Judæine essent an Christiani, cum ipse Alexandriæ ageret, rerumque Judaicarum peritissimus esset, nec eum res Christianæ laterent, ægre suaderi potest. Accedunt alia quæ prosequitur Valesius longe diversa ab illis quæ erant Christiani ritus, et quæ recepta Christianorum moribus Jerosolymis nos docet Actuum liber. Diversos ab Essenis ostendit Valesius contra Scaligerum. Mihi non licet plura inquirere. Monachorum Ægyptiorum origines, post illas Jerosolymis et in apostolis designationes, maxime probo, quas in monachis Raithunis et Sinaitis habet Ammonius a me productus, insinuatque Antonii Vita, et Pauli Eremitæ, ac si quid exstat his antiquius, modo sanæ fidei, non apocryphorum insomniis nutans, aut minus exploratum. Si cui tamen Eusebii, Hieronymi, Epiphanii, etc., sententia placet, ut magis pia et favens instituto monachorum, adeat Baronium an. 64.

Digitized by Google

Hæc quidem ille, ceu plane verax ac veritatis præco, scripto pariter vivaque voce tradens, populis prædicabat. Ex illis vero, alii quidem verbis assentiebantur; quicunque scilicet recto animo erant, ac quorum cor invisibilis Spiritus afflatus tetigerat. Hos nimirum veritati doctrinæ admovens ac aqua emundans, Spirituque illuminans, necnon sacris divinorum signis initians atque consummans, filios immaculatos per lavacrum regenerationis Deo obsignabat. Quicunque autem pravo corde atque impii erant, in divinam contumeliosi doctrinam, superbo animo ac dura mente adversus disertissimum contumaces præconem, nimio furore perciti dentibus in eum stridebant; struebantque insidias, qua aperta molitione grassantes, qua occultis consiliis malignantes, atque eos qui essent ex Ecclesia corripientes, magistratibusque ac præsidibus offerentes, calumniantes, facultates auferentes, modis omnibus aggredientes, omni machina arteque affligentes (ejuscemodi nimirum diaboli æmulatio est) omnisque generis inventis creaturos se molestiam animique angustam beatissimo viro arbitrantes.

Is autem, haud secus ac grandis quædam marina rupes atque prædura, vixque non dicam, imo terræ sinu radicata, irruentium fluctuum incursibus omnibus ac reciprocis æstibus, cunctisque ventorum violentis flatibus inconcussa inflexaque manet; sic sane hic quoque, alto valde consilio atque animo, in vera, et quæ mente intelligitur, fundatus petra, rectissimisque ac fortissimis rationibus inconcusse in Christo radicatus, concinne tranquillaque securitate in eo consistebat; nulloque terrentium insultu pavidus, ei, qui secundum doctrinam est, fideli sermoni incumbebat; atque ad omne tentantis periculum struemque impercussus atque inflexus manens, Ecclesiam suam firmiter tutans stipansque, ab adversantium flatuum injuria illæsam conservabat.

Eum in modum vir inclytus Marcus, quæ in verbis posita est (quandoque vero etiam quæ in signis atque portentis) apostolicam virtutem erga Græcos ostendens, domesticorum fidei tanquam divinissimus antistes salutem adimplebat. Quis enimvero ejus implendæ modus? Divinæ sapientiæ verbis atque doctrinæ Spiritus, eorum quotidie mentes illustrabat; ac carnalem quidem amicitiam atque peccati consuetudinem inhibens, spiritus lege ac amoris vi Christo despondebat; ab omnique noxia cupiditate, ac terrenorum dementi ratione, appetitione arcens, cœlestium duntaxat et stabilium, et quæ vera bona sint, desiderium instillabat.

Sic igitur, ut paucis dicam, sacris sermonibus atque doctrina fidelium mentes ædificans, rursusque operibus sacras sacrosanctorum mysteriorum

Ταῦτα ὁ μὲν, ὡς ἀληθὴς τῷ ὄντι καὶ ἀληθείας εὐαγγελιστὴς, ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως παραδιδοὺς τοῖς λαοῖς εὐηγγελίζετο· τῶν δὲ οἱ μὲν ἐτίθεντο τοῖς λεγομένοις, ὅσοι τὸν νοῦν ἦσαν εὐθεῖς, καὶ ὧν τῆς καρδίας ἀοράτως τὸ Πνεῦμα κατεδράττετο· τούτους τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας προσαγόμενος, καὶ τῷ ὕδατι καθαίρων, καὶ τῷ Πνεύματι φωτίζων, καὶ ἱερομύστοις τελεσιουργῶν θεοπλαστίαις, ἀμώμητα τέκνα διὰ τῆς παλιγγενεσίας ἐσφράγιζε Θεῷ· ὅσοι δὲ σκολιᾶς ὄντες ἐτύγχανον καρδίας καὶ δυσσεβοῦς, πρὸς τὸν θεῖον λόγον ἐξυβρίζοντες, καὶ ἀλαζόνι φρενὶ καὶ γνώμῃ σκληρᾷ τοῦ λογιωτάτου κήρυκος ἀπαυθαδιαζόμενοι, ἔτριζον μὲν τοὺς ὀδόντας ἐμμαινόμενοι σφοδρῶς· ἐπεβούλευον δέ· τοῦτο μὲν ἀναφανδὸν κατ' αὐτοῦ συσκευαζόμενοι, τοῦτο δὲ καὶ κρυφῇ σκαιωροῦντες, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας συναρπάζοντες, καὶ τοῖς πολιτάρχαις προσάγοντες, συκοφαντοῦντες, ζημιοῦντες, πᾶσι τρόποις ἐπιχειροῦντες, πάσῃ μηχανῇ κακοῦντες (τοιοῦτος γὰρ ὁ τοῦ διαβόλου ζῆλος), καὶ πάσαις ἐπινοίαις τὸν μακαριώτατον ἄνδρα δοκοῦντες λυπεῖν.

Ὁ δὲ, καθάπερ τις πέτρα πελιὸς μεγάλη καὶ στερεὰ, εἰς βάθος γῆς, οὐ μὲν οὖν ὅσον εἰπεῖν, ἐρριζωμένη, πάσαις μὲν χυμάτων ἐμπτώσεσι καὶ παλιρροίαις, πάσαις δὲ βίαις πνευμάτων καὶ προσβολαῖς ἀῤῥήκτοις τε μένει καὶ ἀκλινὴς, οὕτω δὴ καὶ οὗτος, βαθείᾳ σφόδρα διανοίᾳ τῇ ἀληθινῇ πέτρᾳ καὶ νοητῇ τεθεμελιωμένος, καὶ λογισμοῖς εὐθυτάτοις τε καὶ στερρότατοις ἀκατασείστως ἐῤῥιζωμένος Χριστῷ, ἔμενεν μὲν ἀραρότως καὶ ἀπαθῶς ἐν αὐτῷ· ἀντείχετο δὲ τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, οὐδεμιᾷ πτυρόμενος τῶν νομιζόντων φοβεῖν προσβολῇ· ἀκατάπληκτος δὲ μένων πρὸς πᾶσαν τοῦ πειράζοντος πεῖραν καὶ ἀῤῥεπὴς, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ ἀῤῥαγῶς Ἐκκλησίαν συγκροτῶν, τῆς ἀπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων ἐπηρείας ἀνεπηρέαστον ἐτήρει.

Οὕτως ὁ μέγας Μάρκος πρὸς τοὺς ἑλληνίζοντας, τὴν ἐν τοῖς λόγοις, ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν ἐν σημείοις καὶ τέρασιν, ἀποστολικὴν δύναμιν ἐπιδεικνύμενος, τῶν οἰκείων αὐτῷ κατὰ πίστιν ὡς ἱεράρχης ἐνθεώτατος τὴν σωτηρίαν ἱερούργει. Ἀλλά τίς ὁ τῆς ἱερουργίας τρόπος; Λόγοις μὲν θεοσοφίας καὶ διδασκαλίας τοῦ Πνεύματος, τὰς αὐτῶν ὁσημέραι κατεφώτιζε ψυχάς· καὶ τὴν σαρκικὴν μὲν φιλίαν, καὶ τὴν συνήθειαν τῆς ἁμαρτίας ἐπικόπτων, τῷ νόμῳ τοῦ Πνεύματος καὶ τῷ φίλτρῳ κατηγγυᾶτο Χριστοῦ· πάσης δὲ βλαβερᾶς ἐπιθυμίας ἐξείργων τῆς ἀλογιστίας τῶν ἐπὶ γῆς, μόνον τῶν οὐρανίων καὶ ἑστώτων, καὶ ὄντως καλῶν τὴν ὄρεξιν ἐνέσταζεν.

Ὡς ἐν βραχεῖ μὲν οὖν δὴ εἰπεῖν, οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις τὰς πιστῶν ᾠκοδόμει ψυχάς· ἔργοις δὲ πάλιν τὰς ἱερὰς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἱεροτυπίας (56)

(56) *Τὰς ἱερὰς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἱεροτυπίας.* Est grave hoc testimonium pro Marci Liturgia, qua et modo utuntur Ægyptii, meminitque Balsamon, etsi locus non occurrit, qua tamen eis uti non prorsus liberum sit Constantinopoli, sed ea quam passim in sacris adhibet Ecclesia Constantinopolitana, nempe Chrysostomi; certis etiam diebus Basilii. Edidit Marci Liturgiam Joan.

Digitized by Google

πανιέρως διασκευαζόμενος, καὶ προσευχὰς ἐγγράφους παραδιδοὺς, καὶ τὴν μυστικὴν καὶ ἀναίμακτον τοῦ ζωαρχικοῦ σώματος καὶ αἵματος ἱεροτελεστίαν τε καὶ λειτουργίαν, θεοτυπώτοις παραδόσεσι, καὶ ἀμώμοις τῷ πνεύματι διατυπούμενος ἀκολουθίαις, τύπον τε τῶν βαπτισμῶν καὶ χειροτονιῶν ἱερῶν, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱεραρχίαν, εὐχῶν τε μυστικῶν ἱερολογίαις, καὶ συμβολικαῖς θεσμοθεσίαις ἀποστολικῶς διαταξάμενος, οὐ τῇ κατ' αὐτὸν γενεᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσαις ἑξῆς, ἱεροθέτης σωτήριος, καὶ καινῆς διαθήκης ἄριστος νομοθέτης ἀναπέφηνεν. A

Καὶ οὐχ ὥσπερ Μωσῆς ἐκεῖνος ὁ πάνυ, κραταιᾷ χειρὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐμπεπαιχώς· πρὸς τὴν ἔρημον δὲ καὶ τὸ ὄρος διαβεβηκώς· ἐδέξατο μὲν ἄνωθεν νόμον, τὸν ἐν γράμματι δέ· καὶ νομοθετεῖ μὲν, μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ δέ· ἀλλ' Αἰγυπτίοις μὲν νοητοῖς, ταῖς ἀντιτεταγμέναις δυνάμεσι, καὶ πᾶσι τοῖς ἀσεβέσιν τῶν Αἰγυπτίων συμπλεκόμενος, καὶ κατακράτος τούτους τροπούμενος καὶ καθαιρῶν· τὴν ἀσέβειαν δὲ αὐτῶν καὶ ἀσέλγειαν ἀπημάντως ὡς Ἐρυθρὰν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διαβὰς, καὶ πρὸς τὴν ἠρεμαίαν τοῦ νοῦ κατάστασιν καὶ γαλήνιον, ὡς ἔρημον προσχωρῶν, καὶ τῷ τῆς θεολογίας προσαναβαίνων ὄρει στόμα κατὰ στόμα προσλαλεῖ τῷ Θεῷ· καὶ τὸν νόμον ἐκεῖθεν οὐ τοῦ γράμματος, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος νομοθετεῖται· καὶ ἱερουργίαν, οὐ τὴν ἐν τύποις τε καὶ σκιαῖς, ἀλλὰ τὴν ἐν ἀληθείᾳ καὶ πνεύματι θεωρουμένην μυσταγωγηθείς, οὐ τῇ κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίᾳ μόνον, ἀλλὰ τῇ καθολικῇ νομοθετεῖ. Καὶ οὐχ ἑνὶ μόνον ἔθνει, καὶ τούτῳ μικρῷ καὶ ὁρίοις μικροῖς διειλημμένῳ, τῇ οἰκουμένῃ δὲ πάσῃ, καὶ παντὶ τῷ Χριστωνύμῳ πληρώματι μυστικῶς ἐπιστατεῖ· καὶ διαθήκη καινὴ, καὶ παράδοσις ἀποστολικὴ, καὶ νόμος ἀληθείας, πᾶν τὸ παρ' ἐκείνου λεχθὲν, ἢ παραδοθὲν, οὐ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ πάσαις καθόλου ταῖς ἱεραῖς Ἐκκλησίαις χρηματίζει. B C

Ἐπεὶ δὲ πάσαις μὲν ἀποστολικαῖς θεοσημείαις, πάσαις δὲ θείαις χρώμενος ἱερουργίαις, τὸ ἔργον εὐάρεστον Θεῷ καὶ τέλειον τῆς αὐτοῦ παρέστησε διακονίας, καὶ πολλοὺς μὲν τῷ χρίσματι τῆς ἱερωσύνης τετελειωκώς· παμπόλλους δὲ τῆς εἰδωλικῆς ἀπάτης καὶ πλάνης ῥυσάμενος, διὰ πίστεως προσήγαγε τῷ Χριστῷ, ἄξιον κέκριται μηδὲ τῆς ἀθλοφορικῆς (57) αὐτὸν ἀπολελεῖφθαι τιμῆς.

cæremonias sacratissime componens ac preces scripto tradens, mysticamque et incruentam vivifici corporis atque sanguinis celebrationem ritumque divinis traditionibus, ac omni labe puris officiis informans; baptismatum denique ac sacrarum ordinationum ritum, omnemque prorsus ecclesiasticam hierarchiam precum mysticarum sacris sermonibus ac symbolicis institutionibus apostolico sensu nutuque instituens, nedum suæ, sed et cunctis deinceps ætatibus, salutaris sacrorum antistes, novique testamenti optimus legislator effulsit.

Nec sicut celeberrimus ille Moses in manu forti percussis Ægyptiis, atque in desertum secedens, conscensoque monte cœlitus quidem, at in littera tamen positam Legem accepit; ac lege quidem sancit, verum soli Israeli: quinimo cum spiritalibus Ægyptiis (adversariis scilicet potestatibus cunctisque Ægyptiorum impiis) congressus, iisque penitus fusis ac profligatis, necnon illorum impietate ac lascivia, instar maris Rubri innoxie in Christo Jesu superata; velutque in desertum, ad tranquillum mentis statum quietumque secedens, tumque abunde conscenso theologiæ monte, ore ad os cum Deo sermones miscet; indeque non litteræ, sed spiritus legem docetur; sacramque functionem, non quæ in figuris et umbris, sed quæ in spiritu et veritate intelligatur, hauriens, nedum suæ ipse, sed et universali sancit Ecclesiæ; nec uni duntaxat genti, eique ejusmodi, ut ipsa exigua angustioribusque terminis comprehensa sit, sed universo terrarum orbi ac Christianorum omni cœtui mystice præscribit; novumque testamentum et apostolica traditio, lexque veritatis audit, quidquid ab eo nedum Alexandrinis, sed et cunctis universim sanctis Ecclesiis dictum aut traditum sit.

Quod vero universis apostolicis signis divina virtute exhibitis, cunctisque sacris functionibus peractis, ministerii sui opus quam acceptum Deo perfectumque reddiderat, multisque sacerdotali unctione consummatis, complures a simulacrorum cultu atque errore liberatos per fidem Christo ad junxerat, operæ pretium visum est, ne et triumphalis eum pugnæ honor deficeret.

a Sancto-Andrea, Ecclesiæ Parisiensis canonicus, ex cod. monasterii S. Mariæ τῆς Ὁδηγητρίας in Calabria, exscribente atque mittente Sirleto cardinale. Fuerintque adeo duo magni antistites ipsi sacrorum antistites et divinarum cæremoniarum auctores, ambo apostoli secundi ordinis, viri maxime spiritales, Jacobus et Marcus: unde reliqui tanquam ex limpidissimo fonte, quæ ejus generis sancta tradiderunt, hauserint; sive etiam illis, ceu solidissimo fundamento, sua pro temporum ratione vel explicatoria vel breviata, seu aliter composita, superstruxerint; sive id ita illis usurpatum divino instinctu, ac sponte ea assumpta provincia, sive quia majores apostoli istud muneris eis injunxerunt, dum illi, iis quæ sunt propius apostolici muneris, toti incumbunt, id est, prædicationi; quam Paulus sic proprium sibi munus voluit, ut ad hoc singulariter se missum a Spiritu sancto professus sit, non ad baptizandum, vel etiam ad ritus sacros conscribendum: quanquam tradidisse eum Corinthiis, quæ Eucharistiæ ritum spectarent, et ad εὐταξίαν in Ecclesia, aliaque ejus generis, nedum scripto, sed etiam verbo, ex ejus ad eos Epistolis compertissimum est. De Jacobo alias dixi in meo Hippolyti indiculo, deque regendæ Ecclesiæ ac instituendæ sic inter illum et Petrum ac Joannem distributo munere. D

(57) *Μηδὲ τῆς ἀθλοφορικῆς.* Marci martyrium perinde Menæa referunt, Metaph., Niceph., etc. Quod ignem accessisse ad reliqua tormenta scribit Nicetas, videtur singulare. Potuit sic turba tumultuante ac sæviente, ut est Alexandrinorum ferox ingenium, cadaver in ignem conjici; unde Marci discipuli extractum honorifice sepelierint.

Digitized by Google

Cum jam itaque præsto esset emigrationis tempus ac præmia conferenda essent, derepente Alexandrinorum nequissimis zelus inardescit; zelus scilicet dæmoniaci furoris ac sui impotens. Hi, consilium in sanctum ineuntes, atque in ejus ædes invadentes, cum Dominicum opus agentem offendissent, violenta manu abreptum, soli pavimento allidunt; tumque ligatis e collo funibus, alii quidem media Alexandria ludibrio propudiosoque spectaculo ab ante trahebant, alii secuti fustibus lapidibusque tundebant : qua is sævitia, sacra Deoque dilecta ac gratissima victima exstitit.

Eum in modum, apostolorum summa admiratione digne, sacrorum antistitum sacratissime, triumphatorum athletarum fortissime ac generosissime, cruentum adhuc necantium manibus scissum carnis integumentum relinquens, ad certaminis ipsum præsidem ac Servatorem Christum corona redimitus receptus es; posteaque sacro illo corpusculo igni sacrificato, ita undique ei, quem dilexeras, factus hostia, holocaustum perfectum immaculatum in odorem suavitatis oblatus es.

Ave itaque, divine divinoque sensu evangelista! Gaude, quod etsi inferiori duodecim ordine ac classe, Evangelii tamen functione ac Paracleti donis, ab eorum nihil perfectione deficias.

Gaude quod apostolis ut apostolus, evangelistis tanquam evangelista, patriarchis ut patriarcha, atque ut martyr martyribus connumeratus sis ac cooptatus; hincque varii generis corona eximie præfulgens, summo omnium Regi astare a dextris d gnus habitus es.

Gaude, quod non semel, sed et sæpius, bono Jesu testimonio perfunctus, neque semel vinctus funibus, media civitate tractus, et laceratus carnibus es, et tuo ipsius cruore infectus : sed post primam lanienam, semivivus in carcerem conjectus, ac noctu angelica voce sanatus atque animatus, et in crastinum simili adhuc ratione ligatus tractusque, inque eum modum astantis Domini ac pacis osculo donantis aspectu recreatus nulla verborum vi explicabili gaudio et exsultatione ad eum emigrasti.

Gaude, Marce, *Excelsi mandatum* ex nominis ipsa ratione. Vere enim Altissimi propemodum mandatum exstitisti, justificans eos qui sequerentur, ac condemnans eos, qui tuo Evangelio increduli essent. Gaude et lætare, tuique memorum memor, tuæ nos claritatis et gratiæ, tuæ in cœlis jucunditatis et splendoris participes precibus effice, in Christo Jesu Domino nostro, cui est honor, gloria et potestas æterna. Amen.

Ἐπεὶ δὲ τῆς ἀναλύσεως καὶ τῶν στεφάνων ὁ καιρὸς ἤδη παρῆν, ζῆλος μὲν ἐξάπινα τοὺς τῶν Ἀλεξανδρέων ἀνάπτεται πονηροτάτους· ζῆλος δαιμωνιώδης, καὶ οὐ καθεκτός· οἱ συμβούλιον κατ' αὐτοῦ λαβόντες, καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ μακαρίου πεφθακότες, καὶ τοῦτον τοῦ Κυρίου τὸ ἔργον καταλαβόντες ἐργαζόμενον, συναρπάζουσί τε σφοδρῶς, καὶ τῷ τῆς γῆς ἐδάφει προσκράσσουσιν. Εἶτα καλωδίοις αὐτοῦ τὸν τράχηλον ἐξάψαντες, οἱ μὲν ἔμπροσθεν εἵλκον διὰ μέσης Ἀλεξανδρείας θεατρίζοντες καὶ πτίγνιον τιθέντες· οἱ δὲ ξύλοις καὶ λίθοις ἐπόμενοι κατέκλων· καὶ θῦμα ἱερὸν οὕτω καὶ φίλον Θεῷ καὶ εὐχάριστον ἱέρευσαν.

Οὕτως, ὦ θαυμασιώτατε τῶν ἀποστόλων, τῶν ἱεραρχῶν ἱεροτελεστικώτατε· τῶν ἀθλητῶν στερρότατε καὶ γενναιότατε, τὸ σάρκινον ἔλυτρον μαιφόνοις ἔτι ῥηγνύμενον χερσὶν ἀφεὶς, πρὸς τὸν ἀγωνοθέτην καὶ Σωτῆρα στεφανηφορῶν ἀνελήφθης Χριστόν· καὶ τὸ ἱερὸν δὲ μετὰ ταῦτα σωμάτιον διὰ πυρὸς ἱερουργούμενος, καὶ οὕτω, διὰ πάντων τῷ ἠγαπηκότι σε καθιερούμενος, ὁλοκάρπωμα τέλειον ἄμωμον εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνηνέχθης αὐτῷ.

Χαῖρε τοίνυν, ὦ θεσπέσιε καὶ θεόφρον εὐαγγελιστά. Χαῖρε, ὅτι εἰ καὶ τὴν τάξιν τῆς δωδεκάδος ὑποδέδηκας, ἀλλὰ τῇ ἱερουργίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῖς τοῦ Παρακλήτου χαρίσμασιν οὐδὲν τῆς ἐκείνων ἐλείφθης τελειότητος.

Χαῖρε, ὅτι τοῖς ἀποστόλοις ὡς ἀπόστολος, τοῖς εὐαγγελισταῖς ὡς εὐαγγελιστὴς, καὶ τοῖς πατριάρχαις μὲν ὡς πατριάρχης, ὡς μάρτυς δὲ τοῖς μάρτυσι συνηριθμημένος καὶ συντεταγμένος, καὶ ποικίλῳ στεφάνῳ διὰ ταῦτα καθωραϊζόμενος, ἐκ δεξιῶν παραστῆναι τῷ Παμβασιλεῖ καταξιοῦσαι.

Χαῖρε, ὅτι οὐχ ἅπαξ τὴν καλὴν Ἰησοῦ μαρτυρίαν ἐμαρτύρησας, πλεονάκις δέ· οὐδ' ἅπαξ σχοινίοις καταδεθεὶς διὰ μέσης τῆς πόλεως εἱλκύσθης, καὶ τὰς σάρκας κατετρύφθης, καὶ τῷ οἰκείῳ αἵματι ἐβάφης· ἀλλὰ μετὰ τὸν σπαραγμὸν τὸν πρῶτον εἰς εἱρκτὴν ἡμιθανὴς ἐμβληθεὶς, καὶ δι' ἀγγέλου φωνῆς νυκτὸς ἰαθεὶς καὶ προθυμοποιηθεὶς· καὶ τῇ ἑξῆς αὖθις ὁμοίως δεθεὶς καὶ κατασυρεὶς, καὶ οὕτως ἐπιστάντα τὸν Κύριον καὶ εἰρηνικῶς ἀσπαζόμενον τεθεαμένος, μετὰ χαρᾶς ἀφράστου καὶ ἀγαλλιάσεως ἐξεδήμησας πρὸς αὐτόν.

Χαῖρε, Μάρκε, *ἡ τοῦ Ὑψηλοῦ ἐντολὴ*, κατὰ τὴν σημασίαν τοῦ ὀνόματος· καὶ γὰρ ἀληθῶς τρόπον τινὰ τοῦ Ὑψίστου γέγονας ἐντολὴ, δικαιοῦσα μὲν τοὺς ἑπομένους, κατακρίνουσα δὲ τοὺς ἀπειθοῦντας τῷ Εὐαγγελίῳ σου· χαῖρε καὶ εὐφραίνου, καὶ τῶν μεμνημένων σου μεμνημένος, τῆς σῆς δόξης καὶ χάριτος, τῆς σῆς ἐν οὐρανοῖς εὐφροσύνης καὶ λαμπρότητος πρόσευξαι μετασχεῖν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν.

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ ΙϚ'.

ORATIO XVI

Εἰς τὴν ἁγίαν πρωτομάρτυρα καὶ ἀπόστολον Θέκλαν (58).

Laudatio sanctæ protomartyris et apostoli Theclæ.

Ἐπαινετὸς ὁ τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸς, ἐπαινεῖν ἀεὶ τοὺς ἀξιεπαίνους προτρεπόμενος· εὐλογεῖν τε καὶ μακαρίζειν, τοὺς ἐγγίζοντας Θεῷ παραινῶν. Ἵνα γὰρ μὴ ἀποστενούμενον τὸ ἀγαθὸν, εἰς μόνους τοὺς κατορθοῦντας αὐτὸ περιορίζηται· πλατυνόμενον δὲ καὶ χεόμενον εἰς πλείους ἐκτείναι τὴν εὐεργεσίαν, τούτου χάριν εὐλογεῖν τοὺς εὐλογημένους ὑπὸ τοῦ εὐλογητοῦ νενομοθετῆσθαι Θεοῦ. Οὐκοῦν εὐλογῶμεν τοὺς εὐλογημένους, καὶ τοὺς ὑπὸ Κυρίου τετιμημένους, μακαρίσωμεν· οὐχ ἵνα τινὰ τούτοις διὰ τῆς ἡμετέρας προσθῶμεν εὐφημίας (ἐστήκασι γὰρ ἀεὶ τῆς ἐν Κυρίῳ πεπληρωμένοι δόξης, καὶ τῶν ἀπὸ γῆς ἐνδεῶς ἔχοντες οὐδενός)· ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς πρὸς αὐτοὺς ἀνατεινόμενοι, καὶ διά τε τῆς μνήμης καὶ τῶν ἐπαίνων νοερῶς συναπτόμενοι καὶ συγγινό-

Laudabilis Ecclesiæ ritus, eos qui digni laude merito habeantur, semper laudare jubet : eosque qui Deo propinquent, benedicere ac beatos prædicare admonet. Ne enim bonum coangustetur, intraque illos duntaxat qui illud gerunt, definiatur ; sed ut dilatatum fusumque in plures beneficium producat ; idcirco benedicere, qui benedicti sint a Deo benedicto, nobis est imperatum. Benedicamus igitur benedictos, et qui a Deo honorem adepti sunt, beatos prædicemus : non ut nostris laudibus eorum cumulo aliquid conferamus (sunt enim semper in Domino claritate pleni, nullíusque terrenorum egent), sed ut intentis in eos animis, memoriæque ac laudum cultu eis mente conjuncti unaque versantes, quæ ex illis

(58) Habuit Nicetas eadem ipsa Theclæ Acta vetera, quæ habuit Basilius Seleuciæ, sive qui exstat auctor ejus nomine, editus semel et iterum, Petro Pantino Bruxell. interprete : alio tamen stylo exornavit, pressiori illo quidem, sed elegantiori, et quo egregie servet decorum, dum aliquos loquentes seu concionantes inducit. Quæ videantur aliquid habere alienum a regulis ecclesiasticis, vel paucis perstringit, vel licentia rhetorica quandoque supprimit. Multis card. Baronius in not. ad Martyr. Rom. Sept. 23, tom. I *Annal.* pro Actis sanctæ Theclæ pugnat, omniaque illius veterum testimonio vindicat, longeque alia ab Actis pridem reprobatis, et quibus hæretici uterentur, demonstrat. Viderat solum acta a Metaphraste conscripta, vel etiam quæ de Thecla habeant Menæa 24 Septemb., quod die 23 solemnis in eis habeatur memoria conceptionis sancti Joannis ; in quibus de baptismo a Thecla usurpato nihil legerat. Habent tamen Basilius Seleuc. et Nicetas, habueruntque Acta vetera, quæ illi stylo exornant ; potueruntque hæretici hoc ex illis Theclæ exemplo abuti, ut sacram functionem et hierarchicam feminis assererent ; cum et illud excusari possit, ut et excusat Petrus Pantinus, quod non nisi defectu sacrorum ministrorum et necessitate cogente, id sibi illa indulserit : quomodo etiam Latini feminæ baptismum non repudiant, habentque legitimum, etsi forsitan Græci non admittunt Orientales, videturque insinuare Maximus in Collat., hincque adeo Nicetas ipse Græcus et Constantinopoli rhetor, singulare dicit Theclæ privilegium, nec ulli feminarum concessum. Ἀλλὰ καὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι τελετουργοῦσα, *Perficiens initiansque sacro baptismate.* Ταύτην γὰρ μόνη γυναικῶν εἴληφε τὴν ἐξουσίαν. *Sola inter mulieres hanc nacta est potestatem,* et quæ sequuntur. Proinde valde adducor ut existimem, illa ipsa acta esse, ex quibus veteres Græci pariter ac Latini tanta illa de Thecla mutuati sunt, ac scripto tradiderunt, quæ omnia in illis hactenus continentur, et quæ nonnulli ut apocrypha exceperunt, rem habentes cum hæreticis, ac quod illis favere arbitrarentur. Fabulam Leonis baptizati non moror, quæ una merito exsulat, potuitque pio alicujus zelo expungi. Ut sic dicam de Theclæ Actis non exiguo mihi momento est, simile aliquid in Actis S. Georgii martyris, inter apocrypha Gelasii Romani pontificis censura relatis ; quæ Lipom. spuria quædam et anilia Acta Latina esse existimat, non illa duplicia quæ in libris Græcorum ecclesiasticis passim exstant, habentque Græci ac legunt ut vera Georgii Acta ; cum tamen S. Nicephorus illa ipsa esse significet

Juris Orient. l. II, ubi inter alios canones de libris apocryphis : Τὴν Ἀποκάλυψιν Ἔσδρᾶ καὶ Ζωσιμᾶ, καὶ τὰ δύο μαρτύρια τοῦ ἁγίου Γεωργίου, καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων Κηρύκου καὶ Ἰουλίττης, καὶ τὴν βίβλον Μάρκου καὶ Διαδόχου, οὐ χρὴ δέχεσθαι· ἀπόβλητα γὰρ καὶ οὐ δεκτά. *Apocalypsim Esdræ et Zosimæ, et duo sancti Georgii Martyria, et sanctorum martyrum Cerycі et Julittæ librumque Marci et Diadochi suscipere non oportet. Rejicienda enim hæc, non admittenda.* Quis enim putet Nicephorum de aliis loqui Georgii Actis, quam de illis sic Græcis tritis ; quæ ipsa proinde Gelasii censura, non alia obscura et fungi Acta, in angulo forte latentia, attigerit ; cum tamen Græci reliqui eam vel Nicephori vel Gelasii censuram non videantur amplexi, aut quidquam repudiasse illa Acta Georgii. Sic Andreas Cretensis *Orat. in Georgium* totam ex illis ejus delibat historiam, quam et memini vindicasse, quibus illa petitur ill. annalium patre, levi satis argumento ὁμωνυμίας Athanasii Magi cum magno Athanasio. Eo nomine videantur proscripta, quod quædam nimis portentosa, aut sic visa, habeant ; cum hæc ipsa, aut iis majora non desint, aliorum quorumdam martyrum Actis. Ceryci et Julittæ Acta genuina, qualia Justiniani ætate colligere potuit Theodorus Iconiensis episcopus, dedi ex bibl. Regia ; quæ ipsa per inscitiam in suspicionem nonnullis venerant, quasi apocrypha illa Gelasio ac Nicephoro notata, non quibus apocryphis itum obviam esset, ac paratum antidotum sapientis viri diligentia ac solertia. Erat et in antiquis illis apocryphis Actis Julittæ feminæ baptismus, sed portentosus et plumbo liquente ; aliaque plane rejicienda, et ecclesiasticæ traditioni adversa, inscite nimis P. Poree ord. Præmonstr. laudata ac, quod mirum, in Galliæ aliquot Ecclesiis recepta, sed nunc pene saniore sensu ab illis profligata. Τὴν βίβλον Μάρκου καὶ Διαδόχου. Enimundus Bonefid ita reddit, *librumque Marci et successoris.* Quis vero Marci successor, nempe anachoretæ? Habuerit episcopus, vel etiam hegumenus aut archimandrita ; nudus monachus non ita facile habuisse dicendus sit, cujus præcipue res obscuræ, etsi nota capita et opuscula. Malim ergo *librum Marci, et Diadochi* κατὰ κοινοῦ, supple *librum ;* qui ipse exstat Francisco Turriano interprete, *De perfectione spirituali,* centum capitibus comprehensus, etsi semel et iterum in Bibl. PP. Colon. per errorem scriptum est, *De persecutione, etc.*, in quo ipso libro non desint duriora, uti fere habent scriptores ejus generis, caute proinde legenda, et ad sanioris theologiæ normam componenda, ob quæ hanc Nicephori censuram ille meruerit. Laudat tamen Maximus Qu. ad Thalassium.

Digitized by Google

est sanctificationem nobis asciscamus, condignamque illis vicem, salutem nostram offeramus.

Sanctum quidem ac convenientissimum, ut qui Deo propinquant, omnes laudibus atque honore prosequamur, sed eos maxime, qui maxima Deo necessitudine junguntur. Non enim omnes ejusdem ordinis ac classis exsistunt; sed in primo alii censu, alii in postremo habentur. Uti nimirum etiam apud reges terræ non unus idemque omnium consessus gradusque, sed alii primo, alii postremo habentur : quidam etiam medio, pro cujusque virtutis ratione, aut ejus qui præest ad eos amore : ita nimirum etiam in cœlestibus arbitror, alios superiores eminentioresque, alios inferiores nactos sedes, ea rata ratione, qua a primis minore præstantia atque virtute recedunt. Quod si omnes beati merito prædicandi atque laudibus celebrandi, longe prius qui primo in illis gradu sunt, primaque Christo necessitudine devincti.

Quo igitur loco Theclam collocabimus, sacræ fidei decorum pignus, venerandæ virginitatis monile, intactam Christi sponsam, inviolabilem genialem lectum ? Ubi inquam, quove ordine ac loco statuemus, quam ei convenientem laudem oblaturi sumus ? Illisne accensebitur qui virginitate sanctisque moribus vitam instituerunt, ut quæ nimirum omnis castitatis vitæque religiosæ norma mundo exstiterit ? Haud enimvero a triumphali agmine abesse patiatur ; at neque primam martyrii lauream ulli mortalium cedat ; quæ videlicet mulierum prima, contentione certandi, ingentique animorum vi, muliebris sexus probrum sustulerit, primaque spirituale pancratium desudaverit ; quæ teneris pedibus draconem illum magnum protriverit, ac velut regina a dextris summi omnium Regis corona insignita sit. Quid igitur, triumphali agmini accensebitur ? Enimvero Paulo prædicationis socia, eumque doctrinis ac operibus imitata, communique persecutionum ac tentationum stadio, Christi Jesu apostolus facta, martyrum cœtu coerceri nolit. Quonam igitur modo ejus laudibus defungentes, quæ grata futura sint, præstiterimus? Num plane, non tanquam ex una alterave solum excellentia, sed ex omnibus ejus sacris institutis, quibus summe claruisse, egregiaque laude perfunctam esse, conspicuum est, laudari exoptet ac admirationi haberi ?

A μενοι, τὸν παρ' αὐτῶν μὲν ἁγιασμὸν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπασώμεθα· ἀμοιβὴν δὲ αὐτοῖς ἀξιόχρεων, τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἀφοσιωσώμεθα.

Πάντας μὲν οὖν ὑμνεῖν καὶ τιμᾶν τοὺς ἐγγίζοντας τῷ Θεῷ, ὅσιόν τε ὁμοῦ καὶ πρεπωδέστατον· μάλιστα δὲ τοὺς μάλιστα τούτῳ προσῳκειωμένους. Οὐ γὰρ τῆς αὐτῆς εἶναι πάντας τάξεως καὶ στάσεως· ὥσπερ δὴ καὶ παρὰ τοῖς κρατοῦσι γῆς, οὐ μιᾶς οὐδὲ τῆς αὐτῆς πάντες καθέδρας ἢ στάσεως τυγχάνουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν πρώτης, οἱ δὲ ἐσχάτης· ἄλλοι δὲ τούτων μεταξὺ κατ' ἀναλογίαν τῆς ἀρετῆς, ἢ τῆς τοῦ ὑπερέχοντος πρὸς αὐτοὺς διατάττονται φιλότητος· οὕτως ἡγοῦμαι κἀν τοῖς οὐρανίοις, τοὺς μὲν ὑπερτέρας, τοὺς δὲ καταδεεστέρας λαχεῖν τάξεως, ἀναλόγως τῆς μειωτικῆς ἀπὸ τῶν πρώτων ὑφέσεως καὶ ὑποδάσεως. Εἰ δὲ μακαριστοὶ πάντες, καὶ πάντες ἐπαινετοί, πολλῷ πρῶτον οἱ πρῶτοι τὴν τάξιν καὶ τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν οἰκείωσιν.

Ποῦ τοίνυν θήσομεν Θέκλαν, τὸ τῆς ἱερᾶς πίστεως ἄγαλμα, τὸ τῆς σεπτῆς παρθενίας κειμήλιον, τὴν ἄψαυστον τοῦ Χριστοῦ νύμφην καὶ ἀνεπίβατον παστάδα ; Ποῦ ταύτην, καὶ ἐν ποίῳ θέμενοι τάγματι, τὴν αὐτῇ πρέπουσαν αἴνεσιν προσάξομεν; Ταῖς παρθενικῶς καὶ ὁσίως βεβιωκυίαις συντετάξεται, ὡς ἀγνότητος πάσης καὶ ἀσκητικοῦ βίου νομοθεσία (59) τῷ βίῳ γενομένη ; Ἀλλ' οὐκ ἂν τῆς ἀθλοφορικῆς ἀπολείπεσθαι τάξεως ἀνάσχοιτο· ἀλλ' οὐδὲ τὸ πρωτοτόκια τῆς μαρτυρίας ἄλλῳ παρεῖναι καταδέξαιτο· πρώτη γυναικῶν ἐντόνοις ἀγωνίαις τὸ τῆς θηλείας φύσεως δνειδος περιελοῦσα, καὶ πρώτη νοητὸν παγκράτιον διαγωνισαμένη· καὶ ποσὶν ἁπαλοῖς τὸν δράκοντα καταπατήσασα τὸν μέγαν· καὶ στεφηφόρος οἷα βασίλισσα ἐκ δεξιῶν τῷ Παμβασιλεῖ. Τί οὖν ; τοῖς ἀθλοφόροις συντετάξεται ; Ἀλλ' αὐτὴ Πσύλῳ τοῦ εὐαγγελίου κοινωνήσασα (60), καὶ τῇ μιμήσει τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων· καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν διωγμῶν καὶ πειρασμῶν, ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ γεγενημένη, οὐκ ἂν ἐθέλοι τοῖς μάρτυσι περιωρίσθαι. Πῶς οὖν αὐτὴν ἐπαινοῦντες, κεχαρισμένα δράσαιμεν ἄν ; Ἦ δῆλον ὡς οὐκ ἐξ ἑνὸς ἢ δευτέρου μόνον προτερήματος· ἐκ πάντων δὲ τῶν ἱερῶν αὐτῆς ἐπιτηδευμάτων, οἷς κατὰ τὸ ἀκρότατον ἐνευδοκιμηκέναι μεμαρτύρηται, ἀγαπᾷη ἂν ἐπαινεῖσθαι καὶ θαυμάζεσθαι.

(59) *Ἀσκητικοῦ βίου νομοθεσία. Norma, regula vitæ religiosæ.* Sic merito σεμνεῖον vocat sequentibus, ædiculam in monte prope Seleuciam, ubi quietam vitam agebat, extra civium turbas, et quo illam feminæ et ægroti conveniebant ; ubi et a petra orans absorpta, ut ab spurcis hominibus esset illi tuta, illibata virginitas. Sit itaque Thecla, uti martyrum, sic et sacrarum virginum, sub sancto instituto princeps et norma, vere ἀσκήτρεια, ejus illi instituti auctore magno Paulo. Nostri Phocenses hanc laudem Marthæ tribuunt, sive etiam Mariæ Magdalenæ, quæ sic religiosam vitam coluerint ; ac quidem Martham similium virginum sodalitio, quod fidem haberet, nisi acta laborarent, quæ et Pius V e Rom. Breviario movere cogitabat, ut erat emunctissimæ naris, et sic incertis piam fidelium credulitatem onerari ægre ferebat.

(60) *Τοῦ εὐαγγελίου κοινωνήσασα.* Sic evangelii, seu prædicationis socia Paulo Thecla exstitit, ut non nisi privatim ac necessitate, sive Pauli aliorumque ministrorum absentia, docendi munus usurparit : quod certe ipsis Pauli legibus ac Ecclesiæ, de mulierum in Ecclesia silentio, non nocet. Quod ergo ἀπόστολος dicitur singulari excellentia, more Græcorum est, qui apostolos proclive vocant eos omnes qui in rem fidei majoris aliquid operæ contulerunt. Sic illis discipuli omnes primique ministri apostoli, sic Constantinus Augustus ἰσαπόστολος, *par apostolis eisque consertus*, ut Severus in Martino. Sic Menæa, Τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος καὶ ἰσαποστόλου Θέκλης. Anatol. πρωτομάρτυς ἀπόστολε.

Digitized by Google

Πρῶτον μὲν οὖν τὴν παρθενικὴν αὐτῆς ἐκ νεότη- A τος ἀναστροφήν, μᾶλλον δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπησιν καὶ πίστιν κατὰ δύναμιν ἐπαινώμεθα· δι' ἧς, ἥ τε παρθενία καὶ ἡ ἄθλησις ὑπερανθήσασα, εἰς τὴν ἀποστολικὴν αὐτὴν προσανύψωσεν κορυφὴν ἡ περιωπήν. Ἄρτι γὰρ τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας εὐαγγελιστοῦ, τῆς οὐρανίας καὶ μεγαλοφωνοτάτης τοῦ Εὐαγγελίου βροντῆς, τῆς ὑπερφώτου τῶν ἔργων Χριστοῦ καὶ λόγων ἀστραπῆς (61)· Παύλου λέγω, τοῦ στόματος Ἰησοῦ, τοῦ ὀργάνου τοῦ Πνεύματος, τῆς εὐηχεστάτης Θεοῦ σάλπιγγος, τῆς τὰ πέρατα συγκαλουμένης· τούτου, τ' ἄλλα τε τῆς οἰκουμένης διιόντος μέρη, καὶ τὸν τῆς ζωῆς λόγον ὥσπερ τι θεῖον καταβαλλομένου σπέρμα· ἔτι δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ Ἰκόνιον κατειληφότος, καὶ παρ' ἀνδρὶ ξεναγωγουμένου πιστῷ· καὶ ἄρτῳ μὲν τῷ ἀπὸ γῆς B τὸ σωμάτιον στηριζομένου· ἄρτῳ δὲ οὐρανίῳ τῶν ἐπισυναγομένων στηρίζοντος καρδίας· καὶ θεῶν μὲν ἀθέων, καὶ συνηθείας κακῆς, καὶ δεισιδαίμονος ἀγωγῆς τὸ θεοστυγὲς διασύροντος καὶ μυσαρόν· ὑφοῦντος δὲ τὴν δόξαν τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, καὶ τὴν ἄῤῥητον σάρκωσιν τοῦ Ἰησοῦ· τό τε ζωοποιὸν πάθος καὶ σωτήριον· τήν τε τριήμερον ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν τεσσαρακονθήμερον ἀνάληψιν ἀπὸ γῆς· καὶ τὴν οὐρανόθεν αὖθις ἐπιφάνειαν καὶ κρίσιν· καὶ τὴν δικαίαν τῶν βεβιωμένων ἀπόδοσιν φιλοσοφοῦντος, καὶ ῥήμασι χάριτος ὑμνοῦντος μεστοῖς· ναὶ μὴν καὶ τὸν ἡδυπαθῆ μὲν καὶ ἀκόλαστον βίον ἐπισκώπτοντος ὡς βδελυκτόν· τὸν ἄμωμον δὲ καὶ ἁγνὸν μακαρίζοντος καὶ παρθενικόν, ὡς οἰκεῖον ὄντα Θεῷ C καὶ ἀρεστόν.

Primum itaque virginalem ejus a juventute conversationem, quin potius, qua Christum prosecuta est, dilectionem ac fidem, pro virili nostra laudemus, cujus nimirum ope, virginitas pariter vigorque certaminis altiore cumulata flore, ad apostolicum ipsam summum verticem seu speculam abunde provexerunt. Jam enim magno veritatis præcone, cœlesti vocalissimoque Evangelii tonitru, luce omni clariore Christi operum sermonumque fulgetro, Paulo nimirum, Jesu ore, Spiritus organo, Dei clarissima tuba, orbis convocante fines : hoc, inquam, cum alias orbis peragrante partes, ac verbum vitæ velut divinam quamdam sementem jaciente; ac cum præter alia loca etiam Iconium venisset, et apud virum fidelem hospes ageret ; ac pane quidem terreno corpusculum confirmaret, cœlesti vero, eorum qui ad eum congregarentur, animos fulciret, inaniumque deorum et pravæ consuetudinis, superstitiosæque institutionis, invisum Deo scelus detestandumque traduceret, Deique altissimi gloriam, et arcanam Jesu incarnationem exaltaret, vivificamque et salutarem passionem triduanamque ex mortuis resurrectionem, atque e terris quadragesimo die in cœlos receptionem, rursumque e cœlis apparitionem, judiciumque ac justam pro vitæ meritis in eaque gestis retributionem sapienter declararet, ac verbis gratiæ plenis laudaret : necnon etiam voluptariam ac libidinosam vitam velut detestabilem suggillaret, impollutam vero et castam ac virginalem, tanquam Deo necessariam eique placitam beatam prædicaret.

Ταῦτα τοῦ ὑψηλοῦ κήρυκος τοῖς πρὸς αὐτὸν εἰσιοῦσιν ὁμιλοῦντος· καὶ τινῶν μὲν ἡδέως καὶ προστηκῶς ἀκροωμένων· τινῶν δὲ πρὸς τὸν λόγον ἀνεπαισθήτως διατιθεμένων· ἔ[σ]τι δ' ὧν καὶ ὑποτονθορυζόντων, καὶ πονηρὰ λογιζομένων ἀντὶ ἀγαθῶν, Θέκλα νεᾶνις, θυγάτηρ μὲν Θεοκλείας, μνηστὴ δὲ Θαμύριδος, ἐξ ὑπογύου μένουσα τούτοις, καὶ διὰ τῆς θυρίδος τὸ οὖς ὑποσχομένη, τῶν Παύλου διδασκαλιῶν ἐπηκροᾶτο. Καὶ τὸ πρόσωπον μὲν ὁρᾶν οὐκ εἶχεν· οὕτω δὲ τῆς διδαχῆς καὶ τῶν αὐτοῦ λόγων ἐξήρτητο μυσταγωγίας, ὡς ὅλην δι' ὅλου τῶν παρόντων ἀπαναστᾶσαν, πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον ἀρθῆναι Χριστόν. Οὕτως ἐκ πρώτης εὐθὺς ἀκοῆς, ὦ τῆς πίστεως! D ἐξέστη μὲν τῶν οἰκείων· ἐξέστη δὲ αὐτῆς· καὶ μήτε σημείων πεῖραν λαβοῦσα, μήτε χρόνῳ τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου δοκιμάσασα, ἀλλὰ μηδὲ τὸν εὐαγγελιστήν, τὸ παραδοξότατον, ὄμμασι τεθεαμένη, οὕτω κατέθετο τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πρὸς αὐτῆς διὰ πίστεως ἐγένετο, ὡς ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ἀμνηστεῖν αὐτὴν πάντα, καὶ βρώματος, καὶ πόματος.

Hæc itaque sublimi præcone ad eum adeuntibus perorante, ac cum alii quidem dulciter placideque audirent, alii vero nullo sermonis sensu afficerentur, alii etiam murmurarent, ac pro bonis mala cogitarent, Thecla puella, Theocleæ quidem filia, sponsa vero Thamyridis, e vicino ædes habens, ac per fenestram aurem accommodans, Pauli doctrinis auscultabat. Ac quidem faciem videre non licebat ; sic vero a doctrina ejusque sermonum institutione pendebat, ut tota prorsus e terrenis, ad Christum qui annuntiabatur, animo tolleretur. Sic ex primo statim auditu (o fides !) excessit quidem domo, excessit et seipsa ; idque cum neque signorum experimentum ullum fecisset, neque Evangelii doctrinam per tempus probasset : at neque prædicatorem (rem summe inauditam!) oculis usurpasset, sic veritati assensit eique per fidem adhæsit, ut triduo omnium oblita sit, et cibi et potus.

Καὶ μήτηρ μὲν φιλοστόργῳ τινὶ καὶ φιλοψύχῳ διαθέσει περὶ αὐτὴν εἰσιοῦσα, καὶ στένουσα καὶ διαπονουμένη· καὶ τί γὰρ ἡ μήτηρ; πῇ μὲν κολακεύουσα, καὶ αἰμυλίοις ὑποποιουμένη λόγοις. *Τέκνον, ἐδία, φίλτατον· τέκνον ἥδιστόν γ' οὖν καὶ τερ-*

Mater vero materni quadam amoris vi, impensioreque in eam carnali affectu ingressa, gemensque ac quiritans, (quid enim aliud mater?) modo quidem blandiens, lenibusque verbis demulcens ac sibi concilians, *Filia*, clamabat, *charissima ! Filia*

(61) *Τῆς ὑπερφώτου ἀστραπῆς.* Fulgur *omne vicens lumen.* Pauli scitum epithetum.

Digitized by Google

mihi sane dulcissima, gratissimaque ac desideratissima, quid tibi et peregrino illi ac seductori? Ecquid causæ est, cur ad ejus absurdam hanc ac inauditam fabulationem aurem accommodaveris? Quid est quod excessisti, portentosum hunc horrendumque excessum? Cur tota anima, post seductionis hujus verba abiisti? Revertere ad genitricem tuam, quæ te educavit. Aspice in me, filia mea. Loquere ad me verbum; loquere ad me, viscera mea; abjectaque hac dementia, exsurge ut cibum sumas, o filia! exsurge ut bibas. Quid causæ est cur ita vecors mentisque inops sedeas?

Sic modo quidem obsecrans, modo vero etiam austerioribus ad eam verbis, *Cur vero, velut insipientium una*, increpabat, *teipsam desperans, ac quasi quæ sensum omnem mentis consiliumque perdideris, sic irrationabiliter sedes? Reverere matrem, quæ in te erubescit. Reverere cognatos, amicos, coætaneos. Pudeat a facie servorum tuorum. Ubi virgineus pudoris rubor? ubi incessus? ubi gravitas? ubi ordo? ubi prior illa honestas? Nescis esse nos primos inter Iconii cives, totamque ad nos urbis æmulationem spectare, resque nostras cunctorum expositas sermonibus esse, sive illæ fausto ac ominato eventu, sive secus succedant. Cur ergo te ipsa invidis gaudium, amicis vero reprehensionem ac probrum præbes?*

En et sponsus adest. En civium flos, æqualium decor, Iconii oculus. En tuus Thamyris, Thecla. Exsurge, in amplexus rue, osculare. Scito cui sis desponsata, cui nuptialibus pactis obstricta. Ne spe vacuum, ne tuarum expertem gratiarum, ne tuo privatum colloquio virum repuleris.

Hinc præclara pugil victoria triumpho emergens, quo majori adhuc claritate foret, Christum sanctificans membris suis, tauris agrestibus ac sævissimis prorsusque indomitis alligata est. Ejusque illatæ vis auctor demens Alexander illius amator ac procus : ipsius enim insaniæ præses degeneri animo totus concesserat. Ac quidem B viri omnes probris incessentes, rem indigne ferebant; cunctæ vero mulieres, vim illam deplorando, ululatu aera replebant. Tryphænam ad theatri gradus exspirantem parum abest quin sustulerint. Subulas porro ferreas, subtili nocendi arte incendentes taurorumque scrotis appendentes, majorem in modum ignis attractu conturbare, ac Christi vinctam vi enecare studebant. Stulti videlicet homines! Neque enim manum illi auxiliantem videbant. Statim enim funibus flamma abruptis, tauris abscedentibus virgo illæsa in stadio ac arena permansit. Hæc nimirum, qui Danielem e faucibus hiantibus leonum liberavit [64]; qui columna ignis ac nubis, terra marique Israelem præclare honestavit [65]; cum bestiarum illos victores, tum nequissimis tyrannis fortiores fecit.

C

Horruit Antiochia cum hæc videret, magnaque voce Theclæ Deum laudarunt. Tremor præsidem invasit, sicque placide blandeque victoria claram accersens virginem, sciscitabatur, qua demum virtute tot bestiarum victrix exstitisset. Ad quem illa libere fiduciaque theologicum illic os aperiens, illustrissimum Jesu testimonium eructavit. *Atqui, si lubet,* inquit, *o præses, in me exsistentem virtutem audire, nulla invidia est, quæ loqui velet. Chri-*

[64] Dan. XIV, 30. [65] Exod. XIV, 24.

(67) *Ὄρυγμα πλῆρες ὕδατος ἰδοῦσα.* Metaph. λάκκον μεστὸν ὕδατος. Basil. κολυμβήθραν καὶ ὕδωρ, quæ omnia aliis aliisque verbis idem significant. Phocas, bestias marinas ac carnivoras truD cesque, in eo fuisse ait Basilius, ad virginis forte supplicium paratas ; ut quod in fossam desiliit virgo, solummodo carnificum vim occuparit, ab illis in eam mox projicienda, ut nullarum non bestiarum in eam periculum fieret. Quomodo factum istud Theclæ, alteri Apolloniæ præiverit in diverso licet elemento : videaturque non tam sui spontanea occisio, quam certæ jam necis ac paratæ divino quodam impetu fideique excellentia nonnulla acceleratio. Displicuisse tamen istud Theclæ cunctis astantibus refert Basil. quibus visa ἄτοπος καὶ ὀλέθριος τόλμα, *absurda exitiabilisque audacia et temeritas,* sic se in aquam monstris vorandam præcipitem dare, quamquam poterat certa esse Thecla, qui se incolumem servasset ab omni illarum terrestrium bestiarum agmine, servaturum et a marinis, quo ejus magis undique gloria claresceret. Quod vero ait Thecla, se in fossam jactando, Τῷ ὕδατι σήμερον βαπτίζομαι, *Hodie aqua baptizanda sum,* vel, ut referunt Basil. et Metaph., Ἐν τῷ ὀνόματί σου, Κύριε, ὑστέρᾳ ἡμέρᾳ βαπτίζομαι, *In nomine tuo, Domine, ultima hac die baptizor,* hæret μυστικόν, ipsum λουτρόν, verumque Christi baptismum, hoc sibi fore Thecla existimaverit, quod tamen recte adversari Ecclesiæ legibus advertit. Mirum sane si necdum Pauli ministerio fuerat intincta, vel si istam mersionem verum baptismum putavit, nisi forte quatenus illo sibi complendum martyrium credidit, etsi Deus rem aliter dispensavit. Ex illis quæ loquitur apud Metaphr., rem hanc habuisse videtur pro baptismo. Sic enim postremo Paulum alloquitur, cum Myram ad eum accessisset, virili semper habitu, quod nusquam placet : *Accepi, o Paule! lavacrum : qui enim una tecum operatus est in Evangelium, mihi quoque ille ipse ut abluerer, concessit.* Qui sic liberalis Paulus in Act. legitur, ut statim jubeat baptizari in nomine Christi, quomodo in Thecla sic rem distulit, ut miraculoso baptismate, seu miraculo ipsius vim suppleute, in ea opus fuerit ?

Digitized by Google

stus hic est Dei Filius, cui, Deus invisibilis, intempo- A *ralis, incorporeus cum esset, ac semper cum suo Genitore esset, ante paucos hos annos, hominum causa hominem fieri propensa voluntate placuit; ac qui ex sancta Virgine, nullis verbis explicabili ratione, natus, et cum hominibus conversatus, opera quæ soli Deo conveniant, fecit. Solo enim verbo ac imperio, cæcis visum præbuit, mutis ac impeditæ linguæ loqui præcepit, surdos aridosque sanavit, paralyticos claudosque erexit, dæmones fugavit atque mortuos suscitavit, aliaque innumera humanæ salutis causa patravit. Exinde, ut etiam mortuis viam vitæ ostenderet, mortem quæ crucis supplicio est, non erubuit; sed moriens ut homo, triduanus Dei potentia surrexit; receptusque in cælum, sedit a dextris Dei. Postea effuso in discipulos suos e cælis* B *Spiritu sancto, mittensque illos in omnem terram, per illos ubique omnibus jubet ut pœnitentiam agant animumque ad eum convertant: idola vero argentea aureaque, velut inanima inaniaque contemnant. Discipulorum unus est et meus præceptor Paulus, a quo accepto mysterio, ac per fidem Christum induens, illæsa, ut vides, a bestiarum impetu serrata sum; quia hic est Deus fortis ac vivens, qui fecit cælum et terram.* Et non est aliud nomen sub cœlo, *uti loquitur Scriptura*, in quo oporteat nos salvos fieri [66].

Χριστός ἐστιν οὗτος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃς θεὸς ἀόρατος, ἄχρονος, ἀσώματος ὤν, καὶ ἀεὶ τῷ οἰκείῳ γεννήτορι συνὼν, πρὸ ὀλίγων τούτων ἐτῶν, ὑπὲρ ἀνθρώπων εὐδόκησεν ἐνανθρωπισθῆναι, καὶ ἐκ Παρθένου ἁγίας ἀῤῥήτως γεννηθεὶς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφεὶς, ἔργα Θεῷ μόνῳ πρέποντα πεποίηκεν. Λόγῳ γὰρ μόνῳ καὶ προστάγματι, τυφλοῖς παρέσχεν ὁρᾶν, μογιλάλοις προέτρεψε λαλεῖν· καὶ κωφοὺς ἰάσατο καὶ ξηρούς· καὶ παρειμένους ἀνώρθωσε καὶ χωλούς· δαίμονας ἀπήλασεν, καὶ νεκροὺς ἀνέστησεν, καὶ μυρία ἄλλα πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων κατεπράξατο. Εἶτα, ἵνα καὶ τοῖς νεκροῖς τὴν ὁδὸν ὑποδείξῃ τῆς ζωῆς, τὸν διὰ τοῦ σταυροῦ θάνατον οὐκ ἐπησχύνθη· ἀλλὰ θανὼν ὡς ἄνθρωπος, ἀνέστη τριήμερος δυνάμει Θεοῦ· καὶ ἀναληφθεὶς, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ· μετὰ ταῦτα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνῶθεν τοῖς οἰκείοις ἐκχέας μαθηταῖς, καὶ τούτους εἰς πᾶσαν ἀποστέλλων τὴν γῆν, παραγγέλλει δι' αὐτῶν παντοχοῦ πᾶσι μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν τὴν καρδίαν ἐπ' αὐτόν· ἀργυρέων δὲ καὶ χρυσέων εἰδώλων, ὡς ἀψύχων καὶ ματαίων ὑπεροράν. Τούτων εἷς καὶ ὁ ἐμὸς ἐστι καθηγητὴς Παῦλος, παρ' οὗ τὸ μυστήριον παραλαβοῦσα, καὶ διὰ πίστεως ἐνδυσαμένη Χριστὸν, ἀνάλωτος, ὡς ὁρᾷς, ἀπὸ τῆς τῶν θηρίων περιεσώθην ὁρμῆς· ὅτι οὗτός ἐστι Θεὸς ἰσχυρὸς καὶ ζῶν, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· Καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο ὄνομα ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, κατὰ τὸ λόγιον, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.

Ilas ille cum audisset voces, eum stupor ex sacræ puellæ vultu, validusque timor ita cepit, ut eam statim vestibus operiret, conscriptoque diplomate, ab omni immunem noxa dimitteret. Illa vero ad Tryphænam rursus ingressa, ejus filiam Falconillam, in deteriorem jam sortem, qua laboraverat incredulitate, translatam, ad meliorem precibus ad

C Ἐπεὶ δὲ τούτων ἐκεῖνος ἤκουσε τῶν φωνῶν, θάμβος αὐτὸν ἐκ προσώπου τῆς ἱερᾶς κόρης καὶ φόβος κραταιὸς οὕτως εἶλεν, ὥστε ταύτην εὐθὺς ἱματίοις τε περιστεῖλαι, καὶ ἔγγραφον ἄφεσιν ἐνταξάμενος, πάσης ἀθῴαν ἐνοχῆς ἀφεῖναι. Τὴν δὲ πρὸς τὴν Τρύφαιναν αὖθις εἰσελθοῦσαν, καὶ τὸ θυγάτριον αὐτῆς Φαλκωνίλλιον (68), ἤδη πρὸς τὴν χείρω λῆξιν δι' ἀπι-

[66] Act. IV, 12.

(68) *Τὸ θυγάτριον αὐτῆς Φαλκωνίλλιον.* Hanc quoque Damasc. sive quisquis auctor est orationis εἰς τοὺς κεκοιμημένους apud ipsum, secutus est, vel fabellam vel historiam. Mortua erat in infidelitate, nec ad vitam revocata est, velut quem Martinum catechumenum suscitavit, qui et intinctus est, et Christiane postea vixit, quæ lex est parandæ salutis; non ut mortuus quis in infidelitate, jamque reus æternæ damnationis, in ipso altero ævo, cujusquam precibus salvus fiat, velut etiam Trajanus Gregorii papæ: quam eamdem fabellam, verus ille fictusne Damascenus, tanquam rem Romæ pervulgatam ita intrudit, nusquam ibi notam, undecunque ille hauserit, aut fraudem passus sit. Suspensio illa divini judicii, seu sententiæ damnationis æternæ, ob prævisas quandoque sanctorum preces, libera conjectura est et evasio, non certa aliqua ratione fulta solutio, excipiens adversus universalem illam regulam, quod nulla sit in inferno redemptio, quod omnis hic parauda salus, quod clausum sit adversus defunctos, etc. Et ut apertius hic meam mentem aperiam, putem Acta illa vetera, quæ vel Basilius, vel Metaphr., vel etiam Nicetas suscepere enarranda ac stylo exornanda, ipsos Pauli et Theclæ circuitus esse, antiquis merito reprobatos, in quibus tamen pleraque Theclæ vera continerentur, quæ alii Patres ex illis acceperint et probaverint. Nempe scriptore vetustissimo et apostolicorum temporum, cujusmodi refert Hieron. *De scriptoribus ecclesiasticis* in Luca, et quod presbyter horum auctor Joannis sententia gradu exciderit: ob admista scilicet falsa veris Pauli amore, et quod non satis ex regula ecclesiastica sic portentosa scripserit: quibus omnibus qui vacare velit, ipsa hæc Nicetæ omnibus castigatiora, magisque ad Ecclesiæ regulam composita, mihi dealbet Æthiopem. Maneat Theclæ sua veneratio; sit vere nobile feminarum decus ac gloria, prima in virginitate, in martyrio, in quadam quasi apostolatus specula; sed salva semper honestate sexui debita, salva et regula ecclesiastica: ac, num illa omnia, ex cœnosis adeo fontibus Patribus hausta, vera sint ac certa, censeant alii. Hoc mihi exploratum, pie hæc veneranda atque credenda, quandiu non suppetunt alia certiora. Sic factum video in Protoevangelio Jacobi ἀδελφοθέου nomine, antiquo Judæo et ipso apostolicorum temporum, ex quo certum est hausisse Patres quidquid nobis de S. Mariæ ortu et infantia, nuptiisque et voto tradiderunt: nec alium auctorem habuisse vel Epiphanium, vel Gregorium Nyssenum, vel auctorem *imperfecti*, quam qui nobis exstat, habentque passim libri Græcorum ecclesiastici; ex quo etiam haustum quidquid habemus de sanctæ

Digitized by Google

στίαν προμεταστὰν, πρὸς τὴν ἀμείνω διὰ προσευχῆς μεταγαγοῦσαν· καὶ δὴ καὶ ὅλῳ ταύτης τῷ οἴκῳ χαρᾶς ἀφράστου, καὶ σωτηρίας αἰτία γενομένην, αὖθις μετιέναι τὸν καθηγεμόνα· ὃν εὑροῦσαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ συμπεσοῦσαν οἰκονομίαν ὑφηγησαμένην, αὐτῷ μὲν ὅτι μάλιστα πλείστης παρακλήσεως καὶ εὐφροσύνης, τοῖς πιστοῖς δὲ μεγάλης ἀφορμὴν χρηματίσαι οἰκοδομῆς.

A Deum traduxit. Totique adeo illius domui immensi gaudii atque salutis auctor effecta, rursus præceptorem adit, narratisque quæ propensiore Dei consilio gesta in illa erant, cum ei maxime ingentem plane consolationem ac lætitiam attulit, tum fidelibus magnæ causa ædificationis fuit.

Οὕτως ἡ πανολβία τὸ μαρτύριον ἀφοσιοῦται Θεῷ· πρώτη, καθάπερ ὁ μέγας Στέφανος ἀνδράσιν, οὕτως αὐτὴ στάδιον ἀθλητικὸν ὑπερβολῇ πίστεως διανοίξασα γυναιξίν· διὸ καὶ μείζονος πάντων τῆς πρὸς Χριστοῦ τετύχηκεν ἐπικουρίας, ὅτι πάσαις θηλείαις ἔμελλεν περιφανέστατον ἀρχέτυπον μαρτυρίας ἀναδείκνυσθαι.

In eum modum beatissima Dei martyrio fungitur : prima nimirum, velut Stephanus viris, sic illa fœminis, excellentia fidei aperiens certaminis stadium. Quare etiam majorem omnibus a Christo consecuta est opitulationem, quod cunctis mulieribus illustrissimam exhibitura esset martyrii formam atque exemplar.

Ἐντεῦθεν πάσης ἀνθρώπων ἐπηρείας ὑπερτέρα B διὰ Χριστὸν γεγενημένη, καὶ τοὺς ἀθλοφορικοὺς ἀγῶνας ὑπερβᾶσα, τὸν ἀποστολικὸν ἄχρι τέλους βίον ἀκραιφνῶς ἐπολιτεύετο· καὶ ποτὲ μὲν πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανιοῦσα πόλιν, εἰς οἰκοδομὴν τῶν οἰκείων, καὶ πρὸς Θεὸν ὑποστροφήν· ὡς ἐπίπαν δὲ τὴν Σελεύκειαν αἱρουμένη κατοικεῖν, μόνον τοῦτο διὰ σπουδῆς ἔργον εἶχεν ἀεὶ, μεγαλύνειν Χριστόν. Μόνον τοῦτο φρόντισμα καὶ καρδίας ἔμμονον μελέτημα, δοξάζειν Χριστόν. Καὶ γὰρ λόγῳ μὲν ἐνουθέτει πάντας καὶ πάσας ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, καὶ τὰς πατροπαραδότους καὶ μυσαρὰς θρησκείας, καὶ πάσας συνηθείας ἐκκλίνοντας πονηρὰς, μόνης ἔχεσθαι παρῄνει τῆς ἐν Χριστῷ ἀληθείας καὶ πίστεως, μόνης τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπιμελεῖσθαι ζωῆς, καὶ πρὸς ἓν μόνον ὁρᾷν, τὸ ἀρέσκον τῷ Θεῷ. C

Hinc omni humana injuria propter Christum superior effecta, superatisque triumphalis palæstræ agonibus, apostolicam in finem usque plane vitam egit : ac quandoque quidem ad propriam revertens civitatem, ad ædificationem necessariis præstandam, illosque ad Deum convertendos; plerumque tamen Seleuciæ delecto hospitio, unum hoc opus diligenter agebat, ut Christum magnificaret. Una hæc illi cura assiduaque mentis cogitatio, ut Christum glorificaret atque laudaret. Etenim viros omnes atque mulieres verbo admonebat converti ad Deum vivum, paternoque errore acceptas impurasque superstitiones pravasque omnes consuetudines deserendo, soli in Christo veritati atque fidei adhærere hortabatur : vitæ duntaxat ex Evangelii rationibus curam habere, inque unum solum, quod Deo placeat, animi sensum attendere.

Τοιαῦτα τοῖς λόγοις ἡ μακαριωτάτη παρθένος καὶ ἀπόστολος διαμαρτυρομένη, ἔργῳ τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν δι' ἐπικλήσεως ἐθεράπευε Χριστοῦ· καὶ πᾶσαν σώματος πήρωσιν, καὶ πᾶσαν δαιμόνων ἐπήρειαν· καὶ πᾶσαν καθάπαξ εἰπεῖν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἰωμένη· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι τελετουργοῦσα· ταύτην γὰρ μόνη γυναικῶν εἴληφε τὴν ἐξουσίαν· ἆθλον δηλαδὴ τοῦτο καὶ γέρας ἐξαίρετον οἷον τῆς τελείας ἀθλήσεως καὶ πίστεως, πάντας ᾠκοδόμει, καὶ εἰς μίαν ἁγίαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ Ἐκκλησίαν κατηρτίζετο.

Ejusceomodi beatissima virgo verbis contestans, illorum infirmos Christi nominis invocatione opere curabat ; omneque corporis vitium, atque omnem dæmonum læsionem ; omnem, ut verbo dicam, morbum, et omnem languorem sanans : neque id solum, sed et sacro baptismate initians (hanc enim sola mulierum nacta est potestatem ; nempe munus hoc velutque singulare præmium perfecti certaminis atque fidei) omnes ædificabat, inque unam sanctam in Christo Jesu Ecclesiam perficiebat.

Ἐπὶ δὲ τὸν δρόμον καλῶς τετελεκυῖα, εἰς γῆρας ἤδη πῖον κατήντησε καὶ χρηστόν· ἵνα κἂν τούτῳ D πλέον ἔχῃ τῶν ἄλλων ἁγίων, τὴν παράδοξον τελευτὴν καὶ ἀποκρυφήν· ἀνῆπται μὲν φθόνος τοῖς πονηροτάτοις τῆς πόλεως κατ' αὐτῆς· ἀνῆπται δὲ μᾶλλον τοῖς ἰατροῖς. Τὸ δ' αἴτιον, ὅτι παρ' αὐτὴν οἱ νοσοῦντες ἰόντες, ἐκείνων παρημέλουν. Συμβούλιον

Quod vero cursu probe consummato [67], ad optimam jam bonamque senectutem venerat [68], ut in hoc quoque præ sanctis reliquis majorem excellentiam haberet (ut sciliet inaudita morte ac occulta præstaret) accenditur in eam livor civium scelestissimis ; præcipue vero accenditur medicis. Ejus ratio fuit, quod ægroti ad eam accedentes,

[67] II Tim. IV, 7. [68] Gen. XXV, 8.

Mariæ præsentatione et educatione in templo, quæ tota jam recepit Ecclesia ; repudiavit Romana in Pio V, mitius habente postmodum Sixto V. Quædam in illo libro exstant nobis apocrypha atque reproba, antiquis (etiam Latinis, magisque Græcis) laudata, ut de obstetrice : in quæ modo non inquirendum, et an nihil a fide abhorreant, aut divini partus puritate. De Triphæna nihil habemus, quam quæ repræsentant hæc Theclæ Acta, et quod ejus meminit Apostolus Rom. XVI, si tamen hæc ipsa est, quam Rom. tabulæ aiunt Iconii coli 10 Novembr. Quidni magis Antiochiæ, ubi tanta erat feminæ nobilitas ?

Digitized by Google

illos negligebant. Consilio igitur inito, impuros quosdam viros in illam dimiserunt. Dianæ enim sacrificulam scelesti homines arbitrabantur; et ut ejus labefactata virginitate nullam amplius Dea illi vim afflaret. Hoc itaque absurdo consilio, ad sacram pie exercentis accessere ædiculam. Quibus illa conspectis, et ad vicinam rupem, confugiens intentissimis Jesum precibus invocabat, ut ab eo se periculo liberaret : moxque Dei manu discissa petra, suppliceque in ea (rem miram!) recepta, epomidis sola exterius fimbria, ad conspicuam hactenus videntibus fidem, substitit.

Hinc nimirum præclaræ virginis Theclæ finis. Hæc sacræ apostoli ac protomartyris dormitio, sive migratio, nihil antiqui illius Henoc [69.70], nihil magni Eliæ translatione inferior [71.72]. Etenim illi, quanquam ab humanis oculis inaudita quadam ratione substracti, qui tamen in mortali adhuc corpore vivant, necdum clare in purissima illa versantur luce. Tu vero, o Dei filia! visibili petra incontaminato corpori discissa, illudque velut sacrum pretiosum pignus in finem usque invisibile intactumque contegente, Christoque spiritali Petra [73], exinde deiformi animæ aperta, in celsissimis intus paternisque conquiescens sedibus, non jam per fidem solum, sed et per speciem; neque in speculo et ænigmate, sed facie ad faciem [74], solam desiderabilem ac amabilem adepta pulchritudinem; atque ut formosa, supra modum formoso, utque immaculata sponsa, immaculatissimo copulata Sponso, ejusque pulchritudinis atque gratiæ in perpetuum deliciis fruens, quam a nobis condignam laudem habebis? Quæ mens sanctitatis vestræ decorem ac præstantiam intelligere sufficiat, quæve oratio laudare? Solus ille digne ac convenienter tuam laudare possit virtutem, quem glorificasti, quem magnificasti, quem in variis tentationibus ac passionibus sanctificasti. Solus ille condignum honorem habuerit, cui nullam rerum omnium anteponendam majorique honore habendam duxisti : cui te totam ex toto reddidisti; cui spiritu adhæsisti, unusque cum illo spiritus evasisti [75] : quem exaltasti in gentibus, exaltasti in terra [76]. Solus

A οὖν τούτους πεποιῆσθαι, μιαρούς τινας ἄνδρας ἀφεῖναι κατ' αὐτῆς· ἱέρειαν γὰρ τῆς Ἀρτέμιδος ὑποτοπάζειν τοὺς ἐναγεῖς· καὶ ὥστε, φησὶ, τῆς παρθενίας αὐτῇ λυμανθείσης, μηδεμίαν ἐν αὐτῇ λοιπὸν δύναμιν τὴν θεὸν ἐνεργεῖν. Τοὺς μὲν οὖν ἐκτόπως ταῦτα βουλευσαμένους, τῷ ἱερῷ σεμνείῳ προσεγγίσαι· τὴν δὲ τούτους ἰδοῦσαν, καὶ τῇ ἐχομένῃ πέτρᾳ προσφυγοῦσαν, ἐκτενεστάταις ἐπικαλεῖσθαι τὸν Ἰησοῦν ὑπὲρ ἀπολυτρώσεως προσευχαῖς. Ἧς αὐτίκα χειρὶ διαῤῥαγείσης Θεοῦ, καὶ τὴν ἱκέτιν, ὦ τοῦ θαύματος! εἰσδεδεγμένης, μόνον ἔξω τὸ τῆς ἐπωμίδος πτερύγιον, εἰς ἐναργῆ τοῖς ὁρῶσιν ἄχρι καὶ τήμερον ἀπηωρῆσθαι πίστιν.

Τοῦτο τῆς καλλιπαρθένου Θέκλης τὸ τέλος· αὕτη τῆς ἱερᾶς ἀποστόλου καὶ πρωτομάρτυρος ἡ κοίμησις, B ἤτοι μετάστασις, οὐδὲν τῆς Ἐνὼχ ἐκείνου τοῦ πάλαι, οὐδὲν τῆς Ἠλιοῦ τοῦ μεγάλου μεταθέσεως ἀτιμοτέρα. Οἱ μὲν γὰρ, εἰ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρώπων παραδόξως ἀπεκρύβησαν, ἀλλ' ἔτι μετὰ τοῦ θνητοῦ σώματος διαβιοῦντες οὔπω καθαρῶς τῷ ἀκραιφνεστάτῳ προσομιλοῦσι φωτί. Σὺ δὲ, ὦ Θεοῦ θύγατερ, τῆς ὁρατῆς μὲν πέτρας τῷ ἀκηλιδώτῳ σώματι περιῤῥαγείσης (69), καὶ τοῦτο καθάπερ κειμήλιον ἅγιον τίμιον ἄχρι τέλους, ἀόρατόν τε καὶ ἄψαυστον συγκαλυπτούσης· τῇ θεοειδεστάτῃ δὲ ψυχῇ τῆς νοητῆς πέτρας, Χριστοῦ διανοιγείσης ἐν ταῖς ὑψηλοτάταις ἔνδον καὶ πατρικαῖς καταπαύσασα μοναῖς, οὐκ ἔτι διὰ πίστεως μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ εἴδους· οὐδ' ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι, πρόσωπον δὲ πρὸς πρόσωπον, τῷ μόνῳ ἐφετῷ καὶ ἀγαπητῷ περιτυχοῦσα κάλλει· καὶ ὡς ὡραία, τῷ ὑπερωραίῳ, καὶ ὡς C ἄμωμος νύμφη, τῷ ὑπεραμώμῳ Νυμφίῳ συνημμένη, καὶ τῆς αὐτοῦ καλλονῆς καὶ τερπνότητος ἀΐδιος ἐντρυφῶσα, τίνα παρ' ἡμῶν ἕξεις αἶνον ἐπάξιον; Τίς νοῦς τὴν ὑμετέραν ἁγιοπρέπειαν νοεῖν, τίς δὲ λόγος ἱκανὸς ἐξυμνεῖν; Μόνος ἐκεῖνος ἀξιοπρεπῶς αἰνέσαι τὴν σὴν ἀρετὴν, ὃν ἐδόξασας, ὃν ἐμεγάλυνας, ὃν ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς καὶ παθήμασιν ἡγίασας· μόνος ἐκεῖνος τὴν ἀξίαν σοι προσάγοι τιμὴν, οὗ οὐδὲν ἡγήσω τῶν ὄντων ἁπάντων τιμιώτερον· ᾧ ὅλην ὁλοτελῶς ἀπέδου σαυτὴν· ᾧ ἐκολλήθης πνεύματι, καὶ ἓν πνεῦμα αὐτῷ ἐγένου· ὃν ὕψωσας ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὕψωσας ἐν τῇ γῇ. Μόνος ἐκεῖνος τὰς σὰς ἀγλαΐας,

[69.70] Gen. v, 22. [71.72] Eccli. xliv, 16; IV Reg. ii, 11; Eccli. xlviii, 13. [73] I Cor. x, 4, [74] II Cor. v, 7. [75] I Cor. vi, 17. [76] Psal. xlv, 11.

(69) *Τῆς ὁρατῆς πέτρας περιῤῥαγείσης.* Sic quoque Metaphr., εἰς πέτραν διανοιγεῖσαν εἰσδῆναι, καὶ ἅμα τὰ πέτρας ἀμφότερα μέρη ἑνωθῆναι καὶ συγκλεισθῆναι. *In petram subiisse, ambasque illius partes counitas et clausas esse.* Hanc etiam traditionem tuetur Basilius, terram illi apertam esse, ipsamque vivam subsidisse, quo fere modo se res habuit in Joanne evangelista. Singulare istud Nicetæ, de extrema ora mulieris pallioli exstante, quod ex vulgi narret opinione. Menæa sic defunctam tradunt, πέτρας ῥαγείσης καὶ ὑποδεξαμένης αὐτὴν, cum annos nonaginta vixisset. Quo mihi incredibile istud Nicetæ, arbitratos æmulos Dianæ sacrificulam esse (quod idem Metaphrastes habet) et conatos constuprare ut Deæ invisam facerent. Videtur enim per tot annorum curriculum, ejus ipsius ac Christiana fides notior Seleuciæ fuisse. D Haud absimile in illa Jacobi Jerosolymorum antistitis confessione Eusebio narrata, quasi æmuli nescirent Christi cultorem esse, quando ipsum confessum, e pinnaculo templi præcipitem egerunt, et seductum Justum conclamarunt. Majusque foret miraculum, si ipse Jacobus Alphæi unus de duodecim fuisset (ex primis scilicet fidei satoribus), quæ prima statim alteraque Petri prædicatione in ea plebe tantum promovisset. Certe liquet multa veteribus ἀρχαϊκῶς scripta, non nisi justa libra examinata, eruditis probisque viris in censum recipienda : justaque hic Cani nostri bilis, in suis nunquam satis laudatis *Locis theologicis*, quod vel simplicitate, vel insulsa pietate, haud raro minus sincere et accurate nostrates scripserint ecclesiastica monumenta, quam gentiles ipsi profana.

Digitized by Google

τὰς αἰνέσεις, τὰς παρθενικὰς ἀριστείας, τὰς ἀθλοφορικὰς ἀνδραγαθίας, τὰς ἀποστολικὰς ὁδοὺς καὶ περιόδους, μόνος ἂν ἐκεῖνος ἀξίως δοξάσαι καὶ σεμνύναι, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή σου, κατὰ τὰ θεόφθεγκτα λόγια, ὃν ἐκαρδίωσας, ὃν ἐδίωξας, ὃν κατέλαβες, ὑφ' οὗ καὶ κατελήφθης, γάμοις αὐτῷ οὐρανίοις καὶ θεοπρεπεστάτοις ὑπερφυῶς συνενουμένη, Πνεύματι καὶ συναρμολογουμένη τῷ ἁγίῳ.

Ἐκεῖνος ἐρεῖ τῇ ὡραιότητί σου, καὶ τῷ κάλλει σου, Ὅλη καλὴ εἶ, ἡ πλησίον μου· ὅλη καλή, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί· ὀφθαλμοί σου περιστεραί. Τοῦτό σοι καὶ μόνον παρ' αὐτοῦ προσφωνούμενον ἀρέσει μᾶλλον, ἢ πάντες οἱ ἐξ ἀνθρώπων ἀπὸ γῆς λόγοι. Ἡμῖν δὲ μέγα, κἂν εἰ πόρρω τῆς σῆς ἱστάμενοι μεγαλειότητος, καὶ μόνῃ τῇ τῆς σῆς ἁγίας εἰκόνος ἐμφερείᾳ προσβλέποντες, τὸν καθήκοντα προσάγοιμεν ἀσπασμόν. Χαῖρε, τὸ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος ἐνδιαίτημα καὶ σκήνωμα· τὸ τῶν ὑπερκοσμίων νόων ἐράϊσμα καὶ ἀγαλλίαμα· τὸ τῶν ἀποστόλων καλλώπισμα· τῶν μαρτύρων στεφάνωμα.

Χαῖρε καλλίμαρτυς, παρθενόμαρτυς καὶ πρωτόμαρτυς· ὅτι οὐχ ὡς ἕνα τῶν ἀπὸ γῆς ἀνθρώπων, ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν θεῖον δεξαμένη Παῦλον· καὶ ὡς Ἰσραηλῖτις ψυχὴ καὶ μεγάλη τὸν ἐν αὐτῷ διηνεκῶς καθορῶσα Χριστόν, ἑτοίμως τὴν ὑψηλὴν καὶ ζῶσαν τῆς ἀποστολῆς χάριν εὐθύτητι διανοίας ἐπεσπάσω.

Χαῖρε, ὅτι ἀληθῶς ἐν Χριστῷ καὶ αὐτὴ νενίκηκας τὸν κόσμον· διὰ πυρὸς γὰρ ἀκατάφλεκτος, καὶ δι' ὕδατος ἀκατάκλυστος διῆλθες· θῆρας ἡμέρωσας, ταύρους ἐπράϋνας· καὶ συγγενῶν μανίαν, καὶ ἐραστῶν οἶστρον ἀφρόνων, καὶ ἡγεμόνων ἀδίκων βίαν, καὶ δαιμόνων κρυπτὴν ἐπίθεσιν, καὶ πονηρὰν ἐξουσίαν πᾶσαν ἐξουδένωσας καὶ κατήρξαξας.

Χαῖρε, Θέκλα, θεόκλητε, τὸ χαριέστατον ὄνομα· τὸ τιμιώτατον καὶ σεπτότατον· τὸ φίλτατον Θεῷ καὶ ἀνθρώποις καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Χαῖρε, ὅτι ἠνοιξέν σοι τὴν ἀληθινὴν θύραν ὁ θυρωρός· καὶ εἰσελθοῦσα δι' αὐτῆς, ἐσώθης· κἀντεῦθεν εἰσερχομένη πρὸς τὸν ἄνω παράδεισον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ μακαριώτατα τοῦ νοητοῦ Νυμφίου κάλλη καὶ θεάματα· καὶ ἐξερχομένη δὲ πρὸς τὴν θεωρίαν τῆς ἐγκατατεταγμένης τοῖς ὅλοις σοφίας καὶ θείας προνοίας, ὥσπερ ἀγαθὴν ταύτην εὑρίσκεις ἀεὶ καὶ νοερὰν νομὴν καὶ τροφήν.

Χαῖρε, ὅτι παντὶ τρόπῳ ἡγιάσθης· παντὶ μέρει Θεῷ καθιερώθης· πνεύματι μὲν ἐν οὐρανοῖς τῷ βασιλεῖ δεξιόθεν παρεστῶσα, καὶ ἐγγίστα τῇ Θεομήτορι καὶ βασιλίδι τῶν ὅλων συνεστῶσα, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη· τῆς τοῦ ἠγαπημένου Λόγου νοερᾶς ὡραιότητος προσεχῶς κατατρυφᾷς· τῇ ψυχῇ δὲ, τῷ τοῦ Θεοῦ παραδείσῳ μετὰ τοῦ κλεινοῦ διατρίβουσα καθηγεμόνος, τῆς τερπνότητος, ᾗ θέμις, τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν ἀενάως ἀναπίμπλασαι· τῷ σώματι δὲ, τῇ

A ille tuas gratias, tuas laudes, virginalis animi fortitudines, triumphalis pugnæ facinora digne laudaverit ac honestarit, quem dilexit anima tua [77], juxta divina oracula, cui cor abstraxisti, quem es persecuta, quem comprehendisti, a quo et comprehensa es [78], cœlestibus illi ac divinissimis eximie connita nuptiis, ac Spiritui sancto coaptata.

Ille nimirum dicturus est, pro tua illa venustatis forma ac pulchritudine : *Tota pulchra es proxima mea; tota pulchra, et macula non est in te. Oculi tui columbæ* [79]. Hæc tibi unaque ab eo acclamatio magis placebit, quam quidquid e terra homines loqui possint. Magnum vero ipsi ducamus, si vel a tua procul magnificentia consistentes [79], inque solam B sanctæ tuæ imaginis effigiem oculos convertentes, convenientem salutationem obtulerimus. Salve sis supersubstantialis Trinitatis habitaculum ac tabernaculum, supermundanarum mentium eximium decus et exsultatio, apostolorum gloriatio ac decor, martyrum corona.

Salve sis, præclara martyr, virgo martyr, protomartyr, quod non velut unum aliquem terrenorum hominum, sed ut Dei angelum, ut Christum Jesum, divinum Paulum suscipiens [80], et ut anima Israelitis et magna, qui in illo erat, continue Christum contuens, sublimem atque viventem apostolatus gratiam mentis rectitudine, prompte attraxisti.

Salve sis, quod et ipsa vere in Christo mundum vicisti. Per ignem enim incombusta, et per aquam C insubmersa transisti; bestias cicurasti, tauros mansuescere fecisti; cognatorum furorem, insipientiumque procorum œstrum et iniquorum præsidum violentiam, dæmonumque occultam aggressionem, atque malam omnem potestatem destruxisti ac elisisti.

Ave sis, Thecla a Deo vocata, gratiosissimum nomen, honorabilissimum, summeque venerabile : amabilissimam Deo et hominibus rem pariter ac nomen. Salve sis, quod tibi verum ostium ostiarius aperuit [81], et per illud ingressa, salutem consecuta es. Indeque ingressa in cœlestem paradisum, et quæ in illo sunt, spiritalis Sponsi beatissima decora ac spectacula, egressaque ad ejus sapientiæ D divinæque providentiæ considerationem, quæ rebus universis inserta est, velut bonam semper ac spiritalem pascuam escamque eam invenis.

Ave, quod omni modo sanctificata sis : omni parte Deo sis consecrata; spiritu quidem in cœlis Regi a dextris assistens [82], proximaque Dei Matri atque omnium Reginæ consistens, circumamicta, variegata, prædilecti Verbi spiritali decore immediate frueris; anima vero, in Dei paradiso cum inclyto præceptore morans [83], bonorum illius jucunditate, quoad fieri potest, jugiter adimpleris; corpore autem petra protegente [84], ac quæ tecum

[77] Cant. III, 1. [78] Philipp. III, 12. [79] Cant. IV, 7. [80] II Cor. XII, 4. [81] Exod. XXXIII, 21. [82] Gal. IV, 14. [81] Joan. X, 2. [82] Psal. XLIV, 10.

Digitized by Google

simul est tua Ecclesia, Deum in ea in finem usque benedicens ac glorificans, Deum exspectas.

πέτρᾳ σκεπασθεῖσα, καὶ τῇ κατὰ σὲ συνοῦσα ἐκκλησίᾳ, εὐλογοῦσά τε τὸν Θεὸν ἄχρι τέλους ἐν αὐτῇ, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων εὐλογουμένη καὶ δοξαζομένη τέκνων, προσδέχῃ τὸν Θεόν.

Ave, quod particeps es omnium amicorum Dei. Quare etiam quæ sis cum omnibus, cum omnibus pariter spiritu lætaris ac glorificaris; cum sanctis et justis, ut vere sancta omnisque sanctitatis forma: cum triumphali agmine, ut quæ prima certamen desudasti, et ad martyrium optima aliptes sis: cum apostolis ut perfecta apostolus, fidelisque Evangelii administra ac industria socia.

Χαῖρε, ὅτι μέτοχος εἶ πάντων τῶν φίλων τοῦ Θεοῦ· διὸ καὶ μετὰ πάντων οὖσα, πᾶσι συνευφραίνῃ καὶ συνδοξάζῃ πνευματικῶς· τοῖς ὁσίοις, ὡς ἀληθῶς ὁσία, καὶ ὡς ὑποτύπωσις πάσης ὁσιότητος· τοῖς ἀθλοφόροις, ὡς πρώταθλος, καὶ ὡς ἀλείπτις πρὸς μαρτυρίαν ἀγαθή· τοῖς ἀποστόλοις, ὡς ἀπόστολος τελεία, καὶ διάκονος τοῦ Εὐαγγελίου πιστὴ καὶ συνεργὸς δεξιά.

At ne obliviscaris vocem servorum tuorum; memorque bonorum quæ plena manu elargitus est, qui omnem bonitatem excedit; memor ejus in te inexplebilium miserationum; ipsa quoque in nobis viam in Deum prospera; fidem robora, ac spem confirma; gustumque in nobis spiritalis ac sinceræ dilectionis perficiens, placitum effice Patri et Filio et Spiritui sancto, uni deitati et imperio atque virtuti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ἀλλὰ μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν σῶν οἰκετῶν· μνησθεῖσα δὲ, ὧν ἐπλήθυνεν ἐν σοὶ ὁ ὑπεράγαθος ἀγαθῶν, μνησθεῖσα τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ τῶν ἀπληρώτων εἰς σὲ, σπλαγχνίσθητι, ὦ τρισολβία, καὶ αὐτὴ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν ὁδὸν κατευόδωσον, καὶ τὴν πίστιν κραταίωσον, καὶ τὴν ἐλπίδα στήριξον· καὶ τὸ γεῦμα τῆς νοερᾶς καὶ ἀκραιφνοῦς ἀγάπης ἐν ἡμῖν τελετουργήσασα, εὐάρεστον ἀπέργασαι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· τῇ μιᾷ θεότητι καὶ βασιλείᾳ καὶ δυνάμει, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΘΡΑΤΙΟ XVII.

Laudatio sanctæ magnæ martyris atque virginis Anastasiæ.

Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [88]! ait beatissimus David. Quam vero dicit Dei civitatem,

ΛΟΓΟΣ ΙΖ.

Εἰς τὴν ἁγίαν μεγαλομάρτυρα παρθένον Ἀναστασίαν (70).

Δεδοξασμένα ἐλαλήθησαν περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, φησὶν ὁ μακαριώτατος Δαβίδ· τίνα δὴ λέ

[88] Psal. LXXXVI, 3.

(70) Anastasiam hanc omnes seniorem vocant, eoque distinguunt ab Anastasia vidua, muliere senatoria, quæ passa est Diocletiano imperatore, anno illius circiter vicesimo, cum dira multa passa esset a viro suo Publio, consolante eam sancto viro Chrysogono; quorum mutuæ sub hæc tempora exstant epistolæ. De seniore Anastasia et virgine, filia spiritali sanctæ Sophiæ, de qua tanta hæc Nicetas, occurrit scrupulus, in quem mirum non incidisse illi annalium patrem, qui et ipse ejus Acta a Lipomano et Surio relata, notis ad Martyrologium laudat; in quibus perinde ac in Niceta hic nostro, passa legitur sub Diocletiano: Menæa Sirleti et ipsa Magna, sub Valeriano; exque illis recentiores Romanæ tabulæ: nam antiquæ nihil de hac Anastasia habent, vel Rosweidi, vel Corbeienses Hieronymi; at neque Ado. Quod mihi indicio est, eos qui nuper Romanas tabulas auxerunt, Clem. VIII pontifice, non aliunde habuisse, quod ita asserte in eis posuerunt, de Valeriani tempore, quam ex illis Græcorum Menæis, quæ videndum an præpolleant Actis antiquis, sic Lipomano et Surio quasi Metaphrastis relatis, cum forte sint ipsa primum sic ἀρχαϊκῶς scripta, quæ ipsa Nicetas stylo exornanda acceperit, nec in eis inventam epocham immutandam sibi indulserit; sive illud Menologium viderat, sive quod ex archetypo Basilius Porphyrogeneta edendum curavit atque exscripsit; cujus Nicetas ætate paulo superior. In Sirletano hæc habes 29 Oct.: *Natalis sanctæ magnæ Anastasiæ Romanæ. Fuit autem Anastasia Decio et Valeriano imperatoribus, genere Romana*, etc. Magna Menæa, Αὕτη ὑπῆρχεν ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ τῶν βασιλέων, καὶ Ἡρόδου ἡγεμόνος. Contra Acta vetera: *Illi vero statim currentes ad præsidem* (*is autem erat Probus, Diocletiano tunc administrante imperium*), etc. Nicetas: Διοκλητιανὸς δὲ τότε τῶν ὅλων διεῖπε τὴν ἀρχήν. *Diocletianus tum universorum regebat imperium.* Graveque in eo ad conjecturam, quod virginis crimen præcipuum memorat, quod evertendum gentilium imperium et in Christianos principes brevi transferendum clare vaticinabatur: quod ipsum in aliorum ejus ætatis martyrum Actis legitur: Deo nimirum jam inde Ecclesiam consolante, quæ sic dire a Diocletiano vexabatur. Εἰς Χριστιανοὺς δὲ τοῦτον μεταθήσειν μικρὸν ὅσον τὴν βασιλείαν διαβεβαιοῦται. *Quam brevi affirmat translaturum in Christianos imperium.* Quamquam vero Acta vetera ejusmodi crimen non habeant, sed duntaxat Christi prædicationem et vitæ cælibis professionem, fuisse tamen aliquid in ea peculiare, cujus delata præsidi sit, ex eo videtur manifestum, quod una ipsa ex sancto illo sodalitio ad Probi tribunal rapta, cum ille ejus nuptias non ambiret, nec ejus ullus procus esset: fueritque libera facultas Sophiæ colligendi dissecta illius membra, truncoque adjungendi, atque omnino ad locum Urbi vicinum funus curandi: quæ non male conveniant in Diocletiani priores annos, quando necdum funestum illud edictum in Christianos promulgaverat, quo tanti ab eo omnis generis brevi tempore nece sublati; sed ex superiorum temporum ratione, vel ipse, vel præsides, qui præcipue offendisse aliquid videbantur, ac majestatis quidpiam habere, Christianæ superstitionis reos excruciabant. Fueritque forsitan hæc causa ut senior dicta sit, quod prior, etsi eodem imperatore, martyrium fecerit; quamvis forte ætate Anastasia vidua junior. Si quis ad conjecturam melius habuerit, aut in certiora monumenta inciderit, gratiam faciet si produxerit. Hoc certe habeo, parum caute facere, qui sic asserte illud unum alterum ponunt, ac si nihil eis obstaret; aut una Menæorum fides certa omnino esset: cum certum sit plura in eis exstare quæ laborent, magnoque judicio accipienda sint; cujus exemplum

Digitized by Google

γων τοῦ Θεοῦ πόλιν, ἢ τὴν ἄνω τὴν Ἱερουσαλήμ; τὴν ἐλευθέραν, ἣν ὁ θεῖος Ἀπόστολος μητέρα πάντων ἔφη τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ· τὴν τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀπο- A

præterquam supernam Jerusalem, liberam illam, quam divinus Apostolus matrem appellavit omnium filiorum Dei [86]; Ecclesiam nimirum primiti-

[86] Galat. IV, 26.

in altera et juniori Anastasia statim occurrit, quam Græci 22 Decembris colunt, nos 25, ipso die Christi Natalis. Nam et illa fecit ὁμωνυμία, ut plures strophæ et moduli in ejus officium irrepserint, qui palam sunt Anastasiæ senioris et virginis. Unum aut alterum afferam, ut exemplo sint. Inter versus similares, hic secundus est: Τὰς στρεβλώσεις τοῦ σώματος καὶ μασθῶν τὴν ἀφαίρεσιν καὶ χειρῶν ὑπέφερες καρτερώτατα· τὴν τῶν ὀδόντων ἐκρίζωσιν, πλευρῶν τὴν κατόφλεξιν, τῶν ποδῶν τὴν ἐκκοπήν, καὶ τὸν βίαιον θάνατον· ὅθεν εἵληφας τοὺς στεφάνους τῆς νίκης, οὐρανίοις ἐν θαλάμοις κατοικοῦσα, Ἀναστασία πολύαθλε! *Corporis tormenta, uberum manuumque amputationem patientissime sustinuisti; laterum exustionem, pedum excisionem ac violentam mortem. Quamobrem accepisti victoriæ coronas, in cœlestibus versans thalamis, Anastasia multiplici clara certamine!* Quæ pleraque unius sunt Anastasiæ senioris et virginis, nihil senatoriæ illius mulieris et Publii viduæ. Nec minori paralogismo sequitur: Παρθενίας κειμήλιον, κεκλεισμένος παράδεισος, κ. τ. ἑ. *Virginitatis monile, hortus conclusus*, etc. Quid enim hoc in eam quæ conjux fuit, etsi incorruptam mansisse ferunt? Illud item Καθίσματος· Ὡς νύμφην σε Χριστοῦ εὐφημοῦμεν, παρθένε, ὡς Θέκλα τὴν σεμνὴν ἐπαξίως τιμῶμεν. *Ut Christi sponsam te, virgo, laudamus, ut castam Theclam condigne colimus.* Itemque, Ἐξαποστειλαρίου, παρθενομάρτυς ἔνδοξε, ἀθλοφόρων τὸ κλέος. *Virgo martyr inclyta, certamine victorum decus.*

Quod in Anastasia hac altera versamur, duxitque ad eam ὁμωνυμία cum Anastasia Nicetæ laudata, quædam mihi observanda. Primum Sirleti Menologium, quam breviter, tam vere, *Commemoratio sanctæ martyris Anastasiæ sub Diocletiano in urbe Roma.* Hanc in insula Palmaria consummatam cum palis alligata esset, et ignis circa illam accensus, docent Romanæ tabulæ, et Acta Metaphrastea, 25 Decembr. Ejus reliquias Constantinopolim post annos plures translatas habent eadem Acta, non explicato loco ubi primum conditæ, et ubi Apollonia mulier religiosa deposuerat in horto suo, ac postea templum magnificum illi construxerat. Theophanes aliique Græci scriptores Sirmio delatum aiunt Anastasiæ corpus a Marciano œconomo, aucta magnifice, quæ pridem erat Constantinopoli, Anastasiæ ecclesia, et in qua Gregorius Theologus docuerat. At, quid Sirmio cum insula Palmaria? Nempe Sirmium urbs Pannoniæ Straboni, Zosimo et aliis; Palmaria, Plinio et Melæ, Ligustici maris insula, non longe a Tiberinis ostiis: in quam relegata Anastasia (ab ipsa utique Roma) cum tanta aliorum multitudine, martyrium ignis incendio fecit. Atque adeo putem, tertiam aliam Anastasiam esse, quæ ira Sirmii passa sit fueritque Sirmii condita, et Sirmio translata Constantinopolim, in ædem pridem Anastasiæ sacram, quæcunque tandem illa Anastasia esset. Martyrologium vetus Rosweidi antiqua simplicitate: *Romæ, Anastasiæ.* Atque utinam integræ chartæ Corbeiensis Martyrologii potuissent postremos dies mensis Decembris repræsentare: Non aliter puto illæ repræsentarent, cum de Anastasia Sirmiensi in ea legamus VIII Idus Januar. *Apud Sirmium, Anastasiæ*: quæ ipsa forsitan fuerit, quæ sub Lyrici præfecto certavit, junctaque Theodotæ necessitudine fuit, cujus et filiorum, brevia quidem, at sincera, Acta ex Reg. cod. in meis *Lectis Triumphis Martyrum* dedi: quas ambas post Adonem, sic recentiores pauloque antiquiores Romanæ tabulæ confuderint: præsertim si Apollonia, in ipsa insula Palmaria, Anastasiam Romanam præsidis indulgentia sepelivit, ut videtur Ado innuere; etsi reipsa de Sirmiensi potius Anastasia videtur intelligendus esse. Baronius 25 Decembr., mire sui oblitus, ita ait: *Duas fuisse Anastasias superius diximus: quarum senior passa est Valeriano imperatore; agitur de ea* V *Kal. Novembr. Hæc autem junior dicta, martyrio coronatur temporibus Diocletiani imperatoris. Fuit hæc Romæ celeberrima*, etc. *Illa autem senior, quæ Sirmii passa dicitur. Constantinopoli erat celebris: quam olim fuisse veneficam, tradit Niceph. l.* XIV, *c.* 10, *in fine, ubi ait ejus reliquias tempore Gennadii episcopi Constantinopolitani Sirmio Constantinopolim translatas esse.* Bene quidem, quod Anastasiam Publii viduam, senatoriam mulierem Romanam, ab Anastasia Sirmiensi diversam et ipse putat; at quod Sirmiensem, ipsam seniorem Anastasiam sub Valeriano passam esse existimat, cujus meminerat V Kal. Novembr. toto cœlo errat. Nam et illa Romæ passa est, et prope muros Urbis sepulta, ut omnia Acta habent, nec dissentiunt Romanæ tabulæ, quas ex Græcorum Menæis conflatas liquet. Sic ergo illæ: *Ibidem sanctæ Anastasiæ senioris*, etc., id est Romæ; nam præmittitur: *Romæ sanctæ Cyrillæ virginis*, etc. Quid ergo Romæ cum Syrmio, aut Romanæ virgini cum martyre Sirmiensi? B C

Incantatricem fuisse Anastasiam Sirmiensem, quod quasi Nicephoro auctore refert, indulgendum Baronio, cui Joannes Langus interpres imposuit, nec satis Fronto Ducæus cavit, quamvis Ducæi annot. videre non potuit. Nicephori verba sunt: Ἐπὶ δὲ τῆς ἐχομένης βασιλείας Γενναδίου τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντίνου ἐπιτροπεύοντος, καὶ τὰ λείψανα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τῆς φαρμακολυτρίας ἀπὸ Σιρμίου ἠνέχθη, καὶ ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς κατετέθη, ὃ ἔγγιστα τοῖς καλουμένοις Δομνίνου ἐμβόλοις ἐστί. Lang.: *Ejusdem imperii tempore* (id est Leonis), *Gennadio Ecclesiam Constantinopolitanam curante, reliquiæ etiam sanctæ Anastasiæ incantatricis ex Sirmio allatæ, in martyrio ejus sunt repositæ, quod proxime ad porticum, quæ Domnini dicitur, situm est.* Ubi Duc.: *Historia Anastasiæ pharmaceutriæ, ex Suida, in fine libri annexa est.* Ubi hoc ipsum displicet, quod vocem φαρμακολυτρίαν Nicephori *pharmaceutriam* reddiderit, quæ sane communiore usu Græcorum veneficam sonat, et in malam partem sumitur; quanquam potest et in bonam sumi, ut sit quasi *medica*, et curandi vim munusque habens. Ad hæc, altera vox nova est, et quam Nicephorus sic novus auctor ex solis Menæis habuerit, cujus nobis vim aperire debuit Duc. altera pervulgata. Quod etiam de Suida dicit, non mihi in illo nec in Nicephoro occurrit. Græci itaque illud nomen Anast. tribuunt, quam se Romanam 22 Decembr. colere putant, Chrysogoni necessitudine notam, et Publii viduam, quanquam ejus se reliquias Sirmio accepisse ὁμωνυμίας errore existimant. Fueritque ædes illa primum erecta Anastasiæ, sic Romæ celebri, a Romanis novæ Romæ conditoribus, quæ postea Sirmiensis illius reliquiis ditata sit: uti Sandionysiana in agro Parisiensi basilica ditata est Innocentii III, Rom. Pontificis, liberalitate, Dionysii Atheniensis (ut ipse putavit) exuviis; vel (ut monachi venditant) Dionysii Corinthiorum episcopi, cum pridem Dionysii basilica esset, et Parisiensis. Anastasiam autem Romam illam veneficam fuisse, omnino abhorret; quæ ipsa, epistola 1 ad Chrysogonum confessorem,

Digitized by Google

vorum descriptorum in cœlis quæ constat ex spiritibus justorum perfectorum. De hac civitate, vere gloriosa dicta sunt [87]. Omnis enim fere divina

γεγραμμένων πρωτοτόκων ἐκκλησίαν τὴν ἐκ πνευμάτων δικαίων τετελειωμένων συνεστῶσαν. Περὶ ταύτης ὄντως λελάληται δεδοξασμένα. Πᾶσα γὰρ μικροῦ

[87] Hebr. XII, 23.

auctor est, a puero Christianis moribus imbutam se esse a sanctissima matre Flavia, etsi patre idolorum cultore. Petenda itaque vis vocis, unde illi origo; nempe ex Menæis, quorum auctor sic in ea sibi ludendum putavit. Sic itaque versibus ex more ascriptis ante Synaxarium. Tit. : Τῷ αὐτῷ μηνὶ, εἰκοστῇ δευτέρᾳ, Μνήμη τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Ἀναστασίας τῆς φαρμακολυτρίας. Memoria *sanctæ magnæ martyris Anastasiæ pharmacolytriæ.*

Ἀναστασία φάρμακον πιστοῖς μέγα,
Πᾶν φάρμακον λύουσα, καὶ κεκαυμένη.
Καύθη Ἀναστασίη πυρὶ εἰκάδι δευτέρᾳ λάβρῳ.
Anastasia magnum fidelibus medicamentum;
Venenum omne solvens, etsi exusta fueris.
Combusta Anastasia voraci igne vicesima secunda.

Porro quod pharmacum omne, seu venenum solvere dicitur, non id φαρμακευτρίας ac veneficæ more, sed gratia sanitatum, qua merito donata a Deo sit ob insignem eam pietatem, quam erga confessores, viri tyrannide soluta, ad miraculum usque mulier tanta exhibuit, vere illis φάρμακον, illorum detergens vulnera, saniem emundans, ac præstans quidquid officiosissima charitas, fideique ardor possit suggerere. Hæc miracula, has sanitates clamat totum ejus Officium, supra omnes quorum in iisdem Menæis memoria. Libet panca ex illis ascribere. Versus similares (ad Vesperas scilicet) isti sunt : Ὡς περικαλλέστατα τὰ σὰ, μάρτυς, προτερήματα! ὡς εὐκλεεῖς οἱ ἀγῶνές σου, ὦ περιδόητος, καὶ ὁμολογία! ὡς πολλὰ τὰ θαύματα καὶ ἄπειρα τὰ θεῖα τεράστια, δι' ὧν δοξάζει σε εἰς αἰῶνας ὁ ἐδόξασας ἐναθλοῦσα τοῖς σεπτοῖς σου μέλεσι!

Στέργουσα τὴν εὔκλειαν, σεμνὴ, τῶν ἀθλούντων, ἔσπευσας τούτων τὸν ζῆλον μιμήσασθαι, ὅθεν ὑπήνεγκας πόνους σφοδροτάτους· καὶ θείᾳ χάριτι κουφίζεις πάντα πόνον, πανεύφημε! ἐκ τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ σωμάτων, τῶν τιμώντων σου τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ προτερήματα.

Ἵστραψας φαιδρότερον σαυτῶς τοῦ ἡλίου, ἔνδοξε! τὸν σὸν ἀγῶνα τελέσασα, καὶ ταῖς ἀκτῖσί σου τῶν πολλῶν θαυμάτων, πάντων τὰ νοήματα φωτίζεις τῶν πιστῶς προσιόντων σου τῇ θείᾳ λάρνακι, πηγαζούσῃ θεῖα νάματα, Ἀναστασία μάρτυς μεγαλώνυμε.

Δόξα, τῆς ἁγίας ἰδιόμελον.

Τῆς ἀναστάσεως εἵληφας τὸ δώρημα, Ἀναστασία πανεύφημε, ἀθλήφορος οὖσα ἐν τῷ σταδίῳ. Δαιμόνων γὰρ ἐξηφάνισας πλῆθυν, καὶ πόντῳ παρέδωκας, ἀθλοφόρε μάρτυς ἀξιοθαύμαστε.

Quam pulcherrimæ tuæ, martyr, excellentiæ! Quam præclara tua certamina, o celeberrima, et confessio! Quam multa miracula infinitaque divina prodigia, quibus te clarificat in sæcula, quem clarificasti, certamine in membris tuis perfuncta!

Amans decertantium claritatem, casta matrona, illorum zelum es imitata; unde gravissimos sustinuisti labores, omnemque divina gratia levas laborem, o clarissima! nostris ex animabus et corporibus, qui tua certamina ac præstantes dotes colimus.

Splendidius sole palum fulsisti, o inclyta! tuo peracto certamine, pluriumque miraculorum radiis omnium collustras mentes, qui ad divinam tuam urnam divinos scaturientem latices, magni nominis martyr Anastasia, fide accedunt.

Gloria sanctæ idiomelon.

Resurrectionis donum accepisti, Anastasia laude clarissima, victrix coronata in stadio. Dæmonum enim cœtum profligasti et pelago mersisti, triumphatrix martyr, quæ digne admirationi habenda sis.

His similia toto Canone, nec usquam reliquiarum mentio, nisi quod ita tertio illo versu de urna

dicitur; quæ sit forsitan illius Anastasiæ Sirmiensis, cujus sint existimata miracula, posteaquam in eam ecclesiam illata sunt illius pignora, cum et ante, Anastasiæ Romanæ invocatione, locus miraculis clarus esset, nec Anastasia Sirmiensis (quamvis confusis utriusque rebus) illius memoriam potuerit obscurare. Certe placet quod Synaxarii auctor, pura Anastasiæ Romanæ Acta retulerit, nec quidquam eorum quæ spectant ad Sirmiensem addiderit. Quare libet hic referre, ex quibus Latina ipsa emendari possint : Ἡ ἁγία καὶ γενναιοτάτη μάρτυς Ἀναστασία ἦν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει· Πραιτεξάτου τινὸς Ἕλληνος οὖσα θυγάτηρ, μητρὸς δὲ Φαύστης· ὑφ' ἧς προσαχθεῖσα Χρυσογόνῳ ἀνδρὶ θεοπνεύστῳ καὶ εὐσεβεῖ, τὰ ἱερὰ γράμματα ἐπαιδεύθη, τὴν δὲ εἰς Χριστὸν πίστιν παρὰ τῆς μητρὸς ἔμαθε, καὶ συνεζεύχθη ἀνδρὶ Ἕλληνι πρὸς κοινωνίαν γάμου, Ποπλίῳ ὀνόματι· καὶ διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ ἀστόργως τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν ἔφερε, νοσεῖν προφασιζομένη, καὶ μὴ καταδεχομένη συνέρχεσθαι αὐτῷ εἰς συνάφειαν· μετρίαν δὲ καὶ πενιχρὰν ἐνδυομένη στολὴν, προσωμίλει ἀεὶ γυναιξὶ δεομέναις, καὶ λαθραίως τοὺς διὰ Χριστὸν ἐναθλοῦντας ἐθεράπευεν, ἐν ταῖς φυλακαῖς ἐν αἷς ἦσαν εἰσιοῦσα, καὶ τῶν μολυσμῶν ἀπολαύουσα, καὶ ἐλαίῳ ἐπαλείφουσα, καὶ τοὺς ἐχῶρας αὐτῶν ἀπομάττουσα, καὶ τροφὰς ἐπιτηδείας τούτοις παρέχουσα, μιᾶς μόνης θεραπαινίδος ἐπομένης αὐτῇ. Ἐπὶ τούτοις πρῶτον μὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐφυβρίσθη, ἐπιγνόντος τὰ κατ' αὐτήν. Ἔπειδὲ ἐκεῖνος διαποντίῳ κλύδωνι γέγονεν ὑποβρύχιος, ἀδείας αὐτὴ λαβομένη, πάντα τὰ προσόντα αὐτῇ διένειμε τοῖς πτωχοῖς. Εἶτα ἀδεέστερον τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀθλοῦντας ἐθεράπευε, καὶ τελειωθέντας συνεκόμιζε καὶ παρεδίδου τῇ ὁσίᾳ ταφῇ. Καὶ πολλοὺς πρὸς τὸ μαρτύριον ὑπαλείψασα, καὶ διαφόροις ἠγεμόσιν ἐξετασθεῖσα, καὶ ἐν θαλάσσῃ μεθ' ἑτέρων γυναικῶν ἀποῤῥιφεῖσα, τελευταῖον πάλοις προσδεθεῖσα καὶ πυρὶ βληθεῖσα, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι πλησίον ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. *Sancta strenuissimaque Anastasia fuit Diocletiano imperatore in urbe Roma, Prætextati cujusdam hominis gentilis filia, matris vero Faustæ : a qua oblata Chrysogono viro divino ac religioso, sacras litteras edocta est : Christianam vero fidem a matre didicit, viroque gentili Publio nomine in nuptiarum societatem juncta est. Quodque ille infidelis erat, non libens cum illo consuetudinem habebat, ac commisceri cum eo respuebat; modestaque et paupercula induta stola, cum egenis mulieribus semper versabatur, atque eos qui propter Christum certabant, prapense fovebat, ingressa in carceres, ubi detinebantur, lavansque eorum sordes et oleo inungens, illorumque saniem extergens, ac cibos convenientes præbens, una duntaxat ancilla comite. Inter hæc, primum a viro suo, ubi res ejus rescivisset, graves injurias passa est. Quod vero ille maris fluctu absorptus est, nacta licentiam Anastasia, sua omnia distribuit pauperibus, tumque liberius Christi confessores fovebat, et qui consummati essent, efferebat ac justæ sepulturæ tradebat. Cumque multos ad martyrium animassel, atque a diversis præsidibus examinata, in mare cum aliis mulieribus projecta fuisset, ad extremum palis alligata et in ignem conjecta, martyrii coronam suscepit. Agitur ejus collecta in ejus martyrio, quod est prope in Domini porticu.* Pater Goar in Theoph. edidit Δομνίκου. *Ad Domnici porticum*, quod mendo non caret. Quod *rostra* verbi Gentianus Hervetus in Marciani Actis, non ex usu est illius et sequacis

Digitized by Google

φάναι θεία Γραφή, καθάπερ τινὰ σκοπὸν ἀκριβῆ ταύτην τῷ λόγῳ προτιθεῖσα, πῆ μὲν ἀσυμφανῶς καὶ συμβολικῶς, πῆ δὲ ἐναργῶς καὶ λαμπροφανῶς, τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆσδε τῆς πόλεως ὑμνεῖ, καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀποκεκρυμμένην αὐτῆς διηγεῖται δόξαν.

A Scriptura, velut certum quemdam scopum ac argumentum sibi eam orationis proponens, modo obscure et symbolice, modo autem clare ac splendide, hujusce civitatis laudat magnificentiam, ejusque in cœlis occultam enarrat gloriam.

Εἰ μὲν οὖν τοσαύτη τις καὶ ἡμῖν λόγου χάρις καὶ πνεύματος δύναμις ὑπῆν, ὥστε κατὰ τοὺς ἱεροὺς θεολόγους καὶ ἡμᾶς πρὸς τοσοῦτον ὑποθέσεως ὕψος ἀποχρώντως ἔχειν ἀτενίσαι, εὐλογώτατον ἂν ἴσως ἦν καὶ λυσιτελέστατον ἁπάντων, τὸ τοῦ νοὸς ὄμμα πρὸς μόνην ἐκείνην τὴν ὑπερφυεστάτην ἐπερεισαμένους αἴγλην, πρὸς αὐτὴν καὶ τὸ ῥεῦμα τοῦ λόγου κατευθῦναι. Ἐπεὶ δὲ τοσοῦτον ἡμῖν ταυτησὶ τῆς δόξης ἀπολείπεσθαι, ὅσῳ καὶ τὸν ὁρώμενον τοῦτον ἥλιον ὅλον ὀφθαλμῷ δύνασθαι περιλαβεῖν· τὸν μὲν καθόλου τῆς ἐπουρανίου πόλεως ἔπαινον, ὡς ἀνέφικτον, τό γε παρὸν παρῶμεν, καὶ εὐλαβηθῶμεν ἐκ προσώπου αὐτῆς· ἓν δὲ μέρος αὐτῆς τὸ κάλλιστον καὶ τερπνότατον, φημὶ δὴ τὴν ὑπέρλαμπρον Ἀναστασίαν, κατὰ νοῦν λαβόντες, καὶ τῆς γενναιοτάτης μακαρίσαντες ὑπομονῆς καὶ μαρτυρίας· καὶ δεδοξασμένα περὶ αὐτῆς λελαληκότες, περὶ τῆς οὐρανίου πόλεως ἐκείνης εἰρηκότες ἂν εἶημεν, τῷ πᾶσαν ὡς ἐν ἀκηλιδώτῳ ταύτῃ κατόπτρῳ θεωρεῖσθαι, καὶ αὐτὴν ὄντως πόλιν Θεοῦ καθεστηκέναι.

Siquidem igitur nobis etiam tanta esset sermonis gratia ac spiritus vis, ut nos quoque haud secus ac sacri theologi, ad tantam argumenti celsitatem, quantum satis sit, possemus intendere, rationabilissimum forsitan esset omniumque utilissimum in solo illo supra quam eximio fulgore fixo mentis oculo, in eumdem ipsum orationis fluxum dirigere. Quandoquidem autem tantum ab ejus claritate deficimus, quantum abest ut et solem hunc aspectabilem totum oculo comprehendere possimus; cœlestis illius civitatis laudem universim, ut quam assequi non liceat, impræsentiarum quidem omittamus, ac revereamur a facie ejus; unam vero illius partem pulcherrimam ac lepidissimam (eximie sciliset splendidam Anastasiam) animo assumentes, fortissimæque patientiæ ac martyrii virtute beatam prædicantes, omnis illius cœlestis civitatis laudes videamur prosecuti esse, quod tota hæc velut in purissimo speculo mea inspiciatur, ipsaque vere civitas Dei exsistat.

Διττὰς δὲ ἡμῖν Ἀναστασίας (71) οἶδεν ὁ λόγος· περιφανεῖς μὲν, καὶ ἐκ περιφανῶν κατὰ σάρκα τυγχανούσας· περιφανεστέρας δὲ πολλῷ μᾶλλον κατὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν· καὶ ἄμφω μὲν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ὡρμημένας· ἄμφω δὲ ταύτην, τῆς ἀκαταλύτου τῶν ἁγίων πόλεως ἀντικαταλλαξάσας· ἀλλ' ἡ μὲν ἀνδρὶ πρότερον οὐκ εὐσεβεῖ, πρὸς βραχὺν ἀφθόρως συζυγεῖσα χρόνον· εἶτα θανάτῳ τῆς αὐτοῦ κακοτρόπου γνώμης ἐλευθερωθεῖσα, ἐν χηρείᾳ σώφρονι, καὶ πάσῃ δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι ζῶσα διετέλει. Ἡ δὲ παιδιόθεν ἀποδεδομένη παρθενῶνι, καὶ ψυχὴν ἅμα σώματι καθιερουμένη τῷ Κυρίῳ, ἀμίαντον ἄχρι τέλους αὐτῷ τὴν ἱερὰν παρθενίαν διετήρη-

Duas porro novimus Anastasias, ambas illustres, atque ad carnem quod attinet, illustri stemmate satas, confessione autem, quæ est in Christo, longe illustriores; ortasque ambas seniore Roma, ac quæ ambæ, immortali sanctorum civitate hanc commutarint. Verum altera quidem ad breve tempus viro improbo incorrupte copulata, tumque mortis incursu ab ejus maligna mente liberata, castæ viduitatis studiis, omnique justitia et sanctitate instituta vita, perseveravit. Altera vero, a puero virginum cœtui addicta, animoque simul ac corpore Christo consecrata, impollutam in finem usque virginitatem illi conservavit, Ac quidem illa, a majoribus

(71) *Διττὰς δὲ ἡμῖν Ἀναστασίας.* Sic Acta Metaphrastæa quæ hinc ducunt exordium : tres tamen, haud infelici conjectura, invenisse mihi visus sum, aliquamque Sirmiense a duabus Romanis hic recensitis, ut recens Fr. Maria Florent. in Martyr. Lucensi.

Τοῖς ὄνυξι δὲ, χειρῶν ὁμοῦ καὶ ποδῶν ὁ μιαιφονώτατος προσετίθει τὴν ἀποκοπήν. Ἔδει γὰρ ἴσως, μὴ τὰ λεπτότερα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν μορίων ἁδρότερα τῆς ὁσιομάρτυρος καλλιερεῖσθαι· καὶ καθάπερ ἄμπελος εὐκληματοῦσα, ὅσῳπερ ἂν τῶν περιττῶν τὴν βλάστην ἀποτέμνηται, τοσούτῳ τῆς ἐν αὐτῇ ζωτικῆς δυνάμεως περὶ βραχὺν συναγομένης τόπον, πολὺς μὲν ὁ καρπός· εὐτραφὴς δὲ ὁ βότρυς, καὶ δαψιλὴς ὁ οἶνος καταῤῥεῖ τῶν ληνῶν· οὕτω δὴ καὶ ἡ παρθένος, ὅσῳ τὰ μέλη κατετέμνετο, τοσοῦτον ἐκύπριζεν μὲν αὐτῆς τὸ τῆς ὁμολογίας ἄνθος· οἱ τῆς μαρτυρίας δὲ βότρυες πληθυνόμενοι, τὴν τῆς ὑπομονῆς ἐδίδοσαν ὀσμήν· τὸ αἷμα δὲ τῆς ἀθλήσεως, ὡς οἶνος ῥέων εὐώδης καὶ δαψιλής, συνέπνιγε μὲν ὅσον ἀλλότριον καὶ δυσσεβὲς, κατεύφραινε δὲ ὅσον ἡμέτερον καὶ εὐσεβές.

Ἐντεῦθεν λοιπὸν καὶ οἱ ὀδόντες τῆς ἰδίας αὐτῶν

A evaserat gravique bile excesserat, ut parum abfuerit quin e throno dissiliens, crudas virginis carnes dentibus laceraret.

Primum itaque adversus honestas ac venerabiles mammas armatur, iisque crudivora bellua amputatis, acerbissimis doloribus interimere moliebatur. Prorsus vero scitis, quotquot corporis structuram non ignoratis, hanc ejus partem, quippe quæ carnibus et musculis atque nervis constet, maxime sensu vigere, quodque prope sensuum fontem collocata sit: cor nimirum: ac si amputetur, dirissimo cruciatu mortem consciscit; nempe vitali, et qui circa cor, sanguis exsistit, cum animali spiritu pariter defluente. At, cui a resurrectione appellatio erat, non legi naturæ, sed resurrectionis obnoxia, tum mortem superavit, tum illis facile cruciatibus superstes fuit. O ubera, quæ non lac infantibus profluant, sed martyrii amorem Christo libent! O ubera, velut duo hinnuli gemelli e capreæ salientes corpore[8]! Accinat enim his aliquid et Salomon: Quin potius Sponsus sponsæ acclamet, cujus ergo illi ubera amputata: *Quam pulchræ factæ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa, quam pulchræ factæ sunt mammæ tuæ*[9]! non a vino, sed a proprio cruore.

Ad hæc adversus ungues sævo illi assumptum certamen est; quos omnes immaniter evellens ac a radicibus secans, intolerabiles se illi dolores afferre arbitrabatur. Illa vero, ac si capilli defunderentur, ita reputans quod dentes radicitus evellebantur, gratias Christo agebat, qui robur adversus cruciatus præstaret, ac judicem verbis confundebat, deosque ac dæmones diris devovens, conspurcationem animi illorum cultum vocitabat. O ungues, mole quidem exigui atque ordine postremi, qui tamen magnarum ac perfectarum exstitistis auctores coronarum! O ungues, unguiæ et stactæ aliisque aromatibus similes, quibus Moses ille incensum compositionis præparans, suavis fragrantiæ hostiam Deo offerebat[10].

Porro unguibus, manus pariter pedesque amputandos cruentissimus adjecit. Forte enim decebat, ut non solum tenuioribus, verum etiam robustioribus sanctæ virginis partibus Deo litaretur: ac sicut vitis palmitibus eluxurians, quo magis superfluo germine putatur, tanto vitali ejus virtute angustiori coarctata spatio, majori copia pinguiorique botro fructificat, ac vinum e torcularibus uberius defluit; sic nimirum et virgo, quo membra putabantur, tanto illius confessionis flos vernabat, martyriique botri exuberantes, suavem patientiæ fragrantiam dabant; cruor denique certaminis, quasi suavissimi odoris copiosumque vinum abundanti latice fluens, quidquid extraneum impiumque erat, suffocabat; quidquid vero nostrum ac religiosum, gaudio perfundebat.

Inde jam et dentes violento præcepto, violenter

[8] Cant. VII, 3. [9] Cant. IV, 10. [10] Exod. XXX, 34.

Digitized by Google

ex sua evellebantur sede : *Dentes* nimirum *lacte candidiores* [10], ut Scripturæ verbis utar; doctrinæ puritatem omni incommistam malitiæ designantes; suis autem cruoribus rubescentes, ac qui thuris instar in suavissimi odoris hostiam offerrentur.

Inde et lingua e gutture extracta, radicitus ferro amputari jubetur. Lingua utique ad divinas loquendum laudes ac Jesu testimonium, *calamus scribæ velociter scribentis* [11]; ad arguendam vero impietatem, *gladius acutus* [12], mendacii atque erroris caput abscindens.

Hisque omnibus in ea peractis, tanquam oliva fructifera [13] virgo inclyta, immaniter excisis tenellis ramis, nullam degeneris animi misit vocem. Nihil prorsus ignavia cessit, laxato quidquam mentis tenore. Etenim divina quævis anima propensiore in corpusculum affectu liberata, levique mentis penna ad eximiarum rerum contemplationem evolans, libenter admodum corruptibilis corporis depositionem amplectitur; ac quasi illi impedimento sit ad Deum plenius assequendum, dolet nimirum ac indigne fert quod cum illo versatur. Tale quid nimirum tunc et in Anastasia evenire cernebatur; quippe cum jam omnibus fere membris exsecta, ut et vocis organum putaretur, damnata esset, hactenus solum distulit, repulso carnifice, donec breve tempus ad orandum indulgeretur, hancque postremam lingua confessionem Domino offerret; ac primum gratias agens pro auxilii, inque eam usque horam opitulationis, munere : tumque orans ut fausto exitu martyrii cursus illi perageretur; ac sic inde oblatis Domino precibus, pro his qui animo, ac qui corpore ægroti, ad eam accessuri essent, sed et nihilominus audita e cœlo voce, quæ præstanda ea quæ petita essent, attestaretur, *Veni*, inquit carnifici; *hoc facito quod incumbit, nihil veritus. Etsi enim vocis organum excideris, ne suavissimas illius voces recolere liceat, verum audit Deus etiam non loquentes.* Sicque præclara virgo theologo sponte protensa lingua, hac quoque cruenta putatur manu. Decimam hanc fortis animi pugil tyranno dedit pœnam. Decebat enim, ut quidem existimo, qui perfectus esset in malitia, adversus eam quæ perfecta esset inter martyres, perfecto furore congressum, perfecto numero, velut antiquus ille Pharao, decimo a Deo flagello cæsus adhucque induratus [14], hunc quoque decem tropæis infamari.

Fluebat igitur undique pretiosus virginis cruor, exque manibus, et pedibus, et ore, et uberibus : corpusque affatim ac sature, velut regia purpura, tingebatur. Hic ferunt immaculatissimam tantisper elanguisse. Quemadmodum enim quæ naturam su-

A ἕδρας βιαίῳ προστάγματι, βιαίως ἐξεσπῶντο· *Ὀδόντες, λευκοὶ μὲν ἦ γάλα*, κατὰ τὴν Γραφήν· τὸ καθαρὸν τῶν λόγων καὶ κακίας ἁπάσης ἀνεπίμικτον ἐμφαίνοντες· ἐρυθαινόμενοι δὲ τοῖς οἰκείοις αἵμασι, καὶ λιβανωτοῦ τρόπον εἰς εὐοσμον προσαγόμενοι θυσίαν.

Ἐντεῦθεν καὶ γλῶσσα τοῦ φάρυγγος ἐξελκυσθῆναι, καὶ σιδήρῳ ῥιζόθεν περιαιρεθῆναι προστέταχτο. Γλῶσσα, *πρὸς* θεολογίαν μὲν καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, *κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου* · πρὸς ἐλεγμὸν δὲ δυσσεβείας, *ὀξεῖα μάχαιρα*, τὴν τοῦ ψεύδους ἀποτέμνουσα κεφαλήν.

Καὶ τούτων ἁπάντων ἐπ' αὐτῇ τετελεσμένων, ὥσπερ ἐλαία κατάκαρπος ἀνηλεῶς τοὺς κλῶνας ἡ ἀοίδιμος ἐκκοπτομένη, οὐκ ἀφῆκεν φωνὴν ἀγεννῆ. Οὐκ B ἐνέδωκεν ὅλως, τὸ τῆς διανοίας εὔτονον ὑποχαλῶσα. Καὶ γὰρ ψυχὴ θεία πᾶσα τῆς πρὸς τὸ σαρκίον ἀπαλλαγεῖσα προσπαθείας, κούφῳ δὲ τοῦ νοῦ πτερῷ πρὸς τὴν τῶν ὑπερφυῶν θεαμάτων ἀναδραμοῦσα θεωρίαν, ἡδέως ἄγαν τοῦ φθαρτοῦ σώματος τὴν ἀπόθεσιν ἀσπάζεται· καὶ ὡς ἐμποδὼν αὐτῇ γινομένου πρὸς τὴν τελειοτέραν τοῦ κρείττονος ἐπιτυχίαν, ἄχθεται δηλαδή, καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ δυσχεραίνει διατριβήν. Τοιοῦτο δὴ τότε συμβαῖνον καὶ περὶ τὴν Ἀναστασίαν καθωρᾶτο· ἥ γε πᾶν ἤδη μέλος ὀλίγου δεῖν κατακοπεῖσα, ἐπειδὴ τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον τμηθῆναι κατακέκριτο, τοσοῦτον ἀνεβάλετο μόνον, τὸν δήμιον παρητημένη, ὥστε μικρὸν αὐτῇ χρόνον εἰς προσευχὴν ἐνδοῦναι, καὶ ταύτην ὑστάτην Κυρίῳ διὰ γλώσσης ἐξομολόγησιν προσενεγκεῖν· εὐχαριστήσασα δὲ πρῶτον, τῆς ἐπικουρίας, καὶ ἄχρι τῆς ὥρας ἐκείνης ἀντιλήψεως· εἶτα δεξιῷ τέλει τὸν δρόμον τελέσαι τοῦ μαρτυρίου δεηθεῖσα· καὶ οὕτως ἔντευξιν ὑπὲρ ἀῤῥωστούντων ψυχὰς, ἀῤῥωστούντων σώματα, καὶ αὐτῇ προσιέναι μελλόντων, τῷ Κυρίῳ προσενέγκασα· καὶ μέντοι καὶ φωνῆς οὐρανόθεν τῶν αἰτουμένων τὴν δί- C σιν ἐπιμαρτυρούσης ἐπακούσασα, *Δεῦρο*, φησὶ τῷ δημίῳ, *τὸ παριστάμενόν σοι ποίει, μηδὲν ὑποστελλόμενος. Εἰ γὰρ καὶ τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον ἐκκόψεις, ἵνα μὴ τῶν ἐκείνης ἡδίστων ἐπιμνησθῶ φωνῶν, ἀλλὰ καὶ σιωπώντων ἀκούει ὁ Θεός.* Καὶ οὕτω τὴν θεολόγον γλῶσσαν ἑκουσίως ἡ καλλίμαρτυς προτειναμένη, καὶ αὐτὴν χειρὶ μιαιφόνῳ περιῄρηται. Δεκάτην ταύτην ἡ μεγαλότολμος ὑπέσχε τῷ τυράννῳ D ποινήν. Ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν ἐν κακίᾳ τέλειον, κατὰ τῆς τελείας ἐν μάρτυσι μανίᾳ τελείᾳ προσβαλόντα, ἐν ἀριθμῷ τελείῳ κατὰ τὸν πάλαι Φαραὼ δεκάκις πρὸς Θεοῦ μαστιγούμενον, καὶ ἔτι σκληρυνόμενον, καὶ τοῦτον δέκα τροπαίοις στηλιτεύεσθαι.

Ἔῤῥει μὲν οὖν πανταχόθεν τὸ τίμιον αἷμα τῆς παρθένου, ἔκ τε χειρῶν, ἔκ τε ποδῶν, ἔκ τε τοῦ στόματος, ἔκ τε τῶν μαστῶν. Ἐβαπτίζετο δὲ τὸ σῶμα κατακόρως, οἷα δὴ βασιλέως πορφύρα. Ἐνταῦθα μικρὸν τὴν πανάμωμον ὀλιγωρῆσαι λόγος (75).

[10] Gen. XLIX, 12. [11] Psal. XLIV, 2. [12] Psal. LVI, 5. [13] Psal. LI, 10. [14] Exod. XI, 1.

(75) *Μικρὸν ὀλιγωρῆσαι λόγος.* Quasi tenorem tantisper remisisse, et quod mitius reddidi, *elanguisse*; ut idem hic ea vox significet quod sequens, ἐκλυομένη. Lipomani interpr., *cum parum defecisset*. Sic passim in sanctis Deus humana miscet divinis, ne quis in se glorietur, sed in Deo, ex quo tota illi virtus est.

Digitized by Google

Ὥσπερ γὰρ τὰ ὑπὲρ φύσιν διὰ τὸν ὑπὲρ φύσιν ἐν αὐτῇ μεμενηκότα· οὕτω καὶ τὰ κατὰ φύσιν δι' αὐτὴν ὁρᾶσθαι. Τῇ τοίνυν ἀποῤῥοῇ τοῦ αἵματος ἐκλυομένη, μικρὸν ᾔτησεν ὕδωρ εἰς ἔκκλυσιν τοῦ στόματος. Ἐπεδίδου δέ τις ἀνὴρ, ὁ μὲν τὴν θρησκείαν καθ' ἡμᾶς· κατ' ἐκείνους δὲ, μέχρι τοῦδε νομιζόμενος. Κύριλλος ὄνομα τῷ ἀθλητῇ. Ὃν ὁ Πρόβος ἰδὼν, καὶ οὐχὶ συμπαθείᾳ φύσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ταυτότητι πίστεως πρὸς τὴν ἀθλοφόρον διακείμενον ἐγνωκὼς, τὴν ἐπὶ θανάτῳ προσέταττεν ἀπάγεσθαι.

Ἐπεὶ δὲ λαμπρὰ μὲν ἡ αἰσχύνη κατεκέχυτο τῷ πειραστῇ, λαμπροτέρα δὲ ἡ νίκη τῆς ὑπεράθλου (76) κατεφαίνετο, τὸν τῆς μαρτυρίας μὲν δίαυλον περαινομένης, ἐγγὺς δὲ τῶν στεφάνων γινομένης, ἐξενεχθῆναί τε τῆς πόλεως, καὶ καρατομηθῆναι κατακέκριται. Οὐ γὰρ ἔφερεν ὁ ἀνταγωνιστὴς ἔτι, ἁπαλῆς ὑπὸ κόρης καταπαίζεσθαι ποσίν. Ἔδει δὲ κατὰ τὸν Αἰγύπτιον καὶ τοῦτον σκληρυνόμενον, καὶ ἔσχατον δὴ τοῦτο κατὰ τῆς Ἰσραηλίτιδος ταύτης παιδὸς ἐστρατοπεδευκότα, τῆς μὲν ἀστοχῆσαι πάντως, καθάπερ ἀμιάντου περιστερᾶς, τῇ διαιρέσει τῆς κεφαλῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἐκπετασθείσης, καὶ πρὸς τὰ; ἄνω κατευθυνθείσης μονάς· τοῦ δὲ τοῖς ἐρυθραίοις αἵμασιν ἐκείνης ἐναποπνιγέντος, καὶ ταύτην δὴ κόλασιν ἔνδικον τῆς ἀδικωτάτης ἐπιθέσεως ὑπεσχηκότος.

Οὕτως Ἀναστασία τὸν βαρὺν ἀντίζηλον, τὸν ψυχοφθόρον ὄφιν, τὸν σφοδρῶς μὲν κατ' αὐτῆς ἐῤῥαγέντα, σφοδρότερον δὲ ταύτης ἐκκρουσθέντα, καθάπερ πηλὸν πλατειῶν τοῖς ὡραίοις ποσὶ καταλεάνασα, εἰς χάος ἀμήχανον καὶ χηραμοὺς ταρταρίους ἐξερῥίψατο. Αὐτὴ δὲ θείοις ἀγγέλοις ἑαυτὴν παραθεμένη, ἀρχαγγέλοις ὁδοποιουμένη, καὶ πάσαις δὲ ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι προπεμπούσαις καὶ δεξιουμέναις αὐτὴν, κλειζομένη καὶ συγκροτουμένη, τῷ βασιλεῖ καὶ νυμφίῳ μετὰ δόξης προσάγεται Χριστῷ· ἀμαραντίνῳ καταστέφεται τὴν κεφαλήν· ἀμοιβὰς ἀναλόγους τῶν πόνων, μᾶλλον δὲ πολλῷ κρείσσω καὶ ὑψηλότερα παρὰ τῆς ἐκείνου λαμβάνει δεξιᾶς. Τὰ πανώραια δὲ τῆς ἀμιάντου μέλη, τὰ παντὸς χρυσίου τιμιώτερα, τὰ παντὸς λίθου τιμίου τιμαλφέστατα, γυψὶ μὲν καὶ θηρσὶ βορὰν, ὁ θηρῶν ἁπάντων ὠμότατος ἐκδέδωκεν· ἀνέπιφα δὲ τούτοις, καὶ ἄψαυστα διὰ προνοίας τοῦ πάντα τὰ τῶν δικαίων φυλάσσοντος ὀστᾶ, μεμενηκότα, τῇ ἱερᾷ πρὸς κηδείαν ὁποδέδοται Σοφίᾳ· καὶ τίνα τρόπον; Οὐδὲ γὰρ τοῦτο σιγῆσαι δίκαιον.

Ἡγωνία μὲν γὰρ, ὡς εἰκὸς, ἡ καλὴ μήτηρ ὑπὲρ τῆς κατὰ πνεῦμα καλλίστης θυγατρός. Ἡγωνία, μή τι περὶ τὰς βασάνους ἀγεννὲς παθοῦσα, τὰς ὑποσχέσεις διαψεύσηται. Ἐῤῥίπτο τοίνυν ἐπ' ἐδάφους οἴκοι κατακεκλιμένη, καὶ γοεραῖς οἰμωγαῖς τὸν

A perant propter eum qui natura superior est, in ea perstiterant, sic et ejus gratia visa ea, quæ essent ex natura. Cruoris igitur copia elanguescens, modicam aquam petiit, qua os elueret. Porrexit vir quidam, Christianus quidem religione, sed qui hactenus gentilium sectæ existimaretur : Cyrillo athletæ nomen erat. Quo Probus conspecto, nec naturæ solum miseratione, sed et ejusdem fidei commercio in pugilem propense affectum intelligens, eam quæ ad mortem est, duci præcepit.

Quod vero tentatori splendida offusa confusio erat, splendidiorque, quam pro certaminum alea superiori, victoria affulserat, quæ et martyrii stadium finiret, ac prope jam coronas aspiceret, ejecta B urbe, capite plecti condemnata est. Non enim ultra ferebat adversarius, ut delicata puella conculcante, ei illuderetur. Decebat enim ut velut Ægyptius ille, hic quoque induratus, postrema hac adversus Israelitidem istam expeditione, suo in illam prorsus conatu frustraretur, quæ velut incontaminata columba, dissecta cervice a corpore evolasset, et ad cœlestia habitacula recta commeasset, illo rubris illius cruorum fluctibus suffocato, hacque utique justa pœna iniquissimæ aggressionis multato.

In hunc itaque modum Anastasia, gravem æmulum, animarum corruptorem serpentem, valide sane in eam aggressum, validiusque ab ea repulC sum, cum sicut lutum platearum [15] speciosis pedibus comminuisset, in immensum chaos tartareaque lustra foveasque projecit : ipsa vero divinis angelis sese commendans, archangelis viam facientibus, cunctisque supercœlestibus potestatibus præeuntibus eamque accipientibus, magnifico ornatu plausuque Christo Regi ac Sponso cum gloria offertur; immarcescibili serto caput coronatur; pro laborum ratione justas vices (quinimo longe meliora sublimioraque) ab illius accipit dextera. Formosissima vero intemeratæ membra, auro quovis pretiosiora, omnique lapide pretioso cariora; vulturibus bestiisque, ab homine bestiis omnibus immensum crudeliori escam data, iis vero intacta, D nihilque læta illius providentia servata, qui custodit omnia ossa justorum [16], sanctæ Sophiæ ad justa iis persolvenda reddita sunt. At quonam id modo? Neque enim reticere operæ pretium est.

Etenim anxia merito erat proba mater pro optima ac pulcherrima secundum spiritum filia. Anxia erat atque timebat ne degeneris aliquid animi inter tormenta illi accideret, ac sponsiones votaque falleret. Nudo itaque projecta solo domi jacebat, lu-

[15] Psal. xvii, 43. [16] Psal. xxxiii, 21.

(76) Ἡ νίκη τῆς ὑπεράθλου. Quasi jam certamine emerita, et quæ plura ac supra modum illa desudasset : novem jam perfuncta tormentis ; et cui unum novissimum restaret ac decimum, exsecta cervice.

Digitized by Google

gubrique gemitu querula, supplex Altissimum rogabat, ne filia blanditiis cederet, ne minis subigeretur, ne tormentis flecteretur, ne minori usquam constantia persecutoribus appareret. Ubi autem res illi fauste successerat, virgoque, quam illa exspectaverat, meliori exitu nacta consummationem erat, rei nuntius angeli ad eam perfertur voce: quo ipso etiam viæ duce usa, collectisque triumphalis martyris segmentis, atque mundis linteis involutis, multoque lacrymarum imbre perfusis, ejuscemodi vocibus præclare victricem affabatur :

A Ὕψιστον ἐλιπάρει, μὴ ἡττηθῆναι τὴν παῖδα τῶν κολακειῶν, μὴ χειρωθῆναι ταῖς ἀπειλαῖς, μὴ καταπλαγῆναι ταῖς τιμωρίαις, ἐν μηδενὶ τῶν διωκτῶν ἥττω φανῆναι. Ἐπεὶ δὲ τὰ κατ' αὐτὴν ἀπέβη δεξιῶς, καὶ ὡς οὐδ' ἂν αὐτὴ προσεδόκησεν, κρείττονος ἡ παρθένος ἔτυχε τῆς τελειώσεως, ἀγγέλλεται μὲν αὐτῇ τοῦτο δι' ἀγγέλου φωνῆς· αὐτῷ δὲ τούτῳ καὶ καθηγεμόνι τῆς ὁδοῦ χρωμένη, καὶ τὰ τῆς ἀθληφόρου τμήματα συλλεξαμένη, καὶ καθαραῖς ταῦτα σινδόσιν ἐντυλιξαμένη, δάκρυσί τε καταδιαίνουσα πολλοῖς, τοιούσδε λόγους τῇ καλλινίκῳ προσεφώνει·

Filia mea, aiebat, *amantissima filia, quam ab infantia præclare educavi, ac pietatis documentis institui : omnisque generis virtutis modos docens, sponsam castam, virginem intemeratam exhibere optavi : gratias ago, quod admonitiones meas oblivioni minime tradidisti, sed meo de te scopo ac destinationi, tua comes voluntas animique incitatio fuit. Quamobrem tanquam cervus desiderans ad fontes divinorum fluentorum, etiam atque etiam sitiens ad Deum, fortem, vivum, transiisti in locum tabernaculi admirabilis et confessionis sonitus festum diem agentium* [17]*; cœlisque superatis, spiritali thalamo admota es, divinisque nuptiis cubili sociata. Te enim cepit odor unguentorum* [18] *immortalis sponsi, cujus nomen unguentum effusum nuncupatur. Quamobrem eum dilexisti ; traxisti eum ; in tuo corde conquiescere fecisti. Ferculum Regi fuisti* [19]*, filia, ut venerabile Canticum loquitur, cujus acclinatorium, aurum ; ascensus ejus, purpura* [20]*; intimum ejus, lapidibus constratum. Idcirco tum simul dilecta, tum divinæ charitatis eximie vulnerata es; ad eum provecta, virtutibus dealbata ac suffimento incensa, quæque vicissim eum attrahas, ac virginalis cordis tui geniali lectulo quiescere facias.*

B Τέκνον ἐμὸν, λέγουσα, πανέραστον· τέκνον, ὃ παιδιόθεν καλῶς ἀνεθρεψάμην, καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας συναγήγατον διδάγμασιν· καὶ τρόπους ἀρετῆς παντοίας ἐκπαιδεύουσα, τῷ Χριστῷ νύμφην ἀγνὴν, παρθένον ἀμίαντον ηὐξάμην παραστῆσαι, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐ διήμαρτον τῶν ἐμῶν ἐλπίδων ἐπὶ σοί· ὅτι οὐκ ἐπελάθου μου τῶν παραινέσεων, ἀλλὰ τῷ ἐμῷ περὶ σοῦ σκοπῷ καὶ ἡ σὴ πρόθεσις συνέδραμεν. Ὅθεν ὡς ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν θείων ἐπιποθήσασα ὑδάτων ῥαμάτων, διψήσασα σφόδρα πρὸς τὸν Θεὸν, τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα, διῆλθες ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, διῆλθες ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἤχου ἑορταζόντων· καὶ τοὺς οὐρανοὺς διεβιβάσθης, καὶ τῷ νοερῷ νυμφῶνι προσηνέχθης, καὶ εἰς τοὺς θείους ἀνεκλίθης γάμους. Ὡσμὴ γὰρ εἶλέν σε μύρων τοῦ ἀθανάτου νυμφίου, οὗ τὸ δρόμα μύρον ἐκκενωθὲν καλεῖται. Ὅθεν ἠγάπησας αὐτόν· εἵλκυσας αὐτόν· ἐπὶ τὴν σὴν τοῦτον ἀνέπαυσας καρδίαν. Φορεῖον ἐγένου, θύγατερ, κατὰ τὸ σεμνότατον Ἆσμα, τῷ Βασιλεῖ· οὗ τὸ ἀνάκλιτον, χρυσίον· ἡ ἐπίβασις αὐτοῦ, πορφύρα· τὸ ἐντὸς αὐτοῦ, λιθόστρωτον. Διὰ τοῦτο ἠγαπήθης τε ἅμα, καὶ τῆς θείας ἀγάπης ὑπερφυῶς ἐτρώθης· ἀναγομένη μὲν πρὸς αὐτὸν, λελευκανθισμένη ταῖς ἀρεταῖς καὶ τεθυμιαμένη· ἐπισπωμένη δὲ πάλιν αὐτὸν, καὶ τῇ τῆς παρθενικῆς σου καρδίας προσαναπαύουσα παστάδι.

C

Quid igitur retribuemus Domino pro muneris magnificentia ? Quid dicam ? Quid fiam ? Quomodo laudabo ? Quomodo tantam beneficii molem enarrabo ? Egena lingua est, egena et mens. O quomodo gratias agam inexplicabili tuæ bonitati ? Quomodo dignum aliquid loqui possim, o Domine, infinitæ benignitati tuæ ! Nam spiritus quidem magnitudinis gratiæ paulatim sensu percepto, cupiditate agitur : saliens ac alacris est ; verum deficitur, sermonem non habens, ut digna majestate repræsentet quod mente concipitur. Jam ergo cesset lingua ; mens vero beneficentiæ tuæ altitudinem, o bonorum omnium auctor ac Pater ! secum ipsa cogitans, laudet, quod charissimam filiam meam, tuam fieri dignatus es : Quod mearum admonitionum fructum, velut divinum pignus, in cœlestia sursum vehis horrea : Quod meam margaritam tua dignam corona judicasti, atque angelis conseruisti, apostolisque ac martyribus contubernalem fecisti.

Τί οὖν ἀνταποδώσομεν Κυρίῳ τῆς μεγαλοδωρίας ; Τί εἴπω ; τίς γένωμαι ; πῶς ὑμνήσω ; πῶς ὄγκον τοσοῦτον εὐεργεσίας ἐξαγγείλω ; Ἀπορεῖ μὲν ἡ γλῶσσα· ἀπορεῖ δὲ ὁ νοῦς. Ὦ πῶς εὐχαριστήσω τῇ ἀνεκφράστῳ σου χρηστότητι ; Πῶς ἂν ἄξιόν τι φθεγξαίμην, ὦ Δέσποτα, τῆς ἀπείρου σου φιλανθρωπίας ; Τὸ πνεῦμα μὲν γὰρ τοῦ τῆς χάριτος ἠρέμα διωσθανόμενον μεγέθους, ἵεται διαλλόμενον καὶ προθυμεῖται· ἀπορεῖ δὲ, λόγον οὐκ ἔχον ἀξιοπρεπέστατα παραστῆσαι τὸ νοούμενον· λοιπὸν ἡρεμείτω γλῶσσα· ὁ νοῦς δὲ, τὸ σὸν ὕψος τῆς ἀγαθουργίας, ὦ πάντων ἀγαθῶν ἀρχηγὲ καὶ Πάτερ, καθ' ἑαυτὸν λογιζόμενος, ὑμνείτω, ὅτι τὸ ἐμὸν ἐπέραστον τέκνον, σὸν γεγονέναι κατηξίωσας· ὅτι τὸν τῶν ἐμῶν νουθεσιῶν καρπὸν, οἷα δὴ κειμήλιον θεῖον εἰς οὐρανίους ἀναγεῖς ἀποθήκας· ὅτι τὸν ἐμὸν μαργαρίτην ἄξιον ἔκρινας τοῦ σου στεφάνου, καὶ ἀγγέλοις συνῆψας, καὶ ἀποστόλοις καὶ μάρτυσιν ὁμόσκηνον ἀπέδειξας.

[17] Psal. XLI, 2-5. [18] Cant. I, 2. [19] Cant. III, 9. [20] ibid. 10.

Digitized by Google

Διὰ τοῦτο χαίρω· πρὸς σὲ γὰρ αὖθις, ὦ τιμία μοι καὶ φιλτάτη κεφαλὴ, τὸν λόγον ἐπιστρέφω· καὶ λίαν ἐπὶ σοὶ, ποθεινοτάτη, χαίρω. Χαίρω τὰ σὰ μέλη διεσπαρμένα συναγείρουσα· τέρπομαι καὶ κατατέρπομαι, ὅτι νῦν ἔχεις ἀλώβητα σωζόμενα, καὶ τῇ κεφαλῇ συνηνωμένα, Χριστῷ· ὅτι οὐκέτι σὰ ταῦτα, ἀλλ' αὐτοῦ πέφυκε Χριστοῦ, ὑπὲρ οὗ καὶ δι' ὃν αἱμοβόροι θῆρες κατεδάσαντο. Ὦ μέλη, σταχύων τρόπον σιδήρῳ θερισθέντα, καὶ τῇ τῶν πειρασμῶν ἅλῳ συντριβέντα, καὶ τὸν τῆς ὁμολογίας σῖτον καθαρώτατον ἀποδόντα τῷ Δεσπότῃ. Μέλη, καθάπερ ἐλαῖαι πίονες τῷ μηχανήματι τῶν κακούργων στρεβλωθέντα, καὶ τὸ τῆς ἀγαλλιάσεως ἔλαιον τῷ ἐκπιεσμῷ κατασταλάζοντα.

A *Idcirco gaudeo (ad te enim rursus, o charum amicissimumque caput, orationem converto), valdeque de te, desideratissima, gaudeo. Gaudeo, dum dispersa membra tua congrego. Placet, etiamque atque etiam placet ac delectat, quod nunc incolumia habeas, ac Christo capiti conjuncta. Quod non illa tua sint, sed ipsius Christi facta, pro quo, ac propter quem cruentæ bestiæ devorarant. O membra, segetum instar ferro demessa, ac tentationum area contrita; quæque mundissimum confessionis triticum Domino reddiderunt! Membra, velut oleæ pingues nefariorum hominum molitione torta machina, oleumque exsultationis compressione stillantia!*

Οὐ κλαύσομαι τοίνυν ἐπὶ τούτοις· οὐ σπαράξομαι χιτῶνα, οὐ κατατεμῶ βραχίονα, οὐκ ἀποδρύψομαι παρειὰς, οὐ θρηνῴδη ῥήξω φωνὴν, οὐκ ᾄσμα γοερὸν ᾄσω, οὐ ῥῆμα προήσομαι βλάσφημον, οὐκ ἀπολοφυροῦμαί σὴν σὴν κατατομήν. Ὅτι οὐ κατετμήθης μοι, φίλτατον τέκνον, μᾶλλον συνεπάγης δέ. Οὐ διεσπάσθης, συνηνώθης δέ. Χριστῷ γὰρ συναποθνήσκουσα, πιστὸς ὁ λόγος, ὅτι καὶ συζήσεις αὐτῷ. Τούτῳ πρὸς βραχὺν συνατιμωθεῖσα καιρὸν, δι' αἰῶνος αὐτῷ συνδοξασθήσῃ. Ἀλλὰ δέομαί σου, ὦ θύγατερ, μᾶλλον δὲ κυρία λοιπὸν καὶ μῆτερ πνευματική· σύ μοι κατὰ τὸ βραχὺ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς, καὶ σὺ πρὸς ἄλλον μετιπιπτούσῃ βίον, παράστηθι πόνων ἀλεξίκακος, ἁμαρτιῶν ἴλασμὸς, καὶ ψυχῆς παράκλησις ἀγαθὴ, καὶ διαιωνίζουσα παραψυχή. Μὴ ἐμοὶ δὲ μόνῃ, μὴ ἐμοί· ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς πιστῶς ἐπικαλουμένοις σε, θεόνυμφε, γενοῦ προσφύγιον καὶ σωτηρία, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

B *Non igitur lugebo super istis: non discerpam tunicam, non brachium concidam, non unguibus genas laniabo, non vocem lugubrem rumpam, non deplorabo tuam concisionem; quod nimirum non mihi concisa sis, charissima filia, sed magis compacta; nec distracta, sed counita: Christo enim commoriens, fidelis sermo fore ut et ei convivas*[21]. *Cum illo ad breve tempus dehonestata, in æternum conglorificaberis. Verum rogo te, filia, seu potius domina jam ac mater spiritualis! tu mihi per brevem hanc in carne vitam, tuque ad aliam transeunti vitam, præsto sis laborum depultrix, peccatorum propitiatio, animi bona consolatio, perpetuum refrigerium. Nec mihi solum, mihi, inquam, sed et cunctis te fideliter invocantibus, Dei sponsa, esto refugium et salus, in Christo Jesu. Amen.*

Τούτους ἡ Σοφία τοὺς ἐπιταφίους σὺν θερμοῖς ἄγαν καὶ γλυκυτάτοις δάκρυσιν ἐπιφωνοῦσα, ἕκαστον δὲ μέλος καταῤῥαίνουσα καὶ κατασπαζομένη, ἐπεὶ μὴ εἶχεν δυνάμεως μόνη συγκομίσαι, δύο τινὲς ἐξαίφνης ἱεροπρεπεῖς τὸ εἶδος, ἀσκητικοὶ τὸν βίον, ἐπιστάντες, καὶ τὸν ἱερὸν φόρτον ἐκεῖνον τῇ τιμίᾳ γραΐδι συναράμενοι· ἔγγιστα δὲ τῆς Μεγάλης Ῥώμης τόπῳ σεμνῷ προσηγγικότες, μετὰ φώτων καὶ ὕμνων κηδεύσαντες, κατέθεντο.

Hos Sophia sepulcrales sermones fervidis valde dulcissimisque elocuta lacrymis, singulaque membra irrigans ac amplexata, cum sola per vires comportare non posset, duo quidam repente venerabili religiosaque specie, vitæ asceticæ cultores, astantes, sacrumque illud onus una cum venerabili vetula tollentes, ac vicino admodum Magnæ Romæ venerabili loco admoventes, cum luminibus et canticis justa peragentes deposuerunt.

Τοιαύτης κατ' ἀρχὰς ἀγωγῆς ἡ ἀοίδιμος εὐμοιρηκυῖα, τοσαύτης βασάνων οὐχ ἡττηθεῖσα τρικυμίας, τοιούτου δὲ τέλους τρισολβίου καταξιωθεῖσα, τίσιν ἂν τῶν πάλαι γνωρίμων ἐπ' εὐσεβείᾳ γυναικῶν, τίσι δὲ τῶν ὕστερον εὐδοκιμησασῶν ἀντεξεταζομένη, οὐ πολὺ λειπόμενον τὸ πρὸς αὐτὴν συγκρινόμενον ἐλέγξειεν; Ὧν μὲν γὰρ ἐν πίστει, τὴν πρὸς τὸ Θεῖον ἐνδειξαμένων εὐδοκίμησιν· οἷον, Σάῤῥας ἐκείνης τῆς τοῦ Ἀβραάμ· Ῥεβέκκας, Ῥαχὴλ· Ἄννης πρὸς αὐταῖς, τῆς τοῦ Σαμουὴλ· Δεβώῤῥας, Ἰουδιθ, Ἐσθήρ· δοκῶ μοι προσθήσειν, καὶ Ἄννης τῆς τοῦ Φανουὴλ, καὶ Ἄννης ἄλλης τῆς Ἰωακεὶμ, καὶ τῆς Ἐλισάβετ Ζαχαρίου· ὧν δὲ πάλιν ἐνηὰγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὸ κράτος ἀπενέγκασθαι λεγομένων· οἷον, τῆς πρωτομάρτυρος ἐκείνης καὶ καλλιπαρθένου Θέκλης· καὶ πρὸ αὐτῆς, τῆς παρὰ τοῖς Εὐαγγελίοις Μαγδαληνῆς Μαρίας· μετὰ ταύτας, Εὐφημίας, Εἰρή-

D *Talia principio educatione inclyta Virgo potita, tantaque tormentorum ei superata procella, talem denique ter beatum finem nacta, quibusnam olim pietatis ergo clararum mulierum, quibusnam earum quæ postea claruerunt, comparata, non longe a se deficere minorisque præ illa esse arguerit? Ex quibus nimirum, aliæ fidei merito virtutis in Deum specimen dederint; cujusmodi sunt, Sara illa Abrahæ conjux, Rebecca, Rachel: Anna præterea, Samuelis mater; Debora, Judith, Esther. Addam et Annam Phanuelis, Annamque aliam Joachim, et Elisabet Zachariæ: aliæ vero rursus, dilectione in Christo Jesu præfulsisse palmamque reportasse dicantur; cujusmodi sunt protomartyr illa ac præclara virgo Thecla; illaque prior, quæ in Evangeliis legitur, Maria Magdalena: postque illas Euphemia, Irene, Æcatharina, Sophia cum filiabus*

[21] II Tim. II, 11.

Digitized by Google

suis, Fide, Spe et Charitate; Ripsimia et Febronia, aliæque post eas. Has omnes partim superavit Anastasia, partim vero æquavit. Quinimo superavit omnes, nisi audax dictu istud videatur; illas quidem quæ fide magnifice clarere creduntur, charitatis perfectione præcellens; illas vero quæ charitatis perfectione splendent, fidei excellentia vincens. Ac si libet, fide quidem eximie perfecta, his quæ fide consummationem habeant; charitatis vero excellentia illis præstat, quæ sincere charitate diligant. Cunctis porro sanctis adolescentulis divinarum gratiarum cumulo tantum eminet, quantum pluribus acerbioribusque pro Christi dilectione fideque perfuncta tormentis, acerbiore casu adversarium elisit.

Sed, o puella, prorsus immaculata ac incorrupta! quæ prius quidem religiose exercens, corporis vitia ac libidines mortificasti (imo, ne exstare quidem in te a principio ista permisisti) quæque deinde certaminis palæstra, ipsa quoque membra, in quibus illis vigere comparatum est, putata amisisti ut soli Christo in Spiritu viveres! O Christi sponsa et soror et mater[22]! castissimam, quoad licet, Dei Matrem imitata; ac animo quidem in carne ipsa quoque præpurgata, velutque divino quodam semine conceptis Spiritus primitiis, varisque propter illum tormentis enixa, ac quæ Spiritu salutis Christo Domino in corde genito, ad eum gaudens commigrasti.

O sexus sexum omnem eximie vincens: sexus muliebris in virili sensu. Quinimo natura indolesque hominis in angelica elucens mente atque virtute, quæ igni, ferro omnisque generis tormentis congressa; ac cum postea abscissæ mammæ, manusque ac pedes, evulsique dentes; ac lingua primum, tum cervix cæsa esset, Christum non prodidisti, aut quæ est in illum, fidem mentita es, accipe tenues has sermonum primitias. Quid enim hæc oratio ad tuam virtutem, quam laudant angelorum acies, celebrantque cœlestes omnes Potestates? Animum tamen, o incorruptissima! acceptum habens, exsuscita nos de lacu miseriæ et de luto fæcis, ut quæ Resurrectio sis ac dicaris, veramque Resurrectionem Christum in te refeceris; et statue super petram pedes, animique gressus nobis dirige; ut tuo numine meliorem vitam divinioremque resurrectionem consecuti, gloriam et laudem et gratiarum actionem submittamus, Patri et Filio et Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

[22] Matth. XII, 50.

(77) *Εἰρήνης*. Duæ Irenes Græcis pariter Latinisque tabulis celebres; etsi illis parum variantibus, nec liquet cui potissimum a Justiniano erecta celebris illa sanctæ Irenes basilica, cujus Procopius meminit libro I, ac cum qua Nicetas hic Anastasiam comparat.

(78) *Σοφίας*. Sophiæ et filiarum martyrum diem natalem Græci recolunt 17 Septembris. Allis diebus ascriptum Romanæ tabulæ.

A νης (77), Αἰκαθερίνης, Σοφίας (78), καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς, Πίστεως, λέγω, καὶ Ἐλπίδος καὶ Ἀγάπης· Ῥιψιμίας (79), Φεβρωνίας, καὶ τῶν ἑπομένων αὐταῖς. Τούτων πασῶν Ἀναστασία, ὧν μὲν ὑπερέσχεν, ὧν δὲ κατὰ ταυτὸν ἠνέχθη. Μᾶλλον δὲ, πασῶν ὑπερέσχεν, εἰ μὴ τολμηρὸν εἰπεῖν· τῶν μὲν ἐν πίστει λαμπρῶς εὐδοκιμεῖν πιστευομένων, τῇ τῆς ἀγάπης ὑπερβαλούσῃ τελειότητι· τὰς ἐν ἀγάπῃ δὲ τελειότητι κλειζομένας, τῇ ὑπερβολῇ τῆς πίστεως νικήσασα. Εἰ βούλει δὲ, πίστει μὲν ὑπερτελεῖ τὰς ἐν πίστει τετελειωμένας, ὑπερβολῇ δὲ ἀγάπης τὰς ἀκραιφνῶς ἀγαπώσας παρευδοκιμεῖ. Πασῶν δὲ νεανίδων ἁγίων κατὰ τοσοῦτον ταῖς θείαις χάρισιν
B ὑπέρκειται, καθ' ὅσον καὶ πλείοσι καὶ δριμυτέραις ταῖς ὑπὲρ ἀγάπης Χριστοῦ καὶ πίστεως περιπεσοῦσα τιμωρίαις, δριμύτερον κατέῤῥαξε τὸν ἀνταγωνιστήν.

Ἀλλ', ὦ κόρη πανάμωμε καὶ πανάφθορε, ἡ τῇ ἀσκήσει μὲν πρότερον τὰ πάθη νεκρώσασα τοῦ σώματος· μᾶλλον δὲ, μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐν σοὶ ταῦτα συγχωρήσασα· τῇ ἀθλήσει δὲ τὸ δεύτερον, καὶ αὐτὰ τὰ μέλη, οἷς ἐνεργεῖσθαι πέφυκε τὰ πάθη, περιαιρεθεῖσα, ἵνα μόνῳ ζήσῃς ἐν πνεύματι Χριστῷ. Ὦ νύμφη Χριστοῦ καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ, ἡ τὴν ὑπέραγνον, ὡς δυνατὸν, Θεομήτορα μιμησαμένη· καὶ ψυχὴν μὲν καὶ σάρκα τῷ Πνεύματι καὶ αὐτὴ προκαθαρθεῖσα, τὴν ἀπαρχὴν δὲ τοῦ Πνεύματος οἷα δὴ σπέρμα θεῖον ἐλλαβοῦσα· καὶ διὰ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ μὲν ποικίλων ὠδινήσασα τιμωριῶν, πνεῦμα δὲ σωτηρίου Χριστὸν Κύριον ἐν καρδίᾳ γεννήσασα, πρὸς
C ὃν χαίρουσα μετέστης.

Ὦ φύσις ὑπερφυεστάτη· φύσις γυναικὸς ἐν ἀνδρείῳ φρονήματι· μᾶλλον δὲ, φύσις ἀνθρώπου ἐν ἀγγελικῇ διανοίᾳ καθορωμένη καὶ δυνάμει· ἡ πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ παντοδαποῖς μηχανήμασι περιβληθεῖσα· εἶτα μαστοὺς ἀφαιρεθεῖσα· χεῖράς τε καὶ πόδας, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκκοπεῖσα· γλῶσσαν μὲν πρῶτον, ἔπειτα τὴν κεφαλὴν τμηθεῖσα· τὸν δὲ Χριστὸν οὐ προεμένη, οὐδὲ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ψευσαμένη, δέξαι τὴν μικρὰν τῶν λόγων ἀπαρχήν. Τί γὰρ οὗτος ὁ λόγος πρὸς τὴν σὴν ἐστιν ἀρετὴν, ἣν ἀγγέλων ὑμνοῦσι στρατιαὶ, πᾶσαι τῶν οὐρανῶν Δυνάμεις ἐπαινοῦσιν; Ἀλλὰ τὴν πρόθεσιν, ὦ πανακήρατε, προσηκαμένη, ἀνάστησόν ἡμᾶς ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας,
D καὶ ἀπὸ πηλοῦ πλύος, ὡς ἀνάστασις οὖσα καὶ καλουμένη· καὶ τὴν ὄντως ἀνάστασιν ἐν σοὶ μυστικῶς ἀναπαύουσα, Χριστόν· καὶ στῆσον ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας, καὶ κατεύθυνον ἡμῖν τῆς ψυχῆς τὰ διαβήματα· ὅπως διὰ σοῦ ζωῆς κρείττονος καὶ ἀναστάσεως τετυχηκότες θειοτέρας, δόξαν καὶ αἶνον καὶ εὐχαριστίαν ἀναπέμψωμεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(79). *Ῥιψιμίας*. Ripsimiæ virginis sacræ in Armenia memoriam sub Tiridate rege, a quo ejus frustra tentata pudicitia est, Latini recolunt 29 Sept., Græci 30. Febroniæ item virginis celeberrimæ utrique 25 Junii: ut sicut nobilissimas matronas veteris testamenti, sic et novi clarissimas (Byzantii maxime) mulieres adduxisse Nicetas putandus sit ut omnibus parem aut fere superiorem prædicando Anastasiam, luculentum ei encomium texeret.

Digitized by Google

AD SANCTORUM EUSTATHII

THEOPISTES AC LIBERORUM

ACTA ANTIQUA EORUMQUE LAUDATIONEM NICETA AUCTORE

FR. COMBEFISII MONITUM *.

Sancti Eustathii et sociorum martyrum, quæ produco, ipsa vere Acta antiqua sunt ; quorum auctor, quibus ad ea præfatur, æqualem se (quod ipsum vir plane πολυΐστωρ, juxta ac κριτικώτατος Leo Allatius, sua illa de Symeonibus eorumque scriptis dignissima luce, mihique hactenus deposito tradita diatriba censuerat) sanctis iisdem martyribus serio prodit ac significat. Nec falso eum prodere, indicat ipse character, quem gravissimum atque simplicem, nulliusque interpolantis temeratum manu (quod vel levi conjectura deprehendi queat) vir Christiana simplicitate solertissimus, iis indidit. Nec vere de illis, si in manus venissent, dicturum arbitror illustrissimum annalium patrem, quod de iis quæ ipsis versaverat, (Metaphrastis scilicet nomine Latine vulgatis) Christi anno 120, n. 4, ita pronuntiavit : *Putamus tamen eis multa superaddita esse* ; sed pro suo candore, mitiori censura illa habiturum : seu potius digna vere *tanti martyrii Acta, cujus Romæ memoria egregiis illustrata monumentis* ; quin urbe agroque Parisiensi, tutela, pignoribus charissima ; quin utroque orbe Christiano in perpetuum florentissima, summeque veneranda ; sic augusta, sic plana, sic fuco omni carentia, veneraturum, laudaturum ; iis, ceu gemma pulcherrima, ac pretiosissima amplissimos Annales suos ornaturum. De illis Metaphrastis nomine sic vulgatis quid sentiam ipse, paucis expedio.

Dispexi illa attentius ; quin mihi etiam ex altero eminentissimi cardinalis Mazarini probato codice, eadem hæc Latina feci ; tantisper offensus interpretis stylo paulo humiliori, ubi auctor illo non male nitet atque assurgit. Addita vix occurrunt, seu alia ac antiquus auctor ediderat. Solemni potius more ejusmodi μεταφράσεων, quædam leviuscule aucta, vel ordine modoque mutata, excepto stylo, apparebant ; quæ mihi artis solertia, ἀσύστατον potius invexisse, quam ornatum suis præclare radiis micanti operi videtur addidisse. Qua in re major licentia fuit, tum ejus, qui duobus libris Italice, iisque Gallice redditis, Eustathii sociorumque certamen voluit exornare, finxitque in eo plura, tum qui sacras Metamorphoses Gallico idiomate, inque illis Eustathium, produxit. Habuere illi duntaxat Metaphrastea Acta, eaque Latina (nec enim ii Græce videntur scivisse), proposita ; quæ ipsa, eo quem dixi modo, tractavere.

Quem produco Nicetam Paphlagonem (Ignatio Constantinopolitano æqualem, illique affectissimum, ac Vitæ ejus Radero editæ auctorem) Eustathium sociosque laudantem, vere unum dicam, sua hac Laudatoria, præclare in eos oratoris munus obiisse. Habuit ille non Metaphrastea illa, sed antiqua nostra, ipsa suo schemate veneranda atque augusta Acta proposita. Detraxit nihil, auxit, aut immutavit ; floseulis rhetoricis, verborum ἐμφάσει, oratoriis luminibus duntaxat illustravit ; atque suavius aures tangerent, ac animum caperent, scito quodam lenocinio temperavit, ac composuit. Vir scilicet eo dicendi genere eximius ; cujus in singulos quosque apostolos, illustres produco panegyricos ; mea, proxime vulganda, jamque umbilicum spectante, *Bibliotheca concionatoria* ; quibus certiora quæque, ac Ecclesiarum longa traditione accepta, nihil Abdiam ac apocryphos alios moratus, vir labore strenuus, eloquio clarus compunsque, ac vere ῥήτωρ, de primis illis Christianæ religionis antistitibus feliciter orat, atque exponit : ut alios ejus panegyricos taceam ; inque illis Gregorii τοῦ Θεολόγου, cujus neminem theologiam ac ornamenta reliqua tantis eloquentiæ nervis sicque luculenter existimo laudasse. Faxit Deus ut ubi Latinis meis vocibus paulo dejectior suo illo manipulo minime displicuerit suis ille, Græcisque cultissimis copiosiore messe etiam Anastasiam seniorem Hyacinthum Amastrensem, Joannem Chrysostomum, Theclam aliosque laudans, propensius oblectet, ac ad pietatem ædificet.

Actorum nostrorum testis egregius, aureo vere flumine Joannes Damascenus *orat.* III, *de imaginibus* ; qua ex ipsis bene longam περικοπήν, ipsis eorum verbis produxit. Refert illa Eustathio venanti oblatam in cervo crucis Christique effigiem, factumque ad ipsum ejus oraculum, quo futuri illi totius stadii propositique certaminis vaticinium habeatur ; certa nimirum structura (mira licet casuum eventu inque diversitate ; Græci περιπέτειαν vocant ; qua lusit egregie Dei providentia), deinceps cohærentibus omnibus ad ipsam martyrii metam ; ut nedum multa, si vere illa sunt, superaddita, sed et pauca opus totum labefactent ac inficiant. In Damasceni ipso loco commissus hiatus male interpretem egit. Nos sana omnia, meliori codice repræsentamus. Latinis quoque Metaphrastis, Placidæ uxor vitio *Trajana* dicitur, cum Græca melius Ταταυήν, *Tatianam*, habeant. Ipsum Eustathii augustum nomen, ac quo victoriæ videatur ex ipso sacro fonte haboisse oraculum, velut ipso Deo sacerdotis ore indente, futuramque ejus constantiam, ac firmitatem illo contestante, male sibi vulgus in *Eustachium* deformavit ; quod ipsum nomen titulus præfert in Vita Surio edita ; etsi in margine *Eustathii* emendetur.

* *Illustrium Christi martyrum lecti Triumphi*, Paris. 1660, 8°.

Digitized by Google

Eustathii meminerunt, seu, ut malunt scribere, Eustachii, etiam Latini, Usuardus et Ado 2 Novemb., si tamen Ado, non ejus appendix ; ac quod Romanum vocant Eusebianum. Mirum nullam exstare in Rosveydiano Martyrologio ejus memoriam, si modo illud vere antiquum Romanum est, ac quod sanctus Gregorius papa Romanum indicavit ; scribenti Romæ Baronio quam expetitum, tam desideratum, frustrata diligenti adeo rerum ecclesiasticarum indagatori tot fulta adminiculis exquirendi opera : quanquam non raro celebrior aliis locis sanctorum memoria, atque martyrum, quam quibus vixere, seu functi agone sunt. Titulus qui Romæ exstat Eustathii, quam antiquus, me latet : haud certe ille recentior : vel aperienda illius origo, si quis dicti jam Martyrologii, seu etiam Gregorii in libro Sacramentorum, silentio, recentiorem illi Eustathii memoriam, ac cultum contendit. Scripta Romæ, ac Latino scriptore ipsa, qua repræsento lingua, Acta hæc, ut certo affirmari nequit, sic nihil abhorrere spectatis ejus ætatis Latinorum moribus, ac in iis Christianorum, liquet.

Quæ de Eustathii (olim Placidæ, eoque nomine Josepho clarissimi in bello Judaico) expeditione novissima, sub extremis Trajani temporibus, habent Acta ; deque ejus Trajano bellis fatigato desiderata opera, ac veterani ducis industria, consentientissima sunt iis quæ de Trajano, ejusque in Oriente bellis, refert Dio, quibus Assyrios Persasque ita debellavit, ut tamen ii tumultantes, ægre in fide ac officio continerentur : quo ipse nomine expostulat ad senatum. In hos ipsos movisse, ac primum iis studentes Judæos illa indicant, cum postremum, ubi et conjugem recepit, superasse ipsum Hydaspem fluvium memorant, eoque interiorem hostium ditionem pervasisse. Hydaspes enim ille Medus est, de quo Virg. VI *Georg.*, Strabo, Plin., Quintus Curt. aliique. Quod ejus suppressum nomen gentilibus, nemo mirum habeat, qui non omnino sit Romæ Romanisque in rebus peregrinus. Abunde fuit Christianæ superstitionis reum obiisse Eustathium, ut ejus memoria illis penitus aboleretur ; quando nec tyrannis imperatoribus parceretur, quin latæ illis leges vel expungerentur, vel sequentium imperatorum nominibus censerentur ; nec consulibus, quin ex albo consulum ipsorum nomina, non levi publicæ rei damno, temporumque ac contractuum rationis incommodo, delerentur. Si qua igitur præclare bello gesta per id tempus Eustathio, cujus triumphum exceperit bos Phalariticus, morsque extraneis exsecrata, hæc vel legati, vel summi principis nomine, gentis ritu fuerint consignata. Secessio denique Eustathii profligata re familiari, amissisque opibus quibus consulatis ac patritia dignitas sustentanda esset, nihil a Romanis moribus abhorret cum lata olim lege, qui pari usi fortuna essent, seu alia ratione facultates ordini congruas amisissent senatu movendi essent. Hæc mihi strictim ; tu, Lector, antiquo hoc monumento fruere.

ORATIO XVIII.

Laudatio inclyti martyris Eustathii, Agapii, Theopisti et Theopistes.

Præclarum in victorum choro Eustathium laudabo, tametsi ærumnis flectitur animus : æquum enim ac sanctum, neque id modo, sed et oppido utile atque commodum. Neque enim quia sæculi malis gravamur, idcirco tacebimus ; sed quia justum Dei amicos prædicationibus accipere, pro virili nostra laudare non desistemus : nec denique quod Ecclesiarum Dei curis ac sollicitudinibus premamur, egregii martyris celebrationem differemus, sed quia probatissimus ille in ærumnis, probatissimus defungendis pietatis causa certaminibus ac laboribus, quorum etiam nomine cunctis fere majorem martyribus venerationem obtinet, idcirco

ΛΟΓΟΣ ΙΗ'.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Εὐστάθιον, Ἀγάπιον, Θεόπιστον, καὶ Θεοπίστην.

Τὸν ἀοίδιμον ἐν ἀθλοφόροις Εὐστάθιον ἐπαινέσομαι, καὶ εἰ ταῖς θλίψεσι κάμπτομαι· ὅσιον γάρ· καὶ οὐχ ὅσιον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠφέλιμον. Οὐ γὰρ ὅτι τοῖς τοῦ βίου κακοῖς βαρυνόμεθα, διὰ τοῦτο σιγήσομεν· ἀλλ' ὅτι ἄξιον τοὺς τοῦ Θεοῦ φίλους δεξιοῦσθαι ταῖς ἀναῤῥήσεσι, τῆς κατὰ δύναμιν εὐφημίας οὐκ ἀφεξόμεθα· οὐδ' ὅτι φροντίσι καὶ μερίμναις Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ πιεζόμεθα, τὴν τοῦ μεγαλομάρτυρος ὕμνησιν ὑπερθησόμεθα· ἀλλ' ὅτι δοκιμώτατος ἐν ταῖς θλίψεσιν ἐκεῖνος, δοκιμώτατος ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνίσμασι καὶ πονήμασιν, οἷς καὶ πάντων μαρτύρων σχεδὸν σεβασμιώτατος ἀναδείκνυται, διὰ ταῦτα τῶν ἐγκωμίων τὸν ἔρανον ὡς ὀφειλὴν καρποφορού-

S. EUSTATHII ET SOCIORUM ACTA ANTIQUA.

Martyrium sanctorum ac inclytorum Christi martyrum Eustathii, Theopistes, ac liberorum.

Prostat mortalibus ex naturæ ipsa indole propria ad virtutes præstandas adhortatio, atque palæstra, id in proximum conferendum docens, quod velis ab alio in te conferatur, idque demum gratiarum actionis nomine, Deo beneficiorum largitori rependendum, quod ab iis, quos beneficio demeruerit, exigas ipse ut rependatur. Quin ex divinis quoque Scripturis, prostant doctrinæ plurimæ ; beatorum item ac clarorum virorum gesta inclyta ac facinora ; qui plane, animata quædam simulacra, æmulatione virtutum, quibus præclare, egregiaque laude functi sunt, volentibus hæc illorum magisteria sequi, exhibeantur. Perinde igitur mihi constitutum, ut tum veterum heroum præclara gesta

Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων, Εὐσταθίου, καὶ Θεοπίστης, καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν.

Πρόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἐκ φύσεως οἰκεῖον διδασκάλιον πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν κατόρθωσιν, διδάσκον ἐκεῖνο ποιεῖν τῷ πλησίον, ὅπερ αὐτὸς πάσχειν παρ' ἑτέρου βούλεται· ἐκεῖνό τε ἀποπληροῦν τῷ εὐεργέτῃ Θεῷ, εὐχαριστίαν, ἃ καὶ αὐτὸς παρὰ τῶν εὐεργετουμένων ἀπαιτεῖ. Πρόκεινται δὲ καὶ ἐκ τῶν θείων Γραφῶν διδασκαλίαι παμπληθεῖς, καὶ πράξεις ἀνδρῶν μακαρίων καὶ ἀοιδίμων, οἱ εἰκόνες τινές εἰσιν ἔμψυχοι πρὸς μίμησιν τῶν ἀγαθῶν κατορθωμάτων, τοῖς βουλομένοις ἕπεσθαι ταῖς αὐτῶν ἀρεταῖς. Οὐδὲν οὖν ἧττον προεθέμην προθεῖναι ἐγγράφως τῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν ἀνδραγαθίας, καὶ τὰ νῦν ἐν τοῖς καιροῖς ἡμῶν κατορθωθέντα, πρὸς εὐεργεσίαν μὲν τῶν ἀκουόντων, ἐπιστροφὴν δὲ τῶν φασκόντων, μὴ

Digitized by Google

μεν αὐτῷ · ἅμα μὲν τὰ αἴσια, τῷ μεγάλῳ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῇ · ἅμα δὲ καὶ ἑαυτοῖς, ἐν τοῖς ὑπὲρ ἐκείνου λόγοις, παράκλησιν τῶν λυπούντων ἱκανῶς χαριζόμενοι.

laudationis ei symbolum tanquam debitum dependemus; quo scilicet tum præclaro pietatis pugili læta faustaque, tum vero etiam nobis ipsi, quibus eum efferimus, a tristibus atque molestis levamen, quantum satis sit, præbeamus.

Δεῦρο δὴ οὖν, ὦ μακάριε τῆς ἀληθείας μάρτυς, καὶ τῶν ἀθλητῶν ἁπάντων ἀγαθοφυέστατε καὶ λαμπρότατε. Δεῦρό μοι σήμερον ἐκ τῶν οὐρανίων καὶ νοητῶν κατοικητηρίων ἅμα τοῖς σοῖς ἁγιωτάτοις μέλεσι προσεγγικώς. Αὐτὸς γίνου τῶν ἡμετέρων βραβευτὴς καὶ διαιτητής · καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ῥᾴθυμον ἀναζωπύρησον, καὶ τὸ ἀμυδρὸν τῶν ἐννοιῶν καταλάμπρυνον, καὶ τὸ ἀμβλὺ δὲ καὶ νωθρὸν παραθήξας τοῦ νοῦ, τὰς ὑπερόγκους ὑμῶν ἀνδραγαθίας καὶ ἀριστείας ἐπιτόμως ὑπόμνησον · καὶ ὑπόσχου τοῖς ἡμετέροις λόγοις εἰς αἴνεσιν, ὡς ἂν αὐτός τε καταφανέστερος εἴης ἔτι μᾶλλον καὶ γνωριμώτερος, εἴπερ τινὲς ἄρα τυγχάνοιεν ἀνεπαίσθητοι τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς ἁγιωσύνης τῆς σῆς · πᾶσι δὲ παράκλησιν ἀγαθὴν καὶ πνευματικὴν ἐμποιήσειας οἰκοδομήν.

Adesdum igitur, o beate veritatis testis, pugilumque omnium nobilissime ac clarissime. Adeste mihi hodie, a cœlestibus ac spiritalibus sedibus accedens, una cum sanctissimis membris tuis. Esto ipse nostrorum arbiter ac judex; animique nostri segnitiem excitans, obscuras ipsius rationes ac sensa illustra: mentisque hebetudinem ac tarditatem acuens, præmagnifica vestra certamina, resque vobis præclare gestas strictim suggere: nostris denique sermonibus laudationis argumento impendere; quo tum ipse adhuc illustrior efficiaris atque notior (siquidem ulli sunt, quos magnificentiæ sanctitatis tuæ sensus fugerit), tum bonam cunctis jucunditatem ac spiritalem ædificationem ingeras.

Δεῦρο δὴ καὶ ὑμεῖς, ὅσοι πρὸς δόξαν τῶν ὑμνουμένων συντρέχετε · τὴν φλεγμονὴν τῶν ἀτόπων λογισμῶν κατευνάζοντες, καὶ τῆς βιωτικῆς ὀχλήρίας τὰς ἐπαναστάσεις ἐκκρούοντες, συνετῶς καὶ πανευλαβῶς ὑπόσχετε τὴν ἀκρόασιν. Ἔστι γὰρ, οὐ τοῖς ἀγνοοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς καλῶς εἰδέναι δοκοῦσιν, ὠφέλιμος ἡ ἀφήγησις. Ὡς γὰρ τῶν Εὐαγγελίων καὶ τῶν ἱερῶν λογίων ἁπάντων τὰ ἐπισημότατα, συνεχῶς μελετώμενα, καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτὰ

Quin vos quoque adeste omnes, qui ad eorum qui laudis argumento propositi sunt, gloriam concurritis. Absonarum cogitationum æstum sedantes, curarumque sæculi rebelles motus excutientes, solerter omnique modestia aures accommodate. Est enim narratio, nedum iis qui nesciunt, sed et qui probe videntur nosse, quam utilis. Sicut enim Evangeliorum sacrorumque omnium eloquiorum præstantissima capita, jugiter tractata ac repetita,

S. EUSTATHII ACTA ANTIQUA.

δύνασθαι νῦν τοιαῦτα κατορθοῦσθαι, οἷα ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις, ἵνα γνῶσι πάντες πῶς οὔτε χρόνων, οὔτε καιρῶν δυσχέρειαι, οὐδὲ ἀναστροφὴ ἀπηγορευμένου βίου ἐμπόδιον γίνεται, πρὸς κατόρθωσιν τῶν ἀγαθῶν ἔργων · ἐὰν γὰρ θελήσῃ τις πρῶτον τῷ φυσικῷ νόμῳ ἑπόμενος, ἔτι δὲ καὶ ταῖς διδασκαλίαις τῶν προειρημένων ὁσίων Πατέρων ἀκολουθεῖν, ῥᾳδίαν εὑρήσει ὁδὸν τῆς ἐναρέτου πολιτείας · οἷοί εἰσι πρὸς διήγησιν καὶ ἡμῖν ἄνδρες, ὧν καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς βίον ἀναγράψω, καὶ τὸν τοῦ τέλους ἔπαινον, ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ἔργων ἐπιδείξω.

scripto consignem, tum eorum qui nuper nostrisque temporibus virtutis laude claruerunt: quo scilicet auditores quidem commodum sentiant; ii vero qui oppido inficiatur, posse nos modo talia præstare, qualia antiquis temporibus, errorem abjiciant; sciantque omnes, neque temporum, neque articulorum molestias, neque vero projectæ vitæ anteactas rationes impedimento esse, quin præclara quis designet, ac rite virtutem colat: modo enim animo constitutum habeat, ut primum naturalem legem, tumque etiam sanctorum, quos diximus, Patrum doctrinas consectetur, ejus disciplinæ viam, quæ virtute nitet, facilem nanciscetur. Ejusmodi sunt, quorum nobis res enarrandæ incumbunt; viri scilicet, quorum a principio sim vitam conscripturus, finisque laudem ex eorum claris operibus, monstraturus.

Ἐν ταῖς ἡμέραις Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως, τῆς εἰδωλομανίας κρατούσης, ἦν τις στρατηλάτης, ὄνομα τούτῳ Πλακίδας · γένους τοῦ κατὰ κόσμον ἐπιδόξου, πλούσιος σφόδρα, ὑπερβάλλων πάντας τοὺς ἐνδόξους, ἔν τε κτήμασι καὶ ἀργυρίῳ καὶ ἀνδραπόδοις, καὶ τῇ λοιπῇ περιουσίᾳ. Ἕλλην δὲ ὑπῆρχε τὴν θρησκείαν · τοῖς δὲ ἔργοις τῆς δικαιοσύνης παντοίως ἐκεκόσμητο. Πολεμικώτατός τε ὢν, καὶ δεξιᾷ τύχῃ ἐν πᾶσιν εὐδοκιμῶν. Ἦν δὲ καὶ περὶ τὴν θήραν σπουδαῖος, καὶ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν ἡδέως κυνηγῶν. Ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς Θεὸς, ὁ πάντοτε τοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ δούλους προσκαλούμενος, οὐ παρεῖδεν αὐτοῦ τὰ εὐποιΐας · οὐδὲ ἠθέλησε τὴν ἀγαθὴν καὶ ἀξίαν τοῦ Θεοῦ γνώμην ἄμισθον καταλειφθῆναι, τῷ σκότει τῆς εἰδωλομανίας καλυπτομένην · ἀλλὰ κατὰ τὸ γεγραμμένον · *Ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστιν*, ἐφθασε καὶ εἰς αὐτὸν τοῖς χρηστοῖς αὐτοῦ σπλάγχνοις τοῦ σώζειν βουλόμενος.

Trajano imperii sceptra moderante, ac cum insanus simulacrorum cultus late vigeret, fuit quidam magister militiæ, Placidas nomine. Is genere clarissimus erat, ac valde dives; cunctosque inclytos ac claros, prædiorum amplitudine, pecuniæ vi, servorum copioso ambitu, ac substantia reliqua, superabat. Ac quamvis cultu gentilis erat, justitiæ tamen operibus omnino præfulgebat. Vir nimirum bellicosissimus, ac qui prospera in omnibus fortuna meretur. Quin et venatui gnavus incumbebat, lubensque quotidie feras insequebatur. Clementissimus vero ac benignissimus Deus, qui semper dignos servos vocet, ejus minime beneficentiam despexit, aut benignum ac mitem, Deoque dignum animum, insani idolorum cultus tenebris obductum, mercedis vacuum, ac indonatum relinquendum duxit, Sed juxta quod scriptum est: *In omni gente qui timet Deum, et operatur justitiam, acceptus est illi* [30], ad ipsum quoque suavissimis visceribus salutem præstare volens, pervenit.

Ἐξελθόντος οὖν αὐτοῦ ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐπὶ τὰ

Quadam igitur die venaturus in montibus una

[30] Act. x, 35.

Digitized by Google

bis etiam qui noverunt, voluptatem creare solent, ac incitamento ad virtutem esse; sic et divini Eustathii ac sociorum vita, quoties memoriæ succurrit, compunctionis atque fidei argumentum animis religiosis exsistit.

Fuit primum Eustathius civis Romanus : generis autem nobilitate, divitiarum abundantia, gloriæ claritate, quin et corporis decora specie, fortis spiritus præstantia, ingenii subtilitate, prudentiæ copia, adeo sibi imperatorum conciliaverat animos, ut et exercitibus cum magistratu præficerent; summaque bellicæ rei solertia hostibus formidabilem, nec raro maxima adversus illos excitantem tropæa, communi magni Senatus suffragio, magnum supra omnes magistrum militiæ renuntiavissent. Porro vir bonus hac utrinque gnavus virtutis exercitator cum esset, ejus partem corpori addictiorem, crassioremque ac aspectabilem, imperatori pariter atque populis magnifice exhibebat; spiritalem autem, bonæque indolis morum animi affectionem, universorum Conditori addixerat; tametsi tunc adhuc veritatis illustrationum rudis, atque his necdum initiatus erat. Quanquam enim Græcanicis vanitatibus occupato animo, nullum tamen opus quod laudem habeat, ac Deo acceptum sit, negligebat : nempe redimendo captivos, afflictos consolando, vindicando quos violaret injuria, pauperes juvando, modisque omnibus omnes strenue demerendo, vir mirabilis, Christi humanitatem atque mandatum æmulabatur, etsi necdum fidei luce aspirantem Je-

ἡδονὴν καὶ παράκλησιν εἰς ἀρετὴν εἴωθεν ἐμποιεῖν, οὕτως ὁ Εὐσταθίου τοῦ θείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βίος ὁσάκις ἂν ἐπὶ μνήμης γένοιτο, τοῖς φιλοθέοις κατανύξεως γίνεται καὶ πίστεως ἀφορμή.

12. Sed cum prius, uti dicebam, verbis incubuisset, nec illorum vi ac usu ab errore illo inhibere posset ; consequenter jam, quæ in operibus posita est, virtutem ostendit : succinctusque lumbos mentis, atque a Jesu Christo precum instantia corrogata virtute, tum manu, acuta securi prehensa, clam omnibus, æstivo sole ac meridie, erroris stirpem radicitus exscindit. O fortem animum, robusto corpore usum ! O fervorem fidei, fulminis instar, impietatis succendentem arborem, ac velut igne impios comburentem ac absorbentem ! O constantis firmique animi audaciam, mentemque quam pro humana ratione solertiorem, una eademque actione tanta præstantem ; ac tum simul erroris organum

[a] II Tim. IV, 2.

(7) Indicare hic voluit Nicetas Zachariam, c. VII, 11, ubi versio Vulgatæ habet « scapulam recedentem ; » quod Combefisius vertit « dorsum insanum » contendens, quod verbum Græcum παραφρονεῖν proprie significet « insanire. »

(8) Χλευάζειν est « irridere » quod Combefisius vertit « naso suspendere, » id proprie est « vafre ac subdole irridere, » quod Græci simplici verbo dicunt μυκτηρίζειν. Phrasis hæc satis communis est apud veteres, uti inter alios patet ex Horatio in sermonibus, ubi ait : « Naso suspendis adunco. » Plura de hac expressione videri possunt apud Paulum Manutium in *Adagiis*.

Digitized by Google

tollentem, eosque qui immedicabiliter illo affecti erant, confundentem, nec non plures, quibus error non sic alte inoleverat, emendantem, ad veritatem, ducem, Deoque suo gloriam rependentem : quin et horum demum præmio, clarissimi etiam martyrii laurea decorantem.

13. Ubi igitur sacerdotes, constitutum arbori sacrificium redditurl, advenissent, excisamque ac humi propudiose illisam conspexissent, primum quidem attoniti hærebant, longe maximo stupore, ut par est, perciti. Sic enim comparatum, ut quod præter omnem exspectationem accidit, animum stupore afficiat atque percellat, ac siquidem illud bonum exstiterit, hilaritatis impleat ac jucundissime habeat, sin vero malum, mœstitia animique dolore repleat. Ac si quidem eo auctore evenerit, qui nulli ipse noxæ obnoxius sit, dirum merito cruciatum animo infert, donec quibusdam cum rationibus deliniri contigerit. Detecto autem auctore, eoque noxæ obnoxio, quidquid doloris erat animique cruciatus derepente in iram furoremque transit, non prius liberos sinens quos incesserit, merito videatur, vindictam pœnamque rependerint.

14. Hoc et illis cum ita evenisset, primum quidem quis tantæ eis cladis auctor exstitisset, animis exquirebant. Tum paulatim animo recolentes quanta Hyacinthus hortatus esset ac increpasset; secumque cogitantes, nullius plane alterius id opus esse, quam ejus qui et hostiarum perceptionem ut sceleratam abominaretur, et in eos qui offerrent etiam atque etiam inveheretur, verbisque deterreret; uno omnes in eum irruunt impetu; suumque more dentes acuunt, ac quodvis tandem corporis membrum, quidquid denique cuivis occurreret, arma adversus Sanctum arripiunt. O quomodo opportune sanguinariam illam impressionem narraverim! Lingua sacrilegum, cruentum, impium (quin potius, deicidam) maledicto jactabant, ore despuebant : calcibus, pugnis insilientes, crinibus trahebant : humi distrahebant, cædentes lignis ac lapidibus : sicque injuriarum omni genere atque verberum exsatiati, civitatis præsidi (9) eum adhibuerunt.

15. Stabat itaque Sanctus, totum mente Christum indutus, omni in eum intenta mentis acie. Ex adverso vero stantes viri sanguinum ac dolosi, fortiter accusabant. « Nobis, aiebant, præses, una ob oculos gratia, una bona faustaque exspectatio, Deus ipse conspicuus ac spectabilis erat; alta, pulchra, venusta lateque expansa frondium coma : nempe foliis umbraculum præbens variisque leporibus civitatem nostram recreans oblectansque. Is, quanquam arbori per omnia similis existimabatur, admirabili tamen decore et gratiis cunctis stirpibus eminebat; sed et vis quædam efficax ac vivens illi

A καὶ μίαν πλείω κατορθούσης καὶ ὁμοῦ τό τε τῆς ἀπάτης ὄργανον ἐξαναιρούσης, καὶ τοὺς ἀνιάτως τούτῳ προσπάσχοντας καταισχυνούσης· πολλοὺς δὲ διορθούσης, οἷς μὴ κατὰ βάθος τὰ τῆς πλανήσεως ἐντέτηκε· πρὸς τὴν ἀλήθειαν δὲ ποδηγούσης, καὶ τὸν οἰκεῖον δοξαζούσης Θεόν· ναὶ μὴν διὰ ταῦτα, καὶ λαμπροτάτῳ καταγλαΐζομένης μαρτυρίῳ.

ιγ'. Ἐπεὶ γὰρ ἦκον οἱ ἱερεῖς τὴν νενομισμένην τῷ δένδρῳ θυσίαν ἀποδώσοντες, ἐκκοπὲν δὲ τοῦτο καὶ κατὰ γῆς ἀτίμως εἶδον καταῤῥαγέν, πρῶτον μὲν ἀπηνεοῦντο, θάμβει πολλῷ, κατὰ τὸ εἰκός, περιεχόμενοι· οἶδεν γὰρ τὸ παρὰ προσδοκίαν συμπῖπτον ἐκπλήσσειν τὴν ψυχήν, καὶ ἀγαθὸν μὲν ὄφθεν, ἱλαρότητος καὶ εὐθυμίας ἀναπιμπλᾷν, κακὸν δὲ, σκυθρωπότητος καὶ δυσθυμίας· καὶ εἰ μὲν ἐξ ἀνευθύ- B νου τοῦτο συμβέβηκεν αἰτίας, δεινὴν, κατὰ τὸ εἰκός, ἐνσκήπτειν τῇ ψυχῇ τὴν ὀδύνην, ἄχρις ἂν ἐπινοίαις τισὶ παρηγορηθῇ· περιφανοῦς δὲ τοῦ αἰτίου καὶ ὑπευθύνου καθεστῶτος, εἰς ὀργὴν ἐξαπίνης τὰ τῆς λύπης μετεσκεύασται, οὐ πρότερον ἀνεῖσαν τοὺς ὀργιζομένους, πρὶν ἢ τῷ λελυπηκότι τὴν τῆς ἀντιλυπήσεως ἀξίαν ἀντεπάγωσι ποινήν.

quin illi qui injuriam fecit, quanta pro facinoris

ιδ'. Τοῦτο κἀκεῖνοι παθόντες, πρῶτον μὲν τὸν αἴτιον αὐτοῖς ταύτης ἀνεσκοποῦντο τῆς συμφορᾶς· ἔπειτα τῶν Ὑακίνθου κατὰ μικρὸν εἰς ἀνάμνησιν ἤκοντες νουθεσιῶν, καὶ κατανενοηκότες ὡς οὐδενὸς ἂν εἴη ἄλλου τὸ ἔργον, ἢ τοῦ καὶ τῶν θυσιῶν τὴν μετάληψιν ὡς ἐναγῆ μυσαττομένου, καὶ θυσιάζουσιν ἐπιτιμῶντος ἢ προσωχθηκότος, ὁρμῶσι μὲν ὁμόσε κατ' αὐτοῦ πάντες· συῶν δὲ τρόπον τοὺς ὀδόντας θή- C γοντες, καὶ πᾶν μέλος τοῦ σώματος αὐτῶν, καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν ἑκάστῳ ὅπλον κατὰ τοῦ Ἁγίου ποιούμενοι (ὦ πῶς ἂν καιρίως τὴν φοινικὴν ἐκείνην ἐπίθεσιν ἐξηγησαίμην;), τῇ γλώττῃ μὲν τοῦτον ἱερόσυλον, μιαιφόνον, ἄθεον, μᾶλλον δὲ θεοκτόνον ἐλοιδοροῦντο, τῷ στόματι δὲ κατέπτυον· καὶ τοῖς ποσὶ λάξ, ταῖς χερσὶ δὲ πυξ ἐναλλόμενοι, εἶλκον τῶν τριχῶν, ἐσπάρασσον κατὰ γῆς, τοῖς ξύλοις παίοντες, τοῖς λίθοις βάλλοντες, καὶ οὕτω παντοδαπῶς αὐτὸν αἰκισάμενοι, τῷ τῆς πόλεως ἡγεμόνι παρεστήσαντο.

ιε'. Εἱστήκει δὲ ὁ Μάρτυς, ὅλον νοερῶς ἐνδεδυμένος Χριστὸν, ὅλην πρὸς αὐτὸν ἀνατείνων τοῦ νοῦ τὴν ῥοπήν· ἐξ ἐναντίας δὲ τούτου ἄνδρες αἱμάτων D καὶ δολιότητος ἱστάμενοι, εὐτόνως κατηγόρουν. « Ἡμῖν, λέγοντες, ὦ ἡγεμὸν, μία μὲν χάρις ἐν ὀφθαλμοῖς, μία δὲ προσδοκία ἀγαθὴ ὁ περίβλεπτος ὑπῆρχε Θεός· ὁ ὑψίκομος, ὁ εὔκομος, ὁ πανώραιος καὶ εὐθαλής· ὁ τοῖς φύλλοις περισκέπων, καὶ ἀγλαΐαις ποικίλαις τὴν ἡμετέραν πόλιν ψυχαγωγῶν καὶ ἀνακτώμενος· ὃς εἰ καὶ δένδρῳ παρεμφερὴς νενόμισται, ἀλλὰ πάντων ταῖς θαυμασταῖς ὡραιότησιν ὑπεξῄρηται φυτῶν· ἀλλὰ καὶ δύναμις ἐνεργὸς καὶ ζῶσα τούτῳ

(9) Præsidis nomen exprimitur in Menologio Sirleti, Martyrologio, ac mss. nostris Græcis; sed ubique cum aliquo discrimine, ut notavi (not. 1).

Digitized by Google

παρεδρεύουσα οὐκ ἔστιν ὄντινα τῶν αὐτῷ προσιόντων οὐ λαμπραῖς ἐφιλοτιμεῖτο εὐεργεσίαις· ἄφνω δὲ τοῦτον οὗτος ὁ ἀπονενοημένος ἐξέτιλε γέρων· τῆς πόλεως ἀπέκειρε τὴν χαρμονήν, τῆς χώρας ἡμῶν ἐξέτεμε τῇ ἀξίνῃ τὸ γαυρίαμα· διὸ καὶ τῷ σῷ βήματι τοῦτον παρεστήσαμεν, τῆς θεομαχίας ἀξίας ἐκτινύντα δίκας. »

A assidens, quisquis ad eum accederet, præclaris beneficiis ac muneribus magnifice donabat. Hunc momento dementatus hic senex evulsit : civitatis gaudium excidit, provinciæ nostræ gloriationem securi amputavit. Idcirco etiam tuo ipsum tribunali stitimus, ut impietatis læsique numinis condigna ultione pœnis subjiciatur. »

ις'. Ἐνδοθέντος δὲ τῷ Ὑακίνθῳ τὰ καθ' αὑτὸν ἀπολογεῖσθαι, « Ἐγὼ μὲν, εἶπεν ὑπολαβών, ὦ κράτιστε ἡγεμὼν, τὸ δένδρον ἐκκεκοφέναι τοῦτο συνομολογῶ· καὶ οὔ πως ἂν δυναίμην τὸ ἀληθὲς ἀρνεῖσθαι· οὐ κακονοίᾳ δὲ τοῦτο πεπραχέναι· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ὑπερβάλλον τῆς πλάνης οὐκ ἔστεργον ὁρᾷν, ὅτι ἄνθρωποι τετιμημένοι λόγῳ, τὸν ἴδιον πλάστην, καὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς ἁφέντες τὸν ποιητὴν, τὸ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων ἐλαχιστότερον θεοποιοῦντες λελατρεύκασι. Τί γὰρ τοῦ ἀπὸ γῆς ἀναδιδομένου σήμερον ξύλου, καὶ πολλῶν ξύλων ἀτιμοτέρου καὶ φαυλοτέρου, ὡς ἀκάρπου, ἢ κακοκάρπου, καὶ μετ' ὀλίγον εἰς πῦρ βαλλομένου, ταπεινότερον; Τοῦτο γοῦν ὁρῶν προσκυνούμενον, καὶ πλεῖστα τῆς ἀνθρωπίνης ἀγνοίας κατεγνωκὼς, καὶ φιλανθρώπως ἐζηλωκὼς, ἐπεὶ μὴ οἷός τε γέγονα λόγοις τῆς σαθρᾶς ἐλπίδος ἀποστῆσαι, ἔργῳ τούτους πείθω λοιπὸν, ὡς οὐδεμίᾳ τῷ ἀναισθήτῳ δύναμις, οὔτε πρὸς κακοποιΐαν, οὔτε πρὸς εὐεργεσίαν οὐδενὸς, καὶ τῆς ὀλεθρίας πλάνης τὴν πρόφασιν περιελόμενος, ὁδοποιεῖν μοι πάντας δοκῶ πρὸς θεοσέβειαν, ὥστε τὸν τῶν ὅλων ἐπιγνόντας Θεὸν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, αὐτῷ προσκυνεῖν, αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

16. Facta vero Hyacintho pro seipso satisfaciendi licentia, « Ego sane, respondit, optime præses, excidisse me arborem confiteor, nec possim unquam veritatem negare. Nullo tamen malo animo aio me rem hanc præstitisse, sed qui erroris exsuperantiam videre non sustinerem ; homines scilicet ratione ornatos, eo omisso, qui formavit, cœlique ac terræ conditor exstitit, rerum ipso auctore in rerum natura exstantium infimam, deitate donatam, divinis auxisse honoribus, ac illi servisse. Quid enim, amabo, ea humilius arbore, quæ hodie e terra surgens, multis longe arboribus ignobilior sit ac deterior, ut quæ infructifera, aut malorum ferax fructuum, paulo post in ignem mittatur ? Hanc itaque coli ac adorari videns, ac quam ægre humanam eam amentiam ferens, humanioreque affectu æmulatus, quod verbis non licuit, ut a frustranea eos spe avocarem, opere jam fidem facio ac suadeo, nullam rei inesse vim, ut vel maleficii aliquid irroget, aut beneficii præstet, quæ ipsa omni sensus vi prorsus destituatur ; sublatoque exitiosi erroris prætextu, præire omnibus ad pietatem, videor, ut universorum agnito Deo, ejusque unigenito Filio, Domino nostro Jesu Christo, eum adorent, ipsique soli serviant in Spiritu sancto (10). »

ιζ'. Ἐπεὶ τούτων ἀκοῦσαι τὸν ἡγεμόνα τῶν ῥημάτων, πρῶτον μὲν κατὰ γῆς αὐτὸν ἐκταθέντα, ξύλοις ἀγρίοις μαστιγοῦσθαι διετάξατο. Ἐπὶ πολὺ δὲ τὰς σάρκας ξαινομένου, καὶ τὰ ὀστᾶ θλωμένου, καὶ τῷ αἵματι βάπτοντος τὴν γῆν· οὐδεμίαν δὲ φωνὴν ἀφιέντος· ἡσυχῇ δὲ πρὸς τὸν Κύριον ἐξέστω τὸς Ἰησοῦν, καὶ ἀνεκλαλήτοις αὐτῷ προσευχαῖς ἐντυγχάνοντος· καὶ εὐμαρῶς τὰς αἰκίας ὑποφέροντος, ὁ δῆμος ἐπεφώνει· Κάλει τὸν δήμιον, ὦ ἡγεμὼν, κάλει τὸν τοὺς ὀδόντας ἐκριζώσοντα· ὥσπερ οὗτος ἐξέκοψε τὸν ἡμέτερον Θεὸν, οὕτως αὐτοῦ οἱ ὀδόντες ἐκκοπτέσθωσαν, σιδηρᾷ λαβίδι ῥιζόθεν ὀρυττέσθωσαν. Καὶ ταύτης ἐπ' αὐτῷ πέρας τῆς ἀποφάσεως λαβούσης, οὐδ' οὕτως οἱ ἐμβρόντητοι δῆμοι τῆς μανίας καθυφίεσαν· αὖθις δὲ τοῦτον δεσμούμενον, τρόπον δένδρου κοπέντος, σπαράσσεσθαί τε καὶ σύρεσθαι κατὰ τῆς γῆς ἐδόων· ἐξελκόμενόν τε τῆς πόλεως, ἐκκεντᾶσθαι καλάμοις ὀξέσι, καὶ λίθοις καταλεύεσθαι. Ἐπεὶ δὲ πᾶσα τέλος ἐπ' αὐτῷ ἡ μιαιφόνος εἴληφεν ὁρμὴ καὶ βουλὴ, τὸν μὲν οὕτως ἀνηλεῶς κατακίσαντες, καὶ ἄχρις ὀφρύος τοῦ ὄρους ἐξελκύσαντες, ἀπὸ κεφαλῆς δὲ μέχρι ποδῶν ἓν τραῦμα τοῦτον ἀπο-

17. Hæc præses verba ubi inaudiit, primum humi distentum, virgis agrestibus cædi imperat. Cumque diu multumque illius carnes dilacerarentur, ossâque contunderentur, ac terra cruore madesceret, nec ille ullam mitteret vocem, sed silentio in Dominum Jesum excederet, tacitisque precibus ac votis illi supplicans, placide verberum dehonestamenta sufferret, populus clamabat : Voca, præses, carnificem ; voca qui dentes evulsurus sit. Quemadmodum iste Deum nostrum succidit, illius excidantur dentes, ferrea forcipe radicitus effodiantur. Eaque demum ferali sententia in eo exercita atque expleta, ne sic quidem perciti populi furoris quidquam remiserunt. Rursus vero vinctum, arborisque in modum concisæ, discerpendum humique raptandum, occinebant : urbe denique extractum, acutis sufligendum arundinibus ac lapidibus obruendum. Postremo, ubi omnis ille cruentus impetus consiliumque in eo finem acceperat ; sic dire verberibus affectum ac dehonestatum, atque ad montis usque supercilium extractum, unoque a vertice ad imos pedes vulnere

(10) Hæc expressio in quibusdam Græcis suspecta est; imo ob eam Basilius in suspicionem vocatus fuit. Hic tamen loquendi modus viris probe catholicis usitatus est, quo significare volunt Spiritum sanctum, ut amorem ac nexum Patris et Filii.

Digitized by Google

detritum ac deformatum, factumque emortuum, appetente jam vespere, devorandum bestiis reliquerunt.

18. Quid igitur Dominus? Suine famuli neglexit curam? Aut ejus more, qui sibi ipse vitam adimat, dimisit mori? Vel occulta ac mente tenus solum apparitione donavit? Minime gentium. Porro jam nox erat, ac terram sol subierat, cum ecce verus Sol lucis filio oritur; ac circa eum multitudo cœlestis militiæ, ac Domini claritas, ut evangelicis vocibus utar, circumfulsit eum [8]. Tum ille, quasi ex alto emergens somno, divinamque circa se sentiens apparitionem, atque mox omni solutus dolore omnique compunctione, ac inenarrabili gaudio repletus, rectus in pedes stetit, tanta remissione, tanto robore, ac si ne ullum quidem tormentorum periculum fecisset.

19. Statim vero vir beatus, flexo ad Deum genu, ac puras in cœlum manus levans, animi exsultatione dulcibusque lacrymis, Domino confitebatur, etiam atque etiam gratias agens, ejus constantiæ nomine, cujus ad eam usque horam specimen exhibuisset; rogans ut in ea confessione agonem consummaret; animusque repositam martyribus requiem consequeretur, nec corpusculum ærumnis multis ac laboribus tormentisque consumptum, honesto ad quiescendum loco destitueretur: ac vero custodiam ac præsidium in ævum civitati fore precatus est, omnis generis morborum præsentem medicinam, omniumque procul malorum averruncationem. Impietate in Deum laborantibus, salutem, quæ per fidem est, votis deprecatur; peccatoribus, ut pœnitentia convertantur: magistratibus, ut justitiam teneant; subditis, ut obedientiam, divitibus, ut propensos in eleemosynam mores habeant: pauperibus, ut patientiam servent ac sustinentiam; gaudentibus, ut gratias agant; his qui in ærumna sunt, ut levamen ac consolationem obtineant; navigantibus, ut felici navigatione utantur; iter habentibus, ut iter fauste conficiant; his qui in bello versentur, victoriæ tropæa; qui denique in pace agant, ut omnem strenue pietatem ac justitiæ opera colant. Christi æmula bonitate, cunctis bona ac utilia apprecatur, ut perfectus Christi discipulus. Ut patriæ amans, patriæ, ut ab omni tuta periculo sit omnique hostium grassatione liberetur; iis præsertim, qui illius sincere memores fuerint, ac reliquiarum loculo accesserint, ædificiis præstiterint, canticis oblationibusque acceperint. Qui se adeant, faustam omnem gratiam comprecatur ac salutare munus (11).

20. In hunc modum precatus vir divinus, diuque sacro astante angelorum choro sacre delectatus menteque recreatus, tumque tertio deiformem consignans vultum (o quæ tunc temporis locum impleverat mystica jucunditas divinarumque laudum cantica!) sanctum eis sanctus tradit ani-

δείξαντες; καὶ θανατώσαντες, ἐσπέρας ἤδη φθασάσης, θηρσὶ τὸ σῶμα κατέλιπον βοράν.

ιη'. Τί οὖν ὁ Κύριος; ἆρά γε τοῦ οἰκείου θεράποντος ἠμέλησεν; ἢ βιαθανατοῦντος τρόπον ἀφῆκεν ἀποθανεῖν; ἢ κρυφαίας καὶ νοερᾶς μόνον ἐπιφανείας ἀξιοῖ; Οὐδαμῶς· νὺξ δὲ ἤδη, καὶ ἥλιος ὑπὸ γῆν, καὶ ὁ ἀληθινὸς Ἥλιος τῷ τοῦ φωτὸς ἐπανέτελλεν υἱῷ· καὶ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου περὶ αὐτὸν, καὶ δόξα Κυρίου, εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, περιέλαμψεν αὐτόν. Ὁ δὲ, καθάπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἀνενεγκών, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν αἰσθητοῖς θεοφανείας, καὶ πάσης μὲν ἀλγηδόνος σώματος εὐθὺς ἀνεθείς, πάσης δὲ κατανύξεως καὶ ἀνεκλαλήτου χαρᾶς πληρωθείς, ἵσταται μὲν ἐπὶ πόδας, οὕτω κούφως καὶ εὐσθενῶς, ὡς μηδ' ἣν τινα πεῖραν ἀνιαρῶν εἰληφώς.

ιθ'. Εὐθὺς δὲ κάμψας ὁ Μακάριος τὸ γόνυ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τὰς ὁσίας χεῖρας ἐπάρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας καὶ γλυκεροῖς δάκρυσιν ἐξωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ· εὐχαριστῶν μὲν ἰσχυρῶς ὑπὲρ τῆς σταθερότητος, ἧς ἄχρι τῆς ὥρας ἐκείνης ἐνεδείξατο· δεόμενος δὲ ἐπὶ ταύτῃ τελειωθῆναι τῇ ὁμολογίᾳ· καὶ τὴν ψυχὴν μὲν τῆς ἀποκειμένης τοῖς μάρτυσιν ἀναπαύσεως μετασχεῖν· τὸ πολυπαθὲς δὲ σωμάτιον σεμνὸν τόπον εἰς κατάπαυσιν λαχεῖν· φυλακτήριον δὲ τοῦτο τῇ αὐτοῦ πόλει προσηύξατο δι' αἰῶνος; χρηματίσαι· νόσων τε παντοδαπῶν ἰατήριον καὶ πάντων ἀλεξητήριον κακῶν. Προσηύξατο τοῖς εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβοῦσιν τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι τὴν διὰ μετανοίας ἐπιστροφὴν, τοῖς ἄρχουσι δικαιοσύνην· εὐπείθειαν τοῖς ἀρχομένοις, τοῖς πλουσίοις τρόπον ἐλεήμονα, τοῖς πένησιν ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν, χαίρουσιν εὐχαριστίαν, λυπουμένοις παραμυθίαν, πλέουσιν εὐπλοΐαν, ὁδοιποροῦσιν εὐοδίαν, τοῖς ἐν πολέμῳ τρόπαια νίκης, τοῖς εἰρηνεύουσι συντονίαν πρὸς πᾶσαν εὐσέβειαν καὶ δικαιοπραγίαν. Πᾶσιν ἐπεύχεται Χριστομιμήτῳ χρηστότητι τὰ χρηστὰ καὶ λυσιτελῆ, ὡς τέλειος Χριστοῦ μαθητής· ὡς φιλόπατρις, τῇ πατρίδι τὴν ἀπὸ κινδύνου παντολύτρωσιν· μάλιστα δὲ τοῖς γνησίως αὐτοῦ μνημονεύειν μέλλουσι, καὶ τῇ τῶν λειψάνων θήκῃ πελάζουσιν οἰκοδομαῖς τε χαρίζεσθαι, ὕμνοις τε καὶ θυσίαις δεξιοῦσθαι· τούτῳ προσιοῦσι, πᾶσαν δεξιὰν χάριν καὶ σωτήριον ἐπεύχεται δωρεάν.

κ'. Οὕτω προσευξάμενος ὁ θεῖος ἀνὴρ, καὶ ἐπὶ πολὺ τοῖς παρεστῶσι τῶν ἱερῶν ἀγγέλων ἱερῶς συνηδόμενος, καὶ νοερῶς κατατερπόμενος, εἶτα τρίτῃ σφραγῖδι τὸ θεοειδὲς πρόσωπον σημειωσάμενος (ὦ τῆς τότε τὸν τόπον ἐκεῖνον πληρωσάσης μυστικῆς θυμηδίας καὶ δοξολογίας), τὴν ἁγίαν αὐτοῖς ὁ ἅγιος παρα-

[8] Apoc. xxi, 23.

(11) Diximus alias non placere nobis illam martyrum viventium curam, qua de corpore et reliquiis suis sunt solliciti, quidquid hic in notis suis id explicare nitatur Combefisius. Atque hinc suspicor, hunc esse Græcum Nicetæ rhetoris ornatum.

Digitized by Google

τίθεται ψυχήν. Ταύτην μὲν οὖν εὐθὺς ὁ παράδεισος εἶχε τοῦ Θεοῦ, τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης ἀνεφθέγκτῳ χαρᾷ προσιοῦσαν, καὶ πανευαγῶς αὐτῷ προσκυνοῦσαν, καὶ τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ τῇ Δεσποτικῇ καταστεφομένην δεξιᾷ· ταύτην αἱ νοεραὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν Δυνάμεις ἐπῄνεσαν, καὶ ὡς νικηφόρον ἢ Χριστοφόρον ἑαυταῖς προσφκειώσαντο. Ταύτην ἀπόστολοι μὲν, ὡς ἀποστολικώτατα βιώσασαν, ἀσμενέστατα [ἀσμενέστατα] δεξιούμενοι περιεπτύξαντο· Μαρτύρων δὲ χοροὶ ἱεροὶ, ὡς οἰκεῖον αὐτῶν μέλος, καὶ τὸ τιμιώτατον ἀποδεχόμενοι τῶν μελῶν· καὶ τῷ πνεύματι συναρμολογοῦντες ἑαυτοῖς καὶ συμβιβάζοντες τῆς αὐτῆς αὐτοῖς δόξης καὶ μακαριότητος μέτοχον δι' αἰῶνος ἐκληρώσαντο· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ προφητῶν καὶ ἁγίων θίασοι πάντων, ὡς τῆς ἴσης αὐτοῖς ἁγιότητος ὑπερβαλλόντως μετέχουσαν ὁρῶντες, τὴν αὐτῆς ἀνάλυσιν καὶ ἐνδημίαν πρὸς τὸν Χριστὸν, λαμπρὰν ὅτι μάλιστα καὶ θεοπρεπεστάτην συνεκρότησαν ἑορτήν.

A mum. Hunc vero statim Dei paradisus habuit, Regi gloriæ, nulla verborum vi explicabili gaudio, accedentem, eique religiosissimo habitu cultum adhibentem, atque incorruptionis coronam Dominica dextera suscipientem. Hanc cœlestium potestatum mentes omnes laudaverunt, ac velut victoriæ tropæa, aut Christum ferentem, suis domesticam cœtibus asciverunt. Hanc et apostoli, quæ apostolicis præclarissime muneribus vitam egerit, placidissime accipientes complexi sunt. Sacri martyrum chori, velut proprium ipsorum membrum recipientes membrorumque nobilissimum, ac sibi ipsis spiritu concinnantes ac committentes, ejusdem sociam gloriæ ac beatitudinis in ævum nacti sunt. Neque id modo, sed et prophetarum sanctorumque omnium chori velut paris illis sanctitatis gratiis eximie auctam conspicientes, ejus ad Christum solutionem ac emigrationem, claram maxime divinissimamque festivitatem ac tripudium celebrarunt.

B

κα'. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον ἡ τρισολβία ψυχὴ τὰς τοῦ οὐρανίου Πατρὸς κατακληροῦται μονάς· ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο καὶ ἀθλοφορικὸν σκῆνος, ἢ οὕτως εἰς γῆν πεσὸν παρεώραται, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς μάρτυρας τετίμηται· ὥσπερ δὲ τέρασι μείζοσι καὶ ἀφθονωτέροις ἰάμασιν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πεφιλοτίμηται, οὕτω καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων τιμαῖς, ἁπάντων ὀλίγου δεῖν τῶν ἀθλοφορικῶν σωμάτων τὸ ἐπιδοξότατον ἠνέγκατο. Τότε μὲν γὰρ αὐτοῦ που πλησίον τῆς πόλεως γῆς βάθεσιν ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων ὁ πολύτιμος ἐντίμως καταχωσθεὶς θησαυρὸς, οὐμενοῦν ἀφικτὸς ἦ τινι γέγονεν ἐξ ἐκείνου θεωρητὸς, οὐ μὴν ταῖς ἀγαθουργίαις τῶν αὐτοῦ θαυματοποιῶν οἷός τε γίνεται λαθεῖν· ἀλλ' ἐκτενεστάταις μὲν ἱκεσίαις τὸν Κύριον ἔνδον ὁ ἀθλοφόρος ἱλεούμενος, ἔξω δὲ ταῖς ἐπὶ τοῦ τάφου τελουμέναις ἑστίαις δυσωπῶν, καὶ τοιούτοις πάλαι τὴν αὐτοῦ πόλιν ἐξ ἀπιστίας εἰς ὀρθότομον πίστιν καὶ ἀνυπόκριτον μετάγων, οὐδὲ μέχρι τοῦ νῦν ὁ θαυμάσιος διαλείπει. Λέγεται γὰρ, ὃ καὶ ὁρώμενον πιστεύεται, ὅτι ἑκάστης τοῦ ἐνιαυτοῦ περιτροπῆς τὴν τοῦ ἁγίου μνήμην ἐπαγούσης, δέησις περὶ τὸν ἱερὸν τάφον, ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ παντὸς ἀναπέμπεται λαοῦ· ἄφνω δὲ χοῦς ἐν ἤχῳ τινὶ ξένῳ καὶ ῥοιζήματι πνεύματος ἐκ τοῦ βάθους κάτωθεν ἀναδίδοται ἢ ἀναῤῥιπίζεται, οὕτως σφοδρῶς ἐκφυσώμενος, ὡς καὶ τοὺς περὶ τὸν τάφον κειομένους λαμπτῆρας, τῇ ἐπιπνοίᾳ κατασβέννυσθαι· αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ τάφου στόμα, καὶ τὴν καλύπτουσαν λαρνακοειδῶς εἰκοδομίαν, ἀνάμεστα τοῦ ἱεροῦ χοὸς, καὶ τῆς τιμίας ταύτης κονίας εὐθέως ἀποδείκνυσθαι.

21. In hunc itaque modum ter beata anima cœlestis Patris mansiones sedesque consequitur: at neque sacrum illud ac triumphale tabernaculum, vel sic in terram cadens spretum est, vel pari martyribus reliquis honore decoratum: sed sicut majoribus prodigiis uberioribusque sanitatum gratiis Christi munere honestatum est, sic et humanis honoribus ac obsequiis, cunctis fere victoria inclytorum martyrum corporibus majori gloria illustrius habitum. Ac tum quidem illic loci prope civitatem aggesto tumulo pretiosus thesaurus fidelium manibus honorifice conditus est: ac quanquam inaccessus, nullique eo ex tempore re conspectus est, per ejus tamen mirabilium operum beneficia munera haud fieri poterat ut lateret. Quin jugibus contentisque supplicationibus intus Dominum martyr triumphalis placans, forisque in sepulcri memoria sanitatum munere permovens, hisque olim suam civitatem ab infidelitate ad rectam sinceramque fidem traducere, hactenusque vir admirandus non cessat. Aiunt enim (cui rei et ipse visus præstat fidem) vertente anni tempestate, qua ejus celebris memoria agitur, sacratæ plebis circa sacrum tumulum obsecratione, derepente insolito quodam sonitu, flatusque stridore ex imis sursum pulverem erumpere (12) seu exsufflari tanta vehementia, ut et tumulo circumpositas accensas faces spiratione exstinguat; ipsumque tumuli os, urnæque in modum operientem fabricam, sacro pulvere pretiosoque cinere confestim adimpleat.

C

D

κβ'. Ἄξιον καὶ τοῦτο τῇ ἱστορίᾳ παραδοῦναι, ὡς οὐ πρὸ πολλῶν τούτων ἐτῶν, τῆς ἐτησίου κονίας ἀναβραττομένης, καὶ τὸν μέγαν τῆς χειρὸς δάκτυλον τοῦ θαυμαστοῦ Μάρτυρος κάτωθεν συναναβῆναι,

22. Dignum vero et istud commentario consignare; ante nimirum non multos hos annos (13), annuo pulvere erumpente ac ebulliente, dextræ quoque admirandi martyris majorem digitum una

(12) Idem fere miraculum narratur de sepulcro S. Raymundi de Pegnaforti, uti dictum est ad diem 7 Januarii in ejus Actis, cap. 8.

(13) Hinc patet, cultum ejus Amastride adhuc floruisse sæculo nono.

Digitized by Google

ascendisse, ita integrum sanumque, ac si vivente recens dextera amputatus esset. Sic vero ascendisse arbitror, ut sancti eo loco corpusculi depositionis certiorem faceret fidem, et ad templi fabricam fideles animaret. O sanctum pulverem in sancti pulvere imbutum sanctitate, qui universo populo distribuaris, parique cum sancto corpore virtute polleas! O pulvis, natura quidem terrenus, at cœlestis virtute atque potentia! Pulvis nimirum, mannæ, quod olim e cœlo pluebat, gratia venerabilior, sanctimonia religiosior, virtute potentior efficaciorque. Nam illud quidem ad alenda corpora ac conservanda cœlo pluebat; hic vero, non solum ad corpora (a frigoris maxime æstusque tabe) curanda, verum etiam ad abundantem animis firmitatem præstandam ac illustrationem.

23. At, o martyrum omnium decus inclytum, fidelium gloriatio contritioque infidelium! O venerandæ patriæ bona stirps, imo vero stirps sancta, suo munere pravam patriam in bonitatem vertens, impuramque castam reddens ac sanctam, inhonoramque honorans! Stirps pretiosa cœlestisque Patris tui vere plantatione digna, quasi palma, jugi virtutum flore vernans, ac quasi cedrus secus aquas, infinitis sanitatum fructibus exuberans! O lapis pretiose vereque summo angulari digne lapide! Lapis, cui nomen cum Hyacintho commune (14); illo, inquam, Hyacintho, qui undecim pretiosis lapidibus, utrinque ordine digestis, annexus, summi pontificis rationale judicii una componit! Lapis sancte, qui juxta Isaiam super terram volvaris, Amastridis murus vallumque; sive potius turris coronaque, omnes hostium capiendis urbibus machinas, arietes, catapultas, balistas aliaque propellens! Paphlagonum alta sublimitas eximiusque decor, imperii corona, sacerdotii laus ac gloriatio, nostrorum, quæso, etiam suscipere digneris sermonum primitias; ac vel si nihil tua dignum magnificentia exhibeant, prorsus tamen tibi charissimas, quod e vicinio fructus exsistant. Ac reliquis quidem, quæ illis prius a summo omnium Rege precatus es, præstare ipse ne cessaveris, quippe cui facultas non desit, quam inde acceperis: vicinis autem atque civibus, uti magis tibi fide ac charitate consertis, majorem bonorum Dei munerum copiam subministra, in Patris et Filii et Spiritus sancti gloriam, in sæcula sæculorum. Amen

A οὕτως ἄρτιον καὶ ὁλόκληρον, ὡς ἄρτι τῆς αὐτοῦ ξώσης ἀφαιρεθέντα δεξιᾶς· ἀνέδη δὲ, πίστιν τε, οἶμαι, τελειοτέραν παρεχόμενος, τῆς ἐνταυθοῖ τοῦ Ἁγίου καταθέσεως, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ διεγείρων τοὺς πιστοὺς κατασκευήν. Ὦ χοῦς ἅγιος, ἐν τῷ τοῦ Ἁγίου ἁγιαζόμενος χοΐ, καὶ παντὶ τῷ λαῷ διαδιδόμενος, καὶ τῷ ἁγίῳ ἴσα σώματι δυναμούμενος. Ὦ χοῦς, τὴν φύσιν μὲν χοϊκὸς, οὐράνιος δὲ τὴν δύναμιν· χοῦς, τοῦ οὐρανοῦ πρώην ὑομένου μάννα τὴν χάριν αἰδεσιμώτερος! τὸν ἁγιασμὸν σεβασμιώτερος, τὴν δύναμιν δραστικώτερος· τὸ μὲν γὰρ εἰς σωμάτων ὕετο θρέψιν τε καὶ συντήρησιν· ὁ δὲ, οὐκ εἰς σωμάτων θεραπείαν μόνον, ψύχους τε μάλιστα καὶ καύσωνος μαρασμοῦ, ἀλλὰ καὶ εἰς διαρκῆ ψυχῶν στηριγμὸν καὶ φωτισμόν.

B

κγ'. Ἀλλ', ὦ πάντων μαρτύρων ὡράϊσμα, πιστῶν δὲ ἀγαλλίαμα, ἀπίστων δὲ σύντριμμα· ὦ πατρίδος σεμνῆς ἀγαθὸν φυτόν· μᾶλλον δὲ φυτὸν ἅγιον, τὴν πονηρὰν ἀγαθύναν δι' ἑαυτοῦ πατρίδα, καὶ τὴν ἄναγνον ἁγνίσαν, καὶ τὴν ἄτιμον τιμῆσαν· φυτὸν τίμιον, καὶ τῆς τοῦ Πατρός σου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς φυτείας ἀληθῶς ἄξιον, ὡς φοίνιξ ταῖς ἀειθαλέσιν ἀνθῶν ἀρεταῖς, καὶ ὡσεὶ κέδρος παρ' ὕδατα τοῖς ἀπείροις τῶν ἰαμάτων πληθυνόμενος καρπῶν! Ὦ λίθε τίμιε, καὶ τοῦ ἀκρογωνιαίου τῷ ὄντι ἐπάξιε· λίθε, τῷ Ὑακίνθῳ ὁμώνυμε· ἐκείνῳ, τῷ τοῖς ἑνδεκα συστοίχοις τιμίοις συνηρτημένῳ λίθοις, καὶ τὸ λογεῖον τῆς κρίσεως τοῦ ἀρχιερέως συγκατασκευαζομένου τοῦ μεγάλου· λίθε ἅγιε, κυλιόμενε ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, τῆς Ἀμάστρας τὸ περιτείχισμα καὶ περίφραγμα, μᾶλλον δὲ πύργωμα καὶ στεφάνωμα, πάσας ἑλεπόλεις καὶ μηχανὰς ἀποκρουόμενον ἐχθρῶν· τῶν Παφλαγόνων τὸ ὕψωμα καὶ καλλώπισμα τῆς βασιλείας ὁ στέφανος, τῆς ἱερωσύνης ὁ ἔπαινος καὶ τὸ καύχημα, δέχοιο καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων ἀπαρχὴν λόγων· καὶ εἰ μηδὲν τῆς σῆς ἄξιον μεγαλοπρεπείας ἐπιφαίνουσαν, ἀλλὰ φίλην γέ σοι πάντως οὖσαν, τῷ ἐκ γειτόνων εἶναι καρπὸν, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσιν, ἃ πρὸς τοῦ Παμβασιλέως πρότερον ἐπηύξω, μὴ διαλίπῃς αὐτὸς ἐνεργῶν· δύνασαι γὰρ ἐκεῖθεν λαβών· τοῖς γείτοσι δὲ καὶ πολίταις, ὡς μὲν ἀνηρτημένοις τῆς πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς σῆς, πλείω τῶν ἀγαθοδώρων Θεοῦ ἀγαθῶν τὸν περιουσιασμὸν ἐπιχορήγησον, εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

C

D

ORATIO XX.

Laudatio magni Gregorii, Constantinopolitanæ urbis archiepiscopi, cognomento Theologi (1)

Magnum Theologum laudaturus accedo, tametsi is laudibus eminet. Æquum enim; nec vero duntaxat æquum, sed ut etiam maxime deceat oratione defungi viro eloquentissimo, omnisque eloquentiæ regulæ ac magistro. Nec quod sit necesse, ut nedum ipsi, qui tantis ab illo partibus deficimus, sed et qui ad summam magnifici animi præstantiam evasisse videntur, ab eo quod est pro dignitate

(14) Satis clara hic est allusio, sicut etiam fuit in exordio, ad S. Martyris nomen, et pretiosum lapidem hyacinthum. De allusione ad flosculum ejusdem nominis jam diximus (not. 1).

(1) Ex codice Mazarinæo, Fr. Combefisio interprete, in Bibliotheca Patrum concionatoria, tom. VI, p. 616.

Digitized by Google

exerrent ; idcirco inhibendus conatus, segniusque agendum quam ut rem aggrediamur. Magnum enim ingensque est, ut vel temperate, in iis quæ maxima sunt, vim argumenti tractes : nedum ut pro operum merito exsequaris. Quia enim vero ille Dei Verbo tum genitus, tumque perfectus, viventi Deo Verbo necessitudine conjunctus est, quomodo non rationi convenientissimum, ut pro virili nostra, ac quantum assequi licet, honorem, qui ex sermonibus dicendique facultate est, illi tribuamus ? Laudetur igitur ; quippe æquum sanctumque, ut is, qui operibus ac sermonibus, quoad vita superstes fuit tuendis Verbi partibus labores, ac mœstitias nimium quantas jugesque sustinuit, laudibus quoque ex eloquentia, sermonumque vi corrogatis ceu floribus exornetur.

Porro Gregorium dico, divinæ summeque principis cognominem theologiæ ; sive, ut loquar verius, ipsam reipsa theologiam. Quemadmodum enim vera illa lux [35] pro nobis atque nobiscum orta, cum sit sapientia, et justitia, et redemptio [36], sic potius, quam ex illis deducto nomine nuncupata est. Sunt enim divina hæc nomina ejusmodi, ut præpolleant, divinisque aptiora exsistant, in quibus essentia cum operatione pariter concurrit. Sic quoque vir hic divinus, qui totam mentis vim eximiæ divinissimæque theologiæ contemperaverit, totamque eam animo intelligenti expresserit, quinimo totus ab ea comprehensus sit, velut ipsa reipsa theologia tum est, tum nominatus fuit. Qui igitur fiat, ut quæ ad illam spectat laudatio, non recto tramite ad istum evaserit ? Theologiæ autem laudatio, ipsius sit perfecte, ac quam perfectis loquuntur [37], divinæ principis sapientiæ celebratio ; cujus iste amator, qua nescio an ullus præstantia, ex eo hominum genere qui a sæculo philosophiam colere statuerunt, effectus, viasque scrutatus, atque incertorum ac occultorum [38] illius mystica sacraque ratione scientiam edoctus, sic mentis sensu, divineque interioris perfectionem hominis adeptus est, ac par erat eum adipisci, qui superna sapientia parente supremæ virtutis cultu natus erat. Velut enim divinum vehiculum, sive eximius divinissimo Verbo eximia vitæ ratione, verbique luce partus, evaserat.

Qua igitur ratione is, qui solari globo oculi vim defigit, simul quoque concretam illi lucem necessario luminum acie attingit, sic qui laudis obtentu in magnum Gregorium linguam laxaverit, Theologiæ quoque in eo sedem habentis, sive sapientiæ atque virtutis, dubio procul pariter laudes aggreditur. Hæc enim non eorum qui foris sunt sapientum typo, sed plane apostolica norma, neque Græca ambitione, sed lege evangelica scitisque ejus, contemplatione pariter ac actione, velut natura essentiaque Gregorio conserta, eique concreta apparuerunt. Parum abest, quin et hæc Gregorius dicatur totus ex toto his commistus, ut vix ab eis subtili mentis cogitatu dirimatur. Quemadmodum enim hocce aeris corpus, solis radiis fulgoribusque imbutum, totumque ex toto exsilientis inde ac emicantis splendoris corusco plenum, unam lucis plenam aream oculis repræsentat ; ita et iste, spiritalibus hisce radiis magni justitiæ Solis aciem intendens, omnemque ejus, quem nemo capiat, eximia quadam ratione claritatem capiens, animique essentiæ corpore vacanti commiscens, tanto magis, eo, quem diximus, aere, suæ illi conjunctior luci ostenditur, quanto aer brevi temporis intervallo aspectabili luce perfusus, illa migrante, noctis mox tenebris ac caligine impletur ; hic autem semel, iis, quos diximus, radiis animum adhibens, sicque mentis felicitate eorum fulgore illustratus, ut lucis (nempe spiritalis) filius evaserit, ejus scilicet quæ in illo ratione nullis verbis explicabili ; formata, sive signata sit, indivisus a parente in sæculum manet ; luxque spiritalis ac pura, non sibi ipse duntaxat, sed et his qui illi animum attendunt, efficitur atque cernitur.

Cum igitur istud in eum pulchre dictum sit, fidemque meruerit ; age jam nos quoque spiritales intelligentiæ radios, spiritalibus intelligentis animi manibus rapientes (radios scilicet Gregorio quidem emicantes, at qui e cœlo ad nos usque pervadant) sermonemque virtutis, ac sapientiæ summitati laxantes, ejusque sacræ Theologiæ profundo intentam mentem adhibentes, atque inde velut claris nobis collectis fulgoribus, id est, divinis illustrationibus affulgentibus, præclaras Theologi res atque merita pro eorum tum sublimitate, tum latitudine contuentes, atque in eum rectis mentis oculis ac irretortis intendentes, proprium ei ac conveniens munus charumque, laudum primitias offeramus.

Ac vero diligenter attentam mihi aurem, ac bene volentem animum, mentem denique mundanis seu carnalibus turbationibus liberam mundamque exhibete, quotquot merito theologicis oblectari canticis atque laudibus peroptatis. Plane enim oratio, uti quæ honesta sunt sincere laudantibus, sic vero etiam prudenter ac cata mente audientibus, longe utilissima ac salubris exsistit.

Quæ enimvero ab imis haud secus ac corpus umbræ assectantur, ceu quæ ad eorum quæ dicta sunt laudem non admodum conferant, omittenda operæ pretium duco ; cum et præterea multi jam ea conscripserint, sintque omnibus conspicua, tametsi nos minime eloquamur. Quænam vero hæc dico ? Puta, patriæ majestatem ac præstantiam, non quam is quem laudamus, inde percipiat, sed qua ipse illam potius excellentia virtutis impartiverit. Etenim, quemadmodum non ea ratione illustris Christus, quod natus in Bethleem, secus vero illa ejus clara cunabulis orbique celebris evasit ; sic et Gregorius, non propter Nazianzum, ex qua duxit originem, honestatis cumulo aliquid accepit ; quin illa propter

[35] Joan. I, 9. [36] I Cor. I, 30. [37] I Cor. II, 6 [38] Psal. L 8.

Digitized by Google

Gregorium in orbis usque fines sui claritatem nominis protulit. Modum, quo in lucem susceptus : maternis enim precibus, ac fide, haud secus ac quæ Verbo præcurrit vox, aut velut sacer ille ex utero Samuel, impetratus, earumque dubio procul partus audiit ac effectus. Urbanam educationem, scitamque, ac qua educari eum decebat, qui sacrosancta decensque virtutis officina futurus erat. Ingenium subtile, ac capacissimum in juvene, ac tenero corpore ; animique solertiam tantam, sagacitatem ac præstantiam, quanta eum statim designari decebat, qui divinum ac magnificum sapientiæ delubrum exstruebatur.

Ad hæc varias disciplinæ causa peregre susceptas profectiones ac itinera ; puta, Nazianzo Cæsaream ; indeque in Palæstinam ; exque Palæstina Alexandriam ; Alexandria in Græciam, Athenasque magnum illud doctrinarum decus, ac earum reginam ; ubi divino Basilio paris disciplinæ causa illic peregre agenti congressus, illiusque usus consuetudine, nedum tecti, victusque, ac mensæ socium habuit, sed et pulcherrimarum disciplinarum, omnisque virtutis concordi mentis proposito, unaque animi conspiratione æque illi particeps accessit. Athenis vero Byzantium, urbem scilicet jam fere summam orbis arcem, in quam, uti reliquæ terrarum divitiæ ac ornamenta pro augustæ urbis majestate convenienter inferebantur, sic quoque tunc quod universis præstantius est, litteræ scilicet ac doctrina, ceu ad præstantissimam urbium in eam commigrabant.

In his itaque Gregorium, viros adeuntem scientia præstantissimos, iisque dantem operam ; atque omni arte grammatica poeticaque abunde exercitatum ; oratoria summe excultum, vimque omnem sermonis, elegantiamque, ac facundiam commodissime adeptum ; itemque philosophiæ, non quidquid duntaxat organicum est, atque ad mores ac naturam spectans, verum etiam quidquid magis eximium spiritaliusque, sublimissime contuitum, mentisque intelligentia assecutum : qui denique cujusvis disciplinæ, omnisque (ut verbo dicam) Græcorum sapientiæ ac scientiæ potissima quæque decerpens, hisque ipse sibi ad ea contemplanda quæ vim mentis excedunt præclare admodum viam muniens, sic totam quidem mentis suæ vim ac intelligentiam, Trinitati, quæ ipsum ante quam etiam nasceretur scivisset, sacrumque sibi Theologum prædestinasset, perfecte addixerit ; patriæ vero ac parentibus castum hoc corpusculum, majorique animum præfulgentem castitatis luce reddiderit. Hæc quidem, cui libuerit, narret ac philosophetur ; rudimentariis velut actionibus, defunctoriisque viri magni agitationibus facultatis dicendi vim non defunctorie promens ; siquidem in his quoque dignum aliquid ejus prudentia, animique præstantia ac magnitudine loqui licet. Nobis autem id propositum, non ut a deterioribus, sed præstantioribus, non ab iis quæ exterius, profanisque, ac quæ circa ipsum considerantur, sed a propriis, ac quibus per fidem ex Evangelii ratione egregie functus est, virtute scilicet (uti dictum est), sapientia ac theologia, pontificem magnum ac Theologum laudemus ; ipsum eumdem invocantibus, ut canticis atque laudibus adjutor adsit, dexteramque benignius præbeat fatiscenti sermoni.

Ille igitur mente animoque divinus : cujus actio omni major imitantis conatu ; contemplatioque eximie præcellit : cuncta scrutans in Dei Spiritu, ac dijudicans, quique ipse, ut divinus Apostolus loquitur, a nemine dijudicetur [39]. Magna cœlestis tonitrui proles ac filius ; sola temporis antecessione, nihil vero sacrorum dogmatum magnificis vocibus, divinorumque sensorum fulgetris, quibus trine subsistentis Deitatis consubstantialitas prædicata meruit fidem, a primo illo deficiens ; ob quæ etiam par illi nomen consecutus est. Qui clare, ac præ omnibus, qui præcesserunt, apertius, Trinitatem personarum Deitatis unitate Deum celebret ; naturæque unitatem in proprietatum Trinitate adorationem habentem, divinam enuntiet.

Ille, omni primum humana sapientia ac virtute præeruditus, abundeque animo ac mente ad pietatem exercitatione prævia excultus, ac cum se ipse per Spiritum vas Deo dignum præparasset, ita ad lavacrum regenerationis venit ; non ut sordes ablueret (audens dicam), sed clariore animi illustratione donandus, baptisma demum suscipiens ; nec ut aboleret peccata, sed potiora dona percepturus, Spiritum gratiæ admittens.

Inque hunc modum, secundæ hinc vitæ optimæque ac perfectioris disciplinæ ducens exordium, a vitæ illa ratione quæ carni impensior est, omnino se alienum exhibebat : quin et quodammodo a terrena tantisper et animali sapientia [40] atque virtute excedebat. Sed et supra mundanam omnem amicitiam elatus, in spiritum solummodo commigrabat ; statuitque ut solam spiritus legem sequeretur, unam hanc teneret normam, ejusque virtutis ac sapientiæ quæ divino Spiritu præstatur, internum animo nactus amorem, eumque magnificum, iniquam omnem prorsus viam declinabat ; cunctisque divinis mandatis probe perfunctus, eorum cultu Christum appetibilium supremum votis persequebatur. Ac sicut pueri, cum teneriores decurrunt annos, infantilibus scitis vitæque rationibus educati, moribus quoque ac sensis puerilibus utuntur, in viros autem promoventes, cogitatis ac studiis quæ magis viros deceant, consequenti ratione accedunt, ita nempe, ut eo quod perfectum est, puerilis illis sensus ac institutio aboleatur : sic quoque magnus iste, quidquid ante lavacrum illi disciplinæ, tum ad eruditionem, tum ad actiones moresque spectans elaboratum fuerat, tanquam puerilem sensum re-

[39] I Cor. II, 10 ; I Cor. II, 15. [40] Jacob. III, 15.

Digitized by Google

linquens, quinimo ea ceu rudimento primaque institutione ad perfectionem capessendam utens, apostolicum illud jugiter opere implebat : *Quæ sunt retro obliviscens, ad ea vero quæ a fronte secundum præfixum signum ad bravium supernæ vocationis extendens meipsum* [61].

Cum enim duobus modis spectari philosophiam, nedum ab iis qui foris sunt, sed et a nostris exploratum haberet, tum nempe rationis, tum contemplationis ratione ; profana quidem iis relicta qui foris sunt ac profanis, ipse illi quæ interna est solum inhærescebat. Id nimirum vere philosophiam ducens, ut a mundo animis abrumperetur, omnemque in eo confusionem ac perturbationem transcenderet, solique primæ ac verissimæ luci per veram ac sinceram tum vitæ, tum doctrinæ, rationem misceretur, omni studio pervicacissimaque diligentia id enitebatur.

Intelligens autem, non alia se ratione id quod votis efflagitabat felici successu consequi posse, quam si ipse a se virtutis actionem coleret, cœlitusque a Spiritu auxilium opemque obtineret : esse enim pariter communem boni adeptionem ac consummationem, cum scilicet Deus semina, nosque, ut decet, operationem conferamus (2) : ac Spiritus quidem ut bonum velimus, afflatumque in nobis mystice, secretiusque operetur, nos autem Spiritus secuti consilium, probæ mentis proposito illi cooperemur : hæc itaque vir ille magnifici animi cogitans, perspectoque quam in oppidis atque urbanam vitam agimus, quandoque, iis maxime qui tirocinia ponunt, instituto officere, id est, capessendæ sublimi philosophiæ, repente se a parentibus ac cognatis abrumpit ; abrumpit vero ab omni sæculi cura ; tollensque pedes in desertum agebatur a Spiritu.

Ac sicut magna Verbi vox, ac quæ illi præcurrit, præclarissimus Joannes, prophetis omnibus major qua illi vicinior quem prophetarum tangebant oracula, Domino prædicatus, cum deserto prius Deoque vocasset [62], eximieque vitæ cultu ac eminentiori contemplatione superata creatura [63], creatori propius adhæsisset : post hæc utique ante Domini faciem incedens, illius vias paravit [64] : sic plane etiam Gregorius, sæculi turbis ejusque salo placide prius avulsus, vitaque imperturbata atque ab omni pravitatis commercio libera, mente sublimis factus ; exque divinis (quoad concessum) contemplationibus deitate imbutus, nedum pœnitentiæ atque baptismatis hominibus præco, sed et omni majoris perfectione absolutissimæque Trinitatis magister e deserto emittitur. Id autem oratio processu declarabit.

Etenim magnum quidem Basilium, uti prius ejus philosophiæ quæ usu sæculari venit, ita postea spiritalis adjutorem sociumque adhibens, sic cum eo omnibus simul parandis virtutibus studio incumbebat, actione quidem iis defungens quæ actione constant, contemplatione autem iis, quæ contemplatione : vel, actione quidem, ad ea quæ contemplationis sunt, promovens ; contemplatione autem ea sibi familiaria reddens quæ sunt actionis.

At quænam actio ? Operæ pretium enim existimo, ut per virtutes, quibus illa magnifice splendet ante contemplationem, eam designemus. Quænam igitur sunt virtutes ? Primum quidem firma solitudo, seu quies, ac mundissima. Solitudo, inquam, ac quies animi pariter et corporis. Non enim loci duntaxat præsidio se tum civilibus, tum rusticanis subducebat tumultibus, sed longe magis in se ipse mentis constantia, seque medio, in Deum conversus, moribus potius solitudinem ac quietem obibat ; tranquillamque ac mansuetam animi constitutionem adeptus, in qua velut pellucido speculo ac mundissimo, cœlestium illustrationum repræsentationes, terrenis impermistas figuris ac seducentibus, suscipiebat.

Tum vero meditatio robusta jugisque. Meditatio sacrorum Spiritus eloquiorum, quæ nedum labiis, sed et corde vere in mysterio proferantur ; eamque plane ob rem, non atramento, sed Spiritu animo inscribantur. Precandi autem studium jugale nactus meditationi, indivulsum a Deo animum obtinebat. Quemadmodum enim corpus solitudinis cultu, animumque meditationis vi consecrare Deo satagebat, sic utique etiam mentem jugibus supplicationibus instans Spiritui copulabat.

Cum autem in his tribus, ratione scilicet, ira, ac cupiditate, hominis totus animus consideretur ; atque ad rationem quidem, tanquam augustissimam spectet ut præsit ac dominetur, ad reliquas vero, ut huic ipsa pareant, atque ab ea regantur (hæc enim viri perfectio est) virtute perfunctus quæ cuique animi parti apta sit ac conveniens ; inque his summa vir magnus philosophia spectatus, temperantiam quidem cupiditati præficit, quæ scilicet nedum necessarii cibi, somnique partem maximam amputaret, sed et cunctis sensibus modos regulasque definiret ; pulchritudinis ac formæ cupidinem omnem aboleret, omneque rerum intereuntium ac caducarum desiderium necaret ; membrum omne omnemque motum disciplina componeret ac comprimeret, mentique, quæ est præstantior, subjiceret.

Rursus vero mansuetudinem iræ adversam instruit : in qua nimirum omnis ei animi amaritudo iræque impetus solveretur ; solveretur autem blasphemia et clamor : ac quidem malitia omnis ac rancor (iræ scilicet mala germina) penitus evellerentur ; velutque ex perfecta radice, ex lenitate, omnis in eo benignitas atque probitas germinaret ac efloreret.

[61] Phil. III, 13. [62] Matth. IV, 1 : Luc. IV, 1. [63] Matth. XI, 11. [64] Luc. I, 76.

(2) Greg., orat. 38 et 42.

Digitized by Google

Modestiam autem (humilitatem vocant) ornatum optimum rationi imponit; in qua inanem omnem atque elatum animi sensum esset destructurus, omnemque altitudinem, extollentem se adversus præstantiorem scientiam, compressurus. Quemadmodum enim in hoc ratio constituta est, ut cupiditatis lasciviam temperantiæ vi, iræque inconsultum impetum lenitate retorqueat; sic quoque suum ipsa tumorem ac superbiam modestia castigans ac comprimens, piam se modestamque, ut Christo obediat, captivam addicit.

Sicut autem naturæ ipsa vi ac ratione lilio comes flagrantia est, sic et his virtutibus animi summa tranquillitas, cum quis illis perfunctus est. Tranquillitas, affectuum recessus, omnium ægritudinum, tum quæ animum, tum quæ corpus labe afficiunt, evulsio ac interitus; beatus status, nullaque turba pulsatus ac molestia; angelorum vita, futuræ arrhabo beatitatis.

Ad hanc cum evasisset divinus Gregorius, hancque septimum sui actionis vi ascensus gradum statuisset, illi deinceps optimum ac stabilissimum ternarium virtutum, fidem scilicet, spem ac charitatem, ceu pulcherrimam coronidem imposuit. Fidem quidem, in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unam deitatem et potentiam, ac regnum; ore quidem sinceram confessionem, corde autem ac mente, comprobationem irrevocabilem assensumque. Spem vero, horum ipsorum, quæ nunc obscure tenuique umbra ex fide conspicimus [45], perfectioris postmodum explicationis, id est, revelationis ac detectionis exspectationem. Charitatem autem, supremum hujusce scalæ spiritalis ascensum: legis summam ac prophetarum [46], vinculum perfectionis [47], continuam, ac quam nullum dirimat medium, mentis propriæ cum Deo in Spiritu per Jesum Christum societatem atque compagem.

Illisce universis virtutibus, quæ actione ejusque gerantur cultu, eas, quæ mentis contemplatione consummationem habent, æquali numero attexuit; primum scilicet operationes, seu afflatus Spiritus, quos Spiritus septem Isaias nuncupavit. Ili nempe vere primoque in Christo requieverunt, orto illo ex radice Jesse [48]; secundo autem, illa, quæ ex eo est, societate ac commercio, tum in aliis qui sint ejus participes, tum vel maxime etiam in eo quem laudamus; qui hos mente agat ac intelligat, quinimo illis agatur ac consummetur, mystice requiescunt.

Quinam igitur afflatus ac Spiritus? Priore quidem loco sapientiam [49]; quinimo ab inferioribus sursum versus ascendens, velut sapientiæ radicem ac principium, timorem Domini præjaciens, castum illum, ac qui teste Davide, permaneat in sæculum sæculi; eo confixus carnem [50], animumque ac mentem circumseptus ac emundatus, ad divinæ Sapientiæ celsam evadit arcem.

Ad timorem autem, fortitudinem ac consilium assumens; prioris usi, nedum adversus affectus vitiaque, verum etiam dæmones robur induit, ac confirmatur. Nec vero contra hos solum, sed et contra ipsum principem potestatis aeris [51] convalescit: nec contra illum duntaxat, verum etiam contra ipsos diffidentiæ filios [52], nempe incredulos, qui ejus afflatu aguntur; quibuscum opportune certamen commissurus erat. Spiritu autem consilii non id solum scrutans quod privatim suisque rebus conduceret, sed quod etiam omnibus [53], aut plerisque foret utile; neque proprii voluntatem animi, sed Dominicam, summeque bonam atque perfectam, tanquam probus famulus explorans [54], eamque imis mentis penetralibus formans, pravi consilii genus omne cavebat.

Pietatem dogmatum veritate ac morum rectitudine colebat: nempe ab omni turpi cogitatu, omnique profano sermone, ac alieno omni hæreticorum fuco defæcate mundatus, in mentis vero novitate in Christo transformatus, ea plurimum promovebat atque præstabat.

Scientiæ autem, quæ sit intellectilium, id est, eorum quæ scientia noscuntur, tota quædam confertaque contuitio; uti etiam visio, eorum aspectus, quæ cerni oculis possunt; tantus ei cumulus copiaque accesserat, quanto etiam præ omnibus emundatus, ad angelicam contemplationem mente transmutabatur. Dum maris arenam, et guttas pluviæ, diesque sæculi enumeraveris [55], quam etiam sacra ejus eloquia intelligentiæ vim præstant ac fecundo edunt germine, intellexeris. Sacræ namque Scripturæ sensus, velut rosa in caliculo, dictionis obscuritate contectus erat. Is autem clare in spiritu explicans, suavique illius intelligentiæ fragrantia supra modum repletus, ea statim sacratissimam sapientiam sacratissimo nisu comprehendit.

Est igitur sapientia, illa quidem tum viva tum quæ per se est atque consistit, qui cum Patre ante sæcula Sermo est, ac cum eo una sempiterne intelligitur: est vero etiam sapientia, qui de Sermone sermones sunt; quorum vi Sermo, iis qui pietate colunt, sacra occultaque ratione conspicitur. Tanto autem Theologo illustrior clariorque incomprehensi comprehensio efficitur, quanto et perfectiore donatus intelligentia, eaque uberius pollens, cunctis quoque præstantius perfectiusque sapientiæ sermones ac doctrinam decerpsit.

Sic spiritalis Israel (vere is *videns Deum*) virtutibus quæ actione geruntur, eas conserens, quæ contemplatione præstantur, inque scalæ modum, tanquam sapiens architectus alias aliis opponens

[45] I Cor. xiii, 12. [46] Matth. xxii, 40. [47] Coloss. iii, 4. [48] Isa. xi, 1. [49] Eccle. i, 16. Psal. xviii, 10. [50] Psal. cxviii, 120. [51] Ephes. ii, 2. [52] Ephes. v, 6. [53] I Cor. x, 33. [54] Rom. xii 2. [55] Eccle. i, 2.

Digitized by Google

atque committens, ac per eas ascensiones in corde disponens [56], menteque in ipsum directus cœlum, hunc plane postremum ascensum, mentis, rationis, seu Verbi ac Spiritus contemplationem disponit; quo scilicet ipsi clare, quæ scalæ huic innititur [57], unius principatus Trinitas, copulatus est.

Mentem igitur, rationis seu Verbi, ac Spiritus auctorem efficacem, vivumque nullo anteriori auctore, arbitror illum intellexisse (3), hancque Paternæ essentiæ, quæ essentia omni superior est, typo accepisse. Rationem autem, seu Verbum, velut notionem atque conceptum, gignentis mentis naturæ accuratissimam expressionem ac simulacrum spectasse: rursusque Spiritum, qui mentem quidem auctorem ac principium habeat (4), velut aquæ fontis oculum; instar vero fluvii, per scaturiginem (rationem scilicet Verbumque) profluat; uti rationem Verbumque ad prolis nativam cum gignente omni majorem essentiæ necessitudinem exemplo declarandam, sic ad divinæ processionis æqualem cum mente producente sub imagine reddendam dignitatem considerasse. Tantam scilicet magnus hic divinaque præclare sapientia fulgens animus contemplationis vi ac actionis conscenderat speculam; ipsique divinissimæ ac principi menti, rationi seu Verbo, ac Spiritui, per mentem in ipso exsistentem, verbumque seu rationem, ac spiritum consuescens versansque, intemeratis supra modum affusis radiis replebatur; sacratioresque eas doctrinas ac initiationes nanciscebatur, quæ rationis vim omnem superarent.

At quisnam sacratioris illius doctrinæ modus? Præstat enim, puto, ut et illius, quoad nobis concessum, meminerimus; ut quemadmodum reliquæ virtutis, sic et illius divinæ prædicationis atque doctrinæ formam habeamus. Quænam igitur sacratior doctrina ac initiatio? Deus in tribus personis intelligitur. Deus, qui primum, solumque ac vere sit. Sit, non factus sit; tametsi id postea, circa Filium ac quam assumpsit humanitatem, obtigit. Vivificans, non qui vivificetur; illuminans, non qui illuminetur; sanctitate imbuens, non qui imbuatur; principii finisque expers, æternus, essentia, vita, deitate superior; omnis essentiæ conditor, omnis potentiæ robur, omnis actus afflatusque effector; omnium, universe loquendo, eorum quæ sunt, intellectilium, utentium ratione, sensilium causas uniformiter ac complexione in seipso præhabens.

Nullisque adhuc rebus in naturam productis atque editis, erat lux vera ac prima, Pater luminum [58], ex quo ante sæcula Filius ac Verbum prima similiter veraque lux eximie effulget; incorporea, ex ea quæ vacat corpore; incomprehensa, ex ea quæ comprehendi non potest; ignotaque, ex ea quæ altior notitia est. Solus enim Genitor, uti est, Natum cognoscit, solusque Natus Genitorem novit [59]. Quemadmodum autem soli quidem radius comes individuus exsistit (siquidem quod est infinitum exemplis sollicitare decet, iisque de illo conjicere), radio vero lux semper conjuncta est; sic Patri quidem Filius, Filio autem Spiritus Patris una comes adest. Ac sicut nunquam sol iste sine radio ac luce possit exsistere, ita neque ut Pater luminum absque Verbo ac Spiritu intelligatur unquam fiat. Ex illo namque tanquam ex radice quæ a se sit, primoque auctore ac originali totius augustissimæ deitatis orti, cœternam in illo exsistentiam nacti sunt.

Quemadmodum autem tribus facibus pari micatu in domo accensis, una quidem trium conspicitur lux, ita tamen ut sic uniformis subjectarum facium nihil distinctionem confundat, cum suis quodque propriis notis a compari differat ac secernatur: sic, cum una essentia, id est, deitas, in Patre et Filio et Spiritu sancto consideretur, quædam singulos consequuntur proprietates immobiles, quibus personarum trina distinctio inconfuse consistit.

Quænam igitur sunt proprietates? Nempe, ingenitum, nativitas, ac processio. Esse enim Patrem quidem ingenitum, quod nulli auctori ac principio subjiciatur; omnisque quicunque auctor ac principium intelligatur, vel dicatur, auctor exsistat omnino primus, prorsusque originalis. Genitum vero Filium, tanquam Verbum atque Sermonem, ex Patre mente natum. Processisse autem Spiritum sanctum, ceu verum essentiæ paternæ defluvium. Esse autem sicut Filium paternæ formæ ac claritatis, sic plane etiam Spiritum Filii invariabile simulacrum (5). Nam quemadmodum mens, ejus qui in nobis internus sermo est, velut fons exsistit, eademque ipsa etiam sermonis qui ore profertur, ac sensum tangit, auctor est; verum conceptum quidem, velut sui vivum simulacrum mystice ac secreto gignit; conceptus vero rursus simulacrum, sermonem scilicet, profert ac edit: ita mens illa omni major cogitatu, primaque, quantum ex rebus exiguis licet quæ sunt maxima conjicere, velut alium se, innatum, ac substantialem ante sæculum Sermonem, seu Verbum, gignit; velutque Sermonem alium, seu Verbum rursus Spiritum (Verbum scilicet virtutis suæ [60]) proferens ac edens, in eo creaturam universam absolvit.

Trinitas igitur in Unitate; atque Unitas in Trinitate, declaratur id quod colimus: Trinitas, perso-

[56] Psal. LXXXIII, 6. [57] Gen. XXVIII. 13. [58] Jac. I, 17. [59] Matth. XI, 27. [60] Hebr. I, 3.

(3) Greg. orat. 13, p. 211.
(4) Orat. 37, p 611.
(5) Ita fere Græci, non facile Latini, quibus Spiritus vi originis formaliter non sit similis, etsi reipsa est, uti et Deus.

Digitized by Google

nis, atque Unitas, essentia; immutabilis, pari sublimis honore, intemerata natura; eadem præfulgens claritate, eodem throno sedens : una voluntas, una operatio, eadem virtus; potestas, dominatio, regnum non divisum. Nullo enim modo quæ sunt ex ipsa (mente) ab ipsa differunt; quorum alteri quidem, ut gignatur, alteri, ut procedat auctor, exsistit.

Sic quidem igitur sanctus, Sancta sanctorum secretius doctus, quantum brevi sermone repræsentare licet, defixaque huic theologiæ mentis acie, post eam ordine, quæ etiam ad creata spectant, divinas prædicationes aptavit. Haud vero abs re forsitan, ut et horum paucis, ex sacris illius eloquiis, meminerimus. Duplici enim mundo, ea quæ sunt, summa colligens (6), atque alterum quidem ejusmodi ut mente intelligatur, alterum ut sensu percipi possit; primum alterum, Deoque familiarem, atque intelligendi vi præditum; secundum alterum, extraneumque a deitate, ac materia concretum, intelligens; utrumvis ab altero sapientissima ratione ac sensu discernit.

Etenim alterum quidem spiritalem, velutque essentia igneum ac deiformem (angelicas scilicet naturas, ac a corpore absolutas), alterum vero corporeum tum esse, tum sibi ipsum compactum partibusque connexum; qui nempe ex continente rerum hanc universitatem, ac elementis quatuor constet. Ad majoris autem sapientiæ specimen, ex contrariorum mistione unum quoddam animal artifice ratione compegisse; ejusmodi scilicet, ut tum caro exsistat, tanquam ex materia e terra formatum; tumque spiritus, tanquam insufflatio, atque ejus similitudo qui illi insufflavit. Porro, totum concretum hoc, hominem exstitisse, mentis sensusque compotem; ut sensu quidem, iis quæ sensilia sunt, mente vero, his quæ intellectilia tanquam familiaribus consuesceret.

Hunc, ut sacris proditum Litteris est, in paradiso collocatum esse immortalium plantarum, id est, divinorum sensorum spectatorem : nequissimi vero serpentis consiliis seductum, ac cum minus hactenus congruam importune speculationem attigisset, tum ab ipso conditore, tum a paradiso voluptatis extorrem merito ejectum esse. Inde vitam nullis molestam laboribus, extraque interitus aleam, sudoribus, ac laboribus, morteque commutasse. Inde sermone, lege, judicibus, prophetis, omni genere beneficiorum, omnique flagellorum periculo ferocientem, vixque tractabilem, quin desperatum omnino, ac insanabilem, eo adductus, ut primo indigeret auxilio, supremoque curandus esset remedio. In eo illud positum, ut ipse Deus Verbum, carnis expers, carnis ergo ex virgineis sanguinibus carnem indueret; animæque intelligenti propter animam commisceretur; ac qua demum morte defungeretur, naturam interitu mortuam excitaret, atque ad diviniorem vitam transferret.

Ejusmodi erant quæ Theologus hactenus in Ponto degens, philosophabatur. Hæc prius illic mente speculando contemplatus est; tumque postea sermone pro Theologi partibus dictavit. Atque hic ejus solitudinis, qua eremum colui, fructus est, quantum mihi equidem res ejus, ex ipsiusmet scriptis, saltem modice datum est prosequi.

Totam igitur veterem totamque novam, qua nullus sagacitate tum antiquiorum, tum quos sequens protulit ætas, Scripturam meditatus; divinique cujusque verbi ac vocis accuratam notitiam, primamque veritatis intelligentiam divino Spiritu præceptore sacratius edoctus; ac cum ita Dei paradisum fructu omni dulcissimo, bonoque omni cogitatu ac intellectu confertum, suum ipse animum reddidisset, revertitur; primum quidem sacris parentibus, qui ejus maxime cum spiritali, tum corporali ope indigerent, tumque etiam omnibus quibus esset animo constitutum ut pietatem colerent, in communem se utilitatem, iisque utendum, exponens.

Ac sicut Petrus, Christi discipulorum præstantissimæ primitiæ ac coronis : atque universe deiformis omnis apostolorum chorus, tota primum sinceritate divinissimum summeque principem Jesum assectati, fideique doctrinæ navantes operam, omni quidem animi macula abstergebantur, omnique divinæ scientiæ luce replebantur; perfectiore autem postea Spiritus adventu exhibito, uberioremque divinorum in eos afflatuum donorumque participationem nacti, sicque instructi, cunctis sospitatores gentibus mittebantur : haud secus hic quoque cum Domino Spiritu [61] accensa primum fide inter solitudinis silentia versatus, ac cum scientiæ cultor, etiam contemplationi operam posuisset, omnemque prorsus vitii labem eluisset, ac divinam omnem illustrationem consecutus esset, perfectiore demum Spiritus afflatu, sic operatione donatus, atque ita, juxta divum Jacobum, sermone veritatis genitus, ipse quoque illorum more primitiæ quædam creaturarum Dei, missus est [62].

Qui primus homo conditus est, Dei imaginis, atque dexteræ gloriam, ac paradisi consecutus delicias, quod per carnis libidinem, vita, quæ in spiritu est, exciderit, carnalis ortus auspex auctorque hominibus exstitit; vitaque angelica ac nulli obnoxia interitui per socordiam amissa atque projecta, ejus quæ affectibus mortisque interitioni addicta est, parens inaudiit. At Gregorius, primi quidem atque terreni prius gestans imaginem [63] (etenim homo erat), tumque eo abdicato, secundum postea atque cœlestem Adamum induens; natusque atque perfectus secundum ejus imaginem (quippe præstantior homine) initium quoddam ac radix

[61] I Cor. III, 17. [62] Jac. I, 18. [63] I Cor. XV, 39.

(6) Orat. 38 et 42.

Digitized by Google

spiritalis nativitatis, ætatis suæ hominibus appa- A ruit. Verbi enim Spiritusque potentia, ceu incontaminatam sementem pietatis verbum cunctorum cordibus disseminans; ac velut imbribus, continuis illud sermonibus ac colloquiis nutriens consummansque, atque ad mensuram spiritalis ætatis provehens; primum quidem, eorum qui carne genuisset, spiritu efficitur parens; exindeque etiam ad extraneos, mentis hanc, pulcherrimamque adoptionem supra modum ac latissime profert.

Ipse autem seipsum, omni dignum miraculo, ac longe absolutum virtutis exemplar proponens (7), primum quidem suæ in Pontum fugæ manifestas excusans affert rationes : quod nempe præclaro solitudinis afflatus amore, supernæque philosophiæ instinctus desiderio, urbanos tumultus declinaverit; B ut se nimirum in ea, tanquam speculo nitidissimo, contemplatus, ac, quam prius per Spiritum divini sacerdotii unctionem nactus erat, perfectiore emundatione obsignans, ratamque sibi ac firmam divini doni possessionem præstans, sic pure purissimo uti posset, ac ei consuescere. Tum sacerdotis ostendit dignitatem, ac qualem eum oporteat esse qui in episcopum præficiendus sit : quibus item rationibus præesse eum oporteat gregi utenti ratione, pulcherrime summaque philosophia sermone aliis tradens, ipse operibus, clarissimisque certaminibus implendo, fidem verbis addebat.

Quænam igitur opera? ac videamus num plurimi ea facienda ac præmagnifica. Et quid enim, quam Theologi animo ac fide digna? Primum quidem C templum ornatu venustum ac mole ingens ejus cura atque diligentia excitatum (8), velutque aliud in terra cœlum in cœlis habitanti palam consecratum. Verum id, præ iis quæ ejus sunt, minus ad miraculum. Qui enim ipse se templum Deo dignum atque augustum virtutum cultu exstruxerat, quid mirum plurimam patri operam contulisse, ut ex lapidibus sacram eam ædem ædificaret?

Deinde parentum honores : qui nempe verbis, qui ipsa præstandi re : pupillorum tutamina, viduarum præsidia, pauperum patrocinia, senum, ægrotorum, mendicorum hospitia; tum quæ solus ipse ac seorsim exstruxit in patria; tum quibus exstruendis sociam manum contulit amico ac sodali D Basilio; nec solis operibus quæ sua erant fovendis ipse conferebat, sed et verbis eximiam adhortationis vim habentibus, saxea ipsa pectora ad pauperum ac mendicorum amorem suscitabat.

Ac quidem erga adversarios rebus ac verbis contraria studia; erga autem domesticos fidei opitulationes, gubernationes, non tam ad corpus, quam ad animum spectantes [66], cum ejus doctrina ac lege cuncti gubernarentur ac pascerentur [67]. Nam Cæsario fratre jam vivis exempto, cum pater Nazianzenam sedem regendam suscepisset, annisque gravis, ac corpore morbis attrito, Ecclesiæ certo Dei consilio molestis rebus, seu inæqualitatibus ferendis impar esset, Gregorius illi cuncta erat, senectutis baculus, morborum curatio, ædificatio corporis, animi requies, solamen spiritus; ac quod potissimum omnium, sensuum animi custodia, ac succussæ fidei emendatio.

Etenim ejusmodi aliquid ejus rationibus accidit. Quia enim Arianorum furor omnem propemodum terrarum orbem pervaserat; novaque adversus Trinitatis æqualitatem doctrina, ceu lues quædam, sive grangræna, per omnes provincias, urbesque grassabatur, ac tum imperatores, tum principes proceresque ac populos, quin etiam (quod dictu omnium) malos præsules sibi addixerat; quos vel eorum, qui rerum potiri videbantur, metus dejiceret, vel (quod mitissimum) ignorantia falleret. Quando scilicet videre erat dirui ecclesias, templa ablata, cruoribus fœdata, sacraque spoliata, sancta polluta, atque, ut proverbium est, illotis pedibus projecta ac conculcata. Quando qui sanæ rectæque fidei assertores, ac pietatis cultores in Ecclesia erant universi, suis ipsorum turpiter expellebantur, ac vel carceribus publicis, vel gravissima fame, aut acerrimis verberibus, aut longe plurimis variisque plagis ac dehonestamentis, aut durissimis exsiliis, aut amarissimis, ut verbo dicam, cruciamentis ac molestiis tentati, extrema adibant pericula, nisi impietati assensum præberent; atque ii quidem sponte urbibus demigrantes, desertaque ac solitudines ultro petentes, cum bestiis ratione carentibus exerceri ad pietatem malebant, quam habitare cum iis [68], qui loqui in excelso blasphemiam temere audebant. Quotquot autem contrariæ opinionis erant, ac se impietati addixerant, ecclesias obtinentes, easque velut suæ ipsorum hujus nequitiæ munita quædam præsidia existimantes, inde in eos qui pietatem colere statuissent irrumpentes, eos disperdebant.

Tunc plane, tunc quoque in magni Gregorii patriam, velut aquarum vehemens impetus hæreseos scelus erumpens, quotquot leves invenit ac debiles, abripuit utique ac dissolvit (ubi et patrem fama est, mentis simplicitate delusum, litteris, non animo, ut nequissimis assensum daret, adductum esse [9]), quotquot vero Gregorii theologiæ ac fidei petræ firmo fundamento hæserant, nihil hæretica vi ac injuria labefactati emotique permanserunt.

Noemus itaque olim, cum suæ ætatis scelerata gente ipse criminis expertem communem vitam agens, inventa gratia apud Deum, futurum aquarum illuvie mundi docetur exitium : quin et modum docetur, quo a malis liberandus sit : exque lignis affabre compacta arca, atque in eam cunctis simul

[66] Gal. VI, 8. [67] I Cor. XII, 28. [68] Psal. LXXII, 8.

(7) Id totum orat. 1.
(8) Orat. 19, p. 313.
(9) Greg. orat. 19, p. 297.

Digitized by Google

animalium inductis seminibus, uxoreque ac filiis ea inclusis, in eum modum cœlestes cataractas ac abyssi aquarum fontes, semen ipse ac primitiæ sæculi sequentis servatus, evasit. At Gregorius hæreseon prævidens spiritale diluvium, tanto illud Noemi diluvio gravius, quanto animabus interitum parere ad nocumentum majus, quam labem corporibus inferre; suamque ipse Ecclesiam arcam fabricans, atque eam arcanis doctrinis rectæque fidei documentis communiens; nec eos solum qui generis necessitudine contingebant, sed et qui alienigenæ videbantur (quos nempe omnes Dei protegens dextera adduxisset), perquam alacriter lubensque recipiens, edulisque eos ac suavissimis Trinitate tuenda sermonibus nutriens, ab omni illæsos animi diluvio servat.

At quidem ille (Noemus scilicet) sui unius, ut videtur, rem agens, suaque duntaxat spectans, in octo solum maxima conjunctis necessitudine animabus salutem paravit : hic autem, in multorum, quam in suam ipse salutem affectu propensior; ac cum eum non minor eorum cura tangeret, qui se abscindebant, quam qui accedebant ac adjungebantur; paterno quidem sermonis delicto sermonis vi, ac spiritus rectæque fidei abundantia obtecto, ac quidquid illius ergo offensionis inciderat, sublato, nec non sermonibus ad pacem decentibus tantisper effrenem æmulationem deliniens, discordes patri conciliat animos; magnoque ac concordiæ tenaci Ecclesiæ cœtui sincera veraque fidei confessione devinciens, populum Domino peculiarem, sectatorem bonorum operum [67], pastoris solertia salvum recepit.

Quibus igitur, is, qui spiritali ratione ab animi exitio liberat, illi præstet, qui a corporis labe; qui multitudinem numero majorem, illi, qui paucas animas salute donat; his Gregorius Noemi claritatem obscuraverit. Enimvero quid iis quæ illius minora sunt, immorans, orationem protrahere videor, cum operæ pretium sit ut ad majora illius mirabilia transeamus, gestisque perfectioribus perfectiorem ipsum ostendamus?

Sanctificatos quidem sanctissimo sanctos antequam nascerentur, uti et peccatores alienatos a vulva [68], verissime divino Spiritu testante compertum est; omnium enim, tum quæ facta sunt, tum quæ fient, similiter inoffensam, certissimamque ac firmissimam apud eum esse notitiam. Alii itaque ad aliud divinæ voluntatis propensum consilium, aut gentis præfecturam, legemque ferendam; aut populi regimen, aut sacerdotii apicem, aut visionem propheticam, aut portentosam operationem, aut apostolicam gratiam; aut martyrii certamen; aut (ut verbo dicam) spiritale ministerium prædestinati, rato singuli ac congruo tempore, quod cujusque functionis est, implent ac præstant. Gregorius autem cui suprema credita theologia foret; atque ad personarum Trinitatem, ac Deitatis unitatem universo orbi prædicationis luminibus inferendam, missus esset, tametsi corporis ratione intra brevis loci erat definitus angustias; emissis præmagnifice toto mundo theologiæ radiis, alios ad lumen vitæ attrahebat; quotquot scilicet potioris rationis ac pietatis erant; alios tenebris, dubitate, confusione (non sua ipse indole ac proposito, sed illorum animi pravitate; quotquot nimirum erant hæreticæ labis) implebat.

Porro etiam illum episcopali consummari mysterio decebat. Par namque videbatur, ut qui nedum episcopalem, sed et apostolicum, operum merito, ordinem explebat, omnino quoque ordinationibus sacris perficeretur. Operæ pretium autem erat id, non profanorum opera, sed sanctorum; neque per eos qui indigni instituto essent, qui et deitatem damnanda temeritate in tres alias aliis extraneas contrarietates scinderent, sed per eos qui gratiæ fidelissimi dispensatores, ac Trinitatis verissimi ministri essent. Qui autem ejusmodi essent nulli tunc, exceptis Gregorio, illius patre, ac Basilio, illic exsistebant; quorum alter filium pari secum nomine, iisdemque præditum moribus alacri animo episcopum designat; alter autem, cum jam Ecclesiæ Cæsariensis credita gubernacula accepisset, sacro ritu initiat atque ordinat; additque spiritum spiritui, ac donum adjungit dono. Quin potius, illi quidem, quantum oculis conspicuum erat, sacris symbolis initiant ac perficiunt : Spiritus autem qui proprium olim defensorem noverat, in eo perfectus manserat. Ac illi quidem, quod ordinatum certæ omnino cuidam civitati ac regioni, ex sacrorum canonum instituto (10) nuncupari, ejusque designari titulo oportebat, arenti solo angustæque præficiunt parœciæ, ne quidem hominum habitationi, nedum ut episcopali sedi sufficeret, satis commodæ, velut puto, qui doctrinæ vi, quod loci genio deerat, posset adimplere (11).

Verum Spiritus sanctus, divinioris, ut videtur, propensa consilii ratione, nec eorum ejusmodi conatum inhibuit, nec ut ille ad majores hactenus infulas sedemque eligeretur constituit. Siquidem enim vetustæ Ecclesiæ, ac digniori datus episcopus esset, necesse forsitan erat ut illi fixus, haud inde transferri facile posset; ecclesiastica scilicet regula translationum id genus prohibente (12); atque adeo futurum erat ut urbium præstantissima, præstantissimi sui tum episcopi, tum pastoris jacturam incurreret.

Denique, sacræ quidem initiationis (etsi id quo-

[67] Tit. II, 14. [68] Jer. I, 5; Isa. XLIV, 2; Psal. LVII, 4.

(10) Concil. Chalced. can. 6. Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι.

(11) Orat 20, p. 356

(12) Conc. Nicæn. can. 15, conc. Antioch., can. 20.

Digitized by Google

que vi ; erat enim si quis mortalium quam maxime a fastu alienus ; sic tamen quasi præbente Altissimi dextera) summique sacerdotii sumpta tessera ; ac cum Spiritu duce, ad quod eum gratia opus segregaret, exploratum haberet, omnino quidam Sasimorum abdicavit parœciam ; sacrorum autem hactenus parentum pie cultu defungens, paternumque gregem pastoralis solertiæ sermonibus, ac operibus componens ; velutque prævia quadam exercitatione, ac præludio patriæ episcopatu usus, sese urbis Augustæ; quin et orbis, præfecturæ aptabat ; supernæque perfectionis arrhabone suscepto, ad eam festinantem præferebat : ac pia longanimitate, divinas promissiones recipiebat.

Abrahamus quidem patriarcharum clarissimus, tribus viris Trinitatis typo hospitio susceptis [69] ; imo cum trium virorum forma Trinitatem venientem sub quercu refrigeraret, humaniusque excipiret, benedictiones a Deo consequitur : hospitiique illius præmio, optatissimam refert promissionem. Quænam vero promissio ? Nempe Sarræ supra spem omnem , ætatemque prolis susceptio ; seminis ea multitudine diffusio, ut stellas cœli æquet ; terræ optimæ hæreditas ac possessio. Hic autem, non tribus viris, sed deitatis tribus personis ; neque Trinitatis figura, s d ipsa vere suscepta Trinitate ; neque ea quæ semel hospes venerit, sed quæ semper abstrusissima ratione adesset ; non irrationabilibus cibis, sed vivis sermonibus, verisque animi sensis, ac rationibus, ipsaque vere dignis Trinitate, magnifice, ambitioseque illam convivio accipit ; nec sub arboris umbra refrigerat, sed sub eximiorum sensorum alto recreat ; melioresque ac certissimas promissiones consequitur. Liberorum enim multiplicatorum, non carnalium, sed spiritalium ; neque stellis in aspectum cadentibus, sed quæ mente intelliguntur, tum multitudine, tum decore quam similium ; nec terræ ejus, quam sceleratæ gentes aliæ, aliæque subinde calcarent, sed quæ mitium [70] propria est (cœlestis, inquam) possidendæ verissimas recipit promissiones.

Ac quidem Abrahamus postea unigenitum primogenitumque, de quo facta promissio erat, cum tentaretur ut super uno montium victimam offerret [71], haud præceptum distulit, haud rem aggredi dubitavit ; haud obstupuit, quin manum, atque gladium (o animi magnitudinem, imo insignem pietatis vim, ac religionem !) charissimi jugulo inferret ; tametsi novo illo ac insolito sacrificio inhibitus est, ariete statim cornibus devincto, qui victimæ utentis ratione locum expleret. Gregorius autem, tum altari admotus est, tum paternis initiatus manibus integra victima, ac novæ sacerdos victimæ sacerdotii initiatione oblatus. Nec a patre duntaxat, sed longe prius a teneris annis ipse se offerens, non super uno aliquo ex iis montibus qui oculis cernuntur, moleque a terra assurgunt ; sed in sacræ imperturbationis alto culmine ; cumque se ipse magni primique pontificis manibus præbuisset, non Isaaci more dimittitur, sed in duo secatur, vita scilicet, quæ ad carnem spectat, tota emortuus ; solaque ea quæ in spiritu est, vivus : ac terrena quidem hæreditate, tanquam fluxa ac caduca excedens ; ad supernam autem, ac stabilem, municipatum vitæ rationes transferens , filiorumque promissionis pulcherrimæ primitiæ, ac nobilissimæ exsistens.

Nam quis præ illo, sicque se intelligentiæ vi præditum , opimumque holocaustum, primæ illi menti , Deoque pro intelligentissima illa ac spirituali ara obtulit ? Quis vero sic victima utente ratione , ac immaculata omnium gratia immolatæ rationi, Verboque fecit ? Quis ita hostiam viventem, sanctam, beneplacentem corpus suum, ac spiritum, Domino Spiritui exhibuit [72] ? Quis ita prius tum carne, tum animo sanctitate imbutus, exinde sanctitatis sacerdos, ac administer effectus est ? Quis supremam ante nactus adoptionem, sic aliis Patri spirituum [73] adoptandis conciliator ascitus est ?

Quodnam pastoralis solertiæ genus , quodnam virtutis vegeta actione non obiit specimen ? Quid est, quod divinæ prædicationis sermonibus non clarissime detexerit ? ut in eo majorem sermo, atque doctrina præ actione admirationem habeat ; quinimo actio præ sermone, atque doctrina majori admiratione rapiat. Quis ita sermone clarus gravisque ; sic distinctus, atque elegans, ornatusque ; sic verax ac perspicuus, ut videri, quam audiri potius videatur, quidquid loquitur ; id est, pro Theologi partibus de Deo exsequitur ? Imo quis ita Deo afflatus, atque gratiæ conditus salibus ; ut omnem vitii , putentissimæque hæreseos exsiccet tabem ; quidquid vero humanis moribus dissolutum, molliusque inest, atque diffluens, ad mentis constantiam, sanarumque rationum transferat firmitatem ?

Quis præ illo (dummodo principem illum pastorum [74] excipias) magisque bonus Pastor, qui sermonis fistula ad bona pascua educat [75], inque bonas atque utiles caulas inducat ? Quis sic probus, ac industrius, ut gregem tum impinguare noverit, tum copia augere ; ac quam procul a luporum feritate incolumem servare ?

Jacobus quidem ille Isaaci filius suavissimis patrem accipiens dapibus [76], ejus in se benedictionem fratri prælatus attraxit. Tum Esau cædem spirantis invidiam fugiens [77], faustis usus insomniis, quæ ad scalam in cœlum protensam spectarent, prosperoque deductus itinere, ac se maternis laribus inferens, Labani filiarum causa labores desudat [78] ; desudat vero curando pecori, ac sibi vindicando ; tribusque in canalium alveis virgis apposi-

[69] Gen. xviii, 1 seqq. [70] Matth. v, 4. [71] Gen. xxii, 1. [72] Rom. xii, 1; I Cor. iii, 17. [73] Hebr. xii, 9. [74] I Petr. v, 4. [75] Joan. xi, 14. [76] Gen. xxvii, 4. [77] Gen. xxviii, 1. [78] Gen. xxix, 1.

Digitized by Google

tis [18], ac sub eorum colore variante aspectum oves ad coitum emittens, plures maculosas facit, quam quæ nullis erant distinctæ maculis : hisque artibus deluso Syro, ac cum solerter sibi parasset substantiam, ita cum uxoribus ac liberis ab eo fugit ; Deique copiis, ac turmis occurrit. Ad hæc cum Deo, qui apparuerat, conserta pugna, cujus etiam nutu mutata appellatione Israelis nomen accepit, cunctis liberatus molestiis, in paternam alacris domum rediit.

Quid vero Gregorius ? Nonne optimis Theologiæ dogmatis divinum accipiebat Numen ; presbyterumque etiam illi invisum funestum Arium gloria superans, divinarum decus benedictionum privilegio accepit ? Nonne hic quoque illius crudelitatem fugiens, ad maternam domum, apostolicam scilicet Ecclesiam commigravit ? Nonne scalam e terra in cœlum, fastigiata, ac quæ virtutibus fabricaretur, prius aspexit ? Nonne per eam, Dei qui illi innitebatur, angelorumque in ea ascendentium ac descendentium doctus est contemplationem ? Quin hic quoque labores desudat, at non ita ut mulierum venustate tabescat ; non ejus gratia pulchritudinis, quæ ad horam floret ; quæ ad modicum delectat, citiusque evanescit ; neque apud Labanum, sed ejus nepotem Moysen : laborat autem, ut duarum ejus filiarum, veteris scilicet novique Testamenti, notitiam perfectam nanciscatur. Ac plane illarum compos efficitur ; primum quidem senioris ; exinde autem junioris. Sic enim forte par erat, ut cum legis prius littera, ac tum cum spiritu, societate jungeretur. Par erat, ut veteris Scripturæ sensum facilem, ac expeditum, nec admodum pulchrum aspectu, atque venustum vere primum coleret ; sicque in eo alte latentem, inque gratiæ Evangelio manifeste proditam, formosam illam ac elegantem rationem (Dei scilicet Verbi incarnationis contemplationem) clare pernosceret, ac diligeret, inque ejus amplexus animi proposito rueret.

His utique duobus testamentis tanquam veris usus conjugibus, filios patri multiplicat. Animi parturiginum in spiritu, Dei promissionum hæredes, liberos procreat. Nec id tantum cura intenta agit, ut suscipiat liberos, sublimiores scilicet ac spiritales ; sed ut etiam mancipia acquirat ; nimirum corpori viciniores ac humiliores. His enim ille pro sui ratione spiritales sibi ac immortales divitias parat. Nam ipse quoque, paucis admodum ac brevi numero creditis, solertiaque ac labore in amplam grege provecto sobolem ; non omnes mercedis loco datos qui revertenti in paternam domum una comites essent, sed electos duntaxat ; nec qui nota carerent, sed qui essent insigniti, in divinas subductos rationes, atque illius signatos thesauris intelligens ; quidnam molitur ? Quin potius quem in sensum provehitur, illius ductu qui non in somnis, sed ipsa vigilia, quæ e re essent ac conducerent, quotidie submonstraret ?

Trium illarum loco virgarum, tribus Deitatis personis in Ecclesiis sermone propositis (has namque palam figurabant canalium alvei), hortansque ad eas animum attendentes pietate fetum uterum gestarent, optimæ contemplationis optimam rationem, salubrem rationem ut enitterentur, præstabat ; quo ad supernas caulas, bono illo Pastore, summeque provido submittente, transirent.

Omnis generis terrenas facultates, quas illi sapientia, virtusque paraverat, sumens ; atque hactenus fidei ope, non ipsa specie angelicarum Potestatum castris humanissime acceptus, id est stipatus ; ac cum Deo homine in spiritu congressus, mensque vere Deum videns nedum nuncupatus, verum etiam factus, per illum ad superna atque paterna tabernacula tuto commeavit.

Hoc Theologo sapientiæ ac prudentiæ efficitur specimen. Virilis hoc animi, fortisque præludio, rem adversus hæreticos strenue gerendam fauste auspicatus, ita se ad perfectiora aspectuque ipso terribilia certamina accingit. Ac sicut pugnacissimi athletæ, non a primo statim experimento fortioribus adversariis congrediuntur ; sed anté pugna cum iis qui debiliores sunt tyrocinio quodam eruditi, majoribusque abunde luctaminibus instituti, ita demum ut cum potentioribus vires contendant, in arenam descendunt. Ad eumdem etiam fere modum Gregorius, primum in patria cum impiis congressus, rationisque adversus eos lucta, ac victoriis fortis pugilis lacertos, ac multiplicem experientiam adeptus ; deinque parentibus felici vitæ exitu consummatis, cum laudatorio sermone, tum justis legitimis perfunctus ; paternoque grege velut in tuta mandra sua ipsius theologia communito, atque pastorum Principi in manus relicto, ipse se ad graviora sermonis causa, atque doctrinæ pericula expedit. Ac velut qui in modico fidelis probatus esset, ad multorum se curam parat. Relictaque Nazianzo, recta ad urbem Augustam iter contendit. Id vero temporis, ingens eam, gravisque hæreseon caligo invaserat atque opplebat ; quæ scilicet, tum aliæ aliis compugnarent, tum veritati infensa vehementius acie ingruerent. Sic enim fere comparatum est, ut vitium atque pravitas, nedum virtuti, sed et sibi ipsa acriter adversetur. Iis autem qui rectam tenebant fidem atrox procella incumbebat ; immensaque undique offusa anxietas, ac consilii inopia erat, cum neminem tuenda doctrina certaminis ducem ac defensorem haberent.

Igitur videre erat velut ingenti immensaque vorágine exporrecto pelago ventos sese alios aliis immani impetu collidentes. Hi nempe lenioribus primum auris afflant, versantque ac circumagunt, paulatim procellam attollentes, ita tamen, ut necdum impactos stridentes fluctus dirumpant. Tum

[18] Gen. xxx, 37.

Digitized by Google

repente turbinis instar utrinque alii aliis ingruentes, atque collisi intoleranda flatuum vi mare tum inflant, tumque diffringunt; assurgente procella ac desidente, interceptisque navibus pariter in altum sublatis, imoque depressis, atque fluctuum immanitate, æstusque submersis.

Similis quædam tum tempestas Constantini urbem invaserat; nequissimis scilicet spiritibus, adversantes linguas, ac mentes alias aliis committentibus; ac cum omnes loquendi immensa prurigine, ac libidine, pronisque molitionibus litibus alii alios diffringere, ac pessumdare superbe connitebantur: si quæ vero pars rectæ fidei addicta in tanta hominum turba reliqua erat, eam vero opprimere ac perditionis alto mergere contendebant.

Nam alii quidem Sabellii Libys confusione susB cepta, nimiaque conjunctione, velutque concretione; nec, quanta par erat, discretione inconsulte usi, Patrem, Filium, ac Spiritum sanctum, nomine tenus honorant; quæ autem his significantur, probro habent, nudasque hæc nuncupationes arbitrati, ac quæ nec vere exsistant, inconsistentem reipsa atque inanem, Judaica singularis principatus opinione, ac impietate, sibi fidem confingunt. Alii Arii dementiæ astipulantes, exque diametro, iis, quos dicebam, pugnantes sententia, pari tamen impietate provecti; quibus illi concretione, hi divisione impii, recti metas excedunt.

Quemadmodum enim priores, qui unam deitatis tum naturam sentiant, tum personam, procul a veritate exerrant; sic et secundi, qui præter ternas C personas, etiam naturæ divisionem, Græcorum errore ac impietate inducant; alienos a Patre efficiunt, qui sunt ex ipso; quin et ipsos inter se alienos pronuntiant: imparibus scilicet, prorsusque indignis deitate gradibus, Filium Patri submittentes; ac Spiritus gloriam Filii claritate minorem, detrahentes; quin potius ipsi se una ac singulari deitate longe abdicantes, extraneis atque absonis opinionibus alii in alios merito incitantur.

Eos enim, qui a medio exerraverant, atque a regia declinaverant (in qua uti virtus omnis, sic et inculpata puraque consistit, ac spectatur fides) omnino par erat, excessibus ac defectibus inhærentes, in nimietatis scirtes incurrere; postremoque D in contrarietatem dissidio, inimicitiasque prorepere. Idque adeo quemadmodum istis, in iis quæ ad trinam Deitatem spectant, ita rursus aliis, in iis quæ ad Dei Verbi incarnationem, aiunt accidisse: cum nempe alii ex Christo duplici natura duos sibi Filios inducendos sentirent; alii in unam eum naturam ex una personæ ratione cogerent: cum par esset illic pariter, atque hic honesti terminis insistentes, tum simul dispescere, tum connectere ac A velut conflare; alterum numero, atque alterum naturæ ratione.

Nam excessus quidem, defectui; defectus adversatur excessui: ambo autem immoderatio sunt, ac improportio, velutque unum accepta vitium, cum ea, quæ ex recta mediocritatis ratione moderatio ac proportio consistit, velut cum virtute pugnant. In eum modum perversa opinio, nedum ut rectæ adversetur, sed ut etiam pravæ contraria sit, ex natura habet. Ii igitur, in ea prolapsi absurda, tum cum aliis alii, tum cum veritate congrediebantur.

In his erant, qui Filio quidem, naturæ cum Patre conjunctionem indulgebant; Spiritum vero, quem a Patris, ac Filii divinitate alienum sentiebant, liberum alii, alii etiam servum blasphemia dictitare B audebant. Aliud hoc pravæ opinionis genus. Apollinarii enim Syri, quidnam aliud vocem amentiam? qui scilicet doceret accepisse quidem Verbum carnem; eam tamen animo ac mente carere dementer assereret.

His utique, aliisque quamplurimis, ac deterrimis opinionibus, ceu sævis procellis immane quantum fluctuanti urbi Augustæ, velut quis optimus gubernator admirandus hic Gregorius a Deo, eoque auspice, incumbit. Ac sicut prius Dominus Jesus discipulis, pelago nocte navi conflictantibus, factus conspicuus, suo statim adventu tumentes comprimit fluctus; ventosque increpans, procellam in tranquillitatem convertit [80]: sic verus reipsa discipulus, ac, quoad licet, imitator strenuus, cum C illo pariter, iis, qui spiritali tempestate jactabantur, apparens, procellæ præcipit, atque in auram [81], ejus fluctibus silentibus, statuit.

At quonam id modo? Hic mihi narrationis vernat amabilis conspectus. Ingreditur Byzantium, non satellitum agmen adducens, sed virtutibus circumstipantibus. Non aurum, non argentum, non æs in zona habens; sed fide, spe, ac charitate, velut mundo præstantiore quam pro mundi ipsa ratione redimitus. Non pretiosas vestes, non mulorum convehendis sarcinis multitudinem; non aliud quidquam, vel exiguum, vel magnum, iis ex rebus quas comportare moris est viris luxu magnificis, ac carnis curam agentibus, inferens; sed Jesu sapientiam ac tenuitatem; cultumque apostolis parcitatem, nudumque ac simplicem ad Evangelium (et, ut ita dicam) imparatam præparationem.

Sic igitur, eoque adveniens apparatu, qualis eum decebat, cui concredita apostolica functio esset; primum quidem apud quosdam necessitudine, quæ secundum spiritum est, conjunctos, hospes agit: id autem ad magnæ Anastasiæ (13) exiguæ domus proximas ædes. Una hæc, quod vili forsan schemate, peneque inutilis videretur, hæreticis neglecta.

[81] Psal. cvi, 29.

(13) Hanc ipse Nicetas egregio laudat encomio; nempe seniorem ac seniore Roma ortam, nec nisi æde illic sacra ac cultu Byzantinam; quo etiam modo auctor vocat suam.

Digitized by Google

fidelium, ac pietatis cultorum exiguo cœtui addicta manserat. Anastasiæ, inquam, illius illustris, ac nostræ; virginis corpore, virginis spiritu ac mente. Anastasiæ quæ olim jam ingens adversus diabolum eximio martyrii agone erecto tropæo, majorem adversus diversas hæreses Theologi opera subinde triumphum revexerit; nempe expugnatis quotquot contentiosiores erant, ac clarissima Orthodoxis asserta victoria.

Etenim exterius aspectabili specie, aspectabili ejus templo (tum quidem invenusto ac exiguo; per ipsum autem decore aucto, ac magnitudine; ipso scilicet quod nunc Theologi nuncupationem sortitum est) insistens antistes; interius autem inaspectabili mentis habitu, ipsi perspicue resurrectioni Christo per Anastasiam incumbens, in ea suos vacillantes fulcit, confractos erigit, nutantes confirmat; ac cum persecutoribus grassantibus vix spirantes invenisset, vitali actu ac potentia adimplet. Recto enim sermone atque doctrina tanquam verissimo tritico bonorum animos esurientes replet; mundissimoque inculpatæ theologiæ pane, longa fame tabescentia pectora cibo recreat.

Josephus quidem ille beatus, fraterna invidia Ægyptiis venditus [61], nec heræ impudicæ præstigiis delusus; sed carcere munito castitatis causa circumseptus; visa somnia solerter dextreque interpretatus, Ægypti universæ princeps, frumentique largitor atque nutritor, nedum unius Ægypti, sed et jam exterorum, inaudiit. Gregorius autem, non ex fraterna invidia, sed Magni Basilii, fideique pernecessariorum hortamentis cedens; quinimo impensioris providentiæ consiliis adductus, non abs scelerata hera tentata pudicitia; palam vero hæreticorum maligne agentium insidiis appetitus, instarque carcerum instructos eorum dolos varios, ac machinamenta incidens, sapientiæque doctrina potioris contritos venantium laqueos effugiens, non unam provinciam, aut urbem; sed per unam, quæ sub cœlo sunt universas, beneficio impartire monstratur.

Ille igitur ejus cibi qui perit; hic ejus qui manet in vitam æternam, dispensator ostenditur, arbiterque magnificus. Atque ille quidem, non corporalis solum, sed et temporaneæ annonæ; idque adeo cum frumenta pretio venderet; hic autem, non solum spiritalis, ac quæ contineat animos; sed et in sæculum largus conviva enitet; uberrimumque, ac sine pretio pulchre esurientibus convivium propositus est. Quanto igitur mens sensu nobilior, tanto hujus illa frumenti distributio, præ illius præstantior, ut mea fert opinio, his, quibus sanæ sint animi rationes, facile judicabitur.

Verum erga quidem domesticos fidei ac necessarios talis cum esset divinus Gregorius, talis semper ad eos habuit: qualis vero etiam erga adversarios enituerit; in quam multos veritatis causa labores ac pericula inciderit; quantis Trinitatis causa certaminibus perfunctus sit, quanam, quæso, sermonis vi repræsentaverim? Quomodo præcipuum quiddam dixerim, nec ita procul consectanda veritate iverim? Quomodo illius res omnes tentans enarrare, non fastidio gravem orationem reddiderim; aut quomodo pleraque volens omittere, non ingenti auditores damno affecerim? Illius plane necessaria vox, atque sententia, ut multa paucis exhibeantur. Illius namque hoc partium, atque indolis, uti sic magnifice atque strenue decertare, ita et certaminum magnificentiam sermonis magnificentia exhibere.

Cum jam igitur pessimi dæmones Græcanica incantatione, ac errore, impurisque sacris, ac omni impietate, divinorum apostolorum munere, ac triumphalibus præliis martyrum, cessissent; sublataque idolorum nefarii cultus caligine, ac vera fidei luce rectum omnem animum collustrante cum deinceps extraneorum opera pietatis cultores bello fatigare non possent, ipsos secum invicem Christianos concitantes; quinimo quidquid in nobis debilius erat errore abducentes, corruptisque sermonibus adversus eos qui præcipua pietate fulgebant instruentes, acri lite, pugnacissimaque excita contentione, alios aliis committunt; fraudeque usi ac audacia, partim quidem suasoriæ orationis artificio rationibus simpliciores dicto sibi audientes reddunt; partim vero imbecillioribus ingruentes, metuque procacitatis perterrentes, impio ipsorum sensui eos submittere conantur.

Quid igitur vir in divinis versatissimus, accuratissimæque Theologiæ infracta columna ac immobilis? Num nequissimorum pravitate minor apparuit? aut eorum omnino grassantium vi cessit? aut quid modicum e pietate remisit? aut illius causa mediocria pericula adivit? Haudquaquam; sed eorum audaciæ, prudentiam opponens; calliditati, vafrisque consiliis, animi præsentiam ac fiduciam; quin potius, fortitudinem adversus audaciam ac temeritatem; prudentiamque adversus calliditatem ac vafritiem educens; universimque adeo virtutem, adversus eorum totam pravitatem infesta acie instruens; sic omnino fudit, fugavitque, ac perexpugnavit, ut potius semitam navis mare secantis, aut serpentis vias super petram, aut volantium aquilarum vestigium [62], ut habet parœmia, videas, quam illorum impietatis sæculo relicta vestigia deprehendas.

Nam illi quidem unum id opus erat ac studium, ut mendacii quidem vim infringeret; veritatem autem propugnaret; atque ut a scelestissimorum dissimilitudine quam alienissimus foret, consubstantialitatis autem opinioni omnino adhæreret. His autem ut ex animo eam excutientes, suo ipsorum errori insisterent; ac quidem veritatis præconi, ut cunctos boni socios pro bonitatis indole habere

[61] Gen. xxxvii, 28. [62] Prov. xxx, 19.

Digitized by Google

percuperet; mendacii autem patronis, ut tanquam perduelle, hosteque uterentur; ac tum illi necem inferre, tum quam docebat rectam fidem, exstinguere tentarent. Quem enim animum absurdæ rationes, aut actiones occupato addixerint, sicque comparatus est ut qua tenetur præsumptione liberari nolit, tanquam infensos reformidat, si qui emendare tentaverint; reprehensionemque vibicis loco, ac plagæ ducens, amarum crudelissimumque animi consilio adversus arguentem exsuscitat atque instruit.

Ac quidem Theologo, divinæ prædicationis sermones prætendebantur; nempe sermones ejusmodi, qui nedum ad veram salubremque Trinitatis fidem proveherent, sed qui etiam Christi charitati per mandatorum observationem (quibus salus ac justitia provenire creditur) adjungerent. Ad hæc, carnis illi culta mortificatio, jugisque oratio, qua animi summa plenaque emundatio; ex qua mentis in Dominum excessus [84], diviniorum illustrationum perceptio, cœlestium splendorum societas; ac demum potiorum votorum adimpletio; quibus Dei verus homo absolutus, ac qui mentis renovatione Christi similitudine quoto quoque die transformatur, non vitæ minus deitate ac magnificentia, quam sermonis atque doctrinæ illustri claritate, iis qui salute digni sunt, salutis exsistit præsidio; Arianis autem, ac qui illis adjutores atque socii erant (porro erant adjutores consciscenda Sancto nece hæreticorum omnis cuneus; novit enim haud raro vitium vitio auxiliari belloque fatiganda virtute, uti dictum est, sociari concordia, quanquam sibi ipsum dissentaneum ac discors est); his itaque inimicitiæ, lites, æmulationes, iræ, ac quæ deinceps magnus Paulus [85] pridem percensuit carnis opera; ac quod omnium supremum malorum est, cædes ipsa accurabatur nihil defunctorie.

Atque hi, primum quidem maleficæ dialecticæ sermonibus tentantes, litigantes, veritatis turrim dejicere molientes; velutque præsidio, qua pollebat sapientia submoti, sermonumque ac dicendi fiducia; ac tanquam duro saxo firmoque ue, viri magni fidei, procaci irruentes audacia, exque imbecillitate abacti, ac impudentia quidem adorientes, præ virium autem exilitate victi recedentes; quin potius contriti, ac velut pulvis vento ac turbine, alti ejus sermonis spiritu, æstiva area excussi ac ventilati; cum absurdissimum videretur novos jam cum eo sermonum inire congressus, qui omni palam sermonis ac doctrinæ vi superaret, lapidibus deinceps tentabant obruere.

Ac sicut homicida Judæorum plebs, Stephano ad eos unum verbum prolocuto [86]; apertos nimirum ipsi cœlos, ac Filium hominis ad Patris dexteram se videre, cum æqualem cum Genitore honorem prolis ferre non possent; continentes aures, moxque surgentes, lapidaverunt theologiæ sacrum A interpretem, Sicut etiam Jesum, qui ante Stephani testimonium, in medio ipso concilio clamasset: *Ego, et Pater unum sumus* [87], surgentes lapidare nitebantur, quanquam fecit is, ut incassum lapides mitterentur: pari ratione Gregorio quoque Deum Patrem, Deumque Filium, ac Deum Spiritum sanctum, unam Deitatem, quæ tribus personis ejusdem substantiæ discrete ac velut dividue una consistat, eximie pro Theologi partibus disserente, immensa rabie acti, ac furore repleti princeps hæreticorum agmen inque illis antistes, tanquam suis eis dogmatis funditus labefactatis, præstantissimum theologiæ interpretem, velut sua opera, vique doctrinæ parem Trinitatis honorem asserentem, lapidibus petunt.

B Quia vero, quam illi male impugnabant deitatem ac dividebant, hæc rite pro ea depugnantem, auxilio fovebat; ac Spiritus illi, qui in ejus spirabat gratiam, aderat: ab homicidarum cum injuria liberat; illæsumque a lapidum grandine servans, ad majora certamina, ac perfectiores coronas præparat. Iidem namque ipsi ea ratione convicti, probroque affecti, ad aliud rursus fortissimum, ut putaverant, prorsusque ineluctabile vertuntur commentum. Nempe variis onerantes criminibus, iisque urbis præfectum, fidei ipsa communione magis credulum ac procliviorem accendentes, cum et accusatores statuissent repente comprehensum Gregorium, pro tribunali sistunt. Atque, o stuporem! o insipientem C sceleratorum aggressionem! Pacifici probatissimus discipulus, ac pacis mitissimus arbiter, seditiosi ac protervi crimen sustinebat; ac qui docendo, juxta divinum Apostolum [88], fidelem sermonem amplecteretur, tanquam qui aliena a fide, ac hæreticis propria doceret, ab impiis calumnia insimulabatur. Stabat autem vir strenuus, velut sodalium cuipiam ac notorum; non quasi tanto magistratui, judicique assisteret.

Quonam modo scite apteque, vel præfecti superbiam, fastumque animi, ac sermonum arrogantiam; aut viri prudentiam ac lenitatem: certamque ad eum ac exquisitam satisfactionem verbis expediam?

Præf. Quid sibi vult, heus tu, quod sic præ- D magnificam augustissimamque civitatem seditiosis molitionibus turbas, cum præsertim extraneus atque hospes exsistas?

Greg. Cui ille: Quænam injuria, quæve adversum nos, inquit, accusatoribus divulgata, rumoreque sparsa seditiosa molitio ac petulantia? Nihil enim mihi ejusmodi rerum conscius sum.

Præf. Quod, inquit, inanibus verbis atque profanis, incompositam plebem ad res novas sollicitas: viderisque mihi turbas ciere, qui imperitorum ac insipientium tibi animos addicas, atque ad seditionem (quæ his facile succendatur) œstro quodam impellas.

[84] II Cor. v, 15. [85] Galat. v, 20. [86] Act. vii, 55. [87] Joan. x, 30. [88] Tit. i, 9.

Digitized by Google

Greg. Enimvero, ait rursus, seditiosæ molitionis, turbæque popularis tantum abest ut ulli ipse sim auctor, quantum qui olim mortui, a vestra civitate ac republica extranei agunt. Olim enim (neque me quisquam arrogantiæ fastusque insimulet) omni sæculi, fluxæque gloriæ claritate spreta ac carnis universis cupiditatibus excussis, solique Christo fœdere adjunctus, ac qui ejus lege Spiritus agi maluerim, ab omni discordia ac rixa mundum meipsum servare contendo; nec solam pulcherrimam pacem solus ego amplector, sed et cunctos totis viribus eam amplecti, cum Paulo [89] hortor atque suadeo. Fore enim ut sine illa nemo videat Deum.

Præf. Quid vero, inquit, quod et aliena, ac pro hæreticis partibus doces? Nonne vobis sufficit fides, cui et magnus imperator astipulatur: omnisque ditio ac civitas assentitur? Solusne fidei novitatem illaturus es, orbemque solus in sententiam tuam pertrahes?

Greg. Nihil equidem novum, inquit, aut ab apostolica fide alienum, vel ipse cogitavi unquam, vel alios docui; sed quæcunque, juxta sacram Scripturam, *audivimus, et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis* [90], hæc sentimus, hæc loquimur: in his permanemus, quæ credidimus, ac nobis credita sunt, scientes a quo didicerimus [91]. Non humanis cogitationum rationibus inconcessa, iisque inaccessa metimur: neque naturam nulla verborum vi explicabilem, ac quam nemo intelligat, dialecticis methodis pensitamus. Neque enim ut quibusdam moris est, præter ea quæ sacris nobis oraculis exposita sunt, contumacius quidquam præsumimus. Omnis igitur qui ex Deo est, nostramque audit vocem, ac quam loquimur veritatem agnoscens: non nobis simpliciter, sed ipsi plane, nostra opera, veritati accedit, eique conciliatur.

Præf. Quid ergo, inquit, videmur tibi non ex Deo ac veritate nos esse, quod vestro consubstantiali non admodum assentimur: neque enim ex Scripturis habemus, ut ei certo assensum præbeamus. Quid vero tibi, qui nec imperatoris decretis consentias, inque tantum opinionis fastum vecors evaseris, nec cum tanto episcoporum cœtu concordiam colas? Num times ne in te ipse grave aliquid ex contentione inconsulte arcessas?

Greg. Decebat quidem, o præfecte (qua mansuetudine, blandaque lenitate respondit Theologus) unigeniti gloriæ non impingere; nec adversus divini Spiritus honoris æqualitatem elatos, illius majestatem spernere: nec denique tanta testimoniorum neglecta copia, quibus Patri honore coæquantur, deterioribus animum opinionibus inficere. Sic enim una fidei confessione, mentisque concordia, tribus sanctificationibus velut sublimes Seraphim, unam dominationem, ac Deitatem laudantes [92], A unum corpus, unusque spiritus Christiani omnes ageremus [93]; jamque adeo non ex alio alii, alioque, sed ex Christo omnes tum nuncuparemur, tum essemus, qui ad unam eamdemque spem vocationis pariter curreremus [94].

Quia vero nonnulli, animi potius pravitate, quam inscitia, si certæ veritati, clarisque testimoniis, ac auctoritatibus obnituntur: puta iis, quæ ad Filium spectant, quod Dei sermo cum esset in principio, erat apud Patrem [95], et Deus erat; quodque Unigenitus, et quod in sinu Patris. *Ego*, inquit, *in Patre, et Pater in me est* [96]. Et, *Ego et Pater unum sumus* [97]. Quod item splendor gloriæ [98], ac figura paternæ substantiæ, id est, imago invariabilis, divino Paulo prædicatus est; necnon B aliis, quibus eadem deitatis natura astruitur. Quæ vero spectant ad Spiritum, quod Dominus est, quod mittit, quod sibi templum efficit [99], ac deificat; quod operari eum sicuti vult [1], ac dona dividere testante Scriptura [2] proditum est; quibus, aliisque plurimis, ejus quoque cum Patre socia, unaque dominatio ostenditur.

Quia igitur nulla tantorum Spiritus testimoniorum reverentia ducti, non horrent creatricem ac effectricem omnium causam creatis accensere; fiuntque creatura nequam, qui omni pudore semoto, naturam omni superiorem dominatu, in servitutem arrogantia ac superbia detrahant, nec ex scipsis hactenus intelligere voluerint, cum animi C interior ratio, atque notio ex mente nulla passione ac fluxione, nulla temporis inter capedine nascens, atque a gignente inseparabilis, quæque item sermonis prolatione ad sensum transit, ejusdem cum mente horum parente naturæ sint; vero etiam propius certa quadam ratione qui ex Patre luminum velut coæterna quædam germina exsistunt, ejusdem merito naturæ cum genitore debere existimari.

Id vero in causa est, ut ipsi ab eorum nos communione, velut qui adversa veritati dogmata inducant, non injuria abscindamus; nec decretis acquiescamus, ac impietatibus assensum præbeamus, ne scilicet parem illis blasphemiæ condemnationem sustineamus, quidquid orbi nunc universo imperare videantur; etsi vulgo videantur episcopi, etsi D sublimes sedes conscenderint. Nobis siquidem, o spectande, imperatores non purpura, sed virtute nobiles atque inclyti: non auro, argento, pretiosissimisque capillis, vel auro compactis curribus, seu magnis exercitibus augusti ac formidabiles, sed fidei sinceritate, veraque ac genuina erga divinum Numen affectione. Episcopos autem non eos omnino habemus, qui sacerdotalibus præfulgent stolis, atque infulis; sed qui velut podere, id est talari, etiam virtute amicti sunt; rectamque fidem velut rationale judicii [3], et veritatem, et manifestationem in pectore, animique precordiis gestant.

[89] Hebr. XII, 14. [90] Psal. LXXII, 3. [91] II Tim. III, 14. [92] Isa. VI, 5. [93] I Cor. X, 17; I Cor. VI, 17. [94] Ephes. IV, 1-4. [95] Joan. I, 1 et 18. [96] Joan. XIV, 11. [97] Joan. X, 30. [98] Hebr. I, 3. [99] II Cor. III, 17. [1] Act III, 2; I Cor. VI, 19. [2] I Cor. XII, 11. [3] Exod. XXVIII, 4.

Digitized by Google

Sic autem animatus, ac cum ita de his sentiam, siquidem ingruentia Trinitatis ergo pericula, ac exsilia, cruciatus, mortem (vitæ scilicet immortalis argumenta) detrectaverim; tum vero reipsa innumeris me dignum mortibus ac periculis existimaverim.

Aiunt præfectum, his ex eo auditis, viri sapientiam mira quadam ratione virtuti contemperatam admiratam esse: sicque adeo plebem pietate commotam, ac divina victam prædicatione, ut ingentem clamorem extulerit, ac nedum theologiæ nomine beatum prædicaverit, verum etiam illic primo Theologum appellaverit. Sic nimirum prorsus theatrum ceperat; sibique judicium (auditores scilicet) addixerat. Ac Gregorium quidem cum reverentia domum remisisse; accusatores vero tantisper objurgasse, ut qui ad causæ momentum arguendo viro nihil attulerant. Hinc etiam ille, ut divino proditum eloquio est, majorem [4] in plateis agebat libertatem, fidentiusque palam loquebatur. Omnis enim animus, cum certamina necdum adierit, plerumque formidare, seque pugnæ subducere; lucta autem defunctus, auctusque victoria, fortiter ac strenue amat agere.

Homo sane illius Ausites ac beatus Jobus, præ virtutis præstantia invidiosus diabolo redditus, illique postulanti traditus, liberis quidem, omnique prius substantia nudatur; tumque etiam pessimis corpore ulceribus cæditur [5]; ad hæc vermium tabo, acutisque amotus doloribus; ac, cum uxore dementia loquente, atque amicis imprudentius, nec pro rei indole consolantibus usus, nec minimum emollitus esset, vel ullam prorsus Deo stultitiam dedisset, magnifice claroque præconio in fine certaminum celebratus est; ac, quod omnium præstantissimum, illius voce prædicatur justus, qui e turbine atque nubibus illi respondebat. Hic autem, nulla mala æmulatione, atque livore ablata substantia, sed Christi lege erogata in pauperes omni facultate; nec decem duntaxat confertim, unoque momento corporalem liberorum perpessus interitum, sed innumerabilium animi labem tabescentibus dolore visceribus sustinens ejus, qui expetierat, ira cæditur; nec vero solum corpore, quin potius medio ipso pectore, atque animo duriore plaga afficitur. Tentator enim velut armis, atque jaculis, nequissimorum dentibus, linguisque, velut acutis usus gladiis, hæreticorum loquendi licentia, atque pruritu continue tanquam mucronibus, ferit; percutitque blasphemiis animum; atque eorum opera, qui simulata fide, amicitiam profitebantur (in quibus etiam fuit Maximus Cynicus; cujus pro Cynica indole supercilium, morumque impudentiam, ac insidias, velut cunctis notas, dimittam) omni, ut verbo dicam, machina, ac arte commode, incommode admota, qua ille fulgebat, veritatem redarguere, sibique eam vindicare tentat actionis necessitudine, ac pro similitudine. At Gregorius (quippe qui non nesciret ejus cogitationes) admirandam adversus omnia patientiam opponens ac longanimitatem, haud secus ac inturgentes spumas, decumanos injuriarum fluctus elidit: sed ei administrorum invidiæ omnem malignitatem sinistraque molimina convellit. In fine autem ea, quæ in censu erant, non duplicia recipit, sed multis partibus auctiora, velut scilicet bonus ille servus, accepta potestate super decem civitates, quinimo instar fidelis ac prudentis œconomi [6], ipse quoque (nec magnum dictu,) omnibus quæ sunt Domini sui præpositus. Minime autem prædicatur justus, sed efficitur: Theologus autem tum efficitur, tum magnifice prædicatur.

Hinc Trinitas, haud secus ac lampas trino fulgens lumine, eximie in eo accensa, non jam silentii modio premi sustinebat: non jam ad eos indulgentia utendum arbitrabatur, quorum imbecillior erat animus; sed sicut lucidissimus iste sol, jam terræ solutus sinu, inque horizontem terra superiorem micantibus radiis tantisper prominens; hactenus quidem summos montium vertices sensum luce perfundens, densa tenebrarum ad terræ cava contrudit: paulatimque promovens, omnino caliginem dissipat atque dispellit universumque orbem terræ mundi communi luce ubertim impartit; nisi quid ex eorum genere est, quæ noctu pascuntur, nec solis radios ferre possunt; sic nimirum comparata, ut lucis excellentia eorum non tam illustretur visus, quam deteratur; aut propter meatus inferendæ luci non idoneos, nec satis explicatos ut splendorem recipiant; cujusmodi lustra subit, ac petrarum specus. Sic quoque Gregorius; quin potius quæ in illo velut orbe solis rutilo quiescebat Trinitas, primum mente sublimiores illustrans, tumque omnem animum luce dignum amabili scientia replens, ferinum omne pectus, sensumque affectus a ratione alieni alumnum terræ abditis obscurum tradit: nempe non ferentem divini radii spiritalem illustrationem; atque ideo divinam repellentem lucem, quod vel malo naturæ genio, vel animi pravitate, excellentiam bonitatis suscipere non possit.

Ergo civitati quidem, inque ea agentibus, atque civibus, quæ in Gregorio erat trini solis exoritur lux; provinciæ autem, ac quæ extra sunt, illius destituuntur luminis claritate? aut vicinis quidem, nec longius dissitis theologiæ splendor illucet, ad eos autem qui procul remoti sunt, ac extrema terræ occupant, sermonum gratia non attingit? aut pervenit quidem etiam ad illos, obscure tamen? aut clare quidem, at non firmiter, et ut perenne? Haudquaquam; sed cuncta simul purgat, illuminat, perficit. Purgat quidem hæresis piaculo, eos qui ignorantia olim tenebantur; eximiæ ac cœlestis prædicationis divinis sermonibus, illuminat; augu-

[4] Prov. I, 20. [5] Job XII, etc., 42. [6] Luc. XIV, 17.

Digitized by Google

stissimis divinissimæ naturæ ejusdem conjunctionis radiis concilians, perficit.

Non me latet eo provehi orationem, ut, qua excurrit prolixitate, jam nauseæ fiat; quamobrem duplici distrahor affectu, hincque inde studiis secor. Nam metus quidem ne plerisque molestior, ac decori inscius videar, sermonis mihi impetum inhibet. At quid patior? quippe etiam alias eum remittere non sinit, qui cogit amor, vimque facit : totumque peritus expugnans, sibi palam addicens. Is namque Theologi tum sermonum magnificentiam, tum divinam morum præstantiam longiore verborum ambitu exspatiantibus comparationibus clarius animo suggerens, ut in eis mente immorer, ac plura loquar, evincit.

Esto igitur, etiam cum Mose pro virili nostra magnum Gregorium diligenter comparantes, hinc quoque antistitis præclare gestorum amplitudinem consideremus. Mose, inquam, illo, qui sancta quidem Abrahami radice germen progenitus sit, metuque Pharaonis infans in fluvio expositus; ac Pharaonis filiæ visus elegans, in filium palam adoptatus fuerit : quique adeo hac ex causa omnem Ægyptiorum scientiam doceatur, nec tamen cognatorum dedoceatur amoris a natura vim. Idcirco, quod educantibus haud satis æquus, exque animo affectus, deprehensus esset, se fuga proripiens, atque ad Madian montem transiens, illicque uxori legitimis copulatus nuptiis, pecudum pastor effectus sit; seque rerum contemplationi impendens, quantum homini videre concessum est, in rubo Deum viderit.

Is rursus in Ægyptum cum signorum virtutibus missus, Ægyptiacique animi duritiem expugnans, multiplici prorsus eos verbere ac plaga affligit, inque brachio excelso populum suum liberat : ac quidem ab Ægyptiaca morositate redimens; ignisque columna, ac nubis ducens, eorum in terram promissam ductorem agit. Tum, mare Rubrum divisum, siccis eis vestigiis iter explicavit : idemque rursus in seipsum confusum, persecutoribus interitus simul, ac sepulcrum fuit. Hinc rupes dirupta, flumina profundit; lignumque aquarum sanat amaritudinem : ac quidem firmamentum aviculas pluit sicut pulverem; cœlo verum panem, spisso imbre, demittit : atque extensæ manus, innumera fugant hostium millia; Deique justa sententia, populum murmurantem vicissim neci tradit.

Quod omnium maximum, maximamque habet admirationem, ascendit in montem excelsum solus, dierumque quadraginta jejunio corpore mundatus, animo expiatus, tremenda Dei coram animadversione, præstantiorique in specie iguis apparitione, atque vocibus, ac tubis, tanquam in symbolis, dignatur : lapideisque tabulis inscriptas leges accipiens, atque varios illic sacrificiorum ritus edoctus, veri quoque tabernaculi figuram ex umbratilis forma ibi contuebatur. Illic candelabrum et mensam; illic aras et arcam, aliaque cœlestium similitudine assumpta, figuræ ratione vir Dei conspectu usus serio contemplabatur. Hæc vero tribulibus tradens, ac sacerdotium quidem Aaroni, germano corpore, germano spiritu præbens; ducis autem præfecturam Jesu famulo concredens, omnique operum ipsius ministerio ex consilii divini rationibus expleto, sic vitam caducam, mortique obnoxiam deponit.

Sic quidem Moses; isque (ut paucis complectar) ejus instituti vitæque rationis modus fuit. Quid vero Gregorius? Nonne sacrorum parentum, sacratissima proles eluxit? Nonne is quoque sæculo tanquam fluvio expositus, Spiritus quidem signaculo fiscella communitus est[7] : sæculari autem sapientiæ elegans, dexterque indole visus, atque in filium ei adoptatus, in ea eruditur, atque præparatur? Num illius sensum humilem ac superstitionem lubentissime fugiens, sublimiori contemplatione, ac magis e pietate usus est ad sapientiam mundo superiorem?

Non commigrans velut Moses ad montem Madian[8], sed sacræ animi tranquillitatis, ac imperturbationis verticem conscendens; nec sicut ille, mortalem sibi conjugem assumens, sed perfectæ sapientiæ amore incensus, ejusque gratiarum corona eximie ornatus; nec pecudum rationis expertium, sed ratione vere utentium probatissimus pastor effectus, si quis alius mortalium Invisibilem videt[9]; ac revelata facie contemplatus Domini claritatem, tum contemplatione[10], tum potentia repletur, atque in istam mittitur Ægyptum. Mittitur vero ut populum Domino peculiarem acquireret; atque a caliginosa hæreticorum ignorantia liberatos, ad lucidam in fide viventium veritatis hæreditatem transferret.

Virga quidem a Deo minime in manus tradita[11]; quin ipse potius virga virtutis efficitur divinitus missa. Virga utique, non quæ in seductorem serpentem transformetur[12], sed quæ in formam Christum referentem, ac mentem immutetur : non quæ aquam potabilem in sanguinem potui inutilem vertat[13], sed quæ potabili doctrina, salsam eorum abstergat. Non quæ ingruente reptilium copia, eaque edacissima adversarios confringat[14]; sed quæ efficacibus vivisque sermonibus durissimam mentem atque superbam velut flagello cædat; aliis quidem vulnus ac plaga tumens, non suapte indole, sed illorum morositate, qui omni ulcere insanabilius invidia vulnerati ac fœdati essent[15]; aliis consolatio bona, fulcimentum ac gratia. Ac quidem aliis, instar grandinis, ignisque ingruens, tum densitate sermonum, tum divinorum igne sensorum, contumacium animos consumebat[16]; aliis

[7] Exod. II, 3. [8] ibid. 15. [9] I Tim. I, 17. [10] II Cor. III, 18. [11] Exod. IV, 2. [12] Exod. VII, 19 20. [13] Psal. CIV, 29. [14] Exod. VIII, 2; XVII, 21. [15] Exod. X, 3. [16] Exod. IX, 25.

Digitized by Google

velut ros e cœlo leniter stillans, sensibus ut florerent, præstabat : atque aliis quidem tenebræ palpabiles prostabat [17] ; aliis lux mentis sancta, ex luce, quæ omni major sanctitate est, abunde effulgebat : quin potius, qui lux cunctis vera tum fieret, tum esset ; aliis quidem illustrandi vi pollebat (iis scilicet qui suæ mentis oculo ab ejus fulgoribus minime abhorrerent), aliis obscurandi, qui propria mentis debilitate veram claritatem obtueri non possent ; qui lucem quidem, ut inimicam refugerent ; tenebras autem tanquam suavissimas sibi deligerent. Ac aliorum quidem mentis rationum ac actionum primitiva, argumentis confutans exterminabat [18] ; aliorum autem incontaminatas in Christi sanguine animas conservabat.

Idem ipse ignis columna ac nubis efficitur [19] ; peccati caliginem dispescens, virtutisque laborem refrigerio temperans atque leniens ; velutque nubis rore, Paracleti consolatione, spiritalem Israelem levans, atque ad supernas mansiones traducens ; ac manu quidem excelsa sæculi mare illi scissum, innoxie transmittens ; eos vero qui dementi ac furenti in eum impetu, omni apparatu insequebantur, in eo suffocatos relinquens, purissimo ipse salvandorum cœtui, cum magnifico virtutis commeatu, ad beatas salutis sedes ductor præibat.

Fit petra [20] ; revera enim spiritalem petram [21], non sequentem, ipsique comitem, sed in eo manentem, Christum vitæ latices manantem, habebat. Lignum quoque efficitur, potui inutilem [22], atque amaram hæreseon doctrinam, in rectæ fidei dulcedinem mutans. Manibus autem non interdiu extensis, ac quæ graves deprimerentur, aliorumque opera sustentari deberent ; sed mente in Dominum jugiter sublata ac excedente, tum verum suffulciebat Israelem, tum verum fundebat fugabatque Amalec [23].

Alit autem, non pane qui prima luce e cœlo pluens, plusculum ascendente sole mox colliquescat [24] ; nec avium carnibus immensa copia imbris instar depluentium, sed sermonum abundantia atque vi ; tum nempe magis spiritalium ac divinorum, eque sursum, atque sapientia quæ de sursum est, subministrante suppetentium ; tum corporalium magis ac naturalium, ex terrena, ac quæ sæculi usu comparatur, intelligentia, mentisque solertia illi collectorum [25]. His igitur, qui recti ac fideles essent, tum alebat, tum recreabat ; qui autem murmuratores, ac Deo detrahebant, eos miserabili ac deplorandæ morti tradebat.

Non in montem (terræ scilicet, qui in sensum cadat, tumulum) per breve tempus secedens, Deique illic usus colloquio [26], turbis se rursus legislator permittebat ; sed suprema theologiæ conscensa specula, non dierum quadraginta, sed jugi jejunio ; A præstantiorem quam pro sensus ratione Dei visionem nactus ; non fragore mugientibus vocibus, tubisque aerem vi percutientibus, vehementiusque auribus insonantibus ; sed sine strepitu, atque leniter, et leni ac quieto Dei Spiritui colloquens, illique congrediens, ac silentio magnas sublimium decretorum voces percipiens : non tenebris ac caligine obducto corpore, sed supra quam ignoti incomprehensionis notitia obtecto : non procellis ac turbine ventisque flantibus, sed divini Spiritus mollioribus auris perflantibus ; non cœlestium imagines, ac figuras, nec veritatis obtuetur umbras, sed ipsa sacratius docetur cœlestia, ipsamque clare veritatem cernit. Symbolis enim, ac umbris Mosi conspectis ad ea quæ vera sunt intelligenda usus, B ac per ea ad ipsum clare legislatorem devectus, vere gloriam contuitus est, nedum posteriorum Dei (quibus a Deo secunda, illoque auctore condita obscure significantur), verum etiam (ni audentius loquor) anteriorum [27] ; ipsius, inquam, exsistentia præeuntis supra quam ignotam infinitatis notitiam. Vidit autem Dei claritatem, non brevi temporis morula factam conspicuam, citoque abscedentem, sed quæ semper ita consistat : nec velut ille, in petræ protectus foramine, sed in unigenito Verbo paternam contuens gloriam, in Filii Spiritu eximie Filio circumfulgetur. Vidit quæ per tabernaculum, inque illo reposita vasa mystice significabantur ; quin ipse potius vario virtutum cultu insolubile se C tabernaculum Deo exhibens, etiam arcam animum suum reddidit : arcam scilicet, non quæ haberet urnam auream [28], sed quæ cor auro rutilum, panem illum cœlestem gremio continens. Non quæ virgam amygdalinam, quæ floruerat, lapideamque ac fragilem tabulam ; sed quæ expolitam mentem ac inviolabilem, vereque Dei digito scriptam, contegeret.

Idem pariter candelabrum septem habens lucernas constituitur [29], qui scilicet septem Spiritus donis Ecclesiam illustret. Constituitur et mensa, panem illum summe mysticum probe esurientibus appositum habens [30]. Constituitur etiam altare, nedum thymiamatum, velut suavissimos suffitus, precum jugiter hostias submittens [31] ; verum etiam holo- D caustorum, pietate pingues animas sacrificii ritu in ipso faciens [32].

Idem quoque magnus pontifex effectus, non unctionis oleo caput barbamque diluitur, sed Spiritu exsultationis mente ac animo sanctificatur. Nec variis tunicis, terrena e materia contextis perornatur, sed virtutum varietate, animi tunica varia induitur ; ac velut Aaron illo tintinnabula [33], concinnum apostolicæ sapientiæ sonitum assumens, ita sanctificationis sacerdos, atque hostiæ novæ sacrificus non per sanguinem, sed per spiritum fa-

[17] Exod. x, 22. [18] Exod. xii, 29. [19] Exod. xiii. 21 ; xiv, 19. [20] Exod. xvii, 6. [21] I Cor. x, 4. [22] Exod. xv, 25. [23] Exod. xvii, 11. [24] Exod. xvi, 14, 13. [25] Jac. iii, 15, 17. [26] Exod. xix, 3. [27] Exod. xxxiii, 23. [28] Hebr. ix, 4. [29] Exod. xxv, 31. [30] Isa. xi, 2. [31] Exod. xxv, 23. [32] Exod. xxx, 1. [33] Exod. iv, 27.

Digitized by Google

ctus est. Non enim ex umbræ rerum, sed ex veritatis ratione; nec juxta ordinem Aaron, sed qua ratione divinus Paulus, regni Evangelio defungens; ac, sicut magnus ille pontifex Jesus Christus pro suo populo victima factus, precesque offerens, non semel in anno in sanctis sanctorum versabatur; sed incessanter spiritali atque cœlesti altari propinquans, inde nobis salutem operatur.

In eum modum, nedum Moses Theologo exemplum efficitur, verum etiam Aaron: in quod aspiciens, quantum veritas umbram ipsam figura designantem præcellit, tantum, arbitror, illis illustrior ostenditur ac perfectior. Quid vero? Qui sic horum imitatus vitam, adeo iis superior clariorque eluxit; num a sequentium prophetarum atque justorum imitatione defecit? aut alios quidem aliis virtute claros imitatus est, non item alios? aut omnes quidem, aliquo tamen præripiente palmam, ipsumque superante? aut paribus modis virtutem gessit? aut exiguo a se intervallo, proximeque secundas virtutis referentes illos reliquit? Minime gentium. Qui enim Moysen prophetis omnibus, ac iis qui leges tulerunt, longe præstantem, adeo antecellit; quanto magis reliquos abundantia magnificentiæ gratiæ superabit? Verum ad ea quæ continua serie ad ejus vitæ rationis monumentum spectant, operæ pretium iterum orationem reducamus.

Interim Gregorio hisce impenso, ac dum errantes quidem oves reducit [36]; quærit autem quæ perierant, ac contritas alligat, uti sacræ prophetiæ verbis proditum est: virentibusque collocat pascuis, ac veræ refectionis aqua educat [37]; omnique (tum quæ ad actionem moresque, tum quæ ad fidem pertinet) tanquam herba lethifera atque noxia, ipsas iniquitate arcens, super semitas ducit justitiæ; ac lege sancit, non temporaneam corporis emundationem, sed sensus carnis mortificationem; neque ritum quo immolandæ animalium victimæ, ostendit; sed Spiritus vivificationem, quæ per fidem exsistit; ac velut sagittis solertissime Anomœorum corda ferit, velutque lucidissimis radiis, sacrosanctis doctrinis suis, electis lucem prætendit; de repente solvitur ruitque tyrannis, ac legitima imperii potestas designatur; ac impiorum quidem potestas penitus eliminatur, piorum autem reliquiæ fiduciam sumunt; hæreticorum merito supercilium detrahitur, Deique populo cornu salutis suscitatur [38] atque exsurgit, imperator clementissimus, malorumque odio propensissimus. Is, duo optima secum constituit; ut nempe, qui trinam monarchiam evertere viderentur, probrum honore commutantes everteret; qui autem pari honore, naturam honore parem, atque æqualem supra quam honorarent, atque colerent, honore exceptos erigeret, atque eos qui sedes vi inscenderant, spretim submoveret; injuste autem Ecclesiis submotos, locis propriis restitueret.

Porro ut auspicatissimo exordio delatum imperium iniret, duo hæc ut exsequatur diligenter enititur. Quænam illa? Ut nempe œcumenica synodo Nicææ Patribus decreta confirmans, quæ succreverant hæresum novitates exstingueret, litesque ecclesiasticas dispelleret. Hæc Magni Theodosii prima consilii ratio; ut autem Gregorium in Constantinopolitana sede collocaret, id illi secundum opus, nihil priore impar, aut quidquam segnius curatum.

Gregorius autem, qui animum omni superiorem ambitione haberet, paternisque visceribus erga gregem affectus esset, concessam quidem Ecclesiam libentissimus recepit; inire autem sedem, hactenus differebat. Postea tamen, vi quidem, at cessit nihilominus episcoporum votis, cum aliorum plurium, tum Antiochiæ præsulis; magni scilicet illius Meletii, qui multa pridem ac strenua sanctæ Trinitatis causa fertur desudasse certamina. Hujus divinis judiciis, probique imperatoris id enitentis vi, ac fidelium civium adactus obsecrationibus; quin divinis potius obsequens nutibus, ad celsam, pro antistitis munere prælationis sedem, evehitur. Lucerna super candelabrum sublimis collocatur; ac prædicator, speculam sublimiorem aggreditur. Quid vero? an quæ præstat regibus ut regnent super terram, ac tyrannis ut dominentur terræ [39], beata Trinitas, suscitatque de terra inopem, ac de stercore elevat pauperem [40], non etiam probatissimum famulum, ipsisque rebus perfectissimum præsulem, in pontificia sede collocaret?

At nemo illegitime, contraque ac sacra Ecclesiæ regula statutum est, ad tertiam eum arbitretur transferri sedem. Nam neque ea res translatio est, sed electio, primaque ac unica in urbe augusta pro episcopi dignitate, atque munere sedis collocatio. Nam quod primo Sasimis, uti dicebam, præfectus est, id solum promotionis causa fuit, cum neque sedem receperit, nec omnino illic ordinaverit, ullamve mysticam initiationem pro antistitis partibus celebraverit; quod nempe viculus ad sustentandam episcopalem sedem esset omnino ineptus. Nazianzenam autem cathedram quondam curavisse, cum pater illius episcopus esset: at non ejus creatum esse episcopum, aut sedem illam unquam suscepisse. Solum autem Patris hortatu ac jussu, ut sacri ministerii defectum impleret, sic Ecclesiæ curam suscepisse, ut senectæ fulcrum, ac paternæ imbecillitatis sustentaculum audiret. Ita vero se rem habere, etiam ex iis perspicuum est, quæ ipse ad Gregorium sibi cognominem scribit (14). *Inter omnes etenim constat me non Nazianzi, sed Sasimorum antistitem creatum fuisse; tametsi in patris reverentiam, et eorum, qui supplices hoc a me con-*

[36] Psal. xliv, 8; Hebr. i, 9. [37] Eccli. xlv, 10. [38] Ezech. xxxiv, 4, 5 seqq. [37] Psal. xxii, 2. [38] Luc. i, 69. [39] Prov. viii, 15. [40] Psal. cxii, 7.

(14) Epist. Billianæ edit. 42.

Digitized by Google

tenderunt, ad breve tempus, quasi hospites præfecturam suscepimus. Quod igitur pater mortalem vitam divina commutaverat, vacantem jam inventum divina Spiritus gratia, vitæque ac doctrinæ humana majore præstantia postea clarissimum effectum, in urbis augustæ solio quantum oculis conspicuum erat, constituit; quantum autem animo aspectabile, orbis terrarum bonum Pastorem, magnumque antistitem præficit.

Operæ pretium autem ut nec ipsum ineundæ sedis taceamus modum. Postquam enim divinum illud ac salutare, præceptum atque decretum pervulgatum est fore Theologum in sede collocandum; perinde vero ac dicas, quam is Trinitatem Deum prædicabat; videre erat universam propemodum simul creaturam, illius sublimationis ergo ac provectionis secum ipsam moveri. Tunc enim, arbitror, cœlorum virtutes omnes, mente, immateriate, inaspecte, præeuntes, sequentes, stipantes, pro sacro divini præsulis ingressu jucunde applaudebant : omnes profanorum dæmonum turmæ, quotquot aeriam regionem circumeunt, ac quotquot locum terræ viciniorem adeptæ, hoc sibi studium ponunt ut hominum genus seducant, inferna festine latibula subibant, cum micantia divini Spiritus fulgetra non ferrent. Omnis vero piorum civium cœtus, fideli imperatori ex fidei pietate comes, monumentique maximi festivitatem antistitis ingressum ducens, splendide ovansque in sacram pariter ædem irrumpebat.

Vidisses igitur illic populi universi plausus, victoriæ cantica; ac quibus Deo, quibus imperatori grates exsolverentur. Vidisses viros, feminas, senes, pueros, servos, heros, hominum ætatem omnem, omne instituti genus qui solitariam, quique vulgo tritam vitam agerent, sacerdotes ac laicos, ex omni ferme hominum, quod sub cœlo est, genere, haud secus ac fluctuum eruptionem, confluentes, influentes, præeuntes, occursantes, impellentes, in adversum pellentes ac qui pellerentur, gaudentes omnes, omnes gestientes, jucundo omnes animo, bonumque certamen certantes. Ne quidem virginibus fas videbatur ut sacro illi spectaculo deessent. Ac vere hæ, honesta gravitate opertæ, sacra festive septa invadebant. Cunctis certamen erat, piaque contentio, alii ut antistitem prope accederet; alii, ut iis qui prope accedebant e vicino succederet; alii, ut vel eminus, ingressus videret, velut hinc quoque commodum aliquid percepturus esset. Animus enim fidei sensu, ei qui creditur mente conjunctus, dum vel ejus umbram procul speculando adverterit, cupiditate agitur, gestit, omnique studio ad ipsum contendit : ac velut quodam majoris amicitiæ stimulo, conspectu usus, corpore etiam, ut ita res ferat, enititur amato conjungi.

Non sic Judaicus olim populus circa templum Hierosolymitanum, Salomone dedicationem illius celebrante [41], frequens confluxit; nec sic plena ante eum uno totius populi conventu Davidi coacta celebritas est, tum, cum arca ut quiesceret locata fuit atque deposita, ac in illo ingressu conflatam ferunt [42]; nempe Gregorio sedem adeunte. Iis quidem qui recta fulgebant fide, talis quidam cursus ac alacritas erat; at neque hæreticorum agmen a communi illa populi glomeratione aberat. Aderant autem, atque alii quidem intus animo invidia dissecabantur; nec tamen pravitatem in lucem proferebant; alii more canum in rabiem acti, jam cædis avidi irruere, atque necare incitabantur; sed Dei occulta manu, cunctaque conservante, furens ille eorum impetus inhibebatur. Atque illi quidem insidias, strues, turbas ac seditiones, innoxiique sanguinis effusionem animis cogitabant; Trinitas autem (quippe boni amans) defensorem suum ac propugnatorem, ab omni tutum nequitia servabat.

Vidisses illinc utrinque congressiones fieri, pugnasque committi, Anomœis scilicet, tanquam ad ipsos spectantes, Ecclesias vindicantibus (iis enim qui longiori tempore possederint, vel si injustissima possessio sit, haud raro ex continua solummodo detentione, hominum judicio rata fides succurrit); Homousii autem defensoribus easdem mordicus retinentibus, velut qui recens Dei nutu, piique favore imperatoris, Theologo optimo præceptore, ac testatore, ceu legitima hæreditate illas adepti essent.

Vidisses illic sacrum illud melos reipsa præstitum, nempe, justi quidem cornu exaltatum in gloria; peccatores autem videntes, et irascentes, et stridentes dentibus, ac tabescentes; eorumque periisse desideria [43]. Non enim futurum erat ut in longum tempus falsitas reluctaretur ac obsisteret, neque ut veritatis adversum se aciem ad extremum sustineret : sed sicut hiberna tempestas, sive brumale frigus, procul adhuc morante sole, atque australem versante viam, late viget, omnemque constringit naturam, ac premit : illo autem rursus ipsas jam ad aquilonem deciviores detegente partes, atque æstivum gyrante solstitium, clarioresque ac mora firmiores radios immittente, incalescit, spiritusque ac vitam resumit, quidquid in rebus est, vereque lætius dilucente, bruma facile, frigusque exolescit ac dissolvitur, inque internos secessus atque latebras vicissim cogitur. Eodem fere modo, gravem illam hæresum, ac quam molestam caliginem, atramque tempestatem, haud secus ac crassissimam hiemem, nubemque Ecclesiis affusam, ac piorum prementem corda, Gregorii sermonum radios, velut e sole, Christo in eo manente promicantes; clariusque ac lucidius effulgentes dissolvisse ac consumpsisse; atque Ecclesiæ firmamentum in statum diei fulgoribus lucidum, ac pacis claritatem transmutasse.

Hujus vero certum argumentum, ac conjectura,

[41] II Par. VII, 8. [42] II Reg. VI, 1. [43] Psal. CXI, 9, 10.

Digitized by Google

quæ ante sacrum illum ingressum in aerem effusa densissima caligo ac obscuritas est. At ubi Ecclesiam ingressus est, universa civitate ac imperatore una comite, omnique Ecclesiæ cœtu decantante laudum cantica, ac divino antistite in sede collocato, cunctorumque vultibus præfervido lacrymarum imbre perfusis, compunctis scilicet omnium animis, nec tantam beneficii vim siccis oculis suscipere valentibus; ubi denique clamor, gaudium, commistaque tristitia ac supplicatio, universi populi gestu, habitu oreque erupit; solvitur statim densissima illa nox ac tenebræ; luxque splendidissima confertim effulgens, hæreticorum quidem spes in obscurum trudit, piorum autem exceptis corporibus etiam animum claritate perfudit, exsuperante mœstitia in jucunditatem nimium quantam cedente, atque conversa. Sic nimirum Dominus, quemadmodum eos, qui ipsum clarificant, claritate augere, sic qui spernunt, spernere consuevit.

Admirandus quidem Jesus, Israelis belli dux Mosis loco creatus, siccoque vestigio cum omnibus copiis Jordane transmisso [45]; atque adversus gentes regesque fortissimos instructa acie, belloque comparatus, sic incruenta victoria evertebat quidquid incurrisset, ac par erat everteret, ac pessumdaret, quem Altitissimi dextera cum primis protegebat. Unico tubarum clangore, robustissima concussa mœnia corruebant: tumque urbes integræ, civiumque omnis conferta multitudo exscindebantur: bellicosissimi reges impressione facta, nedum armis, sed et cœlo lapsorum lapidum instar grandinis imbre cædebantur [46]; quin et ii, præeuntium vesparum aculeis [46], dire pungebantur. Quodque majus ac insolentius, sol stabat, luna inhibebatur [47], ipsumque cœlum Israeli aderat belli subsidio adversus insipientes depugnans. His Dei providentia curaque excisis, eorum substantias ac facultates in funiculo distributionis, per manum Jesu, eorum terram, ac quidquid ditionis fuerat dividentis, partibus adibant.

Gregorius autem veri Israelis sacra præfectura concredita, velut amne rapido glomerantes aquas, prolixas stulte impiorum nugas innoxie transmittens; quod et ipse excelsam manum valide protegentem haberet, tanquam civitates ac oppida, illegitimas hæreticorum sodalitates cœtusque, clarissime sonantibus suæ theologiæ tubis, repente solo allidebat, fortesque blasphemiarum patronos, ac antistites, tanqnam saxorum ictibus, densaque grandine, cœlestibus sensis confringebat; velut denique multo vesparum examine, crebris sermonum suorum aculeis saucians, alios quidem omnino perimebat, quotquot scilicet longe maxima temeritate acti, præfracte cum Deo pugnare audebant; alios vita donabat potiori, quotquot nimirum veritatis decretis pari credulitate subm.ittere animo, operæ pretium ducebant.

Sol et luna, oculis quidem conspicua, haudquaquam cursu inhibita sunt. Quorsum enim? at qui mente sol intelligitur, non semel, sed in perpetuum, sublimi ejus menti, ac cœlum pervadenti assistens; quin et ejus sapientiæ quæ sæculi usu præstatur lucidissima specie velut lunæ jubar effulgens, victorem adversus Dei hostes, ac triumphatorem facit: quibus neci datis, quam possederant terram, nempe Ecclesiam, possessione adit.

Possidet, inquam, aditque hæreditatem, non quæ diffluat, atque facile dilabatur; sed stabilem, atque ad futurum sæculum commigrantem, nec eam duntaxat quæ in terris, atque oculis conspicua est; sed per eam, ad cœlestem Jerusalem, liberam illam [48] (primitivorum scilicet Ecclesiam [49]) transiens; non solus ipse, sed cum cœtu, turbaque ipsi comite, pro rata cujusque laborum ratione, patribus ascriptas incorruptas sortes possidendas consequitur.

Melle ac lacte fluere terram promissam, Scripturæ sacræ testimonio proditum est [49*]; Gregorii autem, mel quidem, theologiæ dulcedo; lac autem, doctrina jugi latice manans. Vel mel quidem, virtutis operosus labor, quem animorum cultori instar apis argumentosæ, laborisque tenacissimæ abunde suppeditabat; lac vero, largissimus, ac qui maxime nutriendo esset, sermonum latex. Iis enim, optimis divinissimisque rationibus commodum Ecclesiam regebat.

Hæc ille ante adeptam sedem, hæc post etiam adeptam, studio agebat. Non enim requiem laborum, sed accessionem curarum, angorem, sollicitudinem, ac laborum exsuperantiam, præfecturam ducebat, unam vero animi jucunditatem noverat, discipulorum pietatis rationibus profectum; unam corporis refectionem ac laxamentum, secessum ad loca ab hominum usu ac consuetudine remotiora; in seipsum conversione, animi rationum diligentiam ac curam: qua nimirum mens illi ad altissimas assurgens contemplationes, unam Paracleti lubens habebat consolationem; reliqua autem animi oblectamenta, ac corporis relaxationes, crassioribus atque ad corporis rationes magis comparatis, projiciebat.

Nam cum his tribus, hominis animus omnis capiatur ac insolescat, nempe gloria, divitiis, voluptate; nec inanis gloriæ fastu ac superbia elatus, mentis rationibus movebatur; nec pecuniarum amore emollitus, animo capiebatur; quippe cum a teneris ipsis unguibus ejusmodi rerum cupiditas omnis illi exstincta esset. Ac neque (quod plerisque usu venit) variis ventris voluptatibus victus concedebat: sed omnis jam vitæ mollioris ac voluptatis fragili fluxaque jucunditate excussa ita laboribus ac sudoribus virtutis causa sese exercebat,

[45] Josue I, 2. [46] Josue. x, 11. [46] Sap. XII, 8. [47] Josue. x, 12. [48] Galat. IV, 26. [49] Hebr. XII, 23. [49*] Exod. III, 8.

Digitized by Google

ut illi quam maxime opportunum esset Davidicum illud proferre, propter nimirum Dei labiorum sermones, vias se duras custodisse [50].

Alii quidem alia functi virtute, aut divinæ participes facti gratiæ, solam forte quisque suam ætatem beneficio afficere velit : Gregorius autem in eo laboravit, atque operam posuit, ut non suæ duntaxat ætati, sed et cunctis simul deinceps futuris divinam gratiam Dei exemplo explicaret. Sacris eloquiis fluminis instar ex ejus lingua fluentibus, doctrinaque ore tradita, ad ipsum adeuntes nunquam demereri cessabat, arguens, increpans, obsecrans [51], pietatis decretis ad sapientiam componens, sermonibus veritatis aptans atque instruens, cunctosque ad contemplationem pariter ac actionem expeditos agilesque reddere maxime cupiens. Conscriptis autem sacris monumentis futuros deinceps per ætates ædificans ; in iis, eversos constabilit, fideles confirmat ; sed et os omne fremens, aut quod futurum est, ut fremat loqui adversus Deum iniquitatem [52], obstruit.

Tanta vero Gregorio exacti sermonis, ac veritatis cura, cum venustate, incitatione, perspicuitate, ac gravitate, ut quanquam multi sæpius a sæculo orationes conscripserint, aut divinas enarrationes ediderint ; quantum stellæ a solis claritate, tantum universi ab illius divina prædicatione ac eloquio, vique sermonum, deficiant. Ego, quantum licet pro virili, dicam.

Cum in orationes invectivas incido, quibus is Juliam prævaricatoris confutat dementiam, numinumque gentilium infelicitatem ac vanitatem exagitat ; ac quibus eorum Deos, ac demones traducit, Gedeonis gladium video, aut illius trecentas tubas, atque lampades, quibus alienigenas exterret, ac in stuporem vertit [53] ; propriisque ipsorum sermonum atque actionum laqueis, innecti facit. Aut Barach [54] Jephteque ensem [55] ; aut Samsonis mandibulam, qua hostes milleni percussi collidebantur atque cadebant [56].

Cum in eas, quibus Filii ac Spiritus Deitatem tuetur, quibus alienigenarum decretum omne atque doctrinam exscindit, ac præsertim Macedonii Ariique ac sequacium impudentem amputat blasphemiam, statim admirandi illius Davidis facinoris memini, triplici lapide funda rotato alienigenam percutientis, atque procax illud caput amputantis, ac salutis cornu Israeli erigentis [57] : aut Samuelis illo superiorum tonitruum, atque fulgurum, vehementiumque e cœlo imbrium, quibus is insipientem Israelem erudiebat [58] : aut ignis Eliæ, quo holocausta ac ligna consumpsit [59] ; uti etiam postea illo duorum quinquagenariorum principum audaciam contrivit [60], aut ejus ipsius gladii quo prophetas confusionis (id est, Baal) justissime interemit [61].

Cum laudatorias ac quæ de Dei hominis in carne negotio sunt orationes lego, quibus sacras solemnitates exornat, Dei revera vocibus Ecclesias illuminans, atque oblectans, cum Elia in cœlum levor [62], igneaque eloquia haud secus ac flammeos currus inscendens, sublimis ad Dominum tollor : ejusque etiam melotem, quam Elisæo tribuit, cogito ; quinimo, quæ illi comes est, duplicem Spiritus gratiam, qua nedum impietatis fluento inhibentur [63], verum etiam steriles animæ fecundissimæ redduntur ; ac quæ per fidei pravitatem interierunt, creduntur vitam recipere [64].

Cum antistitum laudes, ac martyrum ; ad hæc etiam, quæ illius, moribus instituendis adhortationes exstant ; divinæ ejus sapientiæ varietatem, multipliciaque ac diversi generis opuscula, ac lucubrationes metro, solutaque oratione mecum pertracto, Salomonis animi profundum contueor ; quin et præ illo, ac majus aliquid possumus dicere. Nam Salomon quidem, cum sapientiam, rerum scilicet scientiam petiisset, ac accepisset [64*] ; sic elementorum indoles, animalium ortus, plantarum diversa genera, ac eorum quæ sub sole sunt, aut fiunt, operationes viresque intellexisse perhibitus est, ut superiorum exstiterit nemo hac illi scientia par, aut post eum surrecturus sit [65]. Gregorius autem cum humana illa sapientia nihil, ac certe parum quid a Salomone deficeret ; ea ceu rudimento ad divinam sapientiam usus, tantum illa Salomoni præcelluit, quantum Salomon reliquis præfulsit. Ac quidem ille, creatorum se contemplationi dedens, perspicacem in ea animi vim insumit ; hic autem ex creatis ad incomprehensi supra quam ignotam notitiam transvectus, summeque mysticam ac abstrusissimam nactus incomprehensionem, eaque apprehensa, ipsam in ea contemplationem sistit.

Ac quidem Salomon multiformem ac dividuam naturæ doctus rationem, intelligentiæ abundantiam multis libris editis produxisse proditus est : Gregorius autem naturæ supra quam divinæ Unitate ac Trinitate eximie perspecta ac intellecta, sermonis pulcherrimi vi, ac illustrante Deitatis gratia, cunctis simul ætatibus divina alte edisserit. Atque ille quidem, ea, quæ sæculi usu consistit, solertia ac sollicitudine elatus, ac carnis prudentia victus, quam procul, heu ! ab spiritu recessit, eorum nomine quæ sibi deligenda putavit (ne quid nefandum dicam) vituperio dignus [66]. At Gregorius, qui Spiritu Dei ageretur [67], quanquam ad ejusmodi sapientiæ pelagus evaserat, facile tamen, ac leni aura navigat, divino scilicet Spiritu per spiritalem disciplinam, vitæque institutionem ad cœlestem supercœlestis sapientiæ portum ipsum dirigente ; carnisque affectuum ac libidinum, tanquam flu-

[50] Psal. xvi, 4. [51] II Tim. iv, 13. [52] Psal. ii, 2. [53] Judic. vii, 20. [54] Judic. iv, 16. [55] Judic. xi, 32. [56] Judic. xv, 15. [57] I Reg. xvii, 40. [58] I Reg. xii, 17. [59] III Reg. xviii, 38. [60] IV Reg. i, 9. [61] III Reg. xviii, 40. [62] IV Reg. ii, 9 seqq. [63] IV Reg. xii, 14. [64] IV Reg. iv, 16. [64*] II Paral. i, 10. [65] III Reg. iii, 12 ; iv, 30. [66] III Reg. ii, 1 seqq. [67] Rom. viii, 14.

Digitized by Google

ctuum insurgente vi natatu superior, atque emergens, tutissimo exitu animi propriam navigationem obsignavit, ac clausit.

Postquam autem, quam sibi propositam habuerat impensioris illius consilii actionem, faustum finem, ac pro ejus diligentiæ, ac spei ratione convenientem, vidit accepisse; omni scilicet populari tumultu ac contentione, Anomœorumque linguæ improbitate ac contradictione divisa prorsus, atque conscissa; omnique sacro Orthodoxorum cœtu sacris Ecclesiis restituto, sicque virtute ac fide adulto, ut super eos divina omnino efflorere sanctificatio conspiceretur [68]. Aderant quidem quorum adventus exspectabatur præstantiores episcopi atque proceres; aderant, non ut Ecclesias collapsas erigerent (jam enim sacri antistitis sudoribus id ante præclare præstitum erat), sed ut illius acta confirmarent. Non ut nutantem fidem firmarent ac stabilirent (quam ille factis ac sermonibus adamantinis communiverat), sed ut ejus de Deitate doctrinam calculo approbarent. Nec ut Consubstantialitatis gloriam tunc Spiritui deferrent, Deumque pariter ac Patrem Filiumque assererent, sed ut omnes communi suffragio, illius divinis prædicationibus consentirent.

Quod enim magno prius tonitrui filio [69] concessum est, ad Unigeniti gloriam declararet, ac præ reliquis Evangeliorum scriptoribus, ipsum Deum clare prædicaret; quamobrem etiam scite Theologus nuncupatus est; hoc ipsum plane, huic quem laudamus, quod ad Paracletum attinet, postea donatum est. Cum enim alii a Deitate extraneum traderent; alii componerent quidem Deitati, ut tamen palam Deum nuncuparent, induci non possent; sed vel suæ ipsi ignaviæ, vel imbecilliorum animis ea temperatione consulerent; solus hic, primusque fere præ omnibus Spiritum Deum Patri ac Verbo consubstantialem perspicue ac valde clare fiduciaque prædicavit; cujus etiam liberæ prædicationis magnificentissimum præmium consecutus est, ut qua aliis præstat excellentia, Theologi nomen nancisceretur, auri scilicet thesauris innumerabilibus, cunctisque pretiosis lapidibus longe clarius.

Sacro igitur episcoporum cœtu, universaque civitate, quod Ecclesia victoria potiretur, id vero ejus certaminum, laborum, sermonum facinus, ceu rem omni majorem fide testantibus, eique mutationis in melius causam ascribentibus, ac velut dignum præmium sublimi eum sede collocandum operæpretium ducentibus; ipse negotiorum ecclesiasticorum, turbarumque pertæsus; ad hæc etiam ut de ejus institutione ac sede ortas disceptationes vitaret, eaque ratione Ecclesiarum pacem procuraret; quin jam quoque curam placendi aulæ, civibusque declinans. Plerique enim sacerdotes ad sua ipsorum desideria lubentius trahunt, quam ut eorum ipsi consilia sequantur; maluntque sibi eos addicere, quam ut ii pietatis lege ipsis addicantur. Ipse vero, cum hactenus omnibus placere sustinuisset, ut quod in ipso erat, juxta magnum Apostolum [70] omnes lucrifaceret; quod amplius est, velut studii libidine placendi, ac assentationis crimen submovens, difflansque; necnon ejus quam amaverat a principio, coalumnamque habuerat, philosophiæ supra modum desiderio accensus; unamque sedem, supernam scilicet, nulli invidiæ expositam, ac intransferibilem; vitæ autem hujus laborum mercedem, ejus ascensum, proque illa sessionem, sciens; quem homines honorem deferrent, spernit; litibusque expositam sedium celsitatem volenti cedens; ac Vale Ecclesiæ, Augustisque dicens, urbanis se turbis, ac negotiis eximens, ad terrenam hactenus patriam commigrat.

Illuc iterum reversus, paternaque Ecclesia, amentium labe purgata Apollinaristarum, atque domesticis fidei tradita; ac tum exinde, in terræ angulum solitarius secedens, ab exteriorum se curis omnino collegisset; Ecclesiarum quidem præsides per epistolas constabiliendo coagmentabat; ipse vero potioris vi contemplationis, absolutissimaque philosophia supremo desiderabili consuescens, ac ipo arcanorum præceptore utens, omnem tum figuralium sacrorum symbolorum expressius perfectiusque veram notitiam docetur; tum et ipsam symbolica omni repræsentatione superiorem, illique eminentem, veritatis scientiam.

Alii quidem prophetarum, aliis in Spiritu visionibus vi animi rectrice ac mente informati; atque alii quidem super solium excelsum et elevatum [71]; alii animalibus quadriformibus vectum, invisibilem conspicati [72]; ac modo quidem electri, modo ignis specie [73]; aliasque rursus humana eum forma considerantes [74], variis figurarum simulacris, ac diversi generis formis tanquam qui per naturam [75], nulla certo specie formaque designetur, sitque universorum auctor, atque ea ratione pro eo ac videntes capiunt, indulgentia cuncta subeat atque induat; tanquam in ænigmatis obscurisque repræsentationibus, omni vacantem quantitate ac qualitate, in antecessum videbant. Hic autem, omnium simul visionum, quas seorsim singuli aspectarunt, illustrationes, vimque sincerissime edoctus, omnique Evangelio exhibitæ veritatis luce, altissimæ contemplationis compendio imbutus: atque veteris fundamento, nova illa superædificata sacra scientia, omnis plenitudinis sapientiæ Dei vasculum, sedesque efficitur. In Christo quidem omnem plenitudinem divinitatis corporaliter inhabitare credimus [76]; in hunc autem, totum per Spiritum sentimus Christum commeasse.

Jonas quidem ille Amathi filius, Daniel quoque, ac tres pueri; prior quidem, belluæ marinæ projectus [77]: alter, esca leonibus in lacu datus [78]; po-

[68] Psal. cxxxi, 18. [69] Marc. iii, 17. [70] 1 Cor. ix, 19. [71] Isa. vi, 1 seqq. [72] Ezech. x, 18 seqq. [73] Ezech. i, 27. [74] Ezech. viii, 2. [75] Dan. vii, 9. [76] Col. ii. 9. [77] Jon. ii, 2. [78] Dan. xiv, 31 seqq.

Digitized by Google

stremi, in fornacem ignis injecti, horum singuli oratoriam domum [79]; Jonas, cetum; Daniel, lacum; tres pueri, fornacem effecerant. Precabantur enim, ut ipsorum vita ab interitione labeque emergeret; liberationem precibus exposcebant; et vero divino nutu obtinuerunt; Jonas, e ceto; Daniel, e lacu; pueri tres, e fornace ignis liberati. Gregorius autem, tum bestiam, tum lacum, tumque ignis fornacem, corpus existimans, corporisque malum habitum, seu ejus ægrotam valetudinem, atque vitia, quæ animo etiam summe philosopho, ac comtemplatione provectissimo quandoque molestiam faciant, divinorumque « ut ipsius verbis utar (13) ei radiorum lucem tanquam interjecta nubes adimant, his tanquam vinculis exsolvi precibus ad Deum flagitabat; ac cum solvere desideraret, et esse cum Christo, ingemiscebat [80], quemadmodum magnus Apostolus, gravatus, ac, sicut ille, habitaculum quod de cœlo est, indui cupiens [81].

Enimvero etiam quod precibus enitebatur, ac cupienti in votis erat, hoc consequitur; inque bona ac pingui senectute [82], vitam solvit; ac cum pridem suas omnes vitæ rationes in cœlum transtulisset [83], utique etiam eo commigrat. Ac quidein corpus, ut quod terra esset, terra obtegendum paterno in tumulo dimittit; ac cum ex tabulis cavisset sub uno occultandum lapide, spiritum in ejus deponens manus qui tradiderat [84], ad ipsum incontaminato animo transit. Ac sicut sacrum vas electionis divinus Paulus [85], divinissimo Christi sensu repletus, per eum non e terra, sed e cœlo vocatus, inque lucem gentium [86], ac terræ salutem missus; cum multis defunctus periculis atque ærumnis, Dei salutare Evangelium mortalibus prædicasset, bonumque certamen legitime certasset, coronam justitiæ consecutus est [87]; pariter etiam illius perfectus imitator altioris cœlo Trinitatis nutu ad divinam Theologiam vocatus, ac cum ipse quoque per multa pericula divinam omni majorem essentia Consubstantialitatem annuntiasset, bonumque præclare certamen certasset, ac inoffensum pietatis cursum consummasset, rectamque accuratæ fidei regulam servasset, a rebus, quæ in aspectum cadunt solutus, his quæ mente intelliguntur, copulatur; atque peregre a mundo proficiscens, Deo præsens efficitur, ac tanquam mens incorrupta, incorruptis mentibus coaptatur.

Velut sapiens patriarcha, patriarchis; velut prophetica pollens gratia, prophetis; ac quidem apostolis unitur, tanquam apostolica maxime vita præfulgens; sacris præsulibus ac doctoribus, tanquam sacerrimus, doctrinaque præcipuus atque maximus; ac quidem martyribus, tanquam Trinitatis testimonio illis compar; justis autem, ac confessoribus, tanquam plane exercitatione, quæ ad pietatem ducit, æqualis; ac demum societate cum omnibus, universis conjunctus; atque eam forte ob rem cunctis altius collocatus, ad ipsam pure purissimam Trinitatem propior accedit, atque ab ea, ejusque benignissima largitione, justitiæ coronam accipit; quin illam ipsam ornatu omnem mundum superante, immarcescibilem coronam gloriæ induit.

Decebat enim, ut qui tantos illius gratia agones in terra desudasset, ipsam in cœlis velut coronam gloriæ, ac dignum victoriæ præmium acciperet; atque is qui pro ea laboribus defunctus, atque humilis abjectusque effectus esset, laborum eam remissionem ac exaltationem inveniret. Decebat, ut qui pro Unigeniti gloria, ac Spiritus æqualitate omnem laborem ærumnamque proclivis, suscepisset, eorum quoque claritate in sempiternum præfulgeret.

Divino olim proditum oraculo est, Enochum Deo placuisse, ac carne translatum esse [88], nempe exiguæ illius Dei notitiæ præmio id consecutum, ut ita transferretur. Deinde etiam Eliam Thesbitem magnifice assumptum cum corpore [89]. Igneus enim currus, ac equi ignei tollentes, non in cœlum, sed, velut in cœlum, aurigæ instar eum assumpserunt. Ut Gregorius, qui tanto præstantiori, ac majorem habente admirationem obsequio placuisset Deumque demeruisset, quanto fides quæ est veritate, illa perfectior est quæ in umbris posita est, ipse quoque ad Dominum commigrat, atque transfertur: neque id curru igneo cum corpore vectus, sed cum adhuc in corpore versaretur, virtutibus tanquam curru in cœlum tollebatur, altisque animi sensis, ac contemplationibus, ad Altissimum sublimis assumptus, atque evadens, revelationum excellentia Deo excedebat; postea autem peregre factus a corpore, omninoque ad Dominum suum migratione e vita profectus, omnibus cum supermundanis virtutibus altiore quam pro mundi ratione cultu stipantibus, ac festive excipientibus augustissimæ coram Trinitati eximia præfulgens claritate apparet.

Verum, o mentis illius magnæ primæque ac divinissimæ discipule ac cultor, mentis perspicacitate maxima prædite. O Verbi illius vivi, quod primæ menti ac Patri unigena est, ac conjunctum natura, præco ac doctor eloquentissime! O divini Spiritus, qui cum Patre et Filio, ejusdemque classis atque ordinis numeratur, spiritalissime ac illustrissime adorator, clarissimeque ac summe conspicue Theologe! O qui diserte nobis, ac dilucide Trinitatem in unitate, ac unitatem in Trinitate adorandam Deum edisseris; hæc quæ a nobis tibi laudatio debetur. Ac siquidem condigna illa videatur, tuum dubio procul munus, tuique laboris, ac tuæ in fine

[79] Dan. III, 23. [80] Philipp. I, 23. [81] II Cor. V, 2. [82] Gen. XV, 15. [83] Philipp. III, 20. [84] Luc. XXIII, 46. [85] Act. IX, 15. [86] Isa. XLIX, 6. [87] I Tim. VI, 11. [88] Gen. V, 24. [89] IV Reg. II, 11.

15. Orat 39, quæ est *in Sancta Lumina*.

Digitized by Google

temporum prædictionis exitus (16) ac finis est. Sin autem longe abest a tua virtute, ipse cum Seraphim, vir beate, qui inaccessæ Trinitati assistas, ac ter sanctum modulum illi ter sancto ter sancte proloquaris, divino tuo ad nos spiritu propior accede, ac seraphico igneorum eloquiorum calculo, atque carbone indigna continge labia, emundansque ab iniquitate, ac perfectiori adimplens sacra scientia, divinioreque dignans consummatione; primum quidem sanctæ Trinitatis secretiore doctrina ac scientia divina, nostram divinius sublimiusque mentem adimple; tum vero admirabilium tuarum virtutum dignos laudatores effectos, in tua nos incontaminata ac immortalia commeantes tabernacula suscipe; ut tua ope clariore ac diviniore claritate, atque gratia supra quam exuberantes, digne tecum Deo claritatem dare mereamur, cum Patre, et Filio, et Spiritu sancto, una Deitate, et regno, et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(16) Ad calcem scilicet orat. 20.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΒΙΟΣ ΗΤΟΙ ΑΘΛΗΣΙΣ,

Συνεγράφη δὲ παρὰ Νικήτα δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ καὶ Δαυΐδ, τοῦ Παφλαγόνος.

—

S. P. N. IGNATII

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

VITA SIVE CERTAMEN,

Auctore Niceta servo Jesu Christi, cognomento Davide Paphlagone (1)

(Mansi, *Concil*, tom XVI, col. 209.)

—

Præclarum juxta et salutare est, cum cæterorum quidem sanctorum omnium res in vita gestas exponere et enarrare, posterisque sæculis vitæ documenta, pariterque ad virtutem incitamenta tradere: tum vero maxime eorum qui fuere prædíti venerando pontificatu, quique suo vitæ splendore acerbum adversarium ad gravissimam provocarunt invidiam, et cum invicta laborum omnium patientia, animique magnitudine, fortitudinem contra insectatorem eximiam declararunt. Quod si autem eosdem ad extremam et nostram ætatem propius accedere contingat, tum vero multo maxime præ cunctis memorandi omnique laude prædicandi sint; ut qui propter temporum vicinitatem multo magis Ecclesiæ prodesse possint. Quod enim pervetustum est, longisque temporum intervallis remotum, etsi fidem propter scribentis auctoritatem mereatur, desperatur tamen a plerisque studium imitandi; ut

Πάντων μὲν τῶν ἁγίων τοὺς βίους ἀνατάττεσθαι καὶ διηγεῖσθαι, παίδευμά τε πρὸς ἀρετὴν καὶ παράκλησιν ταῖς ἐπιούσαις τῷ παραδιδόναι γενεαῖς, κάλλιστον ὁμοῦ καὶ σωτήριον· μάλιστα δὲ τῶν ἱεραρχίᾳ σεπτῇ κεκοσμημένων, καὶ διὰ τῆς οἰκείας λαμπρότητος τοῦ βίου εἰς ζῆλον ἀκάθεκτον τὸν πικρὸν διώκτην ἀνερεθισάντων καὶ δυσμενῆ, καὶ διὰ τῆς ἀνενδότου τῶν πόνων ὑπομονῆς καὶ γενναιότητος λαμπρὰν ἐπιδεδειγμένων τὴν ἀριστείαν κατ' αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τούτοις ἐγγίζοντες τύχοιεν καιροῖς, πολλῷ μᾶλλον ἀξιομνημονευτότατοι ἂν εἶεν ἁπάντων καὶ ἀξιεπαίνετοι, ὡς πολὺ πλέον οἰκοδομεῖν τῇ ἐγγύτητι δυνάμενοι τὴν Ἐκκλησίαν. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον καὶ πάμπολυ κατὰ χρόνον διεστὸς, εἰ καὶ πιστεύεται τῇ ἀξιοπιστίᾳ τῆς γραφῆς, ἀλλὰ καὶ θᾶττον ἂν τοῖς πολλοῖς πρὸς τὴν μίμησιν ἀπογινώσκοιτο, λογιζομένοις, ὡς κρεῖττον ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν, τῶν πρεσβυτέρων

(1) Hujus versionis auctor Matthæus Raderus S. J., quod post Romanos editores Binius et Regius collector tacuerunt.

Digitized by Google

ἐκείνων δυναμένων κατορθοῦν γενεάν. Ὅσα δ' ἂν τοῖς καθ' ἡμᾶς κατορθοῦσθαι πιστεύοιτο καιροῖς, μᾶλλον ἂν οἶμαι ταῦτα παρακνίζειν τοὺς εὐσεβεστέρους, καὶ πρὸς τὸν ἴσον τῆς ἀρετῆς διερεθίζειν ζῆλον. Διὰ ταῦτά μοι τοῦτον ἐνστήσασθαι νῦν [ἴσ. νῦν σκοπὸς] τῷ λόγῳ τὸν ἀγῶνα, καί μοι σφοδρὸς πόθος κατακάρδιος ἀληθινοῖς διηγήμασι, καὶ πάσης προλήψεως ἀπηλαγμένοις ψευδοῦς, τὸν μέγαν ἱεράρχην καὶ ποιμένα τῆς βασιλίδος Ἰγνάτιον, ὑπό γε Θεῷ Πνεύματι τῆς ἀληθείας ὑφηγητῇ καὶ συλλήπτορι, τοῖς ἀγνοοῦσιν ὁποῖός τις ἦν, ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν πολιτείας ἀποδεῖξαι· Ἰγνάτιόν φημι τοῦτον, τὸν ὕστερον μὲν τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης ἀναδειχθέντα γενεᾶς, οὐδενὸς δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τιμίων ἱεραρχῶν τὴν πίστιν, τὴν ὁμολογίαν, τὴν ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης ἄθλησιν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐδοκίμησιν ἀπολειπόμενον. Τούτῳ τὴν παρακαλουθήσασαν ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους βίωσιν μετὰ πλείονος ὑφηγούμενος τῆς ἀκριβείας, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ αὐτὸν ἀλήθειαν ἐκ τῶν ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων ἀπροσπαθῶς καὶ ἀνυποστόλως διηγούμενος, πέποιθα πρῶτον μὲν ἐνώπιον τῆς ἐνυποστάτου καὶ ζώσης δίκαια γράψειν Ἀληθείας· δεύτερον δὲ, τὸ χρόνοις ἱκανοῖς ἤδη καταπυκνωθὲν τῆς ἀγνωσίας νέφος, καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἀμαυρῶσαν διανοίας, λεπτῦναί τε καὶ σκεδάσαι· ὥστε τοὺς ἐθέλοντας πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν εἰλικρινῶς ὁρᾷν, τὸν ἐργάτην μὲν ἀληθῶς τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀρετῆς εἰδέναι, καὶ ὑμνεῖν, καὶ ζηλοῦν· τὸν αὐτουργὸν δὲ τῆς κακίας καὶ τῆς ἀδικίας ἐνδίκως ἀπωθεῖσθαι. Ἀρκτέον δὲ ἐντεῦθεν.

A qui putent, illis majorum nostrorum sæculis multo promptius fuisse quam nostris cum virtute vivere. Quæ vero nostra memoria recte facta creduntur, illa multo acrius, opinor, piorum mentes ad virtutis decus æmulandum inflammant. Quapropter ingens me desiderium animi impulit ad causam hanc sive certamen oratione prosequendum, ducequeque et adjutore Deo, spiritu veritatis, ostendendum nescientibus, qui vir Ignatius, qualisque et quantus hic antistes et regiæ pastor urbis in vitæ suæ ratione fuerit: Ignatius, inquam, iste, qui ævo quidem posterior, nostra ætate floruit, prioribus tamen illis venerandis pontificibus nihil, vel de fide, vel confessione, vel decertatione pro justitia, laudeve pietatis erga Deum concessit. Hujus ego totum vitæ cursum dum ab ipso exordio ad exitum usque singulari cura exigo, rerumque de illo apud nos testatissimarum veritatem sive fama, sive scripto acceptarum, sine ulla affectus indulgentia et fraude expono, certo mihi persuadeo futurum, ut primum teste ipsa vivente ac per se subsistente veritate, æqua præscribam; deinde nubem annorum utcunque multorum intercapedine concretam, animosque tenebris ignorantiæ involventem, discutiam dissipemque: ut qui veritatem penitus perspicere volent, æquitatis et virtutis cultorem vere nosse, celebrare laudibus, æmularique possint, malitiæ vero et improbitatis architectum jure detestari. Sed hinc jam nobis est exordiendum.

B

Ἰγνάτιος οὗτος ὁ μακαριώτατος καὶ θεῖος ἱεράρχης πατρίδα μὲν ἔσχεν ἐπὶ τῆς γῆς Κωνσταντινούπολιν, ταύτην δὴ λέγω τὴν πάσης χώρας καὶ πόλεων περιφανεστάτην βασιλίδα· πατέρας δὲ Μιχαὴλ καὶ Προκοπίαν, τοὺς εὐγενεστάτους καὶ πιστοτάτους βασιλεῖς. Ὧν ὁ Μιχαὴλ μὲν Θεοφυλάκτου πατρικίου μεγαλοπρεποῦς υἱὸς ἦν, Προκοπία δὲ Νικηφόρου θυγάτηρ τοῦ εὐσεβοῦς ὑπῆρχε βασιλέως. Τούτου δὲ πρὸς τὰ ἄνωθεν χωρήσαντος βασίλεια, καὶ τοῦ υἱοῦ δὲ Σταυρακίου ὀλίγιστον χρόνον ἐπιδιώσαντος τῇ βασιλείᾳ, καὶ αὐτοῦ μεταναστάντος, Μιχαὴλ ὁ προρρηθεὶς οὗτος, ἅτε γαμβρὸς ὢν ἐπὶ θυγατρὶ τοῦ τετελευτηκότος Νικηφόρου, καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἐν τῷ παλατίῳ τιμωμένων ἀποφερόμενος (κουροπαλάτης γὰρ ἦν), ψήφῳ μὲν Θεοῦ, ψήφῳ δὲ τῆς συγκλήτου πάσης, τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐγχειρίζεται. Τούτου τὴν περὶ τὸ Θεῖον εὐσεβῆ γνώμην, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην, τοῖς ἱστορεῖν κατὰ μέρος ἐθέλουσι παρήσομεν· ἡμῖν δὲ ἀρκέσει πρὸς ἔπαινον ἡ τοῦ ἤθους πραΰτης τε καὶ ἐπιείκεια ἣν ἔργοις ἐκεῖνος, καὶ οὐ πλάσματι μόνον ἐπεδείξατο· διετῆ γὰρ ὀλίγου δεῖν χρόνον εὐσεβέστατα τὴν βασιλείαν διεθύνας, ἑκουσίως αὐτῆς ἐξέστη, καὶ τῷ τυραννικῶς ἐπιθεμένῳ, Λέοντι δὴ τῷ Ἀρμενίῳ, φημὶ, στρατηγῷ μὲν πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ τῶν Ἀνατολικῶν προχειρισθέντι, κατὰ Βουλγάρων δὲ στρατευσαμένῳ, κἀκεῖθεν τὴν ἐπανάστασιν βουλευσαμένῳ, ὑποχωρεῖ τῆς ἀρχῆς ὁ μακάριος ἐκών, καὶ τῆς κοσμικῆς ἀλαζονείας, καὶ τῶν ἐμφυλίων πολέμων καὶ

C Beatissimus hic et divinus antistes Ignatius Constantinopolim in terris patriam habuit, hanc, inquam, totius ditionis et imperii præclarissimam regiam: parentes vero, Michaelem imperatorem et Procopiam imperatricem, nobilissimos et religiosissimos principes. Atque Michael quidem Theophylacto patricio splendidissimo viro natus, Procopia vero a Nicephoro pio imperatore procreata est. Nicephoro porro ad cœleste imperium evocato, et Stauracio filio, cum regnum exiguo tempore administrasset, exstincto, Michael hic Nicephori gener, ut dictum est, mortuo Nicephoro, cum inter palatinos (nam curopalates erat) principem locum teneret, auspice Deo senatusque decreto imperii sceptra suscepit. Cujus ego religionem in Deum, omniaque virtutis ornamenta

D iis narranda relinquo qui res ab illo gestas sigillatim prosequi volent. Nobis ad decus illius memorandum sufficiat morum lenitas et clementia, quam minime fucatam factis ipsis declaravit. Etenim cum non toto biennio imperium sanctissime administrasset, Leoni Armeno per tyrannidem regnum invadenti libens volensque cessit, quamvis ipse præfecturam exercitus in Oriente illi prius commisisset. Expeditionem tamen cum in Bulgaros suscepisset, ibi per insidias defectionem molienti, sponte beatus ille imperium concessit, seseque ab omni fastu, bellisque civilibus atque invidia regni subduxit; ratus multo sibi reique publicæ commo-

Digitized by Google

diorem utilioremque voluntariam regni abdicationem et pacem, ut qui paci veræ natus esset, fore. Decedit ergo ex urbe cum tota familia, atque in Principes insulas secedit; ibique vitam monasticam cum conjuge et liberis, non cultu tantum corporis, sed re ipsa degit, causa sua supremo Numini permissa.

Beato huic Michaeli, omnique admiratione prosequendo, qui terrarum regna cœlestibus permutavit, quini omnino fuisse liberi perhibentur; muliebris stirpis gemini, Georgo prima natuque maxima, minima Theophano; quæ virginitatis laude per omnem vitam in religione sanctissime custodita, feliciter obierunt: tres vero stirpis virilis, Theophylactus, Stauracius, Nicetas: quorum natu maximus Theophylactus, et Stauracius, diademate imperii insigniti sunt: sed Stauracius admodum adolescens ante patris abdicationem oppetiit; Theophylactus autem una cum parentibus tunc in monachum attonsus, Eustratius est appellatus. Nicetam primum decennem ab avo Nicephoro hicanatorum domesticum aiunt creatum, cujus gratia munus illud primo institutum: quartum vero decimum ætatis annum agens, terrestri simul cum bonis parentibus regia relicta, et ipse monachum induit, et Ignatius est cognominatus.

Leo igitur, illa infausti nominis fera, cum, quam conceperat, peperisset iniquitatem, occupato per vim ac tyrrannidem imperio, nullam omnia spectantis oculi rationem habuit, neque beatorum exsulum reveritus est modestiam et æquitatem; immemorque erat omnium beneficiorum, quibus beati illi indignum exornarant: a quo improbæ mentis artibus illecti erant adeo, ut imperator regiorum illum liberorum in sacra baptismatis tinctione sponsorem et patrinum designaret. Sed nihil horum immitem illius ferocemque animum potuit flectere. Etenim in exsilium amandatos, alterum ab altero separavit, singulisque suam insulam assignavit, firmaque custodia circumsepsit. Filiis porro virilitatem ademit, membrorum castratione plectens, plusquam inhumanus et crudelis. Hinc sane, cum tam impia imperii jecisset fundamenta, vitam, exitu principiis respondente, finiit. Impiam enim invisamque Deo Iconomachorum sectam, ab impio illo Leone quondam meditatam, et a Constantino Leonis filio, patre etiam deteriore, corroboratam, sed divina Providentia per sanctam septimam synodum pie recteque sopitam ac sublatam, invisus draco, distortusque veritatis interpres conatus revocare, contra orthodoxæ pietatis propugnaculum, Nicephorum, inquam, religionis tunc antistitem, ac urbis imperantis patriarcham, erectus, illum minis juxta ac blanditiis oppugnat. Sed cum multo firmiorem quam sperarat, experiretur, vi tyrannica de throno deturbatum, ad dexteriorem Steni, id est angusti freti regionem, in monasterium quoddàm importunus ejecit (cum Ecclesiam apostolice per novennium

A φθόνων· πολλῷ κρείττω καὶ λυσιτελεστέραν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ κοινῷ τὴν ἑκούσιον ὑποχώρησιν καὶ τὴν εἰρήνην, ὡς υἱὸς τῆς ἀληθοῦς εἰρήνης, ἡγησάμενος. Ἀπαίρει μὲν τῆς πόλεως πανοικὶ· πρὸς τὰς Πριγκιπείους δὲ νήσους μετακεχωρηκὼς, καὶ τὸν μονήρη βίον ἅμα γυναικὶ καὶ τέκνοις, οὐ τῷ σχήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ πράγματι καταδεξάμενος, τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ τὴν αὐτοῦ κρίσιν καὶ δίκην ἀνέθετο.

Τούτῳ δὴ τῷ μακαρίῳ Μιχαὴλ, τῷ θαυμαστῶς τὴν ἐπίγειον τῆς οὐρανίας ἀντικαταλλαξαμένῳ βασιλείας, παῖδες οἱ πάντες, πέντε λέγουσι γενέσθαι· ὧν θήλειαι δύο, πρώτη μὲν ἡ καλουμένη Γεωργὼ, πάντων δὲ ὑστάτη Θεοφανώ· αἳ καὶ παρθενικῶς τὸν ὅλον βίον καὶ μοναχικῶς διαβιώσασαι, μακαρίως ἐκοιμήθησαν. Ἄρρενες δὲ τρεῖς, Θεοφύλακτος, Σταυράκιος, Νικήτας· τούτων Θεο- B φύλακτος μὲν ὁ πάντων πρωτότοκος, καὶ ὁ Σταυράκιος, ἀμφότεροι τῷ διαδήματι πρῶτον τῆς βασιλείας ἐστεφάνωνται· εἶτα ὁ μὲν κομιδῇ νέος ὢν ἔτι, ὁ Σταυράκιος, πρὸ τῆς καταβάσεως τελευτᾷ· Θεοφύλακτος δὲ ἅμα τοῖς, πατράσιν αὐτοῦ καὶ βασιλεῦσι τότε κειράμενος, εἰς Εὐστράτιον μετωνομάσθη. Νικήταν δὲ πρῶτον μὲν δεκαέτη τυγχάνοντα, τῶν λεγομένων ἱκανάτων παρὰ Νικηφόρου φασὶ τοῦ πάππου προβεβλῆσθαι, δι' ὃν ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα πρῶτον καταστῆναι· τεσσαρεσκαιδεκαέτης δὲ γεγονὼς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ἅμα τοῖς ἀγαθοῖς τοκεῦσι βασίλεια καταλιμπάνων, ἀποκείρεται μὲν καὶ αὐτὸς, Ἰγνάτιος δὲ μετονομάζεται.

Ὁ τοίνυν Λέων ἐκεῖνος, ὁ δυσώνυμος θὴρ, ἣν ὠδίνησεν ἀδικίαν ἐκτετοκὼς, καὶ τῆς βασιλείας τυραν- C νικῇ περιδεδραγμένος χειρὶ, οὐ πρὸς τὸν παντέφορον ἀπέβλεπεν ὀφθαλμὸν, οὐ τὴν ἐπιεικειαν τῶν μακαρίων ηὐλαβήθη φυγάδων, οὐδὲ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας, ἧς αὐτὸν οἱ μακάριοι παρ' ἀξίαν κατῃξίωσαν, ἐπὶ τοσοῦτον τῷ δολερῷ τῆς κακοτρόπου δελεασθέντες γνώμης, ὥστε καὶ ἀνάδοχον αὐτὸν ἀπὸ τῆς πνευματικῆς κολυμβήθρας τῶν τῆς βασιλείας ἀναδεῖξαι τέκνων. Οὐδὲν τούτων τὴν ἀπηνῆ καὶ θηριώδη κατεδυσώπησε ψυχήν· ἀποστείλας δὲ, διείργει μὲν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ἰδίᾳ κατὰ τὰς νήσους ἕκαστον περιορίζων, καὶ ὑπὸ ἀσφαλεῖ καταπιέζων φρουρᾷ· ἀφαιρεῖται δὲ τοὺς παῖδας καὶ τῶν γεννητικῶν, καταδικάσας ὁ ἀμείλικτος μελῶν εὐνουχίᾳ. Ἐντεῦθεν αὐτὸς μὲν πονηρὰν τῇ αὐτοῦ βασι- λείᾳ καταβαλόμενος ἀρχὴν, καὶ τέλος ἄξιον ἀπηνέγ- D κατο τῆς ἀρχῆς. Τὴν γὰρ πάλαι κακῶς μὲν καὶ θεοστυγῶς μελετηθεῖσαν τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσιν ὑπὸ Λέοντος ἐκείνου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ δυσσεβεστέρου κραταιωθεῖσαν υἱοῦ, καλῶς δὲ καὶ εὐσεβῶς διὰ προνοίας Θεοῦ καὶ τῆς ἁγίας ἑβδόμης συνόδου καθαιρεθεῖσαν καὶ καταπαυθεῖσαν, ὁ μυσαρὸς οὗτος ὄφις καὶ τῆς ἀληθείας παραλογιστὴς ἀνανεοῦν αὖθις ἐπιχειρεῖ· καὶ τῷ πύργῳ τῆς ὀρθοδοξίας ἐκραγεὶς (Νικηφόρος δὲ οὗτος ἦν, ὁ τῆς εὐσεβείας προστάτης, καὶ τῆς βασιλίδος ἱεράρχης), τούτῳ προσβαλὼν θωπείαις καὶ ἀπειλαῖς, ἐπειδὴ στερρότερῳ μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ περιέπιπτε βουλὴν, ἐξελαύνει μὲν τυραννικῇ τοῦ θρόνου χειρὶ, ἐννέα ἔτεσιν ἤδη ἀποστολικῶς ἰθύναντι τὴν Ἐκκλη- σίαν, πρὸς δὲ τοῖς δεξιοῖς, τοῦ Στενοῦ μέρεσι κατά τι

Digitized by Google

σεμνεῖον αὐτὸν ὁ ἀπηνὴς ὑπερορίζει· ὅπου δὴ χρόνον ἑπταικαιδέκατον ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἐν τῇ καλῇ διαβεβιωκὼς ὁμολογίᾳ, πρὸς τὸν Θεὸν μετέστη. Θεόδοτον δέ τινα τῶν ἐν πολιτικοῖς φενακιζομένων ἀξιώμασιν, ἄνδρα κοσμικοῖς ἤθεσί τε καὶ πράγμασιν ἐντεθραμμένον, οὐδεμιᾷς δὲ παιδείας, οὐ γνώσεως ἀγαθῆς μετεσχηκότα, μόνον δὲ τῆς Χριστιανοκατηγορικῆς τῶν Εἰκονομαχούντων αἱρέσεως ζηλωτὴν νομιζόμενον, κληρικὸν ἀποχείρας ὁ παμβέβηλος, τῷ τῆς βασιλίδος ἐνιδρύει θρόνῳ. Ἐντεῦθεν διωγμὸν πικρὸν καὶ ἀπάνθρωπον κατὰ τῶν εὐσεβεῖν βουλομένων ἐπανηρημένος, εὗρε δὴ κατὰ πόδας καὶ τὰ τῆς ἁμαρτίας ὀψώνια τὸν θάνατον, ἐν ἑπτὰ μὲν ἔτεσι καὶ μικρόν τι πρὸς τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας συντετμημένης αὐτῷ, ἐν μέσοις δὲ τοῖς ἀδύτοις τοῦ ναοῦ τῆς Θεομήτορος, ὃν δὴ Φάρον ἐν τῷ παλατίῳ φασὶ, κυνὸς τρόπον τοῖς ξίφεσιν. Ὁ μὲν οὖν οὕτω φιλοτίμως τὰ τῆς ἀσεβείας σπέρματα καταβαλόμενος, ἀναλόγως τῶν αὐτοῦ πόνων ἐτρύγησε καὶ τὰς ἐπικαρπίας. Μιχαὴλ γὰρ, ὃν καὶ Ψελλὸν φασι, δομέστικος τῶν ἐξκουβίτων ὢν τότε, καὶ ὡς τυραννίδα μελετῶν διαβληθεὶς, καὶ κατακλεισθεὶς, διὰ τῶν αὐτοῦ δὲ συνωμοτῶν καὶ συνασπιστῶν λεληθότως τοῖς βασιλείοις ἐν σχήματι κληρικῶν ἐπεισελθόντων θρόνου, καὶ τὸν τύραννον ἀνῃρηκότων, αὐτὸς εὐθὺς ἀναγορευθεὶς, τὸν μὲν ἐν σάκκῳ συγκεκομμένον βαλὼν, εἰς τὴν Πρώτην καλουμένην νῆσον ἀτίμως προσέταξε καρῆναι· *ὡς ἐπιστρέψαι τὸν πόνον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ*, κατὰ τὴν Γραφὴν, *καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ τὴν αὐτοῦ ἀδικίαν καταβῆναι.*

curasset), ubi beatus ille septenis denis annis in præclara confessione exactis, ad Deum migravit. In throno vero Constantinopolitano Theodotum quemdam profanis moribus ac negotiis innutritum, atque omnis doctrinæ et liberalis disciplinæ prorsus expertem (hoc tamen uno, quod Christianos calumniantis Iconomachorum hæreseos æmulator haberetur) attonsum profanissimus collocavit. Hinc sæva crudelique piorum vexatione instituta, juxta vias suas, stipendia peccati mortem accepit. Nam intra septennium et paulo plus regia potestate illi præcisa, in mediis Dei Matris templi (quod in palatio Pharum nuncupant) adytis, infelix, ritu canis, gladiis confectus est. Ita, quam tanta contentione impietatis sementem fecit, hanc quoque laborum suorum messem collegit. Etenim Michael Balbus, excubitorum tum præfectus, seu domesticus, de affectato regno delatus, et in custodiam datus, a commilitonibus suis et sociis conjurationis, qui clericorum habitum ementiti, clam summo mane palatium ingressi tyrannum occiderunt, extemplo imperator est consalutatus: qui tyrannum concisum, atque in saccum conjectum, in insula Prota, sine ullo apparatu, contemptim sepeliri præcepit, liberosque castrari et tonderi: uti Scriptura teste, *Convertatur labor ejus in caput ejus, ac in ejus vertice iniquitas ejus descendat.*

Αὐτὸς δὲ Μιχαὴλ Ἀμοριανὸς, καὶ τὴν αἵρεσιν Σαββατιανὸς ὢν, ἐπὶ ἐννέα μὲν χρόνους καὶ ἥμισυ τὰ σκῆπτρα διεῖπε τῆς ἀρχῆς, οὐδεμίαν δὲ τῆς ὀρθοδοξίας φροντίδα ἐποιεῖτο, ἀλλὰ καὶ βίαν τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν ἐπῆγεν. Θεοδότου δὲ τοῦ Κασσιτερᾶ λεγομένου τεθνηκότος, τὸν Βυρσοδέψην καλούμενον Ἀντώνιον, μητροπολίτην μὲν ἤδη Πέργης γενόμενον, καὶ τῆς αἱρέσεως κοινωνὸν, σχολάζοντα δὲ, ὁ αὐτὸς Μιχαὴλ ἀναλαβὼν, ἀρχιερέα Κωνσταντινουπόλεως ἀποδείκνυσι.

Michael porro Amorianus patria, sectaque Sabbatianus, sceptris imperii per novennium et semestre tractatis, rectæ religionis curam gessit nullam: subinde tamen veræ pietatis studiosis vim attulit. Theodoto, quem Cassiteram appellitabant, exstincto, Michael Antonium, cognomento Byrsodepsam (2), jam Pergæ metropolitam, et hæreseos participem, tunc accersit, urbisque regiæ patriarcham pronuntiat.

Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ Θεόφιλος ὁ υἱὸς ἐπὶ δέκα καὶ τρεῖς χρόνους ἐγκρατὴς γίνεται τῆς βασιλείας. Καὶ ἦν τἄλλα μὲν, ὡς φασιν, οὐ κακὸς, καὶ δικαιοκρισίας ἀντεχόμενος· τὴν ἀθέτησιν δὲ τῶν ἱερῶν, καὶ τὸν τῶν ὀρθοδόξων διωγμὸν οὐδενὸς, ὡς εἰπεῖν, τῶν πρὸ αὐτοῦ διωκτῶν ἐνομίζετο κουφότερος· καὶ τοῦτο ἐπιστεύετο εἶναι καὶ γίνεσθαι ἐξ ὑποβολῆς μάλιστα τοῦ Ἰωάννου, ὃν μετὰ τὸν Ἀντώνιον ἐκεῖνος ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ὕψωσε θρόνον.

Secundum Michaelem Theophilus, Michaelis filius, sceptris potitus annos tredecim imperavit; cætera non malus, æquitatis quoque propugnator. Sed in sacrarum imaginum insectatione nullo retro Iconomachorum inferior habebatur credebaturque: id vero maxime Joannis, quem Antonio patriarcham suffecerat, impulsu fecisse.

Ἐν τούτοις τῶν τε πολιτικῶν καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁρωμένων, καὶ ἐπὶ τριακονταέτη χρόνον τῆς ὀρθοτομούσης μὲν Ἐκκλησίας μυρίοις ὅσοις κινδύνοις καὶ θανάτοις καὶ θλίψεσι προσομιλούσης, τῶν ἀσεβῶν δὲ τὰ ἅγια καταπατούντων βεβήλοις ποσὶ, καὶ ἀκαθάρτοις τὰ θεῖα μεταχειριζομένων χερσὶ, Νικήτας ὁ καὶ Ἰγνάτιος, οἷά τις εὐγενέστατος ὄρπηξ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ φυτευθεὶς, καὶ ἐν ταῖς αὐλαῖς τῆς μοναδικῆς πολιτείας ἐξηνθηκὼς, οὐκ ἔμελλεν ἄκαρπος ἐνώπιον τοῦ φυτεύσαντος αὐτὸν ὀρᾶσθαι, οὐδὲ φύλλοις μόνον, εἴτουν ἀπειροκάλοις

In hoc rerum statu cum res et civiles et ecclesiasticæ versarentur, Ecclesia catholica totos triginta annos periculis innumerabilibus, et ærumnis cædibusque conflictata, cum impii sancta profanis pedibus conculcarent, et sacra pollutis manibus contrectarent, Nicetas sive Ignatius, velut generosissimus in domo Domini surculus plantatus et in atriis monasticæ vitæ educatus, nec ei qui ipsum plantaverat infructuosus, nec ad speciem foliis tantum copiosis, ut maledicta illa ficulnea, hoc est, indumentis nihil boni continentibus visendus: sed qui secus

(2) Hoc est coriarium.

Digitized by Google

cœlestium aquarum decursus, et uberrimos Spiritus sancti fontes situs, et Vetus omne Testamentum, Novumque totum meditatus, sanctorum Patrum monumentis studiose addictus, illorum et facta imitando, et contemplationes mente revolvendo, totumque interiorem hominem saginando confirmatus, dulcissimos virtutis fructus Deo progignebat. Primum itaque temperantiam in abstinendo, studium in vigilando, psalmis canendis, quando id jubebatur, precandoque proferebat : adde callos in genibus, lacrymas, pectoris planctus, linguæ continentiam, verberumque tolerantiam, a pædagogo tetrico pravique judicii homine inflictorum, qui illum, ut Iconomachis gratificaretur, dure admodum educavit. Ad hæc lenitatem, animique demissionem, ergaque omnem fraternitatem quæ secundum Deum est obsequium. Hisce primum rebus factisque dum beatus exercetur, hisce in studiis versatur, et præclare se componit, ordine cum ipsis annis et corpore succrescente, puerilem ætatem ducens ad perfectiora confirmabatur. Deinceps vero perfectiores Deo procreat fructus, fidem, inquam, spem, et charitatem : fidem perfectam ex perfecta ac tota mente Deo perfecto offerens, fidem sinceram, spem quæ non confunditur, charitatem non fictam ex puro corde erga Deum et proximum, ex præcepto recte institutam. Hos virtutis fructus dum sacer hic Ignatius producit, atque in his recte factorum studiis a teneris usque annis tempus omne collocat, quo Deum impii ad iracundiam provocabant, ipse ad omnem religionis laudem conscendebat. Patre enim et pædagogo e vita sublatis, statim fratrum sibi animarumque cura et præfectura commissa, in ipso muneris exordio ostendit, quæ sancti Spiritus vis deinceps ex se esset effulsura. Adeo quippe frequentibus concionibus sapientibusque cohortationibus suorum mentes pascebat, semperque ad virentia Dei pascua deducebat, uti mirifice cresceret in illo gratiæ et spiritalis magisterii donum, adeoque augeret suis institutionibus ovile Christi, ut illud nec unus jam locus, nec una domus amplius caperet, sed quaterna illius studio cœnobia excitarentur constituerenturque; ita ut singulis sua commoda essent domicilia, sacrumque instrumentum, cæteraque ad usum monasterii necessaria. Omnia denique decenti ipsisque convenienti apparatu suscepta cura, magnus ille instruebat componebatque. Docebantur omnes ab illo magistro et parente, in primis ipsorum esse Deum laudibus celebrare, et orationi vacare : deinde ut singuli sua ministeria obirent, omniaque ad Dei laudem et gloriam referrent.

ἐνδύμασι κομᾷν καὶ στολαῖς, κατὰ τὴν κατηραμένην ἐκείνην συκῆν· παρ' ὕδασι δὲ θείοις καὶ ἀφθονωτάτοις τοῦ Πνεύματος μένων ἐπιῤῥοαῖς, καὶ πᾶσαν μὲν Παλαιὰν Διαθήκην, πᾶσαν δὲ Νέαν ἐκμελετῶν, πᾶσι δὲ λόγοις τῶν ἱερῶν Πατέρων φιλοπείρως ἐσχολακὼς, καὶ τούτων τήν τε πρᾶξιν μιμούμενος, καὶ τὴν θεωρίαν ἀναλεγόμενος, καὶ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον ὅλως πιαινόμενος ἐν τούτοις καὶ κραταιούμενος, καρποφορεῖ τὸν ἥδιστον τῆς ἀρετῆς καρπὸν τῷ Θεῷ. Καρποφορεῖ πρῶτον μὲν νηστείαν, ἀγρυπνίαν, ψαλμῳδίαν ἐπιτεταγμένην, καὶ προσευχὰς, τύλους γονάτων, δάκρυα, στηθῶν ἐπιτίμησιν, γλώσσης ἐγκράτειαν, ὑπομονὴν πρὸς πάσας αἰκίας, τοῦ καθηγεμόνος σκληροῦ τε τὴν γνώμην ὄντος, καὶ τῷ τοῖς Εἰκονομάχοις χαρίζεσθαι, σκληρῶς πάνυ παιδαγωγοῦντος αὐτόν· πρὸς τούτοις πραΰτητα, καὶ ταπείνωσιν, καὶ ὑπακοὴν πᾶσαν πρὸς πᾶσαν τὴν κατὰ Κύριον ἀδελφότητα. Πρῶτον μὲν ταῦτα διὰ πράξεως ὁ μακάριος μετιὼν, καὶ τούτοις παιδοτριβούμενος, καὶ κάλλιστα προτελούμενος, ἀκολούθως τῇ αὐξήσει τοῦ σώματος, καὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν προκόπτων κατωρθοῦτο. Ἔπειτα καρποφορεῖ τῷ Θεῷ τὰ τελειότερα, πίστιν δὴ λέγω, καὶ ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην· πίστιν τελείαν ἐκ τελείας καὶ ὁλοκλήρου διανοίας τῷ τελείῳ προσαγομένην Θεῷ· πίστιν ἀνυπόκριτον, ἐλπίδα ἀκαταίσχυντον, ἀγάπην εἰλικρινῆ, ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον κατὰ τὴν ἐντολὴν κατορθουμένην. Ταῦτα καρποφορῶν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, κἀν τούτοις ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας τοῖς κατορθώμασι συζῶν πάντα τὸν χρόνον, ᾧ τὸν Θεὸν οἱ ἀσεβοῦντες παρεπίκραινον, αὐτὸς πρὸς τὴν εὐσέβειαν κατωρθοῦτο τελειότατα. Καὶ γὰρ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ καθηγητοῦ τὸν ἀνθρώπινον μετηλλαχότων βίον, πάσης δὲ τῆς ἀδελφῶν ἐπιμελείας καὶ τῆς ψυχῶν ἐπιστασίας, ὡς ποιμένα καλὸν καὶ τῶν λογικῶν προβάτων καθηγητὴν, περιισταμένης εἰς αὐτὸν, ἔδειξεν ἐν πρώτοις εὐθὺς τὴν ἐσύστερον ἐν αὐτῷ τοῦ Πνεύματος δύναμιν ἀναφανησομένην. Οὕτω γὰρ ταῖς συνεχέσι τῶν λόγων ὁμιλίαις καὶ ταῖς σοφαῖς παραινέσεσι τὰς αὐτῶν ἐξέτρεφε ψυχὰς, καὶ ἐπὶ τὰς ἀειθαλεῖς ὡδήγει τοῦ Θεοῦ μονὰς, ὡς πολλαπλασιασθῆναι μὲν αὐτῷ τὸ τῆς χάριτος τάλαντον καὶ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας, πολλαπλασιασθῆναι δὲ καὶ τὸ πολίμνιον ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς μηκέτι τούτους ἑνὶ τόπῳ μηδὲ μιᾷ μονῇ δύνασθαι χωρεῖσθαι, τέσσαρα δὲ τὰ πάντα διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἀναστῆναι καὶ καταστῆναι μοναστήρια· ἑκάστου τὰς ἁρμοζούσας οἰκοδομὰς, καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῶν ἀναγκαίων χρειῶν τὴν περιποίησιν, καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῖς πρέπουσαν κατασκευήν τε καὶ διάταξιν διὰ τῆς τοῦ μεγάλου λαμβάνοντος ἐπιμελείας· καὶ πάντων ἐπ' ἐκείνῳ καθηγεμόνι καὶ πατρὶ διδασκομένων, ἔργον μὲν ποιεῖσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ δοξολογίαν καὶ προσευχὴν, ἐν παρέργῳ δὲ καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς ἕκαστον ἀντιλαμβάνεσθαι διακονίας, καὶ πάντα ποιεῖν εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ.

Itaque Plate, et Hyatros, ac Terebinthus, quas Principes appellant insulas, illius cura et studio inhabitatæ, in ædes sacras et monachorum domicilia sunt conversæ. Nam e regione harum in continente ad mare situm, hoc, inquam, eximium magni

Πλάτη μὲν οὖν καὶ Ὑάτρος τότε καὶ Τερέβινθος, αἱ Πριγκίπειοι νῆσοι προσαγορευόμεναι, ταῖς ἐκείνου προνοίαις οἰκιζόμεναι, εἰς ἐκκλησίας Κυρίου καὶ εὐαγεῖς μοναχῶν καθίσταντο μονάς. Καὶ γὰρ τὴν ἀντικρὺ τούτων κατὰ τὴν ἤπειρον πρὸς τῇ ἀκτῇ κει-

Digitized by Google

μένην, ταύτην δὴ λέγω τὴν προκαθημένην τοῦ μεγάλου ταξιάρχου μονὴν, ἐπὶ τῷ τέλει τῆς αὐτοῦ ζωῆς ὁ μακάριος τελευταίαν ἀνεστήσατο, καὶ καθηγίασε τῷ Θεῷ· ἧς τὴν ἐπισημότητα καὶ περιφάνειαν, τοῦ τε ναοῦ ὑπέρκαλον ἀγλαΐαν καὶ μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὴν ὅλην ἁγιοπρέπειαν καὶ δόξαν, ὡς λόγου κρείττω, ταῖς ὄψεσι παραχωροῦντες, ἐπὶ τὰ ἑξῆς τοῦ βίου προΐωμεν. Ἐν τούτοις τοίνυν ὁ ὅσιος ἐνώπιον εὐαρεστῶν Κυρίου, ψήφῳ μὲν θείου Πνεύματος, ψήφῳ δὲ τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνιζομένων καὶ δεδιωγμένων θεοφόρων ἱεραρχῶν, τῆς ἁγίας ἱερωσύνης ἀξιοῦται· καὶ χειρὶ μὲν Βασιλείου (τῆς κατὰ τὸ Πάρεον δὲ οὗτος ἱερᾶς ἐκκλησίας ἀρχιερεὺς ὤν, πλείσταις ὅσαις ὑπὲρ τῶν ἱερῶν εἰκόνων θλίψεσι τότε προσωμίλει καὶ διωγμοῖς), τούτου χειρὶ τὸ φαινόμενον, αὐτουργίᾳ δὲ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὸ νοούμενον, πρῶτον μὲν ἀναγνώστης, ἤτοι τῶν θείων ἱεροκήρυξ Γραφῶν, εἶτα ὑποδιάκονος, εἶτα διάκονος, καὶ ἱερεὺς μετὰ ταῦτα, τάξει καὶ νόμῳ πνευματικῆς καθίσταται ἀκολουθίας. Ἠγωνίζετο δὲ ἀεὶ πολλαπλάσιον τῷ εὐεργέτῃ τὸ τῆς χάριτος τάλαντον ἀποδιδόναι, καὶ μὴ τῇ ὀκνηρίᾳ καταχῶσαι, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ περισσεῦσαι· ὥσπερ δὲ τῷ μοναδικῷ βίῳ πολλοὺς διὰ τῆς οἰκείας ἀσκήσεως προσηγάγετο καὶ σπουδῆς, οὕτω διὰ τῆς ἱερατικῆς πάλιν ἀναρίθμητα πλήθη παίδων βαπτίζων ἐσφράγιζε Θεῷ. Ἐπὶ πολὺ γὰρ τῆς αἱρετικῆς ἀχλύος, οἷα νυκτὸς χαλεπῆς ἐπικρατούσης, καὶ τῆς τυραννίδος δὲ τῶν ἀνιέρων ἐπικειμένης μισθωτῶν, πάντες ὀλίγου δεῖν ἄνθρωποι, ὅσοι κατὰ τὸ Βυζάντιον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀντείχοντο, καὶ ὅσοι δὲ Βιθυνίου, καὶ τὰς ἐχομένας κατῴκουν κωμοπόλεις, ἄλλος ἄλλον ταῖς ὑπὲρ τοῦ Ἰγνατίου διανιστῶντες εὐφημίαις, τὰ οἰκεῖα τέκνα προσῆγον, καὶ δι' αὐτοῦ βαπτίζεσθαι ταῦτα καὶ ἁγιάζεσθαι κατελιπάρουν. Καὶ ἦν ὁρᾷν τοῦτον, ὥσπερ ἕνα τῶν πρότερον Χριστοῦ μαθητῶν, ἔργον τοῦτο ποιούμενον, τοὺς πρὸς αὐτὸν ἰόντας, ὡς ὑπὸ Χριστοῦ πεμπομένους προθύμως καταδέχεσθαι, διδάσκειν τε καὶ νουθετεῖν πάντα ἄνθρωπον, ἀντέχεσθαι μὲν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀπέχεσθαι δὲ τῆς τῶν αἱρετικῶν δυστροπίας καὶ φρενοβλαβείας, καὶ πάσης μὲν ἑαυτοὺς ῥυπαρίας, καὶ παντὸς ἀνακαθαίρειν πνεύματος μολυσμοῦ καὶ σαρκὸς, πάσης δὲ ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι καὶ κοσμιότητος καὶ σωφροσύνης· ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια τοὺς πατέρας παιδεύων καὶ νουθετῶν, τὰ τούτων βρέφη προκατηχῶν ὁ μακάριος, δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἡγίαζε τῷ Θεῷ.

Ὁ μὲν οὖν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τότε χειμὼν βαρὺς, καὶ ἡ κατὰ ἱερέων δίωξις χαλεπὴ, ὅσοι Χριστοῦ τῆς εἰκόνος διὰ τὸ πρωτότυπον προκινδυνεύειν εἵλοντο δεῖν· εὔδιος δὲ πᾶσι καὶ γαλήνιος ὅρμος τοῖς χειμαζομένοις, ὁ ἱερὸς Ἰγνάτιος καὶ ὅλος αὐτοῦ ὁ οἶκος παρὰ τῆς τοῦ Ὑψίστου προητοίμαστο δεξιᾶς. Τίς γὰρ τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας θλιβομένων οὐχ εὕρισκεν ἐκεῖθεν αὐτάρκη τῶν θλίψεων ἀναψυχήν; τίς τῶν ἐν ὑπεροχαῖς καὶ δεσμοῖς κατεχομένων, καὶ λιμοῖς κατεγχομένων, οὐ τῆς δεούσης ἐτύγχανε παρηγορίας, καὶ ἄφθονον εἶχε τῶν ἀναγκαίων τὴν ἐπιχορηγίαν παρ' αὐτοῦ; Οἱ δὲ τὰς τῶν τυράννων φέροντες χεῖρας, καὶ τῶν ἰδίων ὑπάρξεων στερούμενοι καὶ ἐκπί-

A cœlitum principis Michaelis cœnobium in fine vitæ postremum condidit, Deoque initiavit: cujus nobilitatem templi, magnificentiam, et claritatem, eximiumque splendorem, et ornatum omnem ac majestatem (quando pro dignitate a me exprimi nullo modo potest), ego spectantium oculis permitto, simulque ad reliqua illius vitæ acta exponenda progredior. His ergo sanctus Deo probatus, Spiritus sancti decreto, sanctorumque pontificum, eorum, inquam, qui pro vera pietate pugnabant, extremaque omnia patiebantur, sententia, sacro presbyterii honore insignitur manu Basilii, qui sacræ Pareorum ecclesiæ episcopus, pro sacrarum imaginum cultu casibus innumeris gravissimisque ærumnis conflictabatur. Hujus, inquam, Basilii B manu spectabili, vi autem ac virtute sanctissimi Spiritus, primum quidem lector, sive sacrarum Litterarum præco sanctus, deinde hypodiaconus, tum diaconus ac sacerdos lege et ordine ecclesiasticorum graduum consecratur. Studebat vero hoc perpetuo, uti largitori gratiæ talentum multiplici fenore auctum redderet, neque per socordiam defoderet. Ut autem, cum in cœnobio viveret, sua pietate studioque multos traxit, ita per sacerdotium iterum innumerum numerum infantium baptismate abluens, Deo consignavit. Perdiu enim hæretica caligine, velut densa nocte, et tyrannide sacrilegorum mercenariorum incumbente, omnes prope mortales, qui Constantinopoli rectam fidem defendebant, quique Bithyniæ oppida colebant, alii C alios Ignatium laudibus prædicando excitabant, suosque liberos ad illum deducebant, precabanturque, ut ab illo baptizarentur, Deoque initiarentur. Et erat hunc videre, tanquam aliquem e primis Christi discipulis, cum ad se ventitantes alacriter, ut a Christo missos, exciperet atque institueret: qui quidem documenta illius ita arripiebant, dum doceret singulos et hortaretur, ut sinceram et catholicam religionem propugnarent, atque hæreticorum perversitatem et insaniam aversarentur, omnesque se ab omni mentis et corporis labe repurgarent, ac virtutis omnis et temperantiæ honestatisque laudem procurarent. Hæc et his similia parentes edocebat, horumque liberos prius rite institutos, Deo per aquam et Spiritum sanctum D consecrabat.

Et gravis quidem tum et vehemens Ecclesiam tempestas, sacrosque acerba divexatio premebat, quicunque pro Christi imagine ob prototypum sibi periclitandum putaverunt: tranquillus vero et serenus omnibus tempestate jactatis portus a suprema Numinis dextra sacer hic Ignatius destinatus erat, et domus ejus tota. Ecquis enim pro pietate decertantium, malorum ærumnarumque suarum refrigerium ab eo non percepit? Quis in custodiam datus, quis in exsilium ejectus, quis vinculis et fame cruciatus, ab eo non est relevatus, necessariisque auxiliis liberaliter instructus? Nam quicunque tyrannorum vim et rapinas patiebantur,

Digitized by Google

suisque bonis ac fortunis exuebantur, omniumque rerum inopia conflictabantur, præsertim sacri religiosique viri, nullum aliud vitæ et ærumnarum perfugium habebant, quam eximium hunc Ignatium, parentemque Ignatii Procopiam, ac sororem, quæ ævum in multos annos propagabant, adeoque benigne hilariterque opes effundebant, Deique misericordiam æmulabantur, ut verissime de illis sacrum illud oraculum proditum expletumque videretur. Tota enim quodammodo die miserabantur et commodabant, et semen eorum in benedictione erat. Atqui is quidem hunc in modum una cum athletis Christi propugnabat, cum dolentibus dolebat, cum afflictis afflictus sustinebat, egentibus opem suggerebat: in precandi studio assiduus, et in eucharistia et communione panis, et sanctorum necessitatibus secundum apostolum communicans [1], sic ad majora pro virtute certamina sese comparabat; hæc signa gratiæ in futuro patriarchatu exserendæ spectantibus prodebat, ut ingens ille in virtutis palæstra Theophanes, prodigiis et miraculis illustris, ille, inquam, Sigriani seu Agriani cœnobii conditor, olim peregre ad se advenienti beato illi tum adolescenti, tanquam patriarchæ, manu dextra porrecta jam tum bene sit precatus.

Optimis igitur hisce studiis præclare occupato Ignatio, Theophilus decedit, totumque imperium in Theodoram matronarum religiosissimam imperatricem, Michaele filio admodum adhuc tenero, devolvitur. Hinc inimica sacrarum imaginum secta conquiescit : sanctificatio autem Ecclesiæ sanctæ efflorescit. Illinc Joannes, imo infausti nominis Jannes (quem lecanomantin, seu magnum dictitabant, a quo Theophilus in errorem actus creditur), sede Constantinopolitana, ipsoque sacerdotio merito spoliatur : erigitur autem cornu salutis populo Dei Methodius vere bonus Christiani gregis pastor, veræque doctrinæ Ecclesiæ verus magister; qui multis antea pro sanctarum imaginum defensione laboribus et periculis defunctus, Constantinopolitanæ Ecclesiæ præficitur Dei nutu et imperatricis opera. Exauctoratis ergo omnibus et dissipatis, qui hæreseos labe infecti erant, novam Ecclesiam condit, sacerdotes et episcopos in suæ rectæ fidei fundamento collocat. Etenim hæreticis (uti etiam antea sub Tarasio, sacro divinoque pastore, et pia Irene) sectam suam damnantibus, et veniam impetrantibus, atque iterum ad hæreseos perniciem prolabentibus, Nicephorus vir eximius, adhuc superstes, et hic Methodius, divinitus decreta illorum exstirpatione, virique divini Joannici impulsu in omnes hæreticos declarata, rectam adhuc viam incedere quærentibus, veritatis tramitem ostendit. Sed cum Ecclesiam Dei optime sanctissimeque per quadriennium rexisset, ad Deum sempiterna polliturus pace abiit. Multis vero tum ad Ecclesiæ administrationem

A πτοντες, καὶ ἐσχάτῃ πενίᾳ περιπίπτοντες· ὅσοι δὲ τῆς ἱερατικῆς μάλιστα, καὶ ὅσοι τῆς μοναδικῆς ἐτύγχανον ὄντες τάξεως, οὐδὲν ἄλλο τοῦ βίου παραμύθιον καὶ τῶν λυπηρῶν εἶχον ἀπαλλαγήν, ἢ τὸν μέγαν Ἰγνάτιον καὶ Προκοπίαν, τὴν αὐτοῦ λέγω μητέρα, καὶ τὴν ἀδελφὴν, ἐπιπολὺ τῷ βίῳ παρατεταμένας, καὶ οὕτως ἀφειδῶς τε καὶ ἱλαρῶς τὸν πλοῦτον ἐκκενούσας, καὶ τὸν ἔλεον μιμουμένας τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ἀληθῶς τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο πληροῦσθαι λόγιον. Ὅλην γὰρ, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἡμέραν ἠλέουν καὶ ἐδάνειζον, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς εὐλογίαν ἦν. Ὁ μὲν οὖν οὕτω τοῖς ἀγωνισταῖς συνηγωνίζετο, τοῖς κακοπαθοῦσι συνεπάθει, τοῖς δεομένοις ἐπήρκει, καὶ τῇ θλίψει μὲν τοῖς θλιβομένοις ὑπέμενε συλλυπούμενος· τῇ προσευχῇ δὲ προσκαρτερῶν ἀδιαλείπτως, B καὶ τῇ εὐχαριστίᾳ, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων χρείαις, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, κοινωνῶν, οὕτω πρὸς τοὺς μείζους ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας ἡτοιμάζετο. Οὕτω δὲ τὴν μέλλουσαν ἐπ' αὐτὸν ἐμφανήσεσθαι χάριν τῆς ἱεραρχίας ὁ θαυμάσιος τοῖς ὁρῶσιν ἐπεδείκνυεν, ὥστε καὶ Θεοφάνην ἐκεῖνον τὸν μέγαν ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι, καὶ πολὺν ἐν σημείοις καὶ θαύμασι, τὸν τῆς καλουμένης Σιγριανῆς λέγω μονῆς οἰκιστὴν, ἐπιδεδημηκότι ποτὲ πρὸς αὐτὸν τῷ μακαρίῳ νέῳ ἔτι τυγχάνοντι, τὴν δεξιὰν, ὡς λόγος, ἐπιβαλεῖν, καὶ ὡς πατριάρχην αὐτὸν εὐλογεῖν.

Ἐν τούτοις τοίνυν αὐτοῦ διαπρέποντος τοῖς κατορθώμασι, τελευτᾷ μὲν ὁ Θεόφιλος, εἰς Θεοδώραν δὲ τὴν εὐσεβεστάτην βασιλίδα, τὴν τιμιωτάτην τῶν C γυναικῶν καὶ πιστοτάτην, περιέστη τὰ τῆς ἀρχῆς· ἔτι δὲ νήπιος κομιδῇ τότε Μιχαὴλ ὁ υἱὸς ἦν. Ἐντεῦθεν ἡ μὲν κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων αἵρεσις ἐκλείπει· τὸ ἁγίασμα δὲ τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας ἐξανθεῖ. Ἐντεῦθεν καὶ Ἰωάννης, εὐθὺς ὁ δυσώνυμος Ἰαννῆς (ὃν καὶ λεκανομάντιν ἔλεγον, καὶ τῆς Θεοφίλου πλάνης ὑπαίτιον), τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐνδίκως καθαιρεῖται, ἀνίσταται δὲ πέρας σωτηρίας τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ Μεθόδιος ὁ καλὸς ὄντως τῶν Χριστοῦ προβάτων ποιμὴν, καὶ τῶν ὀρθῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων ὀρθοτόμος ὑφηγητής· ὃς πολλοὺς ὅτι μάλιστα πόνους καὶ κινδύνους ὑπὲρ τῶν ἁγίων πρότερον ὑπομεμενηκὼς εἰκόνων, ἀνίσταται μὲν Θεοῦ ψήφῳ καὶ τῆς βασιλίδος συνεργίᾳ πρόεδρος τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως· καθαιρεῖ δὲ πάν- D τας καὶ κατασπᾷ τῶν ἐκκλησιῶν, ὅσοι τῷ μύσει τῆς αἱρέσεως ὑπήχθησαν· ἀνίστησι δὲ Ἐκκλησίαν καινὴν, ἱερεῖς τε καὶ ἀρχιερεῖς ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδόξου πίστεως προεχειρίσατο. Καὶ γὰρ τῶν αἱρεσιωτῶν, ὡς ἤδη καὶ πρότερον ἐπὶ Ταρασίου τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ ποιμένος, καὶ τῆς εὐσεβοῦς Εἰρήνης, ἀνατεθεματικότων μὲν τὴν αἵρεσιν, καὶ οὕτω συγχεχωρημένων, παλινδρομησάντων δὲ, καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν αὖθις λύμην ὑπενηνεγμένων· τούτων μὲν οὖν τελείαν καθαίρεσιν καὶ διηνεκῆ Νικηφόρος τε ἔτι τῷ βίῳ περιὼν ὁ μέγας, καὶ αὐτὸς οὗτος θεοβουλεύτως ὁ ἱερὸς καταψηφισάμενος Μεθόδιος, καὶ τοῦ θεοφόρου ταῖς ὑποθήκαις Ἰωαννικίου κατὰ πάντων τῶν

[1] Rom. XII, 13.

Digitized by Google

αἱρεσιωτῶν ἀποφηνάμενος, εὐθεῖαν ἔτι τοῖς ὀρθοτομεῖν ἐθέλουσι τὴν τῆς ὀρθοδοξίας ὑπέδειξεν ὁδόν· ἐπὶ τέσσαρας δὲ χρόνους κάλλιστά τε καὶ ἄμεμπτα τὴν τοῦ Κυρίου ποιμάνας Ἐκκλησίαν, ἐν εἰρήνῃ πρὸς αὐτὸν μετέστη. Πολλῶν τοιγαροῦν εἰς προστασίαν τῆς Ἐκκλησίας προχειριζομένων, καὶ ἄλλων δι' ἄλλας αἰτίας διαμαρτανόντων τοῦ σκοποῦ, ἵνα ἡ προορισθεῖσα τοῦ Θεοῦ βουλὴ μείνῃ, Ἰγνάτιος ὁ ὁσιώτατος πρεσβύτερος, πλείστοις ἔτεσιν ἤδη τοῖς τῆς ἱερωσύνης χαρίσμασιν ἐνευδοκιμηκὼς, καὶ βαθμὸν ἑαυτῷ καλὸν ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ καὶ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πίστει περιποιησάμενος, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων διὰ τοῦτο στόμασιν ᾀδόμενος, καίτοι γε πλεῖστα παραιτούμενος, καὶ τὸν ὄγκον τοῦ ἀξιώματος ἀποδιδράσκων πανευλαβῶς· ὅμως ἐνεργείᾳ μὲν θείου Πνεύματος, συνεργίᾳ δὲ καὶ ψήφῳ ἀρχιερέων Θεοῦ, τῆς θείας ἱεραρχίας ἀξιοῦται, καὶ τῷ θρόνῳ τῆς βασιλίδος ἐνίδρυται, καὶ τῇ λυχνίᾳ ὁ λύχνος ἐπιτίθεται. Πρὸ πάντων δὲ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν λαῶν, τῆς βασιλίδος ἀποστειλάσης, καὶ ἀξιωσάσης διὰ Κυρίου γνωρίσαι τὸν ἄξιον, προφητικῶς ὁ μέγας τοῦτον Ἰωαννίκιος ψηφίζεται· καὶ οὕτως διὰ τῆς θύρας ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων εἰσελθών, τὰ ἴδια πρόβατα ἐκάλει κατ' ὄνομα· καὶ πάσης μὲν νομῆς θανασίμου καὶ βλαβερᾶς, πάσης δὲ λύμης καὶ ἀπωλείας ἐξῆγεν αἱρετικῆς, πρὸς τὰς ἀειζώους δὲ καὶ ἀειθαλεῖς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ δικαιοσύνης ὡδήγει καὶ εἰσῆγε νομάς· καὶ αὐτὸς μὲν κακίας ἁπάσης τοσοῦτον ἀπείχετο, ὅσῳ πάσης ἀντείχετο δικαιοσύνης· ἐξαιρέτως δὲ πρὸς τὰς τῶν ἀρετῶν κατορθούμενος γενικὰς, τῆς κατ' εὐσέβειαν τελειότητος ἐπεμελεῖτο. Φρόνησις μὲν γὰρ αὐτῷ διεσπούδαστο, οὐχ ὥστε πλοῦτον ἑαυτῷ καὶ δόξαν πορίζεσθαι κοσμικὴν, καὶ ποικίλας σώματος ἡδονὰς, ἀλλ' ὥστε τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον ἐν διακρίσεως πνεύματι καλῶς συνιέναι καὶ ποιεῖν. Ἀνδρία δὲ αὐτῷ, τὸ μὴ ἡττᾶσθαί ποτε τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ἐλεύθερον εἶναι καὶ δεσπόζειν τῶν δυναστῶν· ἀποτόμως δὲ τὸν ἁμαρτάνοντα κατὰ τὸν ἀποστολικὸν νόμον διελέγχειν, καὶ τοῦτο πολλάκις ἐνώπιον πάντων, καὶ μὴ καθυφίεσθαι δουλοπρεπῶς, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ, φησὶ, φόβον ἔχωσι. Σωφροσύνη δὲ, οὐ τοῦ οἰκείου σώματος μόνον ἡ ἀγνήτης τε καὶ καθαρότης, ἣν ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας οὕτω πόνοις συχνοῖς καὶ ἱδρῶσι κατωρθώσατο, ὡς εἰς ἄκραν αὐτὸν ἀπάθειαν, ἤτοι παντελῆ νέκρωσιν τοῦ σαρκίνου φρονήματος ἐλθεῖν. Οὐ ταύτῃ γοῦν μόνον τὸ τῆς σωφροσύνης ὡρίζετο καλὸν, πάσῃ δὲ σπουδῇ καὶ τὴν κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίαν ἐπὶ τοσοῦτον ἤγνιζε, καὶ τῷ ἐμβριθεῖ τε καὶ συνεχεῖ τῆς τοῦ Πνεύματος διδασκαλίας ἐσωφρόνιζεν, ὡς μηδ' ὄνομα πορνείας, ἤ τινος ἄλλης ἀκαθαρσίας ἐν τοῖς αὐτῷ πλησιάζουσιν ἀκούεσθαι· ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς τὴν ἄμωμον ὁδὸν τοῦ Κυρίου ἀμώμως ἐπορεύετο, οὕτω καὶ τὴν ἐκείνου νύμφην, ὡς ἀγαθὸς νυμφοστόλος, ἐν ἀμώμῳ προσῆγε πολιτείᾳ. Περὶ δικαιοσύνης δὲ τί χρὴ καὶ λέγειν; ἣν οὕτω στερῤῥῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ὁ μακάριος ἐνεδέδυτο, ὥστε καὶ μέμψιν δι' αὐτὴν ὑπέχειν πολλάκις παρὰ τοῖς ἀδίκοις τοῦ δικαίου

designatis, aliisque alias ob causas voto frustratis, uti destinata Dei sententia staret, Ignatius sanctissimus presbyter, cum per multos annos sacerdotii muneribus magna cum laude perfunctus esset, bonumque sibi in multa auctoritate, et in Jesum Christum fide jam gradum exstruxisset, ac propterea omnium ore celebraretur, quantumvis dignitatis magnitudinem refugiens, vi tamen sancti Spiritus, et antistitum auctoritate et sententia, honore sacro dignissimus judicatus, in imperantis urbis sacra sede collocatur, lucernaque candelabro imponitur; cum ante omnium episcoporum et populi sententias imperatrix ad Joannicium anachoretam consultum misisset, ecquemnam hoc patriarchatus honore dignum per Dominum cognosceret; Ignatium eximius ille Joannicius divinitus pronuntiavit. Atque ita bonus pastor per ostium in ovile ovium ingressus, oves proprias vocabat nominatim: quas ex noxiis et pestiferis herbis, omnique hæretica peste et exitio ereptas, ad immortalia semperque virentia rectæ fidei justitiæque pascua deducebat inducebatque. Ipse vero tum ab omni crimine alhorrebat, tum in omne præsertim virtutum principalium et æquitatis studium singulari conatu incumbens, ad perfectæ pietatis culmen enitebatur. Prudentia namque illi curæ erat, non ut opulentiam sibi, humanamque gloriam, et voluptates conquireret; sed ut Dei voluntatem sanctam, bene placentem et perfectam, in spiritu recti judicii bene intelligeret et sequeretur. Fortitudo vero erat ipsi, ne unquam servitutis peccato succumberet, sed liber esset, et dominaretur optimatibus, atque ex apostoli præscripto, peccantem acriter castigaret, et hoc sæpe coram omnibus, nec servili modo se subjiceret; ut et cæteri, inquit, in officio per timorem contineantur. Temperantiam autem non tantum in corpore coluit suo, quam a teneris annis adeo laboribus sudoribusque assiduis perfecte est assecutus, ut sensum omnem, omnesque cupiditates corporis noxias penitus exstinxerit. Non ergo his tantum finibus temperantiæ splendorem circumclusit, sed Ecclesiam suam totam, morum et doctrinæ suæ gravitate assiduitateque, ad eam provexit honestatem et verecundiam, ut inter ejus familiares ne nomen quidem fornicationis, vel cujuspiam impuritatis audiretur. Perinde enim ut ipse vias Domini rectas ambulabat, ita sponsam Domini optimus paranymphus per inculpatam vitæ semitam deducebat. Jam ut fuerit æqui tenax, justitiæve observans, quid dicam? cum ita rigide eam servavit, ut illius causa non raro ab iniquis æquitatis arbitris reprehenderetur, pastorque vere mitis ac divinæ imitator justitiæ, asperrime condemnaretur. Etenim non in civilibus tantum rebus, sed multo magis in ecclesiasticis disceptationibus et judiciis facile agnoscebatur ad veritatis æquitatisque momentum lancemve propendere, contra vero mendacium et quamlibet injustitiam vehementissime severissimeque insectari. Nec erga plebeios tantum et viliores

Digitized by Google

in quos, si quid peccent, cuivis facilis et libera est censura; sed adversus principes etiam magistratus ac dynastas, ipsosque imperatores, ardor ac divina dicendi libertas antistitis elucebat: quod mea nunc declarabit oratio.

διαιτηταῖς, καὶ σκληρότατα καταγινώσκεσθαι τὸν ὡς ἀληθῶς πρᾶον ποιμένα, καὶ Θεοῦ μιμούμενον δικαιοσύνην· καὶ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς πολὺ μᾶλλον ἀμφιπεβητήσεσι καὶ κρίσεσι, τὸ πρὸς ἀλήθειαν μὲν καὶ δικαιοσύνην ἐπιῤῥεπὲς, ὑπεροπτικὸν δὲ αὐτοῦ καὶ ἀπότομον πρός τε τὸ ψεῦδος καὶ ἀδικίαν πᾶσαν ἐγνωρίζετο· καὶ οὐ πρὸς τοὺς πολλοὺς μόνον καὶ χυδαιοτέρους, πρὸς οὓς ἀδικοῦντας τάχα καὶ ἄλλος ἂν παῤῥησιάσαιτο, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς τὰς πρώτας περιβεβλημένους δυναστείας, καὶ πρὸς τοὺς βασιλέας αὐτοὺς ὁ τοῦ ἀρχιερέως ζῆλος καὶ ἔνθεος παῤῥησία διεδείκνυτο· δηλώσει δὲ νῦν ὁ λόγος.

Bardam illum, uti scio, nostis omnes, Theodoræ Augustæ bonæ principis non bonum, sed sævum admodum et crudelem fuisse fratrem. Quanquam enim in rerum civilium administratione egregius industriusque esset, rei tamen divinæ atque ecclesiasticæ nemo illum unquam commodum dixit; ut qui nurus suæ amore ita fureret, ut ejus rei fama totam urbem peragraret: nec inter plebem tantum hæreret, sed ad patriarchæ quoque aures facti indignitas deferretur. Quid ergo patriarcha? Non hominis dignitatem reveritus, facinus silentio pressit; sed ex lege arguit, reprehenditque, et hortatus est, ut ne salute neglecta, animam suam perditum iret, sed fœdum et enorme scelus expiaret. Ille tamen non modo se ab improbitate sua non abstinuit, sed ipso Epiphaniæ die festo in ædem sacram, eucharistiæ mysteria percepturus, impudenter est progressus. Quid hic patriarcha? A sacris arcet, indignum eum judicans corporis Dominici participatione. Ille vero diro percitus œstro furit, suumque in exitium armatus, se gladium in antistitis viscera defixurum minitatur. Sed Ignatius contra comminatur, Deum invocans, qui potens esset gladium in illum convertere. Hinc offensionum prima origo: hic fons ecclesiasticæ perturbationis. Hinc gravi Bardas ira odioque concepto, ac altius in pectus demisso, omnem, ut dicitur, rudentem contra Ignatium movebat, ut eum apud imperatorem criminaretur. Patricius tum erat Bardas, et scholarum domesticus, sibique totam imperii administrationem, utpote avunculus Michaelis, vindicabat. Hic aggressus aliquando adolescentem, verbisque insidiosis captans: Quid, inquit, domine, imperium matri et sororibus permittis? Atqui non es amplius infans, ævique immaturus: imo, inquit, et jam uxore ducta virum agis. Debes ergo in posterum virilem animum gerere. Itaque a patriarcha accersito matrem et sorores tonderi velarique jube. Ut enim deinceps solus cum procreandis a te liberis imperes, et Numini cœlesti placet, et nobis æquissimum videtur. Accersit ergo illico venerandum patriarcham. Est enim inconstans et mutabilis adolescentia, facileque vana spe effertur. Quod si potentiæ quoque fastigium accedat, major etiam est illius levitas, majoremque in amentiam et casum sæpenumero prolabitur. Tunc igitur Michael corruptelarum, morumque depravatorum, et vero magis impietatum suarum principio posito: Matrem, inquit, meam sororesque e vestigio arreptas attonde, et religiosa velatas veste

Τὸν Βάρδαν ἐκεῖνον οἶδ' ὅτι πάντες ἀκούετε, ὡς [ἄλλ. δ;] Θεοδώρας μὲν τῆς ἀγαθῆς βασιλίδος ἀδελφὸς ἦν, οὐκ ἀγαθὸς δὲ, ἀλλὰ καὶ λίαν πικρὸς καὶ ἀπάνθρωπος· ὃν σπουδαῖον μὲν εἶναι καὶ δραστήριον περὶ τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων μεταχείρισιν, οὐδεὶς δὲ περὶ τὴν Ἐκκλησίαν χρηστὸν ἔφησε γενέσθαι· τοῦτον τῇ ἰδίᾳ φασὶν οὕτως ἐπιμανῆναι νύμφῃ, ὡς ἀνὰ πᾶσαν τοῦτο τὴν πόλιν περιβομβηθῆναι· καὶ οὐκ ἄχρι τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ ἀρχιερέως τὴν πονηρὰν φήμην ἐλθεῖν. Τί οὖν ἐκεῖνος; Οὐ τὸ μέγεθος ὑλαβήθη τοῦ προσώπου, οὐδὲ συνεσκίασε τὸ ἀμπλάκημα τῇ σιωπῇ, ἀλλὰ καὶ ἤλεγξε κατὰ τὴν ἐντολὴν, ἀλλὰ καὶ ἐπετίμησεν, ἀλλὰ καὶ παρεκάλεσε φείσασθαί τε τῆς ἰδίας ψυχῆς, καὶ τὸ φρικτὸν τουτὶ μῦσος ἀπορῥύψασθαι· ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἀπέσχετο τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας (ἑορτὴ δὲ τῶν ἁγίων Θεοφανίων ἦν) καὶ αὐτὸς ἀναιδῶς προσῆλθε, τῶν θείων μεθέξων μυστηρίων. Τί δὲ ὁ ἀρχιερεύς; Ἀποβάλλεται τῆς κοινωνίας, ἀνάξιον τοῦτον τῆς τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος κρίνων μεταλήψεως. Ὁ δὲ μαίνεται μανίᾳ πικρᾷ, καὶ κατὰ τῆς ἰδίας ὁπλίζεται ψυχῆς· ἀπειλεῖ τὸ οἰκεῖον ξίφος τοῖς σπλάγχνοις τοῦ ἱεράρχου καταχῶσαι· ὁ δὲ ἀντapειλεῖ, τὸν δυνάμενον ἐκκαλούμενος ἐπιστρέψειν τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν. Αὕτη γίνεται σκανδάλων ἀρχὴ· αὕτη πρώτη τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκαταστασίας ἀφορμή. Ἐντεῦθεν βαρὺν ἑαυτῷ χόλον καὶ μῆνιν ὁ Βάρδας ἐκεῖνος ἐναποθέμενος κατὰ τοῦ Ἰγνατίου, πάντα κάλων ἐκίνει, τὸ δὴ λεγόμενον, τῷ βασιλεῖ τοῦτον διαβαλεῖν. Πατρίκιος δὲ τότε καὶ τῶν σχολῶν δομέστικος ὤν, ὅλην τοῦ Μιχαὴλ, ἅτε δὴ θεῖος, εἰς ἑαυτὸν τὴν ἀρχὴν ὑπεποιεῖτο. Καί ποτε προσελθὼν τῷ μειρακίῳ καὶ λόγοις καταγοητεύων ἀπατηλοῖς, Ἵνα τί, ἔλεγεν, ὦ δέσποτα, παραχωρεῖς τὴν βασιλείαν τῇ μητρὶ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς; μὴ γὰρ ἔτι νήπιος εἶ; μὴ τὴν ἡλικίαν ἀτελὴς; Ἀλλ' ἰδοὺ, φησὶν, ἐζεύχθης καὶ γυναικὶ, καὶ ἤδη εἰς ἄνδρας τελεῖς· ὀφείλεις καὶ φρόνημα λοιπὸν ἀναλαβεῖν ἀνδρός· τὴν μητέρα δὲ καὶ τὰς ἀδελφὰς, τὸν πατριάρχην μετακαλεσάμενος, ἀποκεῖραι πρόσταξον. Σὲ γὰρ βασιλεύειν μόνον λοιπὸν, καὶ τοὺς ἐκ σοῦ τεχθησομένους, καὶ Θεῷ καὶ πᾶσιν ἡμῖν ἀρεστόν. Αὐτίκα τοίνυν ἐκεῖνος τὸν τίμιον ἱεράρχην μεταπέμπεται· εὐρίπιστον γὰρ ἡ νεότης, καὶ ῥᾳδίως ταῖς κεναῖς τῶν ἐλπίδων μετεωριζόμενον. Εἰ δὲ καὶ ἐξουσίας ὑπεροχὴ προσείη, μείζων μὲν ἡ κουφότης, εἰς μείζω δὲ ἄνοιαν καὶ πτῶσιν ὡς τὰ πολλὰ προχωρεῖ. Τότε τοίνυν ἀρχὴν ταῖς κατ' αὐτὸν ἀταξίαις καὶ ἀπαιδευσίαις, μᾶλλον δὲ ἀσεβείαις, ὁ Μιχαὴλ καταβαλλόμενος, Ταχὺ τὴν ἐμὴν μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς, πρὸς τὸν εἰκαιον

Digitized by Google

ἔφη, λαβὼν, ἀπόκειραι, τῷ μοναχικῷ σχήματι ταύτας καταδίκασον. Ὁ δὲ παῤῥησιασάμενος, Ἀδύνατόν μοι τοῦτο ποιεῖν, εἶπεν ὑπολαβών· τῆς γὰρ Ἐκκλησίας τοὺς οἴακας τὴν ἀρχὴν ἐγχειριζόμενος, ἔγγραφον ὅρκον ἐθέμην, μηδεμίαν τῆς βασιλείας ὑμῶν ἐπιβουλὴν, ἢ οἱανοῦν ἐπήρειάν ποτε διαλογίσασθαι. Καὶ νῦν τί τὸ ἀδίκημα τῶν βασιλίδων; καὶ τίς ἡ κατ' αὐτῶν αἰτία, ὅτι τὸ ὑμέτερον κράτος ταῦτα κατ' αὐτῶν διενοήθη; Οὕτως εἰπόντος τοῦ ἀρχιερέως, καθοσιώσεως τοῦτον Βάρδας ἐγράψατο γραφὴν, Γηβοβασίλευτον ἔναντι τοῦ βασιλέως διαλοιδορούμενος. Ἦν δὲ ὁ Γήβων οὗτος ἐπίληπτος ἄνθρωπος, καὶ τὰς φρένας οὐ πάνυ καθεστηκώς· ὃς πρὸ ὀλίγων ἐκείνων ἡμερῶν ἀπὸ τοῦ Δυῤῥαχίου παρεγένετο, σχῆμα μὲν περικείμενος κληρικοῦ, παῖδα δὲ ἑαυτὸν τῆς βασιλίδος Θεοδώρας ἐξ ἀνδρὸς ἑτέρου ληρῶν· ᾧ οἱ πολλοὶ τοῦ δήμου ὡς βασιλεύειν μέλλοντι προσέσχον· τότε δὲ ἐν Ὀξείᾳ τῇ νήσῳ ὑπὸ ἀσφαλεῖ συνείχετο φρουρᾷ. Ὁ μὲν οὖν πατριάρχης ἐν ὑπονοίᾳ διὰ ταῦτα τῷ Μιχαὴλ καταστὰς, εὐθὺς ὑπενόστει πρὸς τὴν ἐκκλησίαν. Ὁ δὲ παραχρῆμα τὴν μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς καταγαγὼν, ἐν τοῖς Καριανοῦ λεγομένοις ἀπενεχθῆναι κελεύει καὶ καρῆναι. Μετὰ μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸν ἀπελαύνει τοῦ πατριαρχείου τὸν Ἰγνάτιον, καὶ πρὸς τὴν νῆσον Τερέβινθον αὐτὸν ὑπερῤῥίζει· κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν καὶ Γήβονα ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς Ὀξείας εἰς Πρίγκιπον μετενεγκὼν, τά τε σκέλη καὶ τοὺς βραχίονας ἐξέκοψε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξας, ἀπέκτεινεν αὐτὸν, οἰόμενος ταύτῃ τὸν πατριάρχην ἀμυνεῖσθαι. Οὔπω τρεῖς μετὰ τὴν κατάβασιν διεληλύθεισαν ἡμέραι, καὶ παρῆσαν τῶν ἐπισκόπων οἱ νομιζόμενοι λογάδες, λίβελλον ἀποταγῆς, ἤτοι παραίτησιν, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν τοῦ καιροῦ κακίαν ἀξιοῦντες λαβεῖν παρ' αὐτοῦ. Καὶ ταῦτα τίνες; Οἱ ἐγγράφως αὐτῷ πρότερον ὁμωμοκότες, καὶ αὐτῆς ἐκπεσεῖν τῆς ὑπερουσίου Τριάδος εὐξάμενοι, εἴγε τὸν οἰκεῖον ποιμένα ἄνευ καταγνώσεως ἀθετήσαιεν κανονικῆς. Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ὑπέστρεφον ἀνήνυτα πεπονηκότες. Μετ' ὀλίγας δὲ αὖθις ἡμέρας πατρίκιοι καὶ τῶν κριτῶν οἱ ἐπιφανέστατοι σὺν τοῖς προλαβοῦσιν ἐπισκόποις ἐξιόντες, πάσαις μηχαναῖς, ὑποσχέσεσί τε καὶ ἀπειλαῖς τὸν θρόνον ἐγγράφως παραιτήσασθαι κατεβιάζοντο, εἴγε μὴ μέλλοι εἰς προφανῆ καθεῖναι κίνδυνον ἑαυτόν. Ἔμενε δὲ ἀμετάθετος οὐδὲν ἧττον ἢ πέτρα παράλιος εἰς βάθος γῆς ἐῤῥιζωμένη, καὶ πάσαις ἀνένδοτος κυμάτων ἐπιφοραῖς. Ἐπειδὴ οὖν οὐκ εἶχον εὐλόγως παρανομεῖν, οὐδεμιᾷς αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἀνευθύνου προφάσεως ἐνδιδομένης, γυμνῇ λοιπὸν τῇ κεφαλῇ, καὶ ἀναιδεῖ προσώπῳ, κατὰ τὸ ᾀδόμενον, πρὸς πᾶσαν ἐχώρουν ἀδικίαν καὶ παρανομίαν. Ὁ μὲν οὖν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἅτε Θεὸς ἀληθινὸς καὶ ἀληθινοῦ Πατρὸς ὤν, οὐ τῷ Θεὸς εἶναι μόνον προαιώνιος, τὰ πάντα πρὸ τῆς αὐτῶν γενέσεως οἶδεν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄνθρωπος ὑπὲρ ἡμῶν γενέσθαι, τῷ τεθεωμένῳ νοῖ τὰ πάντα προκατανοῶν, Ἀνάγκη,

vitæ religiosæ addicito. At libere patriarcha; Hoc, inquit, a me fieri nefas: nam Ecclesiæ gubernacula sedemque sacram cum susciperem, fidem jurejurando meam per scriptum astrinxi, nunquam me imperio vestro insidias positurum, vel consilium ejuscemodi agitaturum. Et vero nunc, quod reginarum est facinus, quæve in illis causa, ut majestas vestra adversus eas talia machinetur? Hæc memorantem patriarcham Bardas reum majestatis postulavit, et coram imperatore Gebobasileutum [3] (seu Gebonis pseudo-imperatorii generis similem) per convicium vocavit. Erat Gebo hic stolidus maleque sanus homo, qui proximis diebus Dyrrachio venerat, veste quidem ecclesiastica indutus, se vero pro filio Theodoræ Augustæ ex alio viro gerebat; cui non pauci ex plebe velut regnaturo adhærebant: tunc vero in insula Oxia, seu Acuta, firma custodia tenebatur. Patriarcha ergo propterea Michaeli suspectus, statim ad ecclesiam se recepit. Michael vero extemplo matrem cum sororibus in Cariani ædes detrusam deportari tonderique imperat. Nec multo post ipsum quoque patriarcham Ignatium pellit, atque in insulam Terebinthum ejicit; eodemque die Gebonem illum ex Acuta in Principes transfert, et cruribus brachiisque præcisis, oculisque erutis, interficit, ratus se hac ratione ultum ire patriarcham. Necdum triduum a patriarchæ discessu fluxerat, cum adsunt qui putabantur inter episcopos primarii, chirographum sive libellum abdicationis ob præsentium temporum iniquitatem ab eo petentes. Et quinam hi? Qui antea illi per scriptum juraverant, se prius supremam Trinitatis majestatem negaturos, quam sine canonica damnationis sententia pastorem suum exauctorari passuros. Verum ii re infecta reverterunt. Intra paucos autem dies patricii, judicumque clarissimi cum iisdem episcopis egressi, omnibus machinis et pollicitationibus, comminationibusque compellebant, ut episcopatu se abdicaret, si in apertum nollet committere se periculum. Sed non minus firmus immotusque stetit, quam maritima cautes altis in terram defixa radicibus, fluctuum insultibus nihil cedens. Ergo cum non haberent, unde illum laederent, nulla per eum data causa, cujus rationem reddere non posset; nudo, quod aiunt, capite, perfrictaque fronte ad omne fas nefasque descenderunt. Et Dominus quidem noster Jesus Christus, utpote Deus verus et veri Patris soboles, non solum qua Deus est æternus, omnia antequam sint, prævidit; sed etiam qua homo pro nobis factus, deificata sua mente omnia præseiens, *Necesse est*, inquit, *ut veniant scandala: væ autem illi, per quem scandalum venit* [2]. Omnium ergo sectarum, quæ a divina Christi in humanitatem præsentia ad hodiernum usque diem in Ecclesias

[2] Matth. XVIII, 7.

(3) Gebobasileutum, hoc est, Gebonis stolidi hominis, et imperium temere affectantis, parti faventem.

Digitized by Google

cum pernicie irrepserunt, auctores, veluti scandalorum duces, digni sunt, qui primi malum, quod Christus minatur, participent. Sed non minus, opinor, ii qui nostro ævo maligne egerunt, quam illi prisci et decantatissimi hæresiarchæ, cœlestis iram vindictamque Numinis sentient, ut qui innumerabilium offensionum et malorum toti terrarum orbi sint auctores. Neque enim propterea justorum albo ascribentur, quod rectis scilicet dogmatibus et scriptionibus innumeris Deum fateri videantur : sed idcirco damnabuntur, quod, ut est in sacris paginis, Deum factis ipsis negarint, abominabiles facti, et contumaces, et ad omne opus bonum reprobi. Nec quia personam pietatis vultumque religionis ementiti, agunt omnia efficiuntque, ut justi ab hominibus putentur, ideo sunt justi apud occultorum cognitorem et judicem Deum : sed quod nervo pietatis eliso, mores ad Evangelii præcepta non conformarint ; quod amore sui cæci, avaritiæ et voluptatibus, ambitionique venundati et emancipati, innocentes omni genere injuriarum, perjuriorum, crucis abnegationum, insidiarum, et maleficiorum opprimentes, optime compositum Ecclesiæ statum perturbarint everterintque ; rem autem divinam, nomenque et sacra sanctæ Ecclesiæ tot impietatibus et flagitiis contaminarint, polluerint, profanarint, ut periculum sit (pene dicam) ne pietatis mysterium in verbis nudis potius, quam in rebus ac veritate consistere videatur : idcirco justissimam damnationis a Deo ferendæ sententiam incurrent.

A φησὶν, *ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δὲ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται!* Καθ' ὅλας μὲν οὖν τὰς ἀπὸ τῆς θεανδρικῆς αὐτοῦ παρουσίας μέχρι τοῦ δεῦρο παρεισφθαρείσας αἱρέσεις ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις, οἱ τῶν αἱρέσεων ἔξαρχοι, ὡς τῶν σκανδάλων ἐξηγούμενοι, πρῶτοι ἂν ἀξίως αὐτοὶ μετέχοιεν καὶ τοῦ ταλανισμοῦ· οὐχ ἧττον δὲ, οἶμαι, τῶν πάλαι θρυλλουμένων αἱρετικῶν καὶ οἱ κατὰ ταύτην πονηρευσάμενοι τὴν γενεὰν, ὡς αἴτιοι σκανδάλων μυρίων τῷ κόσμῳ γενόμενοι, τῆς ἄνωθεν πεῖραν λήψονται ὀργῆς. Οὐ γὰρ ὅτι δόγμασιν ὀρθοῖς ὄῆθεν καὶ συγγραφαῖς ἀμέτροις Θεὸν δοκοῦσιν ὁμολογεῖν, διὰ τοῦτο μόνον δικαιωθήσονται· ἀλλ' ὅτι τοῖς ἔργοις, κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον, ἠρνήσαντο αὐτὸν, βδελυκτοὶ γενόμενοι καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι, τούτου γε B ἕνεκεν κατακριθήσονται. Οὐδ' ὅτι μόρφωσιν εὐσεβείας, καὶ σχῆμα γοῦν τι καὶ πλάσμα κενὸν εὐλαβείας περιθέμενοι πάντα δρῶσι καὶ πραγματεύονται, ὥστε δικαιωθῆναι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τοῦτο δίκαιοι καὶ παρὰ τῷ τῶν κρυφίων ἐπόπτῃ καὶ ἐξεταστῇ· ἀλλ' ὅτι τῆς εὐσεβείας τὴν δύναμιν, καὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἀπηνήναντο ζωὴν, πάσαις μὲν φιλαυτίαις καὶ φιλαργυρίαις, φιληδονίαις τε πάσαις καὶ φιλαρχίαις ἑαυτοὺς ἀπεμπολήσαντες, πάσαις δὲ ἀδικίαις, ἐπιορκίαις, σταυροπατίαις, καὶ κακουργίαις δὲ κατὰ τῶν ἀθώων καὶ ἐπηρείαις χρώμενοι, πᾶσαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐνομίαν διέλυσαν καὶ συνέχεαν· τὸ θεῖον δὲ τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας πρᾶγμα καὶ ὄνομα οὕτω ταῖς ποικίλαις αὐτῶν ἀθεσμίαις καὶ παρανομίαις ἐβεβήλωσαν, ὥστε κινδυ- C νεύειν, ὀλίγου δεῖν, ἐν ψιλοῖς ἡμῶν λόγοις, ἀλλ' οὐκ ἐν ἀληθείᾳ καὶ πράγματι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον ὑπονοεῖσθαι· διὰ ταῦτα δικαιοτάτης τεύξονται πρὸς Θεοῦ τῆς κατακρίσεως.

Horum porro malorum omnium stirps et radix, primaque causa et certissima exstitit is, qui a principio homicida fuit : qui quod a bono defecit, omnis maleficii artifex effectus, hodieque non cessat venenum in eos suum eructare quos omnibus sæculis ad id hauriendum paratos habet : eoque largius latiusque virus suum diffundit, quanto ad rem suam aptiores offendit. Permittuntur autem tales sæpe rerum potiri, terrarumque imperiis extolli, ut ex multorum cordibus, quemadmodum est in divinis oraculis, revelentur cogitationes ; utque triticum a paleis secernatur, et justus igne molestiarum, velut aurum in fornace, coquatur, cœlestibusque thesauris reservetur ; rejiciaturque, quidquid ut scoria adulterinum est et cœlesti regno indignum. Atque his, opinor, nemo contradicet eorum qui pietatem colunt.

Τούτων δὲ τῶν κακῶν ἁπάντων αἰτία προκαταρκτικὴ καὶ ῥίζα, ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος καθέστηκε δηλαδή· ὃς τῷ ἀποστῆναι τοῦ ἀγαθοῦ, πάσης κακίας γενόμενος δημιουργὸς, οὐ παύεται μέχρι καὶ νῦν τὸν οἰκεῖον ἰὸν τοῖς πρὸς ὑποδοχὴν ἑτοίμοις κατὰ πᾶσαν ἐναπερευγόμενος γενεάν· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον τὴν παρ' ἑαυτοῦ κακίαν ἐπιδαψιλεύεται, καθ' ὅσον ἂν καὶ ἐπιτηδειοτέροις πρὸς τὸν οἰκεῖον περιτύχοι σκοπόν. Συγχωροῦνται δὲ πολλάκις κρατεῖν, καὶ κοσμικαῖς δυναστείαις οἱ τοιοῦτοι μεγαλύνεσθαι, ὡς ἂν ἐκ πολλῶν καρδιῶν, κατὰ τὸ θεῖον λόγιον, ἐκφανῶσι διαλογισμοί· καὶ ὥστε τὸν σῖτον διακριθῆναι D τοῦ ἀχύρου, καὶ πυρωθῆναι μὲν ταῖς ἐπηρείαις τὸν δίκαιον, ὥσπερ ἐν χωνευτηρίῳ χρυσὸν, καὶ τοῖς οὐρανίοις ταμιευθῆναι βασιλείοις, ἀποποιηθῆναι δὲ, καθάπερ σκωρίαν, ὅσον ἀδόκιμον καὶ ἀνάξιον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Πρὸς οὖν ταῦτα οὐκ οἶμαί τινα τῶν εὐσεβούντων ἀντερεῖν.

Sed videamus porro, quæ deinceps beato Ignatio acciderint, quantaque mala veterator ac hostis sanctorum virorum adversus latentem in illo fidem ac virtutem, per suos administros, malitia sua machinatus sit. At vero cum intelligam me sigillatim omnia percensere non posse, rebusque tantis parem non fore, oratione ad res præcipuas enarrandas conversa,

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν Ἰγνάτιον παρηκολουθηκότα, καὶ ὅσα κατὰ τῆς ἐν αὐτῷ κεκρυμμένης ὀληθείας καὶ ἀρετῆς ὁ τῶν ἁγίων ἐχθρὸς καὶ ἐπίβουλος διὰ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῦ τῇ κακίᾳ κατεπράξατο· ἀλλὰ πάντα μὲν κατὰ μέρος ἐπεξιέναι ἀμήχανον εἰδὼς, καὶ κρεῖττον ἢ κατ' ἰσχὺν ἐμὴν, τοῖς κυριωτέροις δὲ τὸν λόγον ἐπαψιεὶς, πειράσομαι

Digitized by Google

καθ' ὅσον οἷόν τε πανταχοῦ τῆς ἀληθείας πεφροντικὼς μηδὲν τῶν ἀξίων μνήμης παραλιπεῖν.

Ἐπειδὴ τοίνυν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως τότε πολλὰ πειράσαντες, τὸ πρὸς παρανομίαν ἐνδόσιμον οὐχ οἷοί τε ἐγεγόνεισαν παρὰ τοῦ Ἰγνατίου λαβεῖν, γενναίαις ἐνστάσεσι παραιτήσασθαι μὴ καταδεξαμένου, παρ' ἑαυτῶν ἔλαβον τοῦτο λοιπόν· καὶ πλεῖστα καθ' ἑαυτοὺς συσκεψάμενοι, καὶ πᾶσαν κεκινηκότες βουλὴν, Φώτιον πρωτοσπαθάριόν τε ὄντα καὶ πρωτοασηκρῆτιν, εἰς ἀρχιερέα τῆς βασιλίδος προχειρίζονται. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Φώτιος οὐ τῶν ἀγεννῶν τε καὶ ἀνωνύμων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα, καὶ περιφανῶν, σοφίᾳ τε κοσμικῇ καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ στρεφομένων εὐδοκιμώτατος πάντων ἐνομίζετο. Γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς, καὶ πάσης ὀλίγου δεῖν ἐπιστήμης τῶν θύραθεν τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιὸν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάναι τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ γενεὰν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι. Πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ' αὐτῷ, ἡ ἐπιτηδειότης τῆς φύσεως, ἡ σπουδὴ, ὁ πλοῦτος, δι' ὃν καὶ βίβλος ἐπ' αὐτὸν ἔῤῥει πᾶσα· πλέον δὲ πάντων ὁ τῆς δόξης ἔρως, δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄϋπνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς ἐσχολακότι. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν αὐτὴν, ὡς μὴ ὤφελεν, ἐπεισελθεῖν ἔδει, καὶ τῶν διὰ τοῦτο βιβλίων τῆς ἀναγνώσεως οὐ κατὰ πάρεργον ἐπεμελήθη· ἀγνόημα δὲ ἠγνόησεν, ἵν' εἴπω θεολογικῶς, σφόδρα τῆς αὐτοῦ σοφίας ἀνόξιον. Οὐ γὰρ ἠθέλησε προσέχειν τὸν νοῦν, ὅτι *Εἴ τις θέλει σοφὸς γενέσθαι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός.* Οὐδὲ τὴν ὁδὸν εἵλετο τῆς ταπεινοφροσύνης, δι' ἧς ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ χάρις καὶ ἡ ἀληθὴς σοφία δίδοται καὶ κατορθοῦται· οὐδὲ στραφῆναι καὶ γενέσθαι ὡς τὸ παιδίον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, ὡς ἡ τοῦ Κυρίου διαμαρτυρία, κατεδέξατο· ἀλλ' οὐδὲ σκάψαι τὴν αὐτοῦ ψυχὴν, καὶ βαθῦναι τὴν διάνοιαν διὰ πάσης ὑποταγῆς, κατὰ Κύριον, καὶ ἀτιμοτέρας ἀγωγῆς καὶ ταπεινόφρονος, καὶ δι' ἀπιθείας οὕτω τῇ πέτρᾳ προσεγγίσαι Χριστῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ θεῖναι θεμέλιον πίστεως ἀῤῥαγῆ, καὶ δι' ἀγαθῶν πράξεων οὕτω τῆς σοφίας [ἴσ. τῇ σοφίᾳ] ἑαυτὸν οἰκοδομεῖν· οὐ ταῦτα διανενόηται ὁ σοφός· πολλοῦ γε δεῖν· καὶ οὐδὲν τούτων ἐπὶ νοῦν ἦλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ἐπὶ σαθρῷ θεμελίῳ καὶ ἀμμώδει, τῇ κοσμικῇ σοφίᾳ, καὶ τῇ ἀλαζονείᾳ τοῦ μὴ κατὰ Χριστὸν πεπαιδευμένου λόγου τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν στηρίξας καὶ τὸν νοῦν, καὶ τοῖς κενοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνοις καὶ κρότοις φυσιούμενος, καὶ ἐπὶ πολὺ τῇ κενοδοξίᾳ μετεωριζόμενος, δι' αὐτῆς τῇ ἐχθρᾷ τοῦ Θεοῦ ὑπερηφανίᾳ προσεπέλασε, δι' ἧς κακουργίαν τε πᾶσαν καὶ πᾶσαν σκανδάλων ὑπόθεσιν μυσταγωγεῖται. Ὅθεν ἀδόκιμον αὐτοῦ τὴν τῆς ἱερουργίας καταβαλόμενος ἀρχὴν, ἀκόλουθον ἔσχε τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος. Οὐ γὰρ παρῃτήσατο τὴν ὡς παρὰ

A nudam rei veritatem ubique studiose persecutus, pro mea virili curabo, uti ne quid rerum quæ sint memoria dignæ, prætermittam.

Postquam igitur administri regii, sæpe tentata re, non potuerunt flectere Ignatium ad id quod inique petebant, suam illo dignitatem fortiter et constanter tuente, a se ipsi consilium de cætero petiverunt; rebusque inter se diu agitatis, omnemque in partem versatis, tandem Photium protospatharium et primum a secretis, patriarcham urbis regiæ designant; hominem sane minime obscurum et ignobilem, sed claris et illustribus oriundum natalibus, rerumque civilium et politicarum usu, prudentiaque et scientia clarissimum. Grammaticæ enim litteraturæ, et carminis pangendi, dicendique laude, quin et philosophiæ et medicinæ, et omnium prope liberalium disciplinarum externarum studio cognitioneque tantopere florebat, ut ævi sui facile princeps haberetur, imo et cum veteribus jam certare posset. Omnia quippe in illo concurrerant, aptitudo quædam et naturæ vis ac felicitas, studium, opes, quibus sibi librorum omnium maximam copiam comparabat: et, quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido, qua incensus totas noctes, ut lectioni assidue vacaret, ducebat insomnes. Quoniam vero sacrum etiam (quod utinam nunquam fuisset) thronum Ecclesiæ conscensurus erat, sacra quoque et ecclesiastica volumina studiose cœpit lectitare. Verum ut Theologi Nazianzeni ritu loquar (1), quod sane ipsius sapientia indignum fuit, ignorationem ignoravit. Noluit enim animadvertere, quoniam, *Si quis vult sapiens fieri in hoc mundo, stultus sit, ut sapiens fiat* [a]. Neque viam modestiæ et submissionis ingressus est, qua ad cœlestem gratiam veramque sapientiam pervenitur: neque deposito fastu voluit converti, et fieri ut parvulus, propter regnum Dei, juxta Domini vocem: neque animam suam et mentem altius fodere et omni subjectione demittere, ut jubet Dominus, per abjectiorem humilioremque semitam; atque ita per affectuum mortificationem petræ Christo conjungi, et super ipsum inconcussum fidei fundamentum ponere, et piis operibus seipsum domicilium sapientiæ constituere. Nihil horum huic venit in mentem, alia omnia cogitabat: fragili et arenoso, vanæ profanæque sapientiæ fundamento et insolentiæ, non secundum Christum doctrinæ cor suum mentemque confirmans, vanis hominum laudibus et plausibus inflatus, elatusque inani gloria, per ipsam inimicæ Deo superbiæ se conjunxit: ex quo omnis impietatis omniumque offensionum materiem edoctus est. Ergo jactis sacerdotii sui improbandis fundamentis, extrema initiis consentanea sortitus est. Nec enim repudiavit Ecclesiam, tanquam a profanis magistratibus profane et sacrilege sibi demandatam; neque velut

[a] I Cor. III, 18.

(1) Potius, ut more loquar Sripturæ sacræ. HARD.

Digitized by Google

alteri viro nuptam, sibi per adulterium desponderi veritus est : sed contra potius exsultabundus, avide impudenterque in illius complexum ruit, alienamque tanquam propriam palam arrogavit, suaque infamia et dedecore gloriabatur, et laudabatur in iniquitate sua ; intraque sex non amplius dies, manibus hominum initiatus, concupitam Ecclesiæ cathedram invasit. Eratque vere cernere, ut fertur adagio, extemporalem fictitiumque, seu personatum sanctum. Nam primo die monachus ex laico, altero lector, tum hypodiaconus, ac diaconus et presbyter : sexto deinde, qui fuit Christi natalis, et ipse sacrum conscendens tribunal, pacem populo, nihil vera pace dignum cogitans, nuntiavit.

A κοσμικῶν ἀρχόντων ἀκόσμως αὐτῷ καὶ ἀθέσμως ἐνδιδομένην Ἐκκλησίαν, οὐδ' ὡς ἑτέρῳ ἀνδρὶ καθηρμοσμένην μοιχικῶς ἑαυτῷ κατεγγυᾶσθαι ηὐλαβήθη· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ περιχαρῶς, ἢ ἀναιδῶς μᾶλλον, κατησπάζετο, καὶ ὡς ἰδίας τῆς ἀλλοτρίας σαφῶς ἀντεποιεῖτο, καὶ ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτοῦ ἐγαυρία δοξαζόμενος, καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ ἐνευλογεῖτο, καὶ ἐν ἓξ ταῖς ὅλαις ἡμέραις χερσὶν ἀνθρώπων τελειούμενος, τῆς ἐπιθυμουμένης ἐπελαμβάνετο καθέδρας· καὶ ἦν ἀληθῶς ἐκεῖνον ὁρᾷν αὐθήμερον ἅγιον πλαττόμενον, κατὰ τὴν παροιμίαν. Πρώτῃ γὰρ ἡμέρᾳ μοναχὸς ἀντὶ λαϊκοῦ, τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀναγνώστης, καὶ ὑποδιάκονος τῇ ἑξῆς, εἶτα διάκονος, εἶτα πρεσβύτερος· ἔπειτα τῇ ἕκτῃ (Χριστοῦ δὲ ἦν τὰ γενέθλια) καὶ αὐτὸς τῷ ἱερατικῷ προσβὰς θρόνῳ, τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσεφώνει, μηδὲν τῆς ἀληθινῆς εἰρήνης ἄξιον ἐννοούμενος

B

Erat huic auctor et initiator in omnibus Gregorius ille cognomento Asbesta, quem Syracusanum olim pontificem fuisse ferunt, tum Constantinopoli de maleficiis reum factum, et jam Romæ, quod contra leges et sanctiones ecclesiasticas peccasset, exauctoratum. Hunc Ignatius, cum esset patriarcha consecrandus, ne initiationi suæ interesset, admonuit, donec per otium causa ipsius diligenter cognosceretur. Quod patriarchæ inter initia factum multi, quamvis juste factum, reprehenderunt.

Ἦν δὲ αὐτῷ καθηγητὴς καὶ ἱεροτελεστὴς τὰ πάντα Γρηγόριος ἐκεῖνος ὁ καλούμενος Ἀσβεστᾶς, ὃν ποτε καὶ Συρακούσης μὲν ἐπίσκοπον ἔφασαν γενέσθαι, ἐπ' ἐγκλήμασι δέ τισιν εἰς τὸ Βυζάντιον κατηγορούμενον, ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ὡς παρὰ κανόνας πράξαντα, καθῃρημένον. Ἰγνάτιος ἄρτι πρῶτον χειροτονεῖσθαι μέλλων, μὴ παρεῖναι τοῦτον τῇ χειροτονίᾳ διεπέμψατο, ἄχρις οὗ τὰ κατ' αὐτὸν, φησὶν, ἐπὶ σχολῆς ἀκριβέστερον διαγνωσθῇ. Τοῦτο ὁ πατριάρχης ἐν πρώτοις, οὐ καλῶς μὲν, ὥς γε δοκοῦν τοῖς πολλοῖς, πέπραχε δ' οὖν ὅμως ἐν δικαιοσύνῃ.

Hinc, o quis ex his paucis verbis ortam cladem illam et noctem explicet ? quis turbas et factiones, litesque et improbitatem illius probi (5) Siculi dicendo assequatur ? Simul ac enim ejus rei nuntium accepit, non se philosophum ostendit, et infamiam suam prudenter dedecusque contexit ; sed cereos de Ignatii consecratione acceptos abjecit, et impudentissimo ore innocentem coram universa Ecclesia fœdissime conviciatus, lupum pro pastore substitui furiose clamitavit. Quem et Petrus quidam Sardorum episcopus cognomento Miser, et Eulampius Apameæ, aliique e clero obscuriores [insigniores], seipsos ab Ecclesia sine causa sejungentes, secuti sunt.

Ἐντεῦθεν, ὦ τίς ἂν ἐξείποι τὴν ταραχὴν καὶ τὴν σκοτόμαιναν ; τίς τὴν ἀπὸ τοῦ μικροῦ ῥήματος φιλονεικίαν, καὶ ἔριν, καὶ μνησικακίαν τοῦ δεινοῦ ἐκείνου Σικελοῦ παραστήσαι ; Εὐθὺς γὰρ ἀκούσας, οὐκ ἐφιλοσόφησε πρὸς τὴν ἀγγελίαν, οὐ τὴν ἰδίαν ὡς φρόνιμος συνεκάλυψεν αἰσχύνην, τοὺς ἐπὶ χειροτονίᾳ δὲ κηροὺς τῶν αὐτοῦ χειρῶν ἀποῤῥίψας, καὶ καταναιδευσάμενος, πάσης ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας ἐσχάτως διελοιδορεῖτο τὸν ἀναίτιον, καὶ λύκον ἀντὶ ποιμένος ἐπεισιέναι τῇ ἐκκλησίᾳ μανιωδῶς διεσχυρίζετο· ᾧ καὶ Πέτρος ὁ Σαρδέων, ὁ λεγόμενος Δείλαιος, πρὸς δὲ καὶ ὁ Ἀπαμείας Εὐλάμπιος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἀσημοτέρων [ἀν. εὐσημοτέρων] εἵποντο κληρικῶν, ἀλόγως τῆς Ἐκκλησίας ἀποῤῥηγνύμενοι.

C

Undecim igitur ipsius annis Ignatius a recepta primum sede Constantinopolitana, omni ratione conatus, omnique verborum humanitate et liberalitate adhibita, nunquam tamen potuit Asbestæ improbitatem exstinguere. Etenim potentiorum limina terebat, apud omnes virum nullam ob culpam criminabatur, et acerbe conviciis proscindebat, et sanctum exsecratus, ne Christiani quidem cognomine dignabatur. Præsertim vero Photio Photianisque gratissimus honoratissimusque, magnus quidam homo Dei credebatur. Quare ab eodem Photius primum est initiatus ; qui hominis auctoritate inductus, totum ex illo adversus insontem Ignatium furorem hausit : perinde quasi ad hoc ipsum patriarcha esset consecratus, ut omnibus consiliis modisque omni-

Ἐν ὅλοις μὲν οὖν ἕνδεκα χρόνοις τῆς πρώτης αὐτοῦ ἱεραρχίας ὁ Ἰγνάτιος ἀποπειρώμενος, καὶ πᾶσαν μὲν λόγων, πᾶσαν δὲ δωρεῶν προτεινόμενος φιλοτιμίαν, οὐχ οἷός τε ἐγεγόνει τὴν τοῦ Ἀσβεστᾶ κακίαν κατασβέσαι. Διήρχετο πάσας οἰκίας τῶν δυναστῶν, μάτην διαλοιδορούμενος καὶ διασύρων πικρῶς, καὶ μηδὲ Χριστιανὸν ὀνομάζειν τὸν ἅγιον ὁ ἐναγὴς ἀξιῶν, μάλιστα δὲ πάντων παρὰ Φωτίῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ συγγενέσι τιμώμενος, μέγας τις ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ χρηματίζειν ἐπιστεύετο· ὅθεν καὶ παρ' αὐτοῦ πρώτου χειροτονηθεὶς ὁ Φώτιος, ἐκ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὅλην τοῦ ἀνδρὸς κατὰ τοῦ ἀναιτίου μανίαν ἐπεσπάσατο. Καὶ ὥσπερ εἰς αὐτὸ τοῦτο πατριάρχης προχειρισθεὶς, ἵνα πάσαις ἐπινοίαις, τρόποις πᾶσι, τὸν ἀθῶον τιμωρήσηται, οὕτως ἠγωνίζετο, οὐ τῆς ἱερω-

D

(5) Pro *improbi :* vel dictum per ironiam, Hard

Digitized by Google

σύνης μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς αὐτὸν ἀπαλλάξειν, εἰ δυνατὸν, τῆς ζωῆς· καίτοι γε χειρόγραφα παρὰ τῶν καταδεχομένων αὐτὸν πρότερον ἀπαιτηθεὶς μητροπολιτῶν, ὥστε πατρικὴν ἀπονέμειν τῷ Ἰγνατίῳ τιμὴν, καὶ πάντα κατὰ βούλησιν αὐτοῦ δρᾶν, καὶ ἐν μηδενὶ τοῦτον παραλυπεῖν. Οὕπω δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν δύο μῆνες παρῆλθον, καὶ αὐτὸς τοὺς ὅρκους ἠθετηκὼς, πρῶτον μὲν τοὺς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τεταγμένους, ὅσους οἰκειοτέρους εὗρισκε τοῦ πατριάρχου, καταχλείων, καὶ αἰκισμοῖς βιαίοις καὶ μάστιξι κατακιζόμενος· καὶ κολακεύων δὲ πάλιν, καὶ δῶρα προτείνων καὶ προκοπὰς, καὶ χειρόγραφα ἀπαιτῶν, καὶ πᾶσι * ὥστε πέμψαι, καὶ ἔρευναν ἀκριβῆ ποιήσασθαι κατὰ τοῦ Ἰγνατίου, ὡς αὐτοῦ λάθρα τυρεύοντος κατὰ τῆς βασιλείας. Εὐθὺς οὖν ἄρχοντες ἀπηνεῖς καὶ στρατιῶται θρασεῖς τὴν Τερέβινθον καταλαβόντες, καὶ πᾶσαν ποιήσαντες ἐξέτασιν, καὶ πᾶσαν βάσανον, τοὺς ὑπ' ἐκεῖνον ἀνθρώπους βασανίσαντες, ἐπειδὴ ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις, καὶ λοιπὸν οὐδὲν εἶχον, ὥστε δικαίως τιμωρήσασθαι, τῇ ἀδικίᾳ καθαρᾷ χρῶνται. Λαβόντες γὰρ τὸν ἱερὸν ἄνδρα μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὴν λεγομένην Ἱέρειαν περάσαντες, δέσμιον τοῦτον εἰς μάνδραν αἰγῶν κατέκλεισαν· ἐκεῖθέν τε πρὸς τὰ Προμήτου λεγόμενα διαπερῶσιν, ὅπου δὴ Λέων ἐκεῖνος ὁ Λαλάκων ἐπονεμαζόμενος τῶν Νουμέρων δομέστικος ὤν, ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ τοῖς ῥαπίσμασι κατέκοψε τὰς σιαγόνας, ὡς δύο μύλας ἐκεῖ τοῦ ἱερωτάτου γέροντος ἐκπεσεῖν· εἶτα δύο μοχλοῖς σιδηροῖς, ἀνδροφόνων τρόπον, τοὺς αὐτοῦ πόδας κατασφαλισάμενοι, καὶ μικρᾷ φρουρᾷ κατακλείσαντες ἀπῆσαν, δύο παῖδας καὶ μόνον πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτῷ καταλιπόντες. Ὅλος δὲ αὐτοῖς ὁ ἀγὼν καὶ ἡ ἔπειξις ἦν, ὥστε λίβελλον αὐτοῖς ἀποταγῆς δοῦναι, καὶ ἑκουσίως τοῦ θρόνου παραχωρεῖν. Ὁ δὲ τὸν λύκον κατὰ τῆς πολιᾶς δεινῶς ἐπεισφρήσαντα θεασάμενος, ὅσον ἦν ἐπ' αὐτῷ, τὴν ἔφοδον ἐξεῖργεν. Ἡμερῶν δὲ παρελθουσῶν ὀλίγων, εἰς τὰ Νούμερα τοῦτον περάσαντες, σιδηροδέσμιον ἐγκλείουσιν· εἶτα Αὔγουστος ἐνίστατο μὴν, καὶ εἰς πλοῖον αὐτὸν ἐμβαλόντες, εἰς Μιτυλήνην ἐξορίζουσι. Πάντας δὲ τοὺς ὑπονοουμένους οἰκείους εἶναι καὶ φίλους αὐτοῦ, οὓς μὲν δαρμοῖς ἀφορήτοις καὶ θανατηφόροις παρεδίδουν πληγαῖς· οὓς δὲ, τὸ φιλανθρωπότατον, ὑπερώριζον τῆς πόλεως. Ὅτε δὴ καὶ τὸν χαρτοφύλακα Βλάσιον διὰ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παῤῥησίαν ἐγλωσσοτόμησαν. Ἐν Μιτυλήνῃ δὲ διατρίβοντος, ὁ Φώτιος τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν τῶν πονηρευομένων συναγαγὼν, καὶ πρὸς τῷ ἱερῷ τεμένει τῶν πανενδόξων Ἀποστόλων γενόμενος, καθαίρεσιν ἀποφαίνεται κατὰ τοῦ μὴ παρόντος Ἰγνατίου· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίζει καὶ ἀποκηρύττει, αὐτὸς κατήγορος γινόμενος καὶ κριτής. Καὶ ὅσους μὲν ἐώρα τῷ αὐτοῦ σκοπῷ καὶ τῇ παραλόγῳ πράξει ταύτῃ συνάδοντας, καὶ τοῖς τελουμένοις ὑπογράφοντας, ἐν τοῖς πρώτοις τῶν φίλων καὶ γνησιωτάτων εἶχε συλλειτουργῶν· ὅσοι δὲ τῇ ἀκρίτῳ κρίσει προσοχθήσαντες, συναινέσαι ταῖς ἀλογιστίαις ταύταις οὐκ ἠβούλοντο, τούτους τῷ πραιτωρίῳ καὶ φυλακαῖς πολυτρόποις κολασθησομένους παρεδίδου. Πολλῶν οὖν διαγογγυζόντων, καὶ ἐπὶ ταῖς ἀκρισίαις

A bus innoxium iret perditum, sic pugnabat, ut illum non sacerdotio tantum privaret, sed vita etiam, si posset, exueret : licet essent ab eo per metropolitas suos, a quibus est receptus, exacta chirographa : ut paternum Ignatio honorem tribueret, omniaque ex ejus voluntate gereret, nec ulla in re molestus esset : ipse tamen vix post duos a creatione sua menses juramento suo violato, primum Ignatii familiares conjecit in vincula, dirisque flagris et plagis multavit : deinde rursus blanditus, muneraque et honores pollicitus, chirographa petiit, et omnibus modis studuit adversus Ignatium exitii causam reperire. Cumque nihil horum quæ ipse cupiebat, inveniret, scelerato Bardæ, perque Bardam Michaeli levissimo suggerit, ut mittat, qui in Ignatium velut B imperio insidiantem severe inquirant. Ergo crudeles præfecti atrocesque satellites extemplo Terebinthum petunt, omniaque genera quæstionum instituunt, et famulos Ignatii tormentis omnibus excruciant. Postquam vero defecerunt scrutantes scrutinia, nec quidquam deprehenderunt, quo jure in illum animadverterent, aperto scelere in eum grassantur. Arreptum enim virum sanctum et suos in insulam Hieriam traduxerunt, atque Ignatium vinctum stabulo caprario incluserunt. Inde ad ea loca transferunt, quæ Prometi dicebantur ; ubi Leo ille cognomento Lalaco, Numerorum domesticus, tam immaniter colaphis genas illius cecidit, ut sacratissimo seni duos molares excuteret dentes. Deinde vectibus geminis, latronum instar, pedes C strinxerunt ; angustoque conclusum ergastulo, duobus duntaxat pueris administris illi concessis, reliquerunt. Tota autem vis hæc et vexatio eo pertinebat, ut Ignatius abdicationis libellum scribe ret, sponteque throno patriarchatus cederet. Sed Ignatius, cum lupum in gregem atrociter grassari cerneret, quantum poterat, impetum reprimebat. Elapsis autem haud multis inde diebus, in Numera deductum, in carcere catenis onerant : dein Augusto mense appetente, in navigium conjectum Mitylenem deportant. Porro eos qui habebantur ejus familiares et amici, immanissimis cruciamentis plagisque lethalibus afficiebant : quos autem humanissime tractabant, exsilio multabant; Blasioque chartophylaci ob fidem et dicendi libertatem linguam detruncarunt. Ignatio porro Mitylenæ commorante, Photius ecclesia malignantium sibi affinium coacta, absentis Ignatii, in ipso gloriosissimorum apostolorum templo, exauctorationem pronuntiat : nec pronuntiat tantum, sed anathemate Ignatium ferit damnatque ; et damnatum idem accusator, idem judex proclamat. Qui quos factioni suæ studere, factisque insanis accinere, ac decretis subscribere videbat, hos vero inter intimos amicos ac symmystas habuit. Qui autem ejus amentia offendebantur, factaque (ut qui sincero judicio forent) non probabant, prætorio et vinculis pessime acceptos tradebat. Multis igitur mussitantibus, improbaque Photii acta damnantibus ; quin et ipse Photius cum suis factis

Digitized by Google

et conscientia reprehenderetur, consilium improbum potius quam sapiens capit. Non enim bono malum, sed malum malo sanare, minorique malo majus addere cogitat. Nam ut virtutis viam ingressi, per bona opera quasi per gradus ad Deum enituntur, ita improbi relicto recto tramite, per opera mala auctori malitiæ copulantur, scelusque scelere cumulare non desistunt, donec in profundum malefactorum suorum præcipites agantur.

Legationem ergo et ille Romam veterem destinat, et a Nicolao papa legatos petit, qui in speciem quidem collapsam Ecclesiæ disciplinam emendent, et damnatæ Iconomachorum sectæ reliquias penitus exstinguant; revera autem, ut Romanæ Ecclesiæ auctoritate Ignatii exauctorationem firmaret testatioremque redderet. Legat ergo Theophilum Amorii episcopum, et Samuelem, qui ad illum diem Chonarum antistes Laodiceno subjectus, archiepiscopi honore dignatus est a Photio. Per quos egregius ille non veritus est ad pontificem maximum mendacia perscribere; Ignatium senio et morbo confectum, corporisque invaletudine laborantem, se munere abdicasse, suaque in insula et cœnobio commorari, et a principibus populoque, et tota Ecclesia, omni honore et officiis coli. Pontifex, legatis exceptis, rerum Constantinopoli gestarum ignarus, duos legatos, Zachariam et Rhodoaldum episcopos ablegat.

Interea athleta Christi semestri Mitylenæ exacto, ab exsilio redit: redit autem voluntate principum restitutus insulæ Terebintho, non tam honori, quieti et solatio, quam ignominiæ, vexationi, majorique afflictioni. Quanta enim inimicus in eo malignatus sit, quantasque ærumnas Nicetas regiæ classis drungarius cognomento Oryphas, quantas item contumelias, ut Photio et principibus gratificaretur, irrogarit, quæ oratio assequatur? Quis singillatim, impetum, convicia, verbera, tormenta, quæ ille in familiares illius cruenta manu exercuit, exponat? Accessit et alia sancto viro calamitas. Ea tempestate Rhossi gens Scytharum, a Ponto Euxino ad Stenum excursione facta, omnem circa regionem omniaque monasteria deprædati sunt: insulanorum quoque Byzantinorum per populationem vasa omnia diripuerunt, argentum abstulerunt, captos ad unum omnes trucidarunt. Ipsius denique patriarchæ cœnobia barbarico furore et impetu incursantes, tota supellectili direpta, spoliarunt, duosque supra viginti ex familiarissimis captos, in uno navigii trochantere omnes securibus trucidarunt. Quas ille clades cum accepisset, unicam hanc in ore vocem semper habuit: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est* [a], et quæ sequuntur. Ita gratias agens et ora-

[a] Job. I, 21.

A ταύταις Φωτίου καταγινωσκόντων, ὑπό τε τῶν οἰκείων ἔργων ἐκεῖνος καὶ τῆς συνειδήσεως διελεγχόμενος, βουλὴν βουλεύεται πονηρὰν μᾶλλον ἢ συνετήν. Οὐ γὰρ ἀγαθῷ, ἀλλὰ κακῷ τὸ κακὸν ἰάσασθαι διανοεῖται· μᾶλλον δὲ τῷ ἥττονι τὸ μεῖζον ἐπενεγκεῖν. Ὥσπερ γὰρ οἱ τὴν ὁδὸν ἀνιόντες τῆς ἀρετῆς, διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ὡς διὰ κλίμακος ἀναβαίνουσι πρὸς τὸν Θεόν· οὕτως οἱ τὴν εὐθεῖαν ἀφιέντες, διὰ τῶν πονηρῶν πράξεων τῷ τῆς πονηρίας προσοικειοῦνται πατρί· καὶ κακῷ κακὸν ἐπιπλέκοντες, οὐ διαλείπουσιν, ἕως ἂν εἰς τὸν τῶν οἰκείων ἔργων ἐκραγῶσι βόθρον.

B Διανοεῖται τοίνυν κἀκεῖνος πρεσβευτὰς εἰς τὴν πρεσβυτέραν ἀποστεῖλαι Ῥώμην, καὶ παρὰ Νικολάου τοῦ πάπα τοποτηρητὰς αἰτῆσαι, πρόφασιν μὲν εἰς διόρθωσιν τῆς Ἐκκλησίας, εἴτουν ἐκτομὴν τελείαν τῶν ἔτι τῆς Χριστιανοκατηγορικῆς τῶν Εἰκονομάχων αἱρέσεως ἀντεχομένων· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὡς ἂν μετὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων χειρὸς περιφανεστέραν τοῦ Ἰγνατίου ποιήσηται καθαίρεσιν. Ἀποστέλλει τοίνυν Θεόφιλον ἐπίσκοπον τοῦ Ἀμορίου, καὶ Σαμουὴλ ἐπίσκοπον ἄχρις ἐκείνου τῶν Χωνῶν ὑπὸ Λαοδίκειαν τυγχάνοντα, ἀρχιεπίσκοπον τετιμηκώς· δι' ὧν καὶ τὰ ψευδῆ πρὸς τὸν πάπαν γράφειν ὁ γεννάδας οὐκ ὀκνεῖ· γράφει γὰρ, ὡς Ἰγνάτιος διὰ γῆρας καὶ νόσον καὶ σώματος ἀδυναμίαν παραιτησάμενος, ὑπεχώρησε τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἐν τῇ κατ' αὐτὸν νήσῳ καὶ τῷ μοναστηρίῳ μένων, πάσης τιμῆς καὶ θεραπείας ὑπό τε τῶν βασιλευόντων, ὑπό τε πάσης τῆς πόλεως καὶ τῆς κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἀξιοῦται. Τούτους ὁ πάπας δεξάμενος, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν ἀγνοῶν, δύο τοποτηρητὰς Ζαχαρίαν καὶ Ῥοδόαλδον ἐπισκόπους ἀποστέλλει.

C Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἐπάνεισι μὲν τῆς ἐξορίας ὁ ἀθλητὴς, ἐξ μῆνας ἐν Μιτυλήνῃ πεποιηκώς· ἐπάνεισι δὲ διὰ τῆς τῶν κρατούντων προνοίας πρὸς τὴν Τερέβινθον ἀποκαθιστάμενος, οὐ πρὸς τιμὴν μᾶλλον ἢ ἀτιμίαν, οὐδὲ πρὸς ἀνάπαυσιν καὶ παραμυθίαν, ἀλλὰ πρὸς θλῖψιν καὶ κάκωσιν περισσοτέραν. Ὅσα γὰρ ὁ ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ ἐπονηρεύσατο, καὶ ὅσας αὐτῷ Νικήτας ὁ τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριος, ὁ Ὠρύφας λεγόμενος, θλίψεις ἐπήνεγκε καὶ ἐπηρείας, Φωτίῳ καὶ τοῖς κρατοῦσι χαριζόμενος, τίς λόγος παραστῆσαι δύναται; τίς καθ' ἓν ἀπαγγεῖλαι τὰς ἐπαγωγὰς, τὰς ὕβρεις, τὰς ζημίας, καὶ τοὺς δαρμοὺς, ὅσα χειρὶ μιαιφόνῳ κατὰ τῶν τοῦ μακαρίου οἰκείων ἐκεῖνος ἐτεκτήνατο; Ἐπεγένετο δὲ καὶ ἄλλη τῷ ἁγίῳ συμφορά. Κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν τὸ μιαιφονώτατον D τῶν Σκυθῶν ἔθνος, οἱ λεγόμενοι Ῥῶς, διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου προσκεχωρηκότες τῷ Στενῷ, καὶ πάντα μὲν χωρία, πάντα δὲ μοναστήρια διηρπακότες, ἔτι δὴ καὶ τῶν τοῦ Βυζαντίου περιοικίδων κατέδραμον νησίων, σκεύη μὲν πάντα λῃζόμενοι καὶ χρήματα, ἀνθρώπους δὲ τοὺς ἁλόντας πάντας ἀποκτείνοντες· πρὸς οἷς καὶ τῶν τοῦ πατριάρχου μοναστηρίων βαρβαρικῷ καταδραμόντες ὁρμήματι καὶ θυμῷ, πᾶσαν μὲν τὴν εὑρεθεῖσαν κτῆσιν ἀφείλοντο, εἴκοσι δὲ καὶ δύο τῶν γνησιωτέρων αὐτοῦ κεκρατηκότες οἰκετῶν, ἐφ' ἑνὶ τροχαντῆρι πλοίου τοὺς

Digitized by Google

πάντας ἀξίναις κατεμέλισαν. Τούτων δὲ τῶν συμφορῶν ἐκεῖνος ἐπακούων, μίαν ἀεὶ ταύτην ἐπὶ στόματος εἶχε φωνήν· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως ἐγένετο*, καὶ τὰ ἑξῆς· οὕτως εὐχαριστῶν, καὶ ταῖς προσευχαῖς ἀδιαλείπτως πρὸς τὸν Θεὸν ἀνατεινόμενος, τὴν παρ' αὐτοῦ κρίσιν καὶ βοήθειαν ἐπεκαλεῖτο, ματαίαν δὲ πᾶσαν τὴν ἀπὸ τῶν κρατεῖν δοκούντων ἡγεῖτο σωτηρίαν· οἵγε καὶ ἡνίκα τοῦτον τηλικαύταις περιπεσεῖν ἀνίαις ἤκουσαν καὶ θλίψεσι, τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ συμπαθῆσαι καὶ παραμυθήσασθαι, ὥστε καὶ λύπης πρόφασιν ἠγήσασθαι, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς τῇ βαρβαρικῇ ἑάλω χειρὶ, καὶ τοῖς οἰκείοις συναγρέθη παισίν· οὐ μᾶλλον εὐθυμοῦντες ἐπὶ τοῖς ἀνηρημένοις, ἢ ἀνιώμενοι ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τοῦ δικαίου. Καὶ οὐ θαυμαστόν. Ψυχὴ γὰρ πᾶσα τῆς ἀγάπης μὲν ἀλλοτριωθεῖσα, τοῦ δὲ μίσους ἀναπλησθεῖσα, καὶ ὡς πυρὸς ὑπ' αὐτοῦ δαπανωμένη, μίαν ταύτης ἡγεῖται τοῦ πάθους ἀναψυχὴν, τὴν ἀπώλειαν τοῦ μισουμένου. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ πάλιν συνέδρια, πάλιν ἀρχόντων καὶ ἀρχιερέων κατὰ τοῦ ἀθώου βουλευτήρια· ὁ μὲν οὖν εἰς τὰ Ποσέως ἐκάθητο, τὴν κατ' αὐτοῦ σκευωρίαν ὑφορώμενος. Φώτιος δὲ τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἥκοντας λαβὼν τοποτηρητὰς, τὸν ἱερὸν τῶν Ἀποστόλων κατειλήφει ναόν. Παρῆσαν καὶ οἱ βασιλεῖς, παρῆσαν καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες, καὶ πᾶσα σχεδὸν ἡ πόλις παρῆσαν ἐκεῖ. Ἐπειδὴ οὖν συνεληλύθεισαν, πρῶτον μὲν Βαάνην πραιπόσιτον, τὸν Ἀγγορὴν ἐπικαλούμενον, καὶ ἄλλους δέ τινας ἐξουθενημένους Ῥωμαίους πρὸς Ἰγνάτιον ἀποκρισιαρίους προχειρίζονται. Οἳ καὶ παραγενόμενοι, Ἡ μεγάλη, φασὶ, καὶ ἱερὰ σύνοδος καλεῖ σε πρὸς ἑαυτήν· ἐλθὲ τάχιον ἀπολογησόμενος πρὸς τὰ δικαίως ἢ ἀδίκως θρυλλούμενα κατὰ σοῦ. Ὁ δὲ μακάριος, Εἴπατε, φησὶν, ἀξιῶ, πῶς ἐλεύσομαι; ὡς ἐπίσκοπος, ἢ ἱερεὺς, ἢ θεραπευτής; Οἱ δὲ, μὴ εἰδέναι τί πρὸς ταῦτα ἀποκριθῶσιν, εἶπον· Ἀλλὰ νῦν ἀπιόντες πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας, βεβαίαν ἀπόκρισιν αὖθις ἰόντες κομιοῦμεν. Τῇ οὖν ἐπαύριον οἱ αὐτοὶ παραγενόμενοι, Οἱ τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας, ἔφασαν, Ῥώμης, Ῥοδόαλδος καὶ Ζαχαρίας, δι' ἡμῶν τῶν ἀναξίων δηλοῦσι τάδε· Εἰς τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ἀνυπερθέτως ἀπάντησον, ὡς ἔχει σου ἡ συνείδησις. Εὐθὺς οὖν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν ἐκεῖνος ἐνδυσάμενος, σὺν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ πλήθει πολλῷ μοναχῶν τε καὶ λαϊκῶν, ἀπῆρε πεζοπορῶν. Πλησίον δὲ τοῦ ναοῦ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ὅπου σταυρὸς ἐν μαρμαρίνῳ κίονι κατὰ μέσον ἀνεστήλωται τῆς λεωφόρου, γενομένῳ, Ἰωάννης πατρίκιος, ὁ Κόξης λεγόμενος, ἀπήντησεν αὐτῷ, λέγων ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεστάλθαι, καὶ ἀπειλῶν, ὡς εἰ μὴ παγανεύων ἐν μοναχικῷ τῷ συνήθει σχήματι προέλθοι, θάνατον ἐπηρτῆσθαι τὴν ζημίαν. Ὅ καὶ πεποιηκότα τὸν ἀοίδιμον τῷ συνεδρίῳ παρεστήσαντο. Καὶ δὴ παριστάνουσιν ἑβδομήκοντα καὶ δύο ψευδομάρτυρας, οὓς ἐκ πολλοῦ προητοιμάσαντο, ἀνθρώπους ἀσεβεῖς πάντας, ἀγελαίους καὶ συγκλητικοὺς, ὧν ἡγεῖτο Λέων πατρίκιος ἐκεῖνος, ὁ Κρητικὸς ὀνομαζόμενος, καὶ Θεοδοτάκιος πα-

A tioni assidue intentus, a Deo judicium et auxilium, nullam a principibus salutem exspectans, implorabat. Nam illi, ubi hunc tantis oppressum malis et ærumnis audiverunt, tantum abest ut dolerent, vel afflictum solarentur, ut moleste etiam ferrent, eum non cum domesticis suis barbarica vi captum interiisse: non magis læti de interemptis, quam tristes de salute justi viventis. Quod mirum videri non debet: mens enim omni charitate destituta, odioque penitus imbuta, velut igne subjecto consumpta, ejus quem odit, exitium, unicum putat mali sui levamentum. Nec multum temporis fluxit, et rursum conciliabula, rursus principum et pontificum adversus sanctum conventicula. Atque Ignatius quidem in ædibus Poseos morabatur, insidiosasque
B contra se machinationes observabat. Photius autem cum sua factione, et missis ab urbe pontificis legatis, sacram Apostolorum ædem occuparat. Aderant imperatores, aderant et principes cuncti, totaque prope civitas confluxerat. Frequentes ergo cum adessent, primum Baanem præpositum cognomento Angoram, aliosque nonnullos ex vilioribus Romanis, apocrisiarios ad Ignatium destinant. Qui coram Ignatio, Magna, inquiunt, et sacra synodus te citat. Quamprimum ergo ades, causam de objectis tibi sive veris, sive falsis criminibus dicturus. Hic beatus: Agite, inquit, obsecro, quomodo veniam? an ut episcopus, an sacerdos, an monachus? Illi hærentes: Nunc, inquiunt, abimus, cras ad te
C certa relaturi. Postridie igitur iidem reversi: Legati, inquiunt, veteris Romæ, Rhodoaldus et Zacharias, per nos indignos hæc nuntiant tibi, uti sine mora ad sanctam et œcumenicam synodum adsis, ut tua conscientia tibi dictat. Ergo (Ignatius) extemplo sacrum patriarchæ ornatum indutus, cum episcopis et clero, magnaque religiosorum frequentia, civiumque concursu et comitatu, viam pedes ingressus, cum ad ædem sancti Gregorii Theologi, ubi crux in media publica via marmoreæ columnæ imposita est, venisset, Joannes patricius, Coxes nuncupatus, illi occurrit; seque ab imperatore missum dicit; ac nisi privata et usitata monachi veste prodiret, ei capitis periculum ac supplicium imminere. Paret vir sanctus, synodoque sistitur.
D Apponunt duos supra septuaginta perjuros testes, quos jam olim impios omnes subornarant, gregarios juxta ac senatorios; quorum dux erat Leo patricius cognomento Creticus, et secundum illum Theodotacius item patricius, cui et perjurii pretium magistri dignitas delata est. Iis reliquos ex unoquoque gradu sorteque vel deterrimos adjunxerunt. Neque hos tantum, sed quos dibaptistas appellitant hæreticos. Atque, ut ita dicam, ex omni hominum fæce et colluvie turpissimos quosque nequissimosque auro dignitatumque pollicitationibus inductos, singillatim produxerunt, qui jurati testarentur, Ignatium, qui patriarcha jam fuerat annos prope duodecim, non rite et ordine creatum, cathedram Ecclesiæ occupasse. Quid vero stolidi horum judi-

Digitized by Google

ces, *in quorum manibus iniquitates sunt, et dextera eorum repleta est muneribus?* Quid contra perjurium hoc decreverunt? Tricesimum subito canonem subjiciunt, qui sic habet: *Si quis episcopus sæcularibus potestatibus usus, per ipsos Ecclesiam obtineat, deponatur* (6). Quod autem sequitur in eodem capite: *ut et omnes communicantes cum illo*, etc. fraudulenti malitiose tacuerunt. Oportebat enim, siquidem pro sanctione apostolica propugnabant, non partem, sed totum canonem observare: et si accusationem admisissent, ut Ignatium, ita ab illo initiatos, et cum illo communicantes exauctorare: sicque in operibus manuum suarum peccatores manifeste deprehensi essent. Contra jus autem fasque decernentes, hoc pronuntiarunt tantum, quod pro ipsis ad evertendum Ignatium ab illis sine causa læsum, faciebat. Quod autem sequitur in canone, quo illi ipsi eidem subjiciuntur censuræ, dissimularunt: id quod illis tacentibus opportune patriarcha ipse succlamavit. O improbitatem! o stuporem! Quis enim ignorat Ignatium episcoporum omnium calculis et totius populi applausu legitime canoniceque creatum fuisse: ipsum autem Photium potius ab exsecrato Barda, et sæcularibus armatum principibus, contra leges, magisque per tyrannidem, quam ecclesiasticum ritum, thronum invasisse? Sed non cognoverunt, neque intellexerunt, qui in avaritiæ et ambitionis tenebris ambulant, se iisdem consiliorum laqueis, quos aliis paraverant, comprehendi.

A τρίκιον μετ' αὐτὸν, ᾧ καὶ τῆς ἐπιορκίας μισθὸν τὴν ἀξίαν μαγίστρου προετείνατο. Ἐφ' οἷς καὶ τοὺς λοιποὺς ἀφ' ἑκάστου βαθμοῦ καὶ τοῦ καταδεεστάτου πάντων συλλεξάμενοι, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν λεγομένων διβαπτιστῶν, καὶ ἀπὸ παντὸς, ὡς εἰπεῖν, τάγματος τοὺς αἰσχίστους καὶ μιαρωτάτους τῶν ἀνθρώπων χρυσοῦ τε καὶ ἀξιωμάτων ἐξαγορασάμενοι, ἕνα καθ' ἕνα προσῆγον, ὀμνύοντας, ὡς Ὁ δωδεκαετῆ μικροῦ δεῖν χρόνον ἀρχιερατεύσας Ἰγνάτιος ἀψηφίστως χειροτονηθεὶς, ἐκράτησε τῆς ἐκκλησίας. Τί οὖν οἱ μάταιοι τῶν τοιούτων κριταὶ, *ὧν ἐν χερσὶν αἱ ἀνομίαι, ὧν ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων;* τί οὗτοι πρὸς τὴν ψευδορκίαν ταύτην ἀνθυπήνεγκαν; Τὸν τριακοστὸν εὐθὺς ὑπαναγινώσκουσι κανόνα, *Εἴ τις ἐπίσκοπος*, λέγοντα, *κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω.* Τὸ ἐξῆς δὲ τοῦ κεφαλαίου, ὅτι *Καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες*, κακούργως οἱ δόλιοι παρεσιώπησαν· ἔδει δὲ πάντως, εἴπερ ἀποστολικὸν νόμον ἠγωνίζοντο τηρεῖν, οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλὰ τελείως τηρεῖν· καὶ εἰ ἀληθῶς εἶχεν ἡ κατηγορία, ὥσπερ ἐκεῖνον, οὕτω καὶ τοὺς ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντας, καὶ αὐτῷ κοινωνήσαντας, καθαιρεῖν· καὶ οὕτως ἂν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοὶ σαφῶς συνελαμβάνοντο. Ἀδικώτατα δὲ διανοούμενοι, ὅσον μὲν αὐτοῖς πρὸς βλάβην τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπηρεαζομένου συνετέλει, τοῦτο ἐξεφώνησαν, τὸ ἐξῆς δὲ, ὡς καὶ αὐτοὺς τῇ αὐτῇ ὑποβάλλον ἐπιτιμίᾳ, κατεκρύψαντο· ὃ δὴ καὶ ὁ πατριάρχης αὐτοῖς τότε παρασιωπήσασιν εὐστόχως ἐπιφωνεῖ. Ὦ τῆς κακουργίας! ὦ τῆς σκαιότητος! Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὡς Ἰγνάτιος μὲν ψήφῳ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὅλης συναινέσει, κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως προκεχείρισται· αὐτὸς δὲ ὁ Φώτιος μᾶλλον τῷ τε δεινῷ Βάρδᾳ καὶ τοῖς κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος συνεργοῖς, ἀκανονίστως καὶ τυραννικῶς μᾶλλον ἢ ἐκκλησιαστικῶς τοῦ θρόνου καταδράττεται; Ἀλλ' οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν οἱ τῷ τῆς φιλαργυρίας καὶ δοξομανίας σκότῳ διαπορευόμενοι, ὡς ἐν οἷς διαβουλίοις *, συλλαμβάνονται.

B

Post longam ergo verborum altercationem, laborem, et cunctationem, sola impotenti freti potentia, præter jus fasque omne, pontificali cultu pannoso et sordenti primo [pan. et sord. primo, tum pontif. cultu] induunt, rursusque postea a tergo exuunt. Erat autem hypodiaconus quidam Procopius nomine, ab Ecclesia ejectus; quippe quem mente insanum moribusque profanum patriarcha non ita pridem gradu moverat. Hic primus ablato a patriarcha pallio, vesteque reliqua sacra, istud solemne proclamabat: *Indignus*. Zacharias et Rhodoaldus, nonnullique alii nefarii homines idem vociferantes, impio decreto suffragabantur. Quos tamen omnes brevi cœlestis vindicta consecuta est, cum illos sancti vatis Zachariæ falx illa jure optimo demessuit. Photius autem quo pacto suum adversus insontem occultum aliter odium universo orbi prodere, seipsumque longissime a pacifico mitique pastore Jesu abesse ostenderet, quam res ejuscemodi machinando, justoque viro injurias tantas irrogando? Hoc judicium nemo fuit qui non reprehenderet, atque indignitatem rei, aut potius im-

C

Μετὰ πολλὴν οὖν τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἄμιλλαν καὶ σπουδὴν καὶ τριβὴν, κατ' οὐδένα δικαιοσύνης νόμον, μόνῃ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ μανικῶς χρώμενοι, ἐνδύουσι τοῦτον ἱμάτια διερρωγότα καὶ ῥυπῶντα, καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν περιβαλόντες, ἐκ τῶν ὄπισθεν ἀπαμφιάζουσιν. Ἦν δέ τις ἐκκήρυκτος ὑποδιάκονος, Προκόπιος τοὔνομα, τὸν λόγον ἄλογος, τὸν βίον βέβηλος, ὃν ὁ πατριάρχης πρώην διὰ τοῦτο ἔῤῥιψε τοῦ βαθμοῦ. Οὗτος πρῶτος ἀναιρούμενος τὸ ὠμοφόριον καὶ τὴν λοιπὴν ἐσθῆτα, ἐβόα τὸ, *Ἀνάξιος*. Ζαχαρίας τε καὶ Ῥοδόαλδος, καί τινες ἄλλοι μιαροὶ τὰ ἴσα κραυγάζοντες, τῇ ἀνοσίᾳ ψήφῳ συνεπεψηφίζοντο· οὓς πάντας οὐ μετὰ πολὺ μετῆλθεν ἡ δίκη, καὶ τὸ τοῦ Ζαχαρίου τοῦ θείου δρέπανον ἐκδικώτατα κατακτεῖναι συνετέλεσε. Φώτιος μὲν οὖν τὴν ἐνδομυχοῦσαν ἐν αὐτῷ κατὰ τοῦ ἀνεγκλήτου μῆνιν πῶς ἂν ἄλλως τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ κατεστήσατο φανερὰν, καὶ πῶς ἂν ἑαυτὸν ὡς πορρωτάτω τοῦ εἰρηνικοῦ καὶ πράου ποιμένος ἀπέφηνεν Ἰησοῦ, ἢ τοιαῦτα διανοηθεὶς, καὶ οὕτως ἀδικώτατα τῷ δικαίῳ ἐπιθέμενος; Ταύτην τὴν κρίσιν οὐκ ἦν ὅστις οὐκ ἐμέμψατο, καὶ τῆς ἀλογιστίας, μᾶλλον δὲ μισανθρωπίας τὸ ὑπερ-

D

(6) Canon apostol. 29, alias 31.

Digitized by Google

23. Concursus autem dictionem vulgaris futilisque plebeculæ usus de duobus, aut pluribus decertantibus, aut equo, pedibusque de cursu contendentibus accipit, at sapientium virorum conceptus non hoc tantummodo notare concursum vult, sed et duarum, aut plurium rerum celerem ac subitaneam in idem absque ullo temporis intervallo terminationem, quemadmodum in paralytico factum agnovimus : statim enim atque dixit Dominus : *Surge, et ambula, Subito*, ait evangelista, *surrexit et ambulabat* [10]. Pernicem itaque Dominici imperii absolutionem cum paralytici sanitate concursum sapientes nuncupant; simul enim cum Dominica jussione hominis sanitas cucurrit. Similiter et in socro Petri, et maris increpatione, et similibus. Patres itaque duarum naturarum in eodem et uno Christo Domino nostro concursum astruentes, nihil aliud innuere videntur, quam citra ullam exspectationem, et absque ullo temporis intervallo, simul atque Excelsissimi virtus semper Virgini Deiparæ obumbravit, duarum naturarum unionem effecisse. Vos vero secundum priorem significatum concursus divinæ cum humana natura unionem accipientes, divisam et propria hypostasi subsistentem utramque essentiam Patres asseruisse calumniamini : vestramque ignorationem Patrum blasphemiam rati, longe a veritate, et, quod idem est, salute aberrastis. Edocti itaque et hujusce concursus significatum, et usum in Filii Dei incarnatione, ex ea quæ ab ignoratione oritur maledicentia recedite, et in exactam duarum naturarum in Christo unionem, quam nos tuemur, confugite. Namque ex eo consequemini primum quidem catos sapientesque reputari, postmodum veritatem, in quibus decernitis, sectari. Quodsi nonnulli ex hæreticis concursus nomen secundum primum significatum in proprii dogmatis subdolam fraudem assumpserunt, ideoque illud rejicitis in unione divinæ humanæque naturæ unius Domini nostri Jesu Christi, nunc cum alterum illius significatum apprehenderitis, deque unione firmum illius ac cautum callentes, eum in posterum ne negligatis : neque enim æquivocatio eorum, qui non ita se habent, proprie ita se habentia destruit. Quando vero uni Domino nostro Jesu Christo omnes uno consensu, quæ in Evangelio referuntur, dejecta excelsaque vindicatis, corporeo incorporeoque inseparabiliter inconfuseque in eo conservatis, cuinam ex naturis, quæ in uno Christo convenerunt dejecta ascribetis, quale illud fuerit proficere ætate, cola-

[10] Matth. IX, 5.

A ὑμᾶς τῇ ὀρθῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἐκθέσει παρὰ τῆς ἁγιωτάτης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Χαλκηδόνι τετάρτης συνόδου. Ἃ δὲ δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἀθετεῖν ὑμᾶς τὰ ἀκριβῆ ταύτης δόγματα ἀναιδῶς, μᾶλλον δὲ ἀμαθῶς νοεῖτε, καὶ ἁμαρτάνετε περὶ τὰ λεγόμενα ἐπὶ τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, Κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ταῦτά ἐστι.

κγ'. Τὴν δὲ λεγομένην συνδρομὴν, ἡ μὲν τοῦ πολλοῦ καὶ ἀγυρτώδους λαοῦ χρῆσις, ἐπί τινων δύο ἢ καὶ πλειόνων ἀμιλλωμένων, ἱππαζομένων τε καὶ πεζῇ τὸν δρόμον ἐξανυόντων παραλαμβάνει· ἡ δὲ τῶν σοφῶν ἀνδρῶν διάνοια, οὐ τοῦτο μόνον σημαίνειν τὴν συνδρομὴν βούλεται, ἀλλὰ καὶ τὴν δύο τινῶν ἢ καὶ πλειόνων πραγμάτων ὀξεῖαν καὶ ἀκαρῆ B εἰς ταυτὸ περάτωσιν παντὸς χρονικοῦ διαστήματος ἄνευ, ὡς ἐπὶ τοῦ παραλυτικοῦ τοῦτο γεγονὸς ἔγνωμεν. Ἅμα γὰρ ἔφη ὁ Κύριος, *Ἔγειραι καὶ περιπάτει*, *Εὐθέως*, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, *ἀνέστη καὶ περιεπάτει*. Τὴν οὖν ὀξεῖαν τῆς προστάξεως τοῦ Κυρίου πλήρωσιν μετὰ τῆς τοῦ παραλύτου ὑγείας, συνδρομὴν οἱ σοφοὶ λέγουσι. Συνέδραμε γὰρ τῇ Δεσποτικῇ κελεύσει καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ὑγεία. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Πέτρου πενθερᾶς, καὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν τοιούτων. Οἱ οὖν Πατέρες συνδρομὴν λέγοντες τῶν δύο φύσεων ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, οὐδὲν ἄλλο δηλοῦν φαίνονται, ἢ ὅτι πάσης ἀναμονῆς ἐκτὸς καὶ παντὸς χρονικοῦ διαστήματος ἅμα ἐπεσκίασεν ἡ τοῦ Ὑψίστου δύναμις τῇ Ἀειπαρθένῳ Θεοτόκῳ, τὴν C τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν ἀπειργάσατο. Ὑμεῖς δὲ κατὰ τὴν προτέραν σημασίαν τῆς συνδρομῆς τὴν ἕνωσιν τῆς θείκης φύσεως μετὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐκλαμβανόμενοι, διαιρετὴν, καὶ καθ' ἑαυτὴν ὑφεστάναι ἑκατέραν τῶν οὐσιῶν τοὺς Πατέρας εἰρηκέναι συκοφαντεῖτε, καὶ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν, Πατρικὴν βλασφημίαν οἰόμενοι, μακρὰν τῆς ἀληθείας, καὶ ταυτὸν φάναι, τῆς σωτηρίας, ἀποπεπλάνησθε. Μεμαθηκότες οὖν καὶ ταύτης τῆς συνδρομῆς τὴν σημασίαν, καὶ τὸ ταύτης χρειῶδες εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐνανθρώπησιν, ἀπόστητε τῆς κατ' ἄγνοιαν ὑμῶν δυσφημίας, καὶ εἰς ἀκριβῆ ἕνωσιν τῶν δύο ἐν Χριστῷ φύσεων ταύτην, καθὼς ἡμεῖς, προβάλλεσθε. Ἔφεται γὰρ ὑμῖν ἐκ τούτου, πρῶτον μὲν τὸ σοφοὺς καὶ εἰδήμονας πεφηνέναι, ἔπειτα δὲ καὶ D τὸ ἀληθεῖς, ἐν οἷς δογματίζετε, διαγγέλλεσθαι. Εἰ δὲ καί τινες τῶν αἱρετιζόντων τὸ τῆς συνδρομῆς ὄνομα κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον ἐξελάβοντο εἰς τὴν τοῦ οἰκείου δόγματος κακουργίαν, καὶ διὰ τοῦτο παραιτεῖσθε ταύτῃ ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῆς θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως τοῦ ἑνὸς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, νῦν τὸ δεύτερον σημαινόμενον ταύτης κατανενοηκότες, καὶ τὸ ἐκ τούτου ἀσφαλὲς περὶ τὴν ἕνωσιν μεμαθηκότες, τοῦ λοιποῦ ταύτην μὴ ἀπαγορεύσητε. Οὐδὲ γὰρ λυμαίνεται ἡ ὁμωνυμία τῶν μὴ οὕτως ὑπαρχόντων τὰ κυρίως ὄντα πράγματα. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἶναι ὁμολογεῖτε τὰ ἐν Εὐαγγελίῳ φερόμενα ταπεινά τε καὶ ὑψηλά, τοῦ

Digitized by Google

τε σώματος καὶ τοῦ ἀσωμάτου ἀπαρασπάστως καὶ ἀσυγχύτως ἐπ' αὐτοῦ φυλαττομένων, πότερον ποίᾳ τῶν συνελθουσῶν φύσεων ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τὰ ταπεινὰ δώσετε, τῇ ἀνθρωπίνῃ, ἢ τῇ θείᾳ, τουτέστι τὸ προκόπτειν ἡλικίᾳ, καὶ τὸ ῥαπίζεσθαι, τὸ δεσμεῖσθαι, τὸ ἥλοις πεπερονῆσθαι, τὸ τεθνάναι, καὶ τὰ τοιαῦτα; Εἷς μὲν γὰρ ἀληθῶς καὶ ὁ αὐτός ἐστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὁ ταῦτα ὑπομεμενηκώς· ἀλλ' οὐδεὶς νοῦν ἔχων κατὰ τὴν θεϊκὴν ταῦτα ὑπομενηκέναι φύσιν ἐρεῖ. Ἀπαθὴς γὰρ ἡ θεία φύσις, καὶ αὐξήσεως ἀνεπίδεκτος. Ὅμως γε πέπονθε ταῦτα ὁ αὐτὸς Κύριος ἀληθῶς. Ἆρ' οὖν οὐχὶ καὶ αὐτοὶ οἱ λίθοι κεκράξονται, κἂν ὑμεῖς σιγήσητε, ὅτι κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ ταῦτα φύσιν ὑπέστη ὁ τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι, εἷς Κύριος Ἰησοῦς; Εἰ δὲ κατὰ ἀνθρωπίνην αὐτοῦ ταῦτα φύσιν ὑπέστη, δῆλον ὅτι ἐν δύο φύσεσι θεωρεῖται ὁ εἷς τῷ προσώπῳ καὶ τῇ ὑποστάσει Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Τὰς δὲ κατὰ τοῦ Νεστορίου τοῦ ἐπαράτου μέμψεις καθ' ἡμῶν τῶν ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν εἰδότων ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ἀφρόνως ἐπιφημίζετε. Ἡμεῖς γὰρ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἐν τῷ Χριστῷ ὁμολογοῦντες, καὶ ἓν αὐτοῦ πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν μετὰ τὴν ἕνωσιν δοξάζοντες, καὶ τὴν ἐν γαστρὶ τῆς ἀειπαρθένου σκήνωσιν ἀνυμνοῦντες, καὶ τὴν αὐτοῦ πανάμωμον Μητέρα Θεοτόκον κυρίως δοξάζοντες, καὶ ἕνα τὸν αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱὸν τῆς Παρθένου ὁμολογοῦντες, ὧν ἁπάντων οὐδὲν ὁ μάταιος ἐκεῖνος καθωμολόγει, πῶς τῆς αὐτῆς αὐτῷ μέμψεως κριθείημεν ἄξιοι παρ' ὑμῶν; εἰ μή τι ἄρα τὸν ὑμῖν ἐφαρμόζοντα ψόγον διὰ τὴν ἐξ ἀμαθείας τοῦ ὀρθοῦ δόγματος παρατροπὴν ἀποτρέψαι βουλόμενοι, διὰ τῆς καθ' ἡμῶν τῶν ὀρθῶς φρονούντων ἀλόγου διαβολῆς τοῦτο ποιεῖν προαιρεῖσθε. Ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς ἀμώμητος καὶ ἀδιάβλητος δόξα, περί τε τῆς κατὰ τὴν ἁγίαν Τριάδα θεολογίας, περί τε τῆς κατὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὀρθοτομίας ἐκ τοῦ παρ' ἡμῶν ὁμολογουμένου ἱερωτάτου καὶ θείου συμβόλου δείκνυται, ἀρξαμένου μὲν ἀπὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου Πατέρων, καὶ διὰ τῶν λοιπῶν ἁγίων τε καὶ οἰκουμενικῶν ἓξ συνόδων βεβαιουμένου, ἧπου ἄρα καὶ τοῦτο κακῶς ὑμεῖς νοοῦντες διασύρατε πειράσετε. Καὶ ταῦτα μὲν πέρα τοῦ μέτρου, ἐπεὶ καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀκοαῖς.

A phis cædi, vinculis alligari, clavis transfigi, mori, et similia? humanæ, an divinæ? Unus enim est vere idemque Deus et homo, qui illa sustinuit. Sed nemo, dummodo cor habeat, secundum divinam illa tolerasse naturam dicet: neque enim passionibus obnoxia est divina natura, et capax incrementi: nihilominus ea vere perpessus est idem Dominus. Annon igitur saxa ipsa clamabunt, etiamsi vos tacueritis, secundum humanam ipsius naturam hæc subiisse, perfectum in deitate, et perfectum in humanitate unum Dominum Jesum? Quod si secundum humanam ipsius naturam illa passus est, jam palam est in duabus naturis esse unum persona, et hypostasi Dominum nostrum Jesum Christum, et exsecrandi Nestorii adversus nos, qui unam per- B sonam et unam hypostasim confitemur in uno Christo Deo nostro, criminationes insipienter intorqueri. Nos etenim, qui secundum hypostasim unionem in Christo confitemur, et unam ipsius personam et unam hypostasim post unionem tenemus, et in utero semper virginis habitationem celebramus, et ipsius Matrem immaculatam Deiparam proprie prædicamus, et unum eumdemque Filium Dei et Filium Virginis astruimus, ex quibus omnibus nihil insipiens ille asseverabat, quomodo eadem atque ille criminatione notaque a vobis merito condemnabimur, nisi vituperationem, quam vos propter ignorationem et a recto dogmate aberrationem commeruistis, avertere contendentes, per irrationabilem calumniam in nos, qui probe sentimus, conferre studetis? Verumtamen nostra inculpata innoxiaque opinio tum de sacra Triadis theologia, tum de incarnationis œconomiæ Filii Dei rectitudine ex sacrosancto divinoque symbolo, quod nos profitemur, incepitque a ter centum decem et octo sanctis Patribus, in Nicæna synodo congregatis, et a reliquis sanctis sex œcumenicis synodis constabilitur, nisi id etiam vos per importunam amentiam haud recte intelligentes, criminari non veremini, late patenterque demonstratur. Et hæc quidem plus satis sint, et præter mensuram, cum et sermonis satietas auribus adversetur.

DE SEQUENTI NICETÆ BYZANTINI OPERE MONITUM.

(Ang. Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, t. IV, p. 321.)

Fridericus Sylburgius in præfatione libelli sui, quem *Saracenica* inscripsit, ediditque anno 1595, sic scribit: « Romæ in Vaticana bibliotheca exstare dicitur Nicetæ Byzantini philosophi contra Mohamedem liber, et epistolæ ab Agarenis missæ confutatio, ad Michaelem Theophili filium, imp. Constantinopolitanum. Sed quoniam neque illius neque hujus exemplaria Græca nancisci nobis licuit, alia eorum edendorum exspectanda fuit occasio. » Vides annos 250 et amplius effluxisse ex quo Sylburgius, facto Vaticani codicis indicio, optavit hunc Byzantinum Nicetam edere, quem nos demum post tantam temporis intercapedinem in sempiternam lucem protrahimus. Cæteroqui Sylburgii dictum, ut fit in rebus absentibus, non est undique exactum: nam non una, sed duæ sunt Agarenorum epistolæ, hasque ad Michaelem

Digitized by Google

imp. missas titulus dicit, non autem diserte quod Nicetas ipsarum refutationem ad Michaelem scripserit. Decennio post Sylburgium Ant. Possevinus in Apparatus principe editione Veneta t. II, p. 477, et t. III, in catalog. p. 16, pleniorem et accuratiorem operis Nicetiani titulum recitavit, eatenus tantum mendose, quatenus pro *Theophili* utroque in loco scripsit *Theophylacti*. Reliquos, qui ex prædictis hausere, prætermitto bibliographos, excepto tamen Leone Allatio, qui in calce prioris tomi *Græciæ orthodoxæ* diserte contendit Nicetam hunc Byzantinum eumdem esse, qui et Nicetas David, et Paphlago, et Dadybrorum etiam episcopus, appellatur. « Floruit, inquit, Michaelis, Basilii et Leonis, impp. ætate, ut colligitur ex proœmio vitæ S. Ignatii patriarchæ, quam ille neque indocte neque ineleganter concinnavit, et aliis ejusdem scriptis : » quo postremo dicto (de scriptis ætatem Nicetæ designantibus) intelligi ab Allatio puto refutationem præsertim quam fecit Nicetas noster epistolarum ab Agarenis ad Michaelem imp. missarum. Pergit ibi Allatius Nicetæ scripta recensere, quorum prope extrema ponit hæc adversus Mohamedem et Agarenos dictata ; neque tamen codicem Vaticanum, qui ea continet, nominat aut se novisse demonstrat. Habuit sane Allatius aliud Nicetæ egregium opusculum pro concilio Chalcedonensi ad Armeniæ principem ; idque in prædictum *Græciæ orth.* tomum inseruit, indubitanter affirmans unius ejusdemque Byzantini Nicetæ fetum esse; id quod ego verissimum judico, quia præter cæteram styli similitudinem, clausula certe prædicti opusculi eadem omnino est, quæ in duarum ad Michaelem imp. epistolarum refutatione conspicitur. De hoc demum Niceta ejusque scriptis uberius dixit Allatius in inedita adhuc dissertatione sua de viginti Nicetis, cujus ego particulam de nostro loquentem vulgavi in præf. ad t. IX *Scriptorum veterum ;* neque tamen hanc ipsam dissertationis particulam dedi integram, quia id tunc præter argumenti mei propositum erat. De vetere operis Nicetiani notitia hactenus. Cur autem Byzantinum hunc Nicetam nonnulli bibliographi in XII sæculo collocent, equidem nescio, neque ejus rei documenta ulla afferri video ; nisi forte tot Nicetarum copia perturbationem, ut fit, in ipsorum historiam invexit. Sed ut jam propius ad rem accedam, ego quidem quanquam nondum inspexeram Sylburgii, Possevini et Allatii testimonia, nihilominus in meis ante complures annos bibliothecæ Vaticanæ cui præeram perlustrationibus, hunc codicem observaveram sub numero 681, pulchrum sane, antiquum, membraneum, integerrimum. Attamen aliis editionibus occupatus, Nicetam plus nimio distuli : sed nunc demum de codicis, ut reor, unici incertis fatis cogitans, qui casu aliquo perire aliquando posset; tum etiam rei sine dubio bonæ dulcedine et utilitate illectus, exscribendum manu propria, Latinum quoque labore meo ut cætera omnia faciendum, et typis mora omni abrupta tradendum judicavi.

Nunc de ipso opere breviter præfandum est. Ludovicus Maraccius, qui philarabes cunctos refutati Alcorani laude superavit, queritur in præfatione ad prodromum de illorum exiguo numero, saltem veterum, qui contra Mohamedem ejusque librum calamum strinxerunt, et pauca certe nomina recitat, Joan. nempe Damascenum, Joan. Cantacuzenum, Petrum Cluniacensem, et Chaldæos duos. Atqui dilatare numerum parumper poterat, citato Euthymio Zygabeno cum aliis brevibus ejusmodi scriptis, edente Sylburgio ; Theodoro Abucara, edente Gretsero, quanquam hic præ Zygabeno valde tenuis est. Sed enim in Romanis Gr. codicibus erant : 1. Ejusdem Zygabeni dialogus adversus Mohamedem, quem nos vulgabimus. 2. Nicetæ Choniatæ capitulum in *Panoplia*, quod nos in Romanum jam Spicilegium intulimus. Sed quod omnem copiam superat, erant Arabici codices Vaticani, quorum catalogum a nobis ex Assemani schedis editum qui legerit, numerosam adversus Alcoranum Christianorum scriptorum instructam aciem conspiciet ; videlicet in codicibus Arabicis 99, 112, 113, 114, 118, 119, 127, 128, 135, 141, 143, 180, 504, 545, 550, 645, et fortasse aliis. Utique magnus Maraccius in prædicta præfatione p. 7 globatim memorat Arabicos codices diversarum Romanæ urbis bibliothecarum, qui ei adjumento fuerunt, ut in scholiis et in polemicis disputationibus postea demonstravit, ubi lautas Arabum de hac controversia scriptorum opes exposuit ; rectius tamen fecisset, vel certe hodiernæ methodo accommodatius, si singulorum quibus usus est codicum nominatim catalogum vel notitiam perscripsisset.

Jam vero fructus hujus nostræ Nicetæ editionis multiplex, ut spero, futurus est. 1. Christianæ religionis nova defensio, et Mohamedanæ superstitionis fraudisque accusatio atque subversio. 2. Theologiæ apud Græcos scholasticæ seu speculativæ imaginem genuinam hic aspicimus, et qua methodo, quo acumine, quibus dialecticæ et communium notionum, sive sensus, viribus, Trinitatis præsertim perdifficile perobscurumque mysterium apud ethnicos Mohamedanosque Christiani approbarent : in qua profecto disputationis parte Nicetas noster mirabilis est ; Græcique ingenii et doctæ solidæque subtilitatis insigne exemplum suppeditat. 3. In singulorum satanici libri capitum confutationibus, recitatur Græce Mohamedis textus, vel ipso Niceta interprete, vel ex cujusvis Græci hominis translatione, quam nunc neque in libris editis, neque in ipsis ut arbitror manuscriptis codicibus videre est. Certe Græcos Alcoranum non semel tantummodo, sed fortasse pluries, ad linguam suam transtulisse, dubitari nequit ; cum immanem sectam in prospectu, imo et in imperii visceribus receptam haberent, et cum ejus doctoribus necessario contenderent ; id quod Græca monumenta superstitum disputationum testantur. Nunc itaque festivum est videre, quantopere interdum Græcus Alcorani textus apud Nicetam ab Arabico, quem vulgo legimus, differat : quam rem, partim ex interpretis Græci imperitia, partim ob polysema Arabicæ linguæ vocabula, partim denique propter ipsius Alcorani editionum varietatem, contigisse credendum est. Nam

Digitized by Google

septem criticas diversasque Alcorani Arabici editiones nominat Herbelotius, Medinenses duas, præterea Meccanam, Cufensem, Bassorensem, Syriaticam, et κοινὴν sive vulgatam : quarum varietas Coranicis Arabum interpretibus uberrimam disserendi copiam obtulit. Porro quod nulla apud Græcos Alcorani translatio superesse nunc videatur, odio rei scilicet factum credo. Ecce enim ne Latini quidem Alcoranum habuerunt usque ad Petrum Cluniacensem, qui illum in Hispania per Robertum Retenensem, rudi licet opere, ex Arabico interpretandum curavit, atque ad divum Claræ-vallensem Bernardum misit, et Theodorus Bibliander anno 1550 apud Helvetios prelo commisit. Ante hanc tamen editionem Alcoranum Itali lingua propria ex Latino Retenensis textu vulgaverant anno 1547, editore Andrea Arrivabenio, typographo Veneto : quem nitidum priscumque librum, nec facile obvium, multi, quos inter ipse Maraccius, ignorant. Longe recentiores sunt Ryerii et Savarii sermone Gallico editiones, itemque duæ lingua Germanica, quas Bern. Rubeus, magister olim meus, in Lexico auct. Arab. memorat. Sed nostri demum Maraccii anno 1698 interpretatio optima lucem aspexit, cui philarabes cuncti fasces submiserunt. Quanquam vero hæc operis Nicetæ editio multas postulare videbatur tum criticas tum historicas adnotationes, et quandoque etiam grammaticales in dissidentibus ab Arabico sensibus ; ego quidem ad alia properans suspenso propemodum aut certe levi pede omnia transiliam ; nisi forte per otium postea locus aliquis paulo accuratius exponendus videbitur.

ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΝΑΤΡΟΠΗ ΤΗΣ

ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΡΑΒΟΣ ΜΩΑΜΕΤ ΠΛΑΣΤΟΓΡΑΦΗΘΕΙΣΗΣ ΒΙΒΛΟΥ

—

NICETÆ BYZANTINI PHILOSOPHI

CONFUTATIO

FALSI LIBRI QUEM SCRIPSIT MOHAMEDES* ARABS.

—

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.

α'. Μεγάλων καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξίων ὑπαρχόντων πάντων π[ρεσβεί]ων (1) τῷ θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ, λόγοις γεραίρειν αὐτὰ, διὰ τὸ μέγεθος, καὶ μέτρῳ περιορίζειν, διὰ τὸ ἄπειρον, οὐχ οἷοί τε ἐσόμεθα τὸ παράπαν· ἀλλ' ἡ τοῦ θαυμάζειν παρασκευάζουσα πᾶσαν διάνοιαν ἔκπληξις, καὶ τοὺς ὑψηλοὺς τὸν νοῦν κηρύττειν καὶ διαγγέλλειν σαφῶς ἐξείργουσα, τοῦτο τὸ ἔργον· [*cod.* τούτων τὸ ἔργον] ἡμᾶς τοὺς χαμαιζήλους ποιεῖν κατηνάγκασεν· οὐκ ἐπὶ πάντων δὲ (τοῦτο γὰρ ἦν παντελῶς καὶ ἀμήχανον), ἀλλ' ἐφ' ἑνὸς αὐτοῦ προτερήματος· οὐδ' ὅπως δι' ἐγκωμίων αὐτὸν καταστέψωμεν· ποῦ γάρ μοι τοσαύτη χρυσέων ἐπῶν περιουσία, ὡς ἂν χρυσογραφήσαιμι (2), τὰς δίκην πολυανθοῦς λειμῶνος ἐξανθούσας τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ λαμπρότητας καὶ τερπνότητας; ποῦ γὰρ θήσω τὴν τῆς βασιλείας πάνσοφον πηδαλιουχίαν; ποῦ δὲ τὴν τῆς Ἐκκλησίας εἰρηναίαν τε καὶ ἀτάραχον διαγωγήν; ποῦ δὲ τὴν τῆς

PROGRAMMA.

1. Cum tantus supraque nostram æstimationem sit meritorum cumulus dilectissimi Deo imperatoris, verbis quidem illorum sublimitatem ornare, aut mensura aliqua eorumdem infinitatem comprehendere, prorsus non valebimus. Sed enim ille qui omnem mentem ad admirandum rapit stupor, et ad prædicandos excelsi animi viros palamque commendandos impellit, is me quoque humi repentem mortalem ad hoc opusculum componendum adegit. Neque tamen de gestis omnibus dicam, hoc enim nullatenus fieri potest, sed de uno ipsius principali facinore ; neque laudibus imperatorem coronabo ; namque undenam mihi aureorum verborum copia, ut splendorem ac suavitatem virtutum ejus, quæ prati instar variis floribus luxuriantis sunt, auro conscribam ? Quid enim de ejus sapientissima regnandi arte dicam? quid de Ecclesiæ imperturbata et pacifica administratione? quid de generali rei-

(*) In codicibus scribitur Μωάμεδ, Μωάμεθ, Μωάμετ, Μαχούμεδ. Primam scripturam in Latinitate mea sequor (in quam incidit et secunda, ut ex Θεὸς, *Deus*), quanquam Nicetas tertiam tenet.

(1) Vocabulum evanidum.

(2) Respicit morem scribendi auro in pergamenis, regii præsertim argumenti aut divini, cujusmodi splendida exemplaria in codicum bibliothecis supersunt.

Digitized by Google

publicæ recta legislatione? quid de ejus patientiæ ac benignitatis pelago? quid de beneficentiæ ac liberalitatis imbribus? quid de orthodoxo fidei dogmate? quid demum de apostolica, ut ita dicam, Evangelii Christi prædicatione? Etenim non contentus imperator infausta barbarorum corpora in fugam vertere, nisi etiam rebelles Deo animas, ceu gladio ancipiti, veritatis verbo dissecet; Arabes quoque ad veram religionem vocat, doctrinæ veræ argumentis absurdam fallacemque vulnerans impietatem : confidens scilicet auctori victoriarum Christo Deo nostro, quem illi maledictis pulsant, fore ut post illorum blasphemiæ refutationem, de impiis quoque ipsorum exercitibus, militaribus suis expeditionibus triumphet. Quamobrem id, quod imperator opere efficiet, ignavi nos tanquam in palæstra verbis ludemus : et quod ille quotidie factis peragit, nuda nos sed magnisonante oratione prædicare proposuimus. Utinam vero bonorum omnium arcarius et dator Dominus, Christi amanti imperatori salutem animæ corporisque largiatur, ut diu vivat et de hostibus victorias referat, nostramque simul linguam roboret, ut prout pia Christianorum fide dignum est loquatur, et barbaricam impietatem refellat. Quod precibus gloriosissimæ Deiparæ et omnium sanctorum fiat! Amen.

πολιτείας καθολικὴν εὐνομίαν; ποῦ δὲ τὸ τῆς ἀνεξικακίας καὶ προσηνότητος πέλαγος; ποῦ δὲ τοὺς τῆς εὐποιΐας καὶ εὐεργεσίας ὄμβρους; ποῦ δὲ τὸ ὀρθόδοξον τοῦ τῆς πίστεως δόγματος; ποῦ δὲ τὸ ἀποστολικὸν, ὡς εἰπεῖν, τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα; Οὐκ ἀνεχόμενος γὰρ βάρβαρα σώματα μόνον τροποῦσθαι πανάθλια, εἰ μὴ καὶ ψυχὰς θεομάχους ὡς διστόμῳ τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ διχάσειεν, μετακαλεῖται καὶ τοὺς Ἄραβας πρὸς εὐσέβειαν, διὰ τοῦ ἐξ ἀληθείας λόγων ἐλέγχου τὴν παράλογον καὶ ἠπατημένην κατατοξεύων ἀσέβειαν· ἅτε δὴ πεποιθὼς ἐπὶ τὸν νικοποιὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν τὸν παρ' ἐκείνων βλασφημούμενον, ὅτι τῷ ἐκ τῶν ἀληθῶν ἀνατροπῶν ἐλέγχῳ, τῆς αὐτῶν βλασφημίας, καὶ ἡ κατὰ τῶν παρανόμων αὐτῶν στρατευμάτων, διὰ τῶν αὐτοῦ στρατηγημάτων ἐπακολουθήσει νίκη· ὅθεν τὸ ἔργῳ περατωθὲν τῷ θεόφρονι βασιλεῖ, λόγοις ἡμεῖς οἱ νωθεῖς γυμνάσαι προήχθημεν· καὶ ὅπερ αὐτῷ διὰ πραγμάτων ὁσημέραι κατορθοῦται, καὶ γυμνοῖς λόγοις ἡμεῖς μεγαλοφώνως σαλπίζειν προεθυμήθημεν· ἀλλ' ὁ παντὸς ἀγαθοῦ ταμίας καὶ πάροχος Κύριος τῷ μὲν φιλοχρίστῳ βασιλεῖ τὰ σωτήρια ψυχῇ τε καὶ σώματι δαψιλεύσοιτο, ἐκτάσει ζωῆς χρόνων, καὶ νίκαις ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἐπιστέφων, καὶ τὴν ἡμῶν γλῶσσαν νευρώσειεν, τῆς μὲν τῶν Χριστιανῶν εὐσεβοῦς πίστεως εἰπεῖν τι ἐπάξιον, τὴν δὲ βάρβαρον ἀπελέγξαι δυσσέβειαν· πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων. γένοιτο. Ἀμήν.

Finis proœmii.

Τέλος τοῦ προοιμίου.

2. HÆC SUNT IN PRÆSENTI OPERE.

β'. ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩΔΕ ΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ.

Cap. I. Expositio et demonstratio in primis nostræ veræ et orthodoxæ Christianorum fidei; et insectatio omnium blasphemiarum, quæ Mohamedis Arabis libro continentur; confutatioque simul pravorum ejus dogmatum in primo capitulo.

Κεφ. Α'. Ἔκθεσις μετὰ ἀποδείξεως προηγουμένως τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθοδόξου ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως· καὶ καταδρομὴ πασῶν τῶν ἐμφερομένων δυσφημιῶν τῇ τοῦ Ἄραβος Μωάμετ βίβλῳ· καὶ ἔλεγχος κατὰ ταυτὸ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ κακῶς δοκούντων αὐτῷ.

II. Confutationes falsorum ejus dogmatum sexdecim.

Β'. Ἐλεγκτικοὶ τῶν ψευδωνύμων αὐτοῦ λόγων δέκα ἕξ.

XVIII. Expositio et profligatio impie ab eo dictorum specialiter in subsequentibus sparsim cunctis impuris capitulis.

ΙΗ'. Ἔκθεσις καὶ θρίαμβος τῶν κατ' εἶδος αὐτῷ σποράδην ἐν τοῖς ἑξῆς ἅπασιν ἀσεβῶς κινηθέντων μιαροῖς λόγοις.

XIX. Adversus eumdem, de vocabuli *Verbum* notione.

Ιθ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ *Λόγου* ὑπολήψεως.

XX. Adversus eumdem dicentem, Deum esse peccati causam.

Κ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα τῆς ἁμαρτίας αἴτιον εἶναι τὸν Θεόν.

XXI. Adversus eumdem dicentem, homines in conjugio victuros post resurrectionem.

ΚΑ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα κατὰ συζυγίαν βιοῦντας ἀνθρώπους μετὰ τὴν ἀνάστασιν.

XXII. Adversus eumdem dicentem angelos esse feminas.

ΚΒ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα θηλείας εἶναι ἀγγέλους.

XXIII. Adversus eumdem de angelorum intercessione.

ΚΓ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ τῆς τῶν ἀγγέλων πρεσβείας.

XXIV. Adversus eum dicentem, Deum sphæricum esse.

ΚΔ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα· Ὁ Θεὸς ὁλόσφαιρός ἐστιν.

XXV. Demonstratio, quod alienus a Dei fœdere sit populus Ismaeliticus.

ΚΕ'. Ἀπόδειξις ὅτι ξένος τῆς τοῦ Θεοῦ διαθήκης ὁ Ἰσμαηλίτης λαός.

XXVI. Adversus Agarenos de circumcisione.

ΚϚ'. Πρὸς Ἀγαρηνοὺς ὑπὲρ τῆς περιτομῆς.

XXVII. De eodem argumento.

ΚΖ'. Εἰς τὸ αὐτό.

XXVIII. De Deo Mohamedis.

ΚΗ'. Περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ Μωάμετ.

XXIX. Quod, etiamsi hi erronei putent se progenitoris Abrahami unicum Deum colere, non tamen oporteat Agarenos a nobis dici Dei cultores.

ΚΘ'. Ὅτι οὐ δεῖ, κἂν δοκῇ τοῖς πεπλανημένοις, τὴν τοῦ προπάτορος Ἀβραὰμ μοναρχίαν ποεσβεύειν, λέγειν ἡμᾶς θεοσεβεῖς Ἀγαρηνούς.

XXX. Adversus Agarenos de jactantia ipsorum.

Λ'. Πρὸς Ἀγαρηνοὺς περὶ τῆς αὐτῶν ἀλαζονείας.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἔκθεσις κατασκευαστικὴ μετὰ ἀποδείξεως τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος, ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ διαλεκτικῆς μεθόδου, καὶ φυσικῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ συλλογιστικῆς πολυτεχνίας προαγομένη· καὶ ἀντίῤῥησις καὶ ἀνασκευὴ καὶ ἔλεγχος τῆς ἀλογωτάτης καὶ μυσαρωτάτης βίβλου τῆς παρὰ τοῦ Ἄραβος Μωάμετ πλαστογραφηθείσης, ἤτοι τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν ψευδωνύμου πίστεως.

γ'. Πολλῶν ἤδη τῶν εἰς δόξαν Θεοῦ συντρεχόντων ἀρετῆς κατορθωμάτων παρὰ τοῦ φιλαγάθου καὶ Χριστιανικωτάτου ἡμῶν βασιλέως ὁσημέραι διαπραττομένων, μάλιστα δὲ περὶ τὴν εὐσεβῆ εἰς Θεὸν λατρείαν, ἓν καὶ τοῦτο σπουδῆς εἶδος τῷ γαληνοτάτῳ κράτει καθέστηκεν, τὸ ἀπελεγχθῆναι τὴν ἠπατημένην καὶ ἀλογωτάτην δόξαν τὴν πλαστογραφηθεῖσαν ἐν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ Ἄραβος Μωάμετ βίβλῳ· ὅθεν τὴν ἡμετέραν ἀναξιότητα, οἷα δὴ ἐλλόγιμον ποσῶς οὖσαν, καὶ εὐνοϊκῶς πρὸς τὴν αὐτοῦ θεοσυγκρότητον βασιλείαν προσκειμένην, προετρέψατο καθ' ὅσον οἷοί τέ ἐσμεν, στηλιτεῦσαι καὶ δεῖξαι μακρὰν τῆς ἀληθείας ὑπάρχουσαν, οὐ μόνον ἐν ταῖς περὶ τὸ Θεῖον σαφέσιν ὑπολήψεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐταῖς παρὰ τοῦ κοινοῦ τῆς ἀνθρωπότητος γένους ῥᾳδίως γινωσκομέναις· τὰς τοίνυν θεοδέκτους καὶ σωσικόσμους εὐχὰς τοῦ αὐτοῦ φιλοχρίστου δεσπότου ἡμῶν καὶ μεγάλου βασιλέως ἐπικαλεσάμενοι, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῷ θώρακι τῆς πίστεως φραξάμενοι, καὶ τοῦ θυρεοῦ τῆς ἐλπίδος δραξάμενοι, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου περιβαλόμενοι, τὴν αὐτοῦ προτροπὴν ἐκτελέσαι προήχθημεν. Ἐπειδὴ δὲ διττός ἐστιν ὁ τῆς ἀντιῤῥήσεως λόγος, τοῦ μὲν τὸ οἰκεῖον κατασκευάζοντος, τοῦ δὲ τὸ ἀντίπαλον ἀνατρέποντος, πρότερον τὴν εὐσεβῆ ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστιν ἐκ φυσικῶν λογισμῶν, ὡς ἐφικτὸν, μετ' ἀποδείξεως ἐκθέμενοι, τὸ τηνικαῦτα τὰ δοκοῦντα συνηγορεῖν τῷ δυσσεβεῖ αὐτοῦ δόγματι ἀπελέγξαι πειρασόμεθα· τῇ μὲν, φυσικῶς ἐκ τῶν περὶ Θεοῦ κοινῶν ἐννοιῶν· τῇ δὲ, καὶ Γραφικῶς ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς ὁ τῆς τοιαύτης βίβλου πλαστογράφος δοκεῖ καταδέχεσθαι· ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν.

δ'. Ὁ πάνσοφος καὶ φιλάγαθος ἀπειροδύναμός τε καὶ πανάγιος Θεὸς, τὴν τοῦ κόσμου σύστασίν τε καὶ οὐσίωσιν ἐξ οὐκ ὄντων παράγων, ἤτοι ἐν δυνάμει δυνατὸς ὢν ταύτην ἐδημιούργησέν τε καὶ παρήγαγεν, ἢ οὐκ ἐν δυνάμει δυνατὸς ὤν· εἰ μὲν οὐκ ἐν δυνάμει, ψευδεῖς αἱ κατειθισμέναι περὶ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἀκριβεῖς καὶ κοιναὶ ἔννοιαι, λεγόμεναί τε καὶ κρατούμεναι· καὶ πῶς ἂν ὁ αὐτὸς τὰ τῇδε συνέδησέν τε καὶ συνήρμοσεν, καὶ εἰς οὐσίωσιν παρέστησεν; ἢ πῶς ὁ αὐτὸς παρακτικός τε καὶ δημιουργὸς ἂν εἴη, καὶ τὸ τῆς δημιουργίας ὄνομα, ἤτοι τῆς τοιᾶσδε ἐνεργείας, ἀραρότως ἐπ' αὐτὸν ἐπιτεθείη, ἐπ' ἂν αὐτὸς ἐν ἀδυναμίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ φύσεως περιγράφηται, καὶ ὡς ἀδύνατος Θεὸς λογίζηταί τε καὶ πιστεύηται; Τὸ γὰρ Θεὸς ὄνομα, οὐκ ἄλλου τινὸς, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ἀλλ' ἢ τῆς δημιουργικῆς ἐνεργείας σημαντικόν τε καὶ παραστατικὸν ἂν εἴη· εἴπερ τὸ

CAPUT PRIMUM.

Expositio, cum argumentis et demonstratione, Christiani dogmatis, ex communibus notionibus, et dialectica methodo, necnon naturalibus argumentis, varioque syllogistico artificio, deducta. Confutatio simul et eversio atque coargutio insulsissimi ac nefandissimi ab Arabe Mohamede conficti libri, sive pseudonymæ Agarenorum fidei.

3. Inter tot bona virtutis opera, ad Dei gloriam redundantia, quæ ab optimo et Christianissimo imperatore nostro quotidie fiunt, præcipue circa verum Dei cultum, hæc quoque serenissimæ ejus majestati peculiaris cura inest, ut coarguatur mendaxque et portentosa demonstretur erronea illa et absurdissima doctrina, quæ fallaci libro Mohamedis Arabis nomen gerente continetur. Quamobrem nostram indignitatem, ceu clari aliquantulum nominis, et qui ejus a Deo electæ majestati devoti sumus, hortatus est, ut pro viribus diffamaremus, atque a veritate abhorrentem doctrinam hanc demonstraremus, non solum in manifestis circa Deum conceptibus, verum etiam in communibus et universo hominum generi facile obviis notionibus. Igitur imploratis ejusdem Christophili domini nostri, magni imperatoris, Deo acceptis mundoque salutaribus precibus, cum Spiritus sancti virtute, fidei lorica tecti, spei scuto sumpto, galeaque salutis muniti, mandatum ejus exsequi aggredimur. Et quia duplex est antirrheticæ orationis pars, una quæ proprium assumptum comprobat, altera quæ contrarium refutat; nos quidem piam nostram Christianorum fidem naturaralibus ratiociniis qua majore fieri poterit evidentia ostendemus; deinde argumenta quæ impiæ doctrinæ favere videntur, coarguere conabimur; modo naturaliter ex communibus de Deo notionibus, modo Scripturæ testimoniis, quam ipse hujus falsi libri auctor videtur admittere. Hinc autem initium capiam.

4. Sapientissimus et bonitatis amator, omnipotens et sanctissimus Deus, qui mundi hujus constitutionem et exsistentiam ex non exstantibus produxit, vel potentia præditus hanc effecit creationem et productionem, vel ea potentia carebat. Atqui si potentia caruit, falsæ sunt consuetæ illæ hominibus de Deo accuratæ et communes notiones, quæ dici solent et vulgo dominantur. Nam quomodo is mundana hæc compegisset et conformasset, et ad exsistentiam perduxisset? Vel quomodo idem operator esset atque creator, eique creationis et quidem tantæ operationis denominatio congruenter attribueretur, si impotentia naturæque infirmitate limitaretur, Deusque impotens reputaretur et crederetur?, Nam *Dei* nomen haud alius rei, ut ego arbitror, nisi creatricis efficaciæ significativum est et demonstrativum, quoniam ipsa certe deitas, hac

Digitized by Google

ratione considerata, innominabilis est, inenarrabilis, atque inexplicabilis. Etiamsi enim multis peculiariter in divina natura *Dei* nomen tanquam proprium videtur, haud apte ita accipitur : namque ex hoc nomine prorsus et potentiæ idea necessario in nobis conficitur : siquidem omnis operatio haud absque potentia est, ut facta testantur. Si ergo Deus, ut supponitur, absque potentia mundum produxit, exploratum est eum potentia carere. Qui autem potentia caret, idem a creando prohibetur : qui vero a producendo et creando prohibetur, idem etiam quominus Deus sit dicaturque prohibetur. Concluditur ergo ut Deus minime Deus sit; quod est irreligiosum.

A Θεῖον κατὰ τὸν τουτί ἐστι λόγον, ἀκατονόμαστόν τε καὶ ἀνέκφραστον καὶ ἀνερμήνευτον καθίσταται· κἂν τοῖς πολλοῖς ἰδιαζόντως ἐπὶ τῆς θείας φύσεως τοῦτο τὸ Θεὸς ὄνομα, ὥσπερ τι κύριον σημαντικὸν, οὐ προσφυῶς ἐξείληπται, ἐξ οὗ ὀνόματος πάντως καὶ δύνασθαι ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης συναναφύεται· εἴπερ πᾶσα ἐνέργεια μετὰ δυνάμεως (3)· καὶ μαρτυρεῖ τὰ πράγματα· εἰ οὖν ὁ Θεὸς, ὡς ὑπετέθη, οὐκ ἐν δυνάμει τὸν κόσμον παρήγαγεν, φανερὸν ὅτι ἐστέρηται τοῦ δύνασθαι· ὃ δὲ ἐστέρηται τοῦ δύνασθαι, ἐστέρηται καὶ τοῦ παράγειν· ὃ δὲ ἐστέρηται καὶ τοῦ παράγειν καὶ δημιουργεῖν, ἐστέρηται τοῦ εἶναι Θεός τε καὶ λέγεσθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς οὐ Θεός· ὅπερ ἀσεβές.

5. Et aliter : Si agere, non sine potentia est ; id quod potentia caret, agendi quoque vi naturali caret; quod autem naturaliter non potest agere, ne producit quidem ; quod autem vi propria ex nihilo non producit, ne Deus quidem est : ergo Deus non est Deus ; quod omni blasphemia plenum est. Si itaque Deum absque potentia creasse, sermo noster impossibile blasphemumque demonstravit; superest ut verum firmumque sit, eum propria potentia posse, cujus rei testis est evidentia. Quoniam itaque cum potentia Deus mundum produxit, suaque sapientia omnia gubernat, ut ipsi etiam Agareni prorsus concedent, exploratum est, eum esse potentem. Omnis vero potens potentiam habet qua potens est, et qua tanquam potens agit, et cujus causa is potens dicitur. Conficitur ergo, ut quia Deus cum potentia mundum produxit, potentiam habeat, qua potens est, et qua agit, et cujus causa potens esse videtur. Quod si ita est, utique potentia quæ habetur, diversa ab habente erit. Nulla enim res et habere simul et haberi secundum idem dicitur ; sicuti non est idem qui videt, et res visa ; neque qui pulsat, et qui pulsatur; nec qui cognoscit idem est ac cognitus, nec qui scribit idem est, quod scribitur. Quare patet, haud ipsum Deum quodammodo dici potentiam, qua potens est, quatenus potentiam habet, et quatenus per illam agit ut actor atque creator. Quod si hoc verum est, uti reapse verum est, ergo per unam solam simplicemque potentiam, universum mundum Deus exsistentia donavit creavitque. Porro hæc potentia vel limitata est, vel infinita ; vel etiam plures sunt, hæque limitatæ aut infinitæ. Si ergo egit per unam, solam ac limitatam, evidens est absurditas, quod limitata potentia Deus res mundanas produxerit et conservet. Atqui omne quod cum limitata potentia producit, termino mensuraque contineri necesse est, tam quantitate scilicet factæ rei quam qualitate. Quod si ita se habet, deficiet etiam aliquando. Nam quod limitatum est, id infinito tempore perdurare nequit.

B ε'. Καὶ ἄλλως· Εἰ τὸ ποιεῖν, μετὰ δυνάμεως, τὸ μὴ ἐν δυνάμει, οὐδὲ πέφυκε ποιεῖν· ὃ δὲ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ πέφυκεν, οὐδὲ παράγει· ὃ δὲ οὐ παράγειν πέφυκεν ἐκ μὴ ὄντων, οὐδὲ Θεός· ὁ Θεὸς ἄρα οὐ Θεός· ὅπερ ἐστὶ πάσης βλασφημίας ἀνάμεστον. Εἰ οὖν τὸ μὴ ἐν δυνάμει τὸν Θεὸν παράγειν ὁ λόγος ἔδειξεν ἀδύνατόν τε καὶ βλάσφημον, λείπεται τὸ ἐν δυνάμει δυνατὸν εἶναι ἀληθές τε καὶ βέβαιον· καὶ μάρτυς ἡ ἐνάργεια [*ita cod.*]. Ἐπεὶ οὖν ἐν δυνάμει ὁ Θεὸς τὸν κόσμον παρήγαγεν, καὶ τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ τὸ πᾶν διακυβερνᾷ, ὡς καὶ αὐτοὶ πάντως οἱ ἐκ τῆς Ἄγαρ φήσαιεν· φανερὸν ὅτι δυνατός ἐστιν· πᾶς δὲ δυνατὸς δύναμιν ἔχει καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ ὡς δυνατὸς, καὶ ἐπ' αὐτὸν τὸ δύνασθαι λέγεται· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ ἐν δυνάμει Θεὸς τὸν κόσμον πράξας, δύναμιν ἔχει καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, καὶ δι' C ἧς ποιεῖ, καὶ τὸ δύνασθαι ἐπ' αὐτὸν λέγεται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἑτέρα πως ἂν εἴη ἡ ἐχομένη δύναμις τοῦ ἔχοντος· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ κατὰ ταυτὸν, ἔχειν τε καὶ ἔχεσθαι δοκεῖ· ὥσπερ οὐδὲ τὸ αὐτὸ ὁρῶν τε καὶ ὁρώμενον, τύπτον τε καὶ τυπτόμενον, γινωσκόν τε καὶ γινωσκόμενον, γράφον τε καὶ γραφόμενον· ὥστε δῆλον ὅτι τρόπον τινὰ, οὐκ αὐτός τε ὁ Θεὸς δύναμις λέγεται, καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, ὡς ἔχων δύναμιν, καὶ δι' ἧς ποιεῖ ὁ ποιητής τε καὶ δημιουργός· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν καὶ ἀληθὲς, ἄρα γε κατὰ μίαν μόνην καὶ ἁπλῆν δύναμιν, πάντα τὸν κόσμον ὁ Θεὸς οὐσιωσέν τε καὶ δεδημιούργηκεν· καὶ ταύτην πεπερασμένην, ἢ ἄπειρον· ἢ κατὰ πλείονας, καὶ ταύτας πεπερασμένας ἢ ἀπείρους. Εἰ μὲν οὖν κατὰ μίαν μόνην καὶ πεπερασμένην, D σκοπεῖν ἔστι τὸ ἄτοπον· ὁ Θεὸς πεπερασμένῃ δυνάμει, τὰ τῇδε παρήγαγέν τε καὶ περισώζει· πᾶν δὲ τὸ πεπερασμένῃ δυνάμει παράγον, συνορίζεσθαι ἀνάγκη καὶ συμμετρεῖσθαι, τῷ τε ποσῷ καὶ ποιῷ τῶν γινομένων· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ συνεκλείψει· τῷ γὰρ πεπερασμένῳ, ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ διαρκεῖν οὐ πρόσεστιν.

6. Et aliter : Si ergo Deus limitata unaque potentia creat omnia quæ facta sunt, patet eum ipsum

ς'. Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν ὁ Θεὸς πεπερασμένῃ καὶ μιᾷ δυνάμει δημιουργεῖ πάντα τὰ γενητὰ, δῆλον ὅτι

(3) Reapse in Etymologico magno, Θεὸς παρὰ τὸ *Θῶ*, τὸ κατασκευάζω καὶ ποιῶ· ὁ πάντων ποιητὴς, καὶ τῆς τῶν πάντων κατασκευῆς αἴτιος, γίνεται θὸς καὶ Θεός. *Deus a verbo* Θῶ, *quod est construo et facio. Rerum omnium factor, et omnis constructionis auctor, fit* θὸς *et* Θεός.

Digitized by Google

καὶ πεπερασμένῃ δυνάμει ἐν τῷ εἶναι χαρακτηρίζεται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ οὐκ ἀΐδιος· συνάγεται ἄρα ὁ Θεὸς οὐκ ἀΐδιος, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον· εἰ δ' αὖ κατὰ πλείονας πεπερασμένας δυνάμεις ὁ Θεὸς παράγει πάντα τὰ γενητά, κατ' οὐδέν ἐστι τὸ Θεῖον ἀπειροδύναμον· καὶ εἰς ταυτὸν συνδραμεῖται τῇ προτέρᾳ ὑποθέσει, δι' ἑκατέρας ὑποθέσεως· καὶ συνάγεται τὸ κατὰ μηδὲν εἶναι τὸ Θεῖον ἀπειροδύναμον. Ἐπεὶ οὖν ὁ αἰὼν οἱονεὶ δύναμίς ἐστιν ἄπειρος, ἢ οἱονεὶ διάστημα ἄπειρον, καθὰ τοῖς ἐπιστήμοσιν καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, φανερὸν ὅτι τὸ αἰώνιον, καὶ ἀπειροδύναμον· ἔστιν οὖν συλλογίσασθαι οὕτως· Εἰ τὸ αἰώνιον ἀπειροδύναμον, ὅπερ οὖν οὐκ ἔχει δύναμιν ἄπειρον, τοῦτο οὐδὲ αἰώνιόν ἐστιν· εἰ οὖν κατ' οὐδεμίαν τῶν ἑκατέρων ὑποθέσεων, ὁ Θεὸς ἄπειρον ἔχει δύναμιν, κατ' οὐδέν ἐστιν αἰώνιος· εἰ δὲ μή ἐστιν αἰώνιος, ὑπὸ χρόνον ἐστὶν ἐξ ἀνάγκης· τῶν γὰρ ὄντων τὰ μέν ἐστιν αἰώνια, τὰ δὲ ὑπὸ χρόνον· καὶ πῶς ὑπὸ χρόνον ὁ τῶν χρόνων δημιουργός; εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀρχὴν ἔχει καὶ τέλος· καὶ ἄλλο τι αὐτῷ ἔσται τοῦ εἶναι καὶ τῆς ὑπάρξεως αἴτιον· καὶ περὶ ἐκείνου τὰ αὐτὰ ἀπορήσομεν· καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. Λείπεται ἄρα τῶν λοιπῶν δύο τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι, τῆς φασκούσης μίαν καὶ ἄπειρον, καὶ τῆς πολλάς τε καὶ ἀπείρους· ἀλλ' ὅτι μὲν πλείονας δυνάμεις καὶ ἀπείρους, δι' ἃς δημιουργεῖ τὸν κόσμον ὁ Θεὸς, λέγειν ἐπὶ Θεοῦ ἀνοίκειόν ἐστιν διὰ τὴν παντελῆ τοῦ Θεοῦ ἁπλότητα, φανερὸν ὅτι μίαν καὶ ἄπειρον καὶ κατὰ πάντα ἀπειροδύναμον, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἀληθές ἐστι, καὶ ταῖς κοιναῖς ἐπὶ Θεοῦ ἐννοίαις ἁρμόττον. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν καὶ ἡμῖν κατειθισμένων καὶ δι' ἐπιστημονικῶν ἐπιχειρήσεων ἔδειξεν ὅτι κατὰ μίαν μόνην καὶ ἁπλῆν καὶ κατὰ πάντα ἀπειροδύναμον δύναμιν, ὁ Θεὸς τὸ δυνατὸς εἶναι ἔχει, καὶ δι' αὐτῆς ποιεῖ ὃ ποιεῖ, καὶ τὸν κόσμον οὐσίωσέν τε καὶ παρήγαγεν, καὶ ἐπ' αὐτὸν τὸ δύνασθαι λέγεται· αὕτη οὖν ἡ δύναμις, ἢ ποτέ ἐστιν ἐν τῷ Θεῷ, ἢ ἀεί· ἀλλ' εἰ μὲν ποτὲ, ἔσται ὁ Θεὸς ποτὲ ἀδύναμος καὶ ἀνίσχυρος τοῦ δημιουργεῖν τε καὶ παράγειν· καὶ γὰρ ἐφ' ὧν ἡ δύναμις ποτὲ οὐ πρόσεστιν, τούτων καὶ τὸ ποτὲ ποιεῖν διακεκώλυται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ οὐ σύνδρομον τὸ δύνασθαι θέλειν, καὶ πῶς διοίσει τῆς γενητῆς φύσεως, ἐπ' ἂν τὸ δύνασθαι αὐτῷ οὐκ ἀεὶ πρόσεστιν; ἀλλὰ καὶ μάτην ἡ κοινὴ ἔννοια ἐπερειδομένη τοῦτο κατέχει, τὸ πάντα τὸν Θεὸν δύνασθαι, καὶ ὅτε θέλει καὶ ὅτε βούλεται.

A nonnisi ex limitata potentia exsistentiam propriam habere videri. Quod si ita est, non est sempiternus. Colligitur ergo Deum non esse sempiternum; quod est absurdum. Sin vero Deus per plures limitatas potentias creaturam omnem producit, nulla in Deo infinita potentia est, eodemque ut antea argumentum recidit in utraque hypothesi; conficiturque ut Deus nulla in re sit omnipotens. Quia ergo æternitas est quædam veluti infinita potentia, vel infinitum quoddam spatium, ut sapientibus et ipsi veritati placet, constat id quod æternum est, idem esse etiam omnipotens. Sic itaque argumentari licet: Si quod æternum est, idem omnipotens, sequitur ut quod non habet potentiam infinitam, idem ne æternum quidem sit. Si ergo in neutra hypo- B thesi Deus infinitam habet potentiam, nullo modo est æternus. Quod si non est æternus, necessario tempori obnoxius est. Nam rerum exsistentium aliæ æternæ sunt, aliæ tempore circumscriptæ. Quomodo autem tempore sit circumscriptus is qui temporum est creator? Quod si ita sit, et initium habet et finem; et aliud aliquid ei erit exsistentiæ subsistentiæque causativum: et rursus de hoc ipso eodem modo ambigemus; et hoc in infinitum; quod est absurdum. Reliquum est igitur, ut alterutra ex duabus vera sententia sit; id est, vel illa quæ unam dicit immensamque potentiam; vel altera quæ plures et immensas. Sed enim quia plures potentias et immensas dicere, quibus mundum Deus condiderit, Deo improprium est, propter C omnimodam deitatis simplicitatem; profecto patet unam immensamque esse potentiam, et quaqueversus omnipotentem; quod et verius est, et communibus de Deo notionibus congruum. Quoniam itaque sermo noster ex communibus nobisque consuetis notionibus scientiæque argumentis ostendit, unam, solam, simplicemque, et quaqueversus omnipotentem esse facultatem illam, qua Deus potens est, et qua id agit quod agit, mundoque subsistentiam contulit; hæc, inquam, potentia, vel aliquando in Deo est, vel semper. Sed si aliquando tantum, Deus erit aliquando impotens et invalidus ad creandum ac producendum. Nam quibus in rebus interdum ei potentia deest, eas quominus faciat interD dum prohibebitur. Quod si ita est, neque semper comitatur voluntatem potentia, quomodo Deus a creata natura differet, quandoquidem ei potentia haud semper adest? Temere igitur communis notio hoc mordicus tenet, videlicet Deum omnia posse quotiescunque ita vult ac decernit.

ζ'. Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν ὁ Θεὸς, ὡς ἔφαμεν, ποτὲ ἔχει τὴν αὐτοῦ δύναμιν, δῆλον ὅτι ἐπίκτητον αὐτὴν εἰσδέχεται, εἴπερ ὁ Θεὸς ἀεί ἐστιν· πᾶν δὲ τὸ ἐπικτήτως δεχόμενόν τι, ὕστερον τοῦ εἶναι αὐτὸ δέχεται, καὶ κατὰ προκοπὴν καὶ ὡς ἐλλιπὲς τοῦτο δέχεται· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς ἔσται ποτὲ ἀτελὴς καὶ κατὰ προκοπὴν τελειούμενος· ὅπερ ἐστὶ καὶ λέγειν καὶ ἐννοεῖν ἐπὶ Θεοῦ βλάσφημον. Καὶ ἄλλως· Εἰ ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ αὐτῷ ποτε πρόσεστιν, ὕστερον αὐτὴν εἴληφεν· εἰ δὲ τοῦτο, ἤτοι παρ' ἑαυτοῦ ταύτην

7. Et aliter: Si ergo Deus, ut diximus, aliquando tantum potentiam suam habet, apparet hanc acquisitam recipere; quandoquidem Deus semper est. Jam omnis qui acquisitum aliquid recipit, nonnisi postquam ipse est, illud recipit; et quidem incrementi instar, quod antea desiderabat. Colligitur itaque Deum esse aliquando imperfectum, et incrementis perfici; quod de Deo dicere et cogitare blasphemum est. Item aliter: Si Dei potentia ipsi aliquando tantummodo inest, hanc nonnisi deinde

Digitized by Google

accepit. Quod si ita est, vel a se ipso eam accepit vel ab alio. Jam si a se ipso accepit, vel tanquam jam habens eam accepit, vel secus. Sed siquidem tanquam non habens, nunquam hanc accipiet. Nam qui est ineptus ad faciendum aliquid, hoc ipsum scilicet facere non potest. Quod si tanquam habens accepit, primo quidem quid obstat, ut quoniam sempiternus erat, potentia quoque prædilus esset? Deinde hinc exsisteret potentia potentiæ, multæque in Deo potentiæ fierent; quod æque manifeste negandum est. Jam si a se ipso hanc potentiam non accepit, superest ut ab alio. Sed si ab alio, utique vel ab æquali vel a minore vel a meliore. Quod quidem a nemine acceperit, inde constat, quia quod perficitur, a meliore perficitur : quod autem minus est, deterius est; et æquale, similiter. Atqui nemo Deo melior est; nam si hoc quisquam fieri posse concedat, erit Dei Deus, itemque alius Deus; idque in infinitum procedet. Igitur nequaquam Deus ab alio potentiam suam recepit.

8. Quoniam itaque Deus neque a se ipso, multoque minus ab alio potentiam suam recipit, patet ipsum habere illam congenitam. Est autem ipse semper; ergo et ipsius sapientia, qua potens est, et qua operatur, semper est. Quod si æterna, est etiam perpetua et intemporalis. Jam quod semper est, id æternum est et perpetuum et intemporale et increatum et non factum. Colligitur ergo, potentiam Dei, qua potens est, et qua agit, et sine qua nihil agit, infectam esse atque increatam. Jam vero non factum a non facto, quatenus non est factum, et increatum ab increato, quatenus non est creatum, natura nihil inter se differunt; quod si non differunt, idem sunt; et si idem, ejusdem quoque naturæ sunt, consubstantialia, et quidquid ejusmodi est. Atqui Deus est infectus et increatus; ergo æque potentia ejus. Porro unum est infectum natura et increatum, sicut communes notiones accurate tenent : colligitur ergo, ut Dei potentia, qua dicitur potens, et qua agit, et sine qua nihil agit, consubstantialis et ejusdem naturæ cum Deo sit. Quæ si ita se habent, ipsa quoque potentia Deus est. Age vero quod ex his haud duo dii consurgant, ut Agareni stulte nobis inclamant, subsequens nostra oratio demonstrabit; cum ipsum quoque Spiritum, qui in Deo est, tanquam ejusdem naturæ et consubstantialem Deo ejusque potentiæ, quæ et Sapientia et Verbum Dei potentia, qua dicitur potens, et qua agit, et sine qua nihil agit, quæque et Verbum Dei et sapientia dicitur, ut vestra quoque scriptura testatur; quod hæc, inquam, potentia, non sit alienæ substantiæ, ac veluti accidens, ut vos dicitis, sed ejusdem potius naturæ et consubstantialis Deo, utpote non facta et increata, id hac ratione fit evidens.

9. Deus simplicissimus est, et cuilibet compositioni compositæve notioni superior, ut communis

A εἴληφεν, ἢ παρ' ἑτέρου· ἀλλ' εἰ μὲν παρ' ἑαυτοῦ, ἤτοι ὡς ἔχων δύναμιν ταύτην εἴληφεν, ἢ ὡς μὴ ἔχων· ἀλλ' εἰ μὲν ὡς μὴ ἔχων, οὐδέποτε ταύτην λήψεται· καὶ γὰρ τὸ ἀδύνατος ἔχον πρὸς τὸ ποιεῖν τι, ἀδύνατόν ἐστι τοῦτο ποιεῖν· εἰ δὲ ὡς ἔχων, πρῶτον μὲν τί τὸ κωλύον ἐξότε ἦν ἀΐδιος, μὴ καὶ τὸ δύνασθαι ἔχειν; ἔπειτα καὶ εὑρεθήσεται τῆς δυνάμεως δύναμις, καὶ πολλαὶ δυνάμεις ἐπὶ Θεοῦ, ὅπερ καὶ τοῦτο σαφῶς ἐλήλεγκται· οὐκ ἄρα παρ' ἑαυτοῦ ταύτην εἴληφεν, λείπεται παρ' ἑτέρου· ἀλλ' εἰ μὲν παρ' ἑτέρου, ἤτοι ἀπὸ ἴσου ἢ ἀπ' ἐλάττονος, ἢ ἀπὸ κρείττονος· ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀπ' οὐδενὸς τοῦτο ἐνδέχεται, ἐντεῦθεν δῆλον· τὸ μὲν γὰρ τελειούμενον, ἀπὸ κρείττονος τελειοῦται· τὸ δὲ ἔλαττον, χεῖρόν ἐστι· καὶ τὸ ἴσον ὅμοιον· κρειττων δὲ πάλιν Θεοῦ B οὐκ ἔστιν· εἰ γὰρ τοῦτο δοίη τις, ἔσται τοῦ Θεοῦ Θεὸς, καὶ πάλιν ἄλλος Θεὸς, καὶ τοῦτ' εἰς ἄπειρον· οὐκ ἄρα ὁ Θεὸς παρ' ἑτέρου τὴν αὐτοῦ δύναμιν εἴληφεν.

η'. Ἐπεὶ οὖν ὁ Θεὸς οὔτε παρ' ἑαυτοῦ, οὔτε πολλῷ μᾶλλον παρ' ἑτέρου τὴν αὐτοῦ δύναμιν εἰσδέχεται, δῆλον ὅτι σύμφυτον αὐτὴν ἔχει· ἔστι δὲ αὐτὸς ἀεὶ, καὶ ἡ αὐτοῦ δύναμις, καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, ἀεί ἐστιν· εἰ οὖν ἀεί ἐστι, καὶ αἰώνιός ἐστι· εἰ δὲ αἰώνιος, καὶ ἀΐδιος καὶ ἄχρονος· πᾶν δὲ τὸ ἀεὶ ὄν, καὶ αἰώνιον καὶ ἀΐδιον καὶ ἄχρονον καὶ ἄκτιστον καὶ ἀγένητόν ἐστι· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ἀγένητος καὶ ἄκτιστός ἐστιν· C ἀγένητον δὲ ἀγενήτῳ, καθ' ὃ οὐ γέγονεν· καὶ ἄκτιστον ἀκτίστῳ, καθ' ὃ οὐκ ἔκτισται, κατὰ φύσιν οὐδὲν διοίσει· εἰ δὲ οὐδὲν διοίσει, ταυτόν ἐστιν· εἰ δὲ ταυτὸν, καὶ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια· ἔστι δὲ καὶ ὁ Θεὸς ἀγένητος καὶ ἄκτιστος, ἔστι δὲ καὶ ἡ αὐτοῦ δύναμις· ἓν δὲ τὸ ἀγένητον καὶ ἄκτιστον τῇ φύσει, ὡς αἱ κοιναὶ ἔννοιαι ἀκριβῶς ἔχουσι· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ καθ' ἣν λέγεται δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ὁμοούσιός ἐστι καὶ ὁμοφυὴς τῷ Θεῷ· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ αὕτη Θεός· καὶ ὅτι κἀκ τούτων οὐ δύο θεοὶ, ὡς αὐτοὶ ἀλόγως ἡμᾶς ἐπιφημίζουσι, παρακατιὼν ὁ λόγος δείξει, ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ αὐτὸ ἐν τῷ Θεῷ ὡς ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον τῷ τε Θεῷ καὶ τῇ αὐτοῦ δυνάμει, ἥ καὶ Σοφία καὶ Λόγος Θεοῦ λέγεται, τρανῶς διαγορεύσειεν· ἀλλ' ὅτι μὲν καὶ ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ καθ' ἣν λέγεται δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ἥ καὶ Λόγος λέγεται τοῦ Θεοῦ καὶ Σοφία, ὡς καὶ τὸ ὑμέτερον μαρτυρεῖ γράμμα (4), οὐχ ἑτεροϋπόστατός ἐστιν ὡς συμβεβηκὸς, ὡς ὑμεῖς φατε, ἀλλ' ὁμοφυής τε καὶ ὁμοούσιος τῷ Θεῷ ὡς ἀγένητος καὶ ἄκτιστος, καὶ ὧδέ ἐστι δῆλον.

θ'. Ὁ Θεὸς ἁπλούστατός ἐστι, καὶ πάσης συνθέσεως καὶ συνθετικῆς ἐννοίας ἐπέκεινα, ὡς καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι ἡμῖν διαγορεύουσι· πᾶν δὲ δὴ συμβε-

(4) Sur. IV, 169.

Digitized by Google

δηκὸς μετὰ τοῦ ᾧ συμβέβηκε, σύνθετόν τέ ἐστι καὶ λογίζεται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ διαλυτὸν, ἤτοι ἐνεργείᾳ ἢ δυνάμει, τουτέστιν ἢ λόγῳ ἢ ὑπάρξει· διὸ ἔστι συλλογίσασθαι οὕτως· Ὁ Θεὸς ἁπλούστατός ἐστι· πᾶν δὲ συμβεβηκὸς μετὰ τοῦ ᾧ συμβέβηκεν, οὐχ ἁπλοῦν ἐστι καὶ λογίζεται· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς ἀνεπίδεκτός ἐστι συμβεβηκότος· ἔχει δὲ δύναμιν, ὡς καὶ τοῦτο δέδεικται· καὶ αὕτη ἄρα οὐ συμβεβηκός· ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο συμπεραίνεται οὕτως· Ὁ Θεὸς ἀνεπίδεκτός ἐστι συμβεβηκότος· ὁ Θεὸς δύναμιν ἔχει· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ οὐ συμβεβηκός· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἐνυπόστατος καὶ καθ' ἑαυτὴν τὸ εἶναι ἔχουσα, καὶ μηδενὸς ἄλλου δεομένη· ἔστι δὲ καὶ ἀεὶ, ὡς καὶ τοῦτο δέδεικται· τὸ δὲ ἀεὶ ὄν, οὔτε ἀρχὴν χρονικὴν ἔχει οὔτε τέλος· πᾶν δὲ τὸ ἐνυπόστατον, μήτε ἀρχὴν ἔχον χρονικὴν μήτε τέλος, ἄκτιστόν ἐστι καὶ ἀγένητον· εὑρίσκεται ἄρα ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ ἐνυπόστατος, ἥ καὶ Λόγος καὶ Σοφία παρὰ τῶν θείων Γραφῶν τρανῶς λέγεται, ἄκτιστός ἐστι καὶ ἀγένητος· τὸ δὲ ἄκτιστον καὶ ἀγένητον, καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι οὐκ ἐπ' ἄλλου τινὸς εἰώθασι λέγειν, ἀλλ' ἐπὶ Θεοῦ· ἡ δύναμις ἄρα τοῦ Θεοῦ, ἥπερ καὶ Σοφία καὶ Λόγος αὐτοῦ καὶ Υἱὸς ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν προσαγορεύεται, Θεός τέ ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ κατὰ πάντα ὅμοιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ παρὰ τῶν καλῶς δοξαζόντων Χριστιανῶν πιστεύεται καὶ λογίζεται· ἀλλ' ὅτι μὲν τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ καθ' ἣν λέγεται δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ ὁ Θεὸς, Θεὸν ὁ λόγος καὶ ὁμοούσιον αὐτὴν καὶ ὁμοφυῆ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μετ' ἀκριβοῦς ἀποδείξεως ἔδειξε, φανερόν.

ι'. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὴ Υἱὸς Θεοῦ καὶ Λόγος καὶ Σοφία ἐστὶν, καὶ εἰκότως παρ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ὁμολογηταί τε καὶ πεπίστευται, ὧδέ πως ἐστι δῆλον. Ὁ Θεὸς, εἴπερ ἐστὶ Θεὸς ἀληθινὸς καὶ λέγεται καὶ πιστεύεται καὶ παρὰ τῶν εὐφρονούντων δοξάζεται καὶ κηρύττεται, ἤτοι ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἔγνωσται, ἐν οἷς δοξάζεται καὶ κηρύττεται καὶ πιστεύεται ὅτι ἔστιν, ἢ ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, τουτέστι τῶν αὐτοῦ κτισμάτων· ἀλλ' ὅτι μὲν ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον ἐγνῶσθαι αὐτὸν καὶ ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσι, μὴ ὅτι γε τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσι· καὶ γὰρ τὸν Θεὸν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ἀκατονόμαστον καὶ ἀνέκφραστον ἡμῖν καὶ ἀνώνυμον καὶ αἱ θεῖαι Γραφαὶ καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι παραδιδόασι· καὶ τούτου πίστις ἐναργὴς, εἰ θέλοι τις συνορᾷν, τὸ μηδὲν τῶν αὐτοῦ ὀνομάτων τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι δηλωτικὸν, αὕτη· καὶ γὰρ ἕκαστον τῶν ὀνομάτων πρὸς ὁδηγίαν τῆς θείας φύσεως ἡμῖν λαμβανομένων, ἰδίαν ἔχει ἕκαστον ἐμπεριειλημμένην διάνοιαν· καὶ οὐκ ἂν χωρὶς νοήματός τινος, οὐδεμίαν εὕροις φωνὴν ἐν τοῖς θεοπρεπεστέροις τῶν ὀνομάτων. Εἰ οὖν ἐκ τῆς οὐσίας ἀμήχανον αὐτὸν ἐγνῶσθαι, ὡς ἔφαμεν, φανερὸν ὅτι ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, καθὰ καὶ ὀρθός τις λόγος ἐμφαίνει· ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς

ἁγίας Τριάδος, ὡς ἐν βραχείᾳ ἀπηχήσει, τὰς ἀποδείξεις καὶ ὧδε παριστᾷν· Ὁ Θεὸς, εἴπερ ἐστὶ Θεὸς ἀληθινὸς καὶ πιστεύεται, ἤτοι εἷς ἐστι τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει· ἢ εἷς μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν· ἢ τὸ ἀνάπαλιν, τῇ μὲν ὑποστάσει ἓν, τῇ δὲ φύσει πολλὰ, ἢ καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει πολλά· ἀλλ' εἰ μὲν τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει πολλὰ, πρόδηλον τὸ ἄτοπον· τὸ μὲν γὰρ οὕτως εἶναι, πολύαρχόν ἐστι· τὸ δὲ πολύαρχον, στασιῶδες· τὸ δὲ στασιῶδες, ἀναρχόν ἐστι καὶ ἄτακτον· τὸ δὲ ἄτακτον, ἀρχὴ λύσεως· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ φθειρόμενον καὶ ἀπολλύμενον· εἰ δ' αὖ τῇ ὑποστάσει ἓν, τῇ δὲ φύσει πολλὰ, καὶ οὕτως ἄτοπον· καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον, ἀναγκαίως σύνθετόν ἐστι· καὶ γὰρ ἅπαν τὸ ἐκ διαφόρων φύσεων ἕν τι καθιστάμενον, ἐν τῇ τῶν συνθέτων μοίρᾳ τέτακται· τὸ δὲ σύνθετον, διαλυτόν ἐστι· τῇ δὲ διαλύσει ἕπεται φθορά· φθορᾷ δὲ τὸ μὴ ὄν· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς φθαρτός ἐστι καὶ μὴ ὢν [*cod.* 2 *manu* ὄν], ὅπερ ἀτοπώτατον. Εἰ οὖν τὸ πολλὰ τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει ἐλήλεγκται, ὡσαύτως καὶ τὸ ἓν τῇ ὑποστάσει, πολλὰ δὲ τῇ φύσει, λείπεται τῶν δύο ὑποθέσεων τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι. Εἰ οὖν τὸ ἓν μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ὑποστάσει δείξει ὁ λόγος ἀληθές τε καὶ βέβαιον, φανερὸν ὅτι καὶ τὸ λοιπὸν συναπελήλεγκται· καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, τὸ ἓν μὲν τῇ φύσει, ταῖς δὲ ὑποστάσεσι πολλὰ, ἐντεῦθεν δῆλον· Ἡ φύσις ἤτοι κοινόν τι χρῆμά ἐστιν, ἢ ἴδιον· ἀλλ' εἰ μὲν ἴδιον, καθ' ἕκαστά ἐστιν· εἰ δὲ καθ' ἕκαστα, καὶ ἄτομον· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ φύσις ἄτομόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἑνὸς ἀτόμου ἀναιρεθέντος, ἀνάγκη καὶ τὴν φύσιν συναναιρεῖσθαι· τῶν γὰρ ταυτῶν ἐὰν θάτερον ἀναιρεθῇ, ἀνάγκη καὶ θάτερον συναναιρεῖσθαι· οὐκοῦν Μωϋσέως ἀναιρεθέντος, συμβαίνει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀναιρεῖσθαι· ἀλλὰ μὴν Μωϋσέως ἀναιρεθέντος, ἡ φύσις ἀμείωτός ἐστιν· οὐκ ἄρα τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἡ φύσις· εἰ δὲ μὴ τῶν καθέκαστα, οὐδὲ ἴδιον, διὰ τὸ ἴδιον τοιοῦτον εἶναι.

κδ'. Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν ἡ φύσις ἴδιόν ἐστι χρῆμα, ἀνάγκη καθ' ἑνὸς μόνου κατηγορεῖσθαι· ἀλλὰ μὴν κατὰ πλειόνων κατηγορεῖται, ὡς τὸ ζῶον λογικὸν θνητὸν, κατὰ Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ καὶ τοῦ καθ' ἕκαστον ἀνθρώπου· οὐκ ἄρα ἴδιόν τι χρῆμά ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἴδιον, κοινόν ἐστιν. Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν φύσις χρῆμα ἴδιόν ἐστιν, ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπόστασις ἴδιόν τι χρῆμα, ἔχει δὲ ἡ φύσις ὑποστάσεις, καθ' ὧν λέγεται, εὑρεθήσεται ἄρα τοῦ ἰδίου χρήματος ἴδιόν τι εἶναι, ὅπερ οὐχ εὕρηται· οὐκ ἄρα ἴδιόν ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἴδιόν ἐστιν, κοινόν ἐστιν. Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν κοινόν ἐστι καὶ καθολικόν τι χρῆμα τὸ κατὰ πλειόνων κατηγορεῖσθαι, ἡ δὲ φύσις τοῦτο ἔχει, ἡ φύσις ἄρα κοινόν τι καὶ καθολικόν ἐστι πρᾶγμα. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑπερούσιος καὶ ἄκτιστος καὶ ἀγένητος οὐσία φύσις τις θεία ἐστὶν, δῆλον ὅτι καὶ αὐτὴ κοινόν τι καὶ καθολικόν ἐστι πρᾶγμα, διὰ τὸ δεδεῖχθαι τὴν φύσιν κοινόν τι καὶ καθολικὸν εἶναι πρᾶγμα. Εἰ οὖν ἡ θεία καὶ μακαρία φύσις κοινόν τι καὶ καθολικόν

Digitized by Google

ἐστι πρᾶγμα, ὡς καὶ αὐτὴ φύσις τις οὖσα, τὸ δὲ κοινόν τι χρῆμα, οὐχ ἑνός ἐστι κοινὸν, ὥσπερ ἡ τοῦ ἀγγέλου καὶ ἀνθρώπου φύσις, οὐχ ἑνός ἐστιν ἀλλὰ πλειόνων· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ καθολικὸν πρᾶγμα τὸ κατὰ πλειόνων λεγόμενον, ὡς αἱ λογικαὶ διαγορεύουσι μέθοδοι, φανερὸν ἄρα ὅτι καὶ θεία φύσις πλειόνων ἐστίν· εἴπερ κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμά ἐστι· τοῦτο γὰρ ὡμολόγηται.

κε'. Εἰ οὖν ἡ θεία φύσις πλειόνων ἐστὶν, ὡς κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμα, ἑκάστη δὲ φύσις κοινή τε καὶ καθολικὴ οὖσα, οὐκ ἄλλου τινός ἐστι κοινὴ, ἀλλ' ἢ τῶν ἐν οἷς θεωρεῖται καὶ ὧν κατηγορεῖται, ταῦτα δὲ ἂν εἶεν αἱ οἰκεῖαι ὑποστάσεις, συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ θεία φύσις κοινὴ οὖσα, πλειόνων ὑποστάσεων κατηγορεῖται, καὶ ἐν πλείοσι θεωρεῖται· ὅπερ ἐστὶν ἀληθινὸν, καὶ ταῖς Γραφικαῖς ἐννοίαις συνᾴδον. Εἰ οὖν ἓν μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ταῖς ἰδιότησιν, ἤτ' οὖν ταῖς ὑποστάσεσιν, ὁ λόγος ἔδειξεν ἀληθὲς, φανερὸν ἄρα ὅτι τὸ ἓν μὲν τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει ἀπελήλεγκται· εἰ δὲ ἡ θεία καὶ μακαρία φύσις τῇ φύσει ἓν, πολλὰ δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν ἐν αἷς θεωρεῖται ὡς κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμα οὖσα, ὑπεραναβέβηκε δὲ πάσης κτιστῆς φύσεως, καὶ μᾶλλον τῷ ἑνὶ χαρακτηριζομένη, ἤπερ ἐν τοῖς πλείοσιν· καὶ γὰρ βραχεῖά πως καὶ ἀμυδρὰ ἐν τῷ Θεῷ διαφορά· ἓν δὲ καὶ ταυτότης, κατὰ πάντα ἀπαραλλάκτως, πλὴν τοῦ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ καὶ τοῦ ἐκπορευτοῦ· ἐν δὲ τοῖς κτίσμασιν ἀνάπαλιν πολλὴ μὲν ἑτερότης, ταυτότης δὲ ὀλίγη· φανερὸν ὅτι καὶ αἱ πλείονες ὑποστάσεις ἐν αἷς ἡ μία καὶ ἀπαράλλακτος φύσις θεωρεῖται, οὐκ εἰσὶν ἄπειρον πλῆθος· οὐ γάρ ἐστι συμφυὲς τῷ ἑνὶ τὸ ἄπειρον, ἀλλ' ἀλλότριον· οὐδ' ἁπλῶς ἐξαπλούμεναι ἐπέκεινα τοῦ τρεῖς ἀριθμοῦ· τοῦ γὰρ πλήθους καθ' αὐτὸ τοῦ ἑνὸς ἀφεστηκότος, δῆλον ὅτι τὸ ἄπειρον πλῆθος παντελῶς ἀλλότριον καὶ ἀπεοικὸς ἐκείνου· καὶ γὰρ εἰ ἀρχὴ πλῆθος ἦν, ἔδει τὸ τῆς αὐτῆς ἀμέσως μετέχον μᾶλλον εἶναι πλῆθος τοῦ πορρωτέρου· ἐπεὶ δὲ τὸ ἓν τῆς θείας φύσεώς ἐστιν ἀρχὴ, ἀνάγκη τὸ ἐκείνῳ συναφὲς τῶν θείων ὑποστάσεων πλῆθος, ἐλάχιστον παντελῶς καὶ πορρωτέρω πληθύος· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ τριάς· οὔτε γὰρ ἡ δυὰς, διὰ τὸ μὴ εἶναι (8)· οὔτε γὰρ ἄλλο τι, διὰ τὸ μὴ πρώτως· φανερὸν ἄρα ἐκ τούτων ὅτι ὁ Θεὸς τῇ μὲν φύσει εἷς ὢν, τρισὶ ταῖς ὑποστάσεσι γινώσκεταί τε καὶ καλῶς παρὰ τῶν ὀρθῶς φρονούντων Χριστιανῶν πιστεύεται τε καὶ δοξάζεται· καὶ τοῦτο ἡμῖν ἔστω ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

universale. Itaque si divina beataque natura commune quid et universale est, quatenus et ipsa natura est; res autem communis, non uni est communis, sicut angeli hominisque natura, non est unius, sed plurium; æque ac universalis res de pluribus dicitur, ut logicæ regulæ tradunt; patet utique divinam quoque naturam plurium esse, quandoquidem communis universalisque res est. Hoc enim est in confesso.

25. Quoniam itaque divina natura plurium est, utpote quæ communis universalisque res est; unaquæque autem natura utpote communis et universalis, haud alii cuiquam communis est quam illis in quibus spectatur, id est, propriis personis; consequitur ut divina natura quæ communis est, de pluribus personis prædicetur, et in pluribus consideretur; quod reapse verum est, et divinis sententiis consonum. Igitur si quod est unum natura, proprietatibus, id est personis, plura esse sermo noster vere demonstravit, patet sane, id quod est unum natura, persona quoque coargui. Quodsi divina beataque natura naturaliter unum quid est, plura autem secundum personas in quibus consideratur, ceu res quædam communis et universalis; transcendit autem quamlibet creatam naturam, et tamen unitate magis repræsentatur, quam plurali numero: etenim in Deo brevis quædam exilisque differentia est, sed unum et idem per omnia constanter, dempto ingenito et genito ac procedente; at vero in creaturis contra; diversum sæpe, idem raro; patet etiam plures personas, in quibus una invariabilisque natura spectatur, non esse infinitam multitudinem: non enim connaturalis est unitati innumerabilitas, sed aliena potius. Neque personæ ampliandæ sunt ultra ternarium numerum: nam cum multitudo per se abhorreat ab unitate, patet infinitam multitudinem prorsus ab illa alienam esse et abhorrentem. Nam si caput multitudo esset, oporteret illud quod proxime ei participat, magis esse plurativum, quam quod remotius. Quia vero unitas caput est divinæ naturæ, necesse est id quod illi connectitur, divinarum nempe personarum numerum, minimum prorsus esse et a multitudine remotissimum. Talis porro trinitas est. Nam neque duo esse poterant, quia non fuisset pluralis numerus: neque aliud quidvis, quia non esset primitus. Ex his igitur apparet Deum natura quidem unum, in tribus personis agnosci, recteque ab orthodoxis Christianis credi et glorificari. Atque hic Deus nobis est Pater et Filius et Spiritus sanctus.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Κατὰ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ δοκούντων τῷ Μωάμετ.

CONFUTATIO PRIMA.

Adversus sententias primi capituli Mohamedis.

κς'. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος ἐξ ἐπιστημονικῆς μεθόδου καὶ συλλογιστικῆς ἀποδείξεως, τὴν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμοουσιότητα καὶ ταυτότητα, καὶ τὴν μίαν θεότητα καὶ μοναρχίαν, ὅσον κατὰ τὸ δυνατὸν τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ὄντα καὶ πιστευόμενα, καλῶς παρέστησε,

26. Postquam sermo noster doctrinali methodo, nec non syllogistica demonstratione, sanctæ Trinitatis consubstantialitatem et paritatem, unamque divinitatem et monarchiam (quantum fieri potest in iis quæ supra rationem sunt et esse creduntur)

(8) Græci pluralem a duali numero distinctum volunt.

Digitized by Google

recte exposuit, nostrumque dogma comprobavit; tempus jam est ut nefandissimus et mendax ab Arabe Mohamede falsidico calamo scriptus liber, utrum veritatis rectæque doctrinæ aliquid habeat, consideremus. Sic ergo tractatum exordiamur. Cum multifariam oppugnari possit inficetissimus Mohamedis liber; totus enim marcidus est et ruinosus, putris instar ædificii cariosa materie compacti, imperiteque constructi, nihilque firmum aut stabile habentis; ante omnia argumentum illud quod totum ædificii fundamentum continere videtur, proferamus; namque id cum sancti Spiritus ope subvertere meditamur. Sic enim se gerere solent etiam ii qui ejusmodi ædificia evertere volunt; nimirum iis quæ fulcra videntur destructis, universam subito fabricam humi sternunt. Est autem prima adversus hoc putre ædificium machina, comparatio ejus cum divina Scriptura. Nam quia Mohamedes, omni genere doctrinæ omisso, imo in tergum rejecto, caput sui sermonis constituit in Dei quam sibi vindicat allocutione, nos quoque debemus omnium concessu divinitus dictatam Scripturam cum eo libro in primis conferre; ut accurato comparationis lumine deprehensa illius absurditate et incongruentia, reliqua omnia falsa et vana, ideoque palam vituperanda, despuantur.

A καὶ τὸ οἰκεῖον δόγμα κατεσκεύασε, καιρὸς ἤδη καὶ τὴν μυσαρωτάτην καὶ ψευδηγόρον παρὰ τοῦ Ἄραβος Μωάμετ πλαστογραφηθεῖσαν βίβλον, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἐμφερόμενα εἰ ἀληθείας τε καὶ εὐθυβολίας ἔχουσιν ἐπισκέψασθαι· ἄρξομαι δὲ καὶ περὶ τούτων ὧδε· Τοιγαροῦν πολλὰς ἐπιβολὰς ἀνασκευῆς δεχομένου τοῦ ἀλογωτάτου βιβλίου τοῦ Μωάμετ (ὅλον γὰρ σαθρόν τέ ἐστι, καὶ εὐκατάπτωτον, ὥσπερ οἰκία σαθρὰ ἐκ τῆς ὕλης εὐφθάρτου συντεθειμένη, ἀτεχνῶς δὲ οἰκοδομουμένη, καὶ μηδαμόθεν τὸ βέβαιον καὶ στερέμνιον ἔχουσα), τὴν τὸ ὅλον τοῦτο συνέχειν δοκοῦν βάθρον [*cod.* βάραθρον] ἀνασπῶσαν (9) πρότερον προσάγοιμεν ἀνασκευήν, ἀνατρέπειν αὐτὸ σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος βεβουλημένοι· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων οἰκιῶν ποιοῦσιν οἱ τὸ B καθαιρεῖν αὐτὰς προαιρούμενοι, τὸ δοκοῦν ὑπερείδειν πρότερον ἀνελόντες, πᾶσαν αὐτὴν ἀθρόως εἰς γῆν καταστρέφουσιν· ἔστι δὲ ἡ πρώτη κατὰ τῆς σαθρᾶς ταύτης προσαγομένη οἰκοδομῆς μηχανή, ἡ πρὸς τὴν θείαν Γραφὴν σύγκρισις· ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς πᾶν εἶδος λόγου παραδραμὼν καὶ κατόπιν ἑαυτοῦ ῥίψας, τὴν κορυφὴν τῶν λόγων τὴν αὐτόλεκτον τοῦ Θεοῦ ὁμιλίαν αὐτῷ ἀπεγράψατο, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν ὁμολογουμένην παρὰ πάντων θεόλεκτον Γραφήν, τὸ τοιοῦτον γράμμα πρότερον παραθεῖναι, ὡς ἂν τῇ διὰ τῆς παραθέσεως ἀκριβολογίᾳ, τὸ ἀλλόκοτον καὶ ἀσύμβατον αὐτοῦ φωραθὲν, ὅλον λοιπὸν ψευδές τε καὶ μάταιον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπίφογον ἀπελεγχθὲν κατα- πτύοιτο.

27. Inspiratæ divinitus Scripturæ unusquisque liber, seorsum et per se spectatus, quanquam ad unum religionis scopum tendit, qualem tamen peculiariter materiam contineat, demonstrat ex præposito sibi titulo, qui argumentum totum aperit: ita ut vel sola singulorum voluminum inscriptio profanum quemlibet, nedum initiatum, ad lectionem audiendam invitet. Veluti, exempli causa, Moysis quinque libri, id est, Genesis et reliqui, congruam titulo continentiam totam habent orationisque consectaneam vim, et quæ suo argumento conveniunt, ut par est, narrant. Itaque Genesis, quæ sunt geneseos propria; Exodus, quæ in exodo sunt peracta; Deuteronomion denique, quæ lege iterum sancita fuerunt. Posteriores quoque libri proprie atque, ut ita dicam, naturæ suæ congruenter D inscripti fuere. Similiter in Prophetis, in Sapientialibus, in Regum libris, si quæres, factum comperies; divino Spiritu duce in hoc quoque, ut arbitror, sinceritatem suam et sapientiam exhibente. Oportet enim mentis humanæ magistrum, ea quæ sanam sententiam efficiunt, antea sine vitio exhibere; ut postquam intellectualem sensum rectitudinis suæ homo gustaverit, tunc rerum quoque remotiorum certior fiat.

C κζ'. Τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἰδίᾳ καὶ παρ' ἑαυτῇ τεταγμένη ἑκάστη βίβλος, εἰ καὶ πρὸς ἕνα τὸν τῆς εὐσεβείας ἀφορῶσα σκοπὸν, ἀλλ' οὖν διευκρινημένη πᾶσά ἐστιν τῆς ἀνὰ μέρος περιληπτικῆς ὑποθέσεως, ἐκ τῆς κατὰ τὴν πραγραφὴν σημασίας, σὺν τῷ ὅλῳ σκοπῷ τῆς βίβλου δηλουμένης· ὡς καὶ ἐκ μόνης τῆς προσηγορίας ἑκάστης συγγραφῆς, καὶ τὸν ἀμύητον πρὸς ἀκρόασιν ἐπιστρέφειν, μή τί γε τὸν μεμυημένον· ὡς, φέρε εἰπεῖν, τὰ κατὰ Μωϋσέα πέντε βιβλία, φημὶ δὲ, ἥ τε Γένεσις καὶ τὰ λοιπὰ, ἁρμόζουσαν τῇ προγραφῇ τὴν ἔννοιαν ὅλην, καὶ τὴν τοῦ λόγου σύνδρομον δύναμιν, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν πρόσφορα πρεπόντως παρίστησιν· ἥ τε γὰρ Γένεσις, ὅσα τῆς γενέσεως ἦν· ἥ τε τῆς Ἐξόδου, ὅσα ἐν τῇ ἐξόδῳ πέπρακται· ὅ τε Δεύτερος νόμος ὅσα τὸ δεύτερον νενομοθέτηκεν, καὶ τὰ καθεξῆς οἰκείως τε καὶ συμφωνῶς, ὡς εἰπεῖν, περιώρισται· ὁμοίως δὲ κἀν ταῖς Προφητείαις, κἀν ταῖς Σοφίαις, κἀν ταῖς Βασιλείαις ζητῶν εὑρήσεις, τὸ ἁπλανὲς, οἶμαι, καὶ σοφὸν τοῦ ὁδηγοῦ θείου Πνεύματος τοῦ λόγου κἀν τούτῳ παριστάντος· δεῖ γὰρ τὸν τοῦ νοῦ παιδαγωγὸν τὰ ἐμποιητικὰ τῆς ἁπλανοῦς γνώσεως, πρότερον ἀλωβήτως κοσμήσαντα, ὡς τὴν νοητὴν αἴσθησιν τῆς οἰκείας ὀρθότητος ἀπογευσάμενον, τὸ τηνικαῦτα καὶ περὶ τῶν πορρωτέρων διαβεβαιοῦσθαι.

28. At enim deplorandus et ineptissimus Mohamedis Arabis libellus, præterquam quod blasphemiis adversus Altissimum scatet, cum omni incondita

κη'. Τὸ δέ γε οἰκτιστον καὶ ἀλόγιστον τοῦ Ἄραβος Μωάμετ βιβλίδιον, μετὰ τὰς εἰς τὸν Ὕψιστον δυσφημίας ἀνάμεστον τυγχάνον, σὺν πάσῃ τῇ ἀκόσμῳ καὶ

(9) Mendum est fortasse ἀνασπῶσαν· et quidem ita refectum fuit in codice a secunda manu, abrasis aliquot syllabis.

Digitized by Google

συφερτώδει αὐτοῦ βδελυγμίᾳ, οὐδὲ τὸν κατὰ λόγον [*cod.* κατάλογον] τῶν κοινῶν καὶ ἄλλως ἐμφερομένων εἰρμὸν ἀποσώζει· οὔτε γὰρ εἶδος προφητικοῦ λόγου παρίστησιν, οὔτε ἱστορικοῦ, οὔτε νομοθετικοῦ, οὔτε θεολογικοῦ, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν ἐξ ὀρθῆς καὶ ἐχέφρονος διανοίας προερχομένων, ἀλλ' ὅλον [*ita cod.*] ἄκοσμόν τε καὶ ἄτακτον τὴν σύνθεσιν ἔχον, οὐδὲ τὰς προκειμένας ἐπιγραφὰς καταλλήλους τοῖς ὑποκειμένοις λόγοις ἔχει (10)· εἰ δὲ ἐν οἷς πάντας ἀνθρώπους ἐντελῶς κεχρημένους ὁρῶμεν αὐτὸς ἀπολείπεται, πῶς τὴν ἀγέρωχον ἐκείνην καὶ ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον δόξαν δοκοῦσαν δεῖξαι δυνήσεται, τὸ ἐξ οὐρανοῦ, λέγω, φάναι πεπέμφθαι αὐτό (11); ὅπου γε τῆς ἀνθρωπίνης τοσοῦτον ἀποδέει συνέσεως, ὅσον αὐτὴ ἡ τῶν ἀλόγων τῆς λογικῆς διώρισται φύσεως· μήτι γε τῆς ἀκαταμαχήτου ἐκείνης καὶ ὑπὲρ νοῦν ἰσχύος τε καὶ σοφίας, καὶ ᾗ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι· ὅτ' ἂν γὰρ τὸ σπουδαζόμενον αὐτῷ τὸν Θεὸν τοῦτο γράψαι, ἐξ ὧν γράφειν παραστῆσαι οὐ δύναται, πότε, καὶ πῶς, εἴτε ἐν ὁράσει, εἴτε ἄλλῃ τινὶ θεοφανείᾳ, καὶ τίνων μαρτυρούντων, ὡς αἱ περὶ Μωϋσέα πλείους τῶν ἑξακοσίων χιλιάδες· ἐν στήλαις δέ γε αὖ ἐγράφετο, ὡς ἐν πέτρᾳ ὁ τῷ Μωϋσεῖ δεδομένος νόμος· αὐτὸς γὰρ οὕτως φησὶν, ὅτι ἀγράφως αὐτὸ ἐδέξατο, οὐδὲ ἐν χαρτίῳ, οὐδὲ ἐν ἔργῳ χειρῶν ἀνθρώπων (12)· φόβῳ δῆλον ὅτι τοῦ ἀπιτηθέντα δεῖξαι μὴ δύνασθαι· ὅτ' ἂν σοφίας πάσης θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἐστέρηται· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτ' ἂν ἀπειρικότα καὶ πάντη τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ θείας φύσεως ξένα τε καὶ ἀλλότρια, μᾶλλον δὲ πολέμια, ἀδεῶς καταψεύδηται· τί γὰρ πολεμιώτερον τῇ Θεοῦ ἀγαθότητι, τοῦ λέγειν αὐτὸν χαίρειν τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείᾳ, καὶ παρ' οὐδὲν τίθεσθαι τὴν αὐτῶν καταφθοράν; τίνα ἀντίρρησιν ἱκανὴν παραστήσει, μὴ οὐχὶ τῆς ἀπευκταίας τούτου εἶναι καὶ δαιμονιώδους ἐμπνοίας;

κθ'. Τριχῇ οὖν διακεκριμένου πρακτέου παντὸς καὶ λόγου, εἴς τε θεῖα καὶ ἀνθρώπινα καὶ δαιμονιώδη, τῶν δύο ἐστερημένος ὁ Ἄραψ, θείου τε, φημὶ, καὶ ἀνθρωπίνου, εἰς τὸ τρίτον ἐξ ἀνάγκης περιενήνεκται· ὅτι δὲ πρὸς τῷ ἐστερῆσθαι θείας ἐλλάμψεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας ἀποδεδέηται, ἐντεῦθεν δὴ καὶ πολλαχόθεν ἑτέρωθεν φανερόν· ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ἤτοι θεολογεῖ, ἢ φυσιολογεῖ, ἤτοι ἠθικεύεται, ἢ ἱστορεῖ, ἤ τι τοιοῦτον· καὶ ταῦτα ἀξιολόγως· ὁ δὲ δὴ τούτου τοῦ λήρου ὑφηγητὴς γράμματος, οὐδ' ὁποτέρας εὐκλεῶς εὐμοιρήσας κἂν προγραφῇ κατατάξαι, ἢ καὶ βατταρίζων πως περιηνέχθη εἰς μὲν θεολογίαν, ταύτην ἐρρήξε (13) τὴν ἄθεον φωνὴν, ὅτι σφαιρικόν ἐστι

A abominationis colluvie, ne consuetam quidem vulgarium et alibi exstantium scriptorum seriem servat; nam neque speciem prophetici sermonis præbet, neque historici, neque legiferi, neque theologici, neque cujuscemodi, quotquot scilicet a sana mente procedunt; sed ubique inornatam habet et perturbatam prorsus compositionem; et ne ipsos quidem præpositos titulos subjectæ orationi conformes adhibet. Si ergo in re, quam omnes homines egregie callere videmus, Mohamedes peccat; quomodo insolentem illam, et quæ supra hominem extolli videtur, opinionem ostentare poterit, quod de cœlo, inquam, liber ille demissus sit? qui tantopere ab humana sapientia abest, quantum brutorum natura a

B rationali distat: nedum ab illa incomparabili et supra omnem mentem virtute atque sapientia, in qua omnes sunt thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. Quandoquidem confectum a se opus, Deum scripsisse, ex his quæ scribit, probare non potest, et quandonam, et quomodo, et num visione, an alia aliqua Dei apparitione, et quibus testibus, sicut illa fuere circa Moysem sexcenta et amplius hominum millia; et utrum in tabulis scriptum fuerit, ut in petra Moysi data lex; imo ipse dicit sine scripto doctrinam accepisse, neque in charta aut humanæ manus opificio; timens sine dubio, ne ostendere postulatus non posset; quoniam, inquam, sapientia qualibet divina et humana is liber caret; quodque gravius est, indigna prorsus beata illa divinaque

C natura, et extranea atque aliena, imo etiam adversantia, intrepide mentitur; quid enim magis adversatur Dei bonitati, quam dicere ipsum lætari hominum perditione, et illorum ruinam flocci facere? quomodo hic, inquam, exsecrando se dæmoniacoque spiritu afflatum negabit?

29. Cum ergo quidquid faciendum est vel dicendum, in tria dividatur, nempe divinum, humanum, et dæmoniacum; duobus destitutus Arabs, divino, inquam, et humano instinctu, ad tertium necessario devolutus est. Profecto quod divino lumine humanaque sapientia caruerit, in confesso est; ex dicendis autem, et sæpe aliunde patescet. Humana

D sapientia vel res theologicas tractat, vel naturales, vel morales, vel denique historicas, vel aliud hujusmodi, et quidem serio ac laudabiliter. Sed enim hujus nugatoriæ scripturæ auctor, nullo prædictæ scientiæ genere instructus, ita ut saltem in titulo exprimeret, vel balbutiendo quidem illam attinge-

(10) Res hæc cum per se patet Alcoranum legentibus, tum etiam animadvertitur ad sur. XII, p. 560, ubi Maraccius observat, titulo ejus suræ, quæ est de Josepho, respondere argumentum suum; *quod vix*, inquit, *alia ulla in sura reperias*. Tum idem ad suram XXIX, p. 533, reprehensa iterum titulorum ab argumentis dissonantia, ait: *Excusandi nihilominus sunt Moslemi, quia cum nullus prope versiculus cum alio coalescat, impossibile prorsus erat alicui suræ argumentum conveniens et adæquatum præfigere.* Prorsus hac barbarica Alcorani farragine nullæ sunt scopæ dissolutiores; nihil fere majore cum tædio stomachove legitur, nihil animi attentionem magis infringit.

(11) Hoc quidem de Alcorano ad se de cœlis demisso mendacium centies Mohamedes effutit.

(12) Confer Maraccium in Vita Mohamedis, p. 38. Nimirum hic simulabat singulos libri versiculos a Gabriele archangelo accipere, quos ipse deinde amanuensibus dictabat.

(13) Sur. CXII, 2.

Digitized by Google

ret, theologicam hanc irreligiosam vocem crepuit, quod nempe Deus figura sphærica sit, imo potius totum sphæralem Deum dixit, putans eum prorsus esse corporeum ; neque enim aliter sphæræ figuram reciperet. Jam cum materialis sphæra secundum Mohamedem Deus sit, is quidem neque audiet, neque cernet, intellectualiter, inquam ; neque item aget, si quando ab alio movebitur, præcipueque deorsum stolidissime deferetur. Ignosce mihi, Deus, Mohamedis sententiam dicenti, quanquam potius contra ipsum loquenti. Quod si forte ipsum cœlum dicit Deum, sicut multi ethnicorum fabulati sunt, adhuc vere nos diximus dæmoniacum esse Mohamedem. Physiologiæ insuper vel nihil omnino novit ; vel cum eam salutare de limine audet, en dicit hominem ex hirudine esse factum ; et solem in calidam aquam submergi, cum ad vesperam devenit. Jam in re morali quid ait ? Satisfacite animabus vestris ; odite quemlibet, prout ille vos oderit. Quod vero ad historiam attinet, quanta de Moyse, et de ipso Domino nostro Jesu Christo mentitur ? quasi hæc vel illa fecerit aut locutus fuerit ; quæ videlicet legendo cognoscitis. Nam Christi Matrem sororem esse Moysis dicit, et Christianos cum Moyse in deserto versatos. Et ne cuncta nunc enumerans, hæc sine demonstratione reprehendere videar, ea confutationi postea cum Dei gratia faciendæ reservabo. Interim eatenus tantum quatenus opus erat ob ostendendum divina humanaque sapientia vacuam fuisse superbam Mohamedis mentem, et quovis charismate divinitus hominibus dari solito caruisse, summatim prædicta recensui.

30. Nam cum tredecim supra centum totus hic libellus capitulis constet ; in primo quidem, post eam quæ proœmii locum videtur tenere scriptiunculam, homines a se deceptos cohortatur, ne dubitationem mente foveant circa hanc suam fraudulentam scripturam, quasi mendaciter sit conscripta.

τὸ Θεῖον, μᾶλλον δὲ, ὡς αὐτὸς εἶπεν, ὁλόσφαιρός (14) ἐστιν ὁ Θεὸς, σῶμα πάντως αὐτὸν οἰόμενος· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τὸ τῆς σφαίρας ἐδέχετο σχῆμα· σφαῖρα δὲ ὑλικὴ κατ' αὐτὸν τυγχάνων, οὔτε ἀκούσεται, οὔτε ὄψεται νοητῶς δηλονότι, οὔτε ἐνεργήσει πάλιν, εἴ που τύχοι παρ' ἄλλου κινηθείς, καὶ μάλιστα κατὰ πρανοῦς ἀλογίστως φέρεσθαι· ἱλάσθητι ἡμῖν, ὁ Θεὸς, τὰ αὐτοῦ λέγουσιν, εἰ καὶ κατ' αὐτοῦ· εἰ δὲ δὴ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν τὸν Θεὸν λέγει, ὡς πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐλήρησαν, καὶ οὕτως ἀληθεύσει ὁ λόγος, δαιμονιώδη αὐτὸν εἰρηκὼς εἶναι. Εἰς δὲ φυσιολογίαν ἢ οὐδὲν φάναι ἠπίστατο, ἢ εἰ καὶ προκύψαι εἰς τοῦτο ἐτόλμησεν, λέγει (15) ὅτι ἐκ βδέλλης (16) ὁ ἄνθρωπος γίνεται, καὶ ὁ ἥλιος εἰς θερμὸν ὕδωρ καταβαπτίζεται πρὸς ἑσπέραν φερόμενος (17). Εἰς δὲ ἠθικὸν, τί καὶ φησιν; Συνέλθετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, καὶ ἐχθράνατε παντὶ, καθ' ὃ πᾶς τις ἐχθραίνει ὑμῖν (18). Εἰς δὲ ἱστορίαν, ὅσα Μωϋσέως καταψεύδεται, αὐτοῦ τε τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς τάδε καὶ τάδε πεποιηκότος καὶ λελαληκότος, καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες συνοράτε· τὴν τε γὰρ Μητέρα Χριστοῦ τὴν ἀδελφὴν Μωϋσέως φάσκει εἶναι, τούς τε Χριστιανοὺς μετὰ Μωϋσέως συνεῖναι ἐν τῇ ἐρήμῳ (19)· καὶ ἵνα μὴ νῦν τὰ πάντα ἀπαριθμούμενος ἀναπόδεικτα ταῦτα ἀπελέγχειν δόξω, τῇ μετέπειτα Θεοῦ χάριτι τεθειμένῃ ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνατροπῇ ταμιεύσομαι· νυνὶ δὲ ὁπόσον μόνον πρὸς τὸ δεῖξαι ἔρημον θείας καὶ ἀνθρωπίνης σοφίας τὸν ἀλαζόνα νοῦν, καὶ ὧν ἐστέρηται θεοδωρήτων ἀνθρώποις χαρισμάτων, κεφαλαιωδῶς ἀπηρίθμησα.

λ'. Τριῶν γὰρ καὶ δέκα πρὸς τοῖς ἑκατὸν κεφαλαίοις τὸ ὅλον τοῦτο ἐκδεδομένον βιβλίδιον, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ, κατὰ τὴν δοκοῦσαν προοιμίου τόπον ἔχειν γραφὴν, παραίνεσιν ποιεῖται πρὸς τοὺς πεπλανημένους ὑπ' αὐτοῦ, μὴ ἔχειν ἐν διανοίᾳ διστάγμον περὶ τῆς ἀπατηλῆς αὐτοῦ ταύτης γραφῆς (20) ὅτι

(14) Vocabulum Arabicum, quo utitur Mohamedes, significare tum ὁλόσφυρον, *solidum*, tum etiam *æternum*, jam adnotaverunt Relandus in *Mohamedicis* lib. II, 3, et Freytagius in Lexico. Et quidem ante Relandum Maraccius transtulerat *sempiternum* in sura CXII, 2, de quo loco nunc loquitur Nicetas, cujus hallucinationem secutus est Euthymius Zygabenus in *Panoplia*. Noster vero Byzantinus non ὁλόσφυρον scribit, sed ὁλόσφαιρον, scripturæ ut puto similitudine deceptus. Et quidem prius vocabulum Arabico respondet, non item secundum. Corruit ergo simul tota reprehensio hinc consequens, quod Mohamedani Deum materialem esse existiment. Linguæ nempe Arabicæ nimis arcta aut imperfecta notitia multas apud Græcos Latinosque peperit absurditates. De hoc Arabico vocabulo non male Bartholemæus monachus Edessenus a Moynio editus *Var. sacr.* t. I, p. 308, quem item inter Alcorani confutatores ignoravit Maraccius.

(15) Sur. XCVI, 2.

(16) Rursus hallucinatio, quam etiam Zygabenus repetit, ex vocabulo Arabico quod *sanguis coagulatus* sonat (seu σπέρμα γεννητικόν), et cum levi varietate *hirudo*. Ita enim recte Maraccius, nec non Relandus lib. II, 36, et Freytagius in Lexico. Porro ut Zygabenus secutus est Nicetæ Byzantini errorem, ita vicissim Zygabenum secutus est Nicetas Choniata in *orthodoxæ fidei Thesauro* a nobis partim edito Specil. Rom. t. IV, ubi videsis paginam 492. Re quidem vera Mohamedes primum hominem formatum a Deo ex luto seu pulvere, deinceps homines ex sanguineo coagulo, seu ἐκ τοῦ σπέρματος, gigni, plurimis in locis aperte dicit, sur. XVIII, 38 ; XXII, 5. XXIII, 12 ; XXXII, 7, 8 ; XXXV, 11 ; XL, 69 ; LV, 14 ; LXXV, 37 ; XCVI, 12, et alibi.

(17) Sur. XVIII, 87.

(18) Sur. II, 192 ; IX, 6, 75, 125.

(19) Anachronismus insignis Mohamedis, hominis illitteratissimi ; qui error satis comprobari videtur ex sura XIX, 27, comparata cum sura III, 1. Quanquam Mohamedani, nonnullique Christiani, veluti Herbelotus et Relandus II, 20, textum historicum Alcorani aliter explicare non improbabiliter volunt, quibuscum tamen Maraccius non consentit t. I, part. IV, 85, et t. II, p. 115.

20) Vulgo scribuntur sectiones, seu suræ, Alcorani CXIV, quia prima etiam numeratur, quam utpote nudam invocationem seu præfatiunculam, Græci in numerum non referebant. Namque et Evodius monachus apud Euthymii Zygabeni *Panopliam*, tit. XXIV, 2, suras nonnisi CXIII dicit.

Digitized by Google

ψευδῶς γέγραπται· καὶ πρὸς τὸ πιθανὴν τὴν ἀπάτην δείκνυσθαι (21). συναποδέχεσθαι ταῖς πρώταις ἁγίαις Γραφαῖς, καὶ ταύτην [*cod.* ταύταις] παρακελεύεται, οὐκ εἰδὼς ὁ βάρβαρος ἐπ' ἀνατροπῇ ἑαυτοῦ τοῦτο γινόμενον· κατὰ συνέχειαν δὲ τὴν ἀεὶ πρὸς τοὺς διαπιστοῦντας τῷ ἀσυμφόρῳ τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀπολογίαν τίθησι μεστὴν οὖσαν δυσφημίας κατὰ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ὁμόσαντος ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ, ὅτι οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν· ἔστι δὲ αὕτη· ὅτι τοὺς πεπιστευκότας τῇ τοιαύτῃ γραφῇ ὁ Θεὸς συνετίζει πιστεῦσαι (22)· τοὺς δὲ διαπιστοῦντας αὐτὸς κωλύει πιστεῦσαι (23)· καίτοιγε ἀληθῶς ἐναλλὰξ ἔχοντος τοῦ λόγου, ὅτι τοὺς τῷ ματαίῳ τούτῳ πειθομένους ὁ Θεὸς οὐ βούλεται ἀπατᾶσθαι· ὡς ἂν δὲ τρανότερον τὸ λεγόμενον γένηται, εἰς τοῦτο αὐτὸ καταλήγει ἡ σκῆψις, ὅτι οὓς μὲν ὁ Θεὸς θέλει σῶσαι, καταρτίζει πρὸς πᾶσαν αὐτοῦ ἐντολὴν ὑπηκόους· οὓς δὲ οὐ βούλεται σῶσαι, οὐ δίδωσι αὐτοῖς σύνεσίν τε καὶ δύναμιν ἑνωτίζεσθαι, καὶ ποιεῖν τὰ αὐτῷ εὐάρεστα, καὶ κατὰ τοῦτο τῇ κολάσει παραδίδωσιν. Ὡς ἐκ τούτου παρίστασθαι ἐννοεῖν τῶν ἀτόπων δυσφημιῶν τὸ πλῆθος, ὅτι ὁ Θεὸς κωλυτής ἐστι τῶν πρὸς τὸ καλὸν ἀφωρισμένων, ὅτι ἐναντία αὐτὸς ἑαυτῷ νομοθετεῖ, πάντας μὲν μὴ θέλων σῶσαι, πᾶσι δὲ τὰς σωστικὰς ἐντολὰς προβαλλόμενος, εἰς ἀφορμὴν ἐλέγχου, ἀλλ' οὐκ εἰς συνδρομὴν ἐπάθλων· ὅτι πάντως φθονῶν τοῦτο ποιεῖ, ἢ ὅτι πενόμενος μισθοδοτῆσαι πάντας, ἢ ὡς ἴδια διαπαίζων ἔργα, μὴ ἔχων ὃν εὐλαβηθήσεται ἕνεκεν τῆς τοιαύτης ἀληθείας· ἢ ὡς ἐφήδονος τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείᾳ ἁπλῶς· ἢ ὡς μνησικακῶν διὰ τὴν πρὸς τὸν προπάτορα ἡμῶν ἀγανάκτησιν· ἢ ὅτι φύσει αἴτιός ἐστι τῶν κακῶν, καὶ οὐ μὴ δύναται μὴ κακοποιῆσαι.

λα'. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ ἀμαθέστατος γνωμοδοτεῖ βάρβαρος, ἐκ προοιμίων εὐθὺς τὴν ἀπορίαν λύειν οἰόμενος, τοῦ μὴ πάντας θελῆσαι τῇ αὐτοῦ ὑπενεχθῆναι ἀπάτῃ· τοῦτο δὲ δεῖ παρατηρῆσαι ἐν ὅλῳ τῷ ἀγροικικῷ ἐκείνῳ βιβλιδίῳ, ὅτι ἐγνωκὼς ὁ τοῦτο ληρῳδήσας, δυσπαράδεκτον ὅλως οὖσαν Χριστιανοῖς τε καὶ Ἰουδαίοις τὴν πλαστὴν αὐτοῦ ταύτην μυθογραφίαν καὶ βαρβαρικὴν θρησκείαν, τὰς παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένας θείας ἐπαγγελίας ἀποσυλήσας, καὶ οὐδὲ ταύτας ἁπάσας, ἀλλὰ τόν γε παράδεισον μόνον ἐν ὑποσχέσει κληροδοσίας καταψεύδεται τῶν αὐτῷ ὑπακουόντων· καὶ τοῦτο παναθλίως γυναιξί

A Atque ut dolum suum credibilem faciat, cum anterioribus sanctis Scripturis has quoque suas suscipi jubet; ignorans barbarus, id ad sui ipsius eversionem fieri. Continenter autem apologiam ubique facit contra non credentes inepto sermoni suo, maledictorum plenam adversus illum, qui per semetipsum jurat, bonum benignumque Deum, qui peccatoris mortem non vult, sed eum converti ac vivere. Sunt autem verba ejus hujusmodi, quod nempe huic scripturæ credentes Deus intelligentes reddit ut credant; non credentes autem ipse a credendo prohibet: cum tamen res vice versa se habeat, quod nempe Deus, stulto huic credentes, decipi nollet; eos autem qui non credunt, adjuvat ipse quominus decipiantur. Atque ut dicta clariora fiant, ad hoc
B evadit commentum ejus; nempe quod Deus illos, quos vult salvare, accommodat ad mandati sui obedientiam: quos autem non vult salvare, negat iis intelligentiam et auscultandi facultatem, et placita ei exsequendi: atque ita punitioni contradit. Atque hinc cogitare subest blasphemiarum enormium multitudinem; nempe quod Deus impediat eos qui ad bene agendum forent destinati: quod ipse sibi legibus ferendis contradicat; cunctos quidem salvare nolens, et tamen salutaria præcepta cunctis edicens, ut hæc sint culpandi occasio, non autem consequendi præmii adjutorium. Sic autem vel invide agit Deus: vel quia cunctos remunerari nequit: vel quasi creaturas suas illudens, neminem
C habens quem ob hanc veritatem revereatur: vel quia lætatur omnino hominum pernicie: vel quia ultricem voluntatem retinet, propter susceptam cum progenitore nostro inimicitiam: vel quia naturaliter causa malorum est, neque potest male non facere.

31. Tales tantasque inscitissimus barbarus quasi sententias effutit, jam inde a principio dubium statim se dissolvere putans, cur non omnes dolis ejus irretiri voluerint. Hoc autem animadvertendum est in toto illo agresti libello, quod ejus nugatorius auctor gnarus, ægre omnino fore credibilem Christianis atque Judæis fictam hanc suam mythographiam barbaricamque religionem, exstantes apud divinam Scripturam Dei promissiones subfuratur;
D neque has tamen omnes, sed paradisum tantummodo hæreditatis loco asseclis suis mendaciter promittit, idque admodum flagitiose; nempe eos

Cæteroqui noster quoque Nicetas agnoscit Alcorani proœmium κατὰ [puto pro μετὰ] τὴν δοκοῦσαν προοιμίου τόπον ἔχειν γραφήν. Nos ergo in Niceæ textu retentis necessario scriptis ab illo surarum numeris, qui semper uno minus vulgatis sunt, in marginibus tamen vulgatos earumdem surarum numeros ascribemus, quo facilius lectores ad Alcoranum se conferant.

(21) Sur. II, 4.

(22) Sur. II, 7 sq.

(23) Impiam hanc Mohamedis doctrinam, qua sura secunda scatet, frustra mihi elevare aut lenire videtur Relandus in *Mohamedicis* lib. II, 4. Pertinet autem ad celebre apud Mohamedanos dogma *decreti* (sive prædestinationis gratuitæ et absolutæ) de quo legatur Herbelotus voc. *cadha*. Evodius quoque monachus in historia martyrum XLII Amoriensium a Saracenis occisorum (Bolland. Mart. T. I, die 6) concionantes facit martyres adversus hunc immanem Alcorani errorem. Et quidem legenda est tota illa Evodii adversus Saracenicam sectam invectio, cujus nonnisi particula refertur a Zygabeno in *Panoplia* Lat. Bibl. PP. Lugd. t. XIV, p. 229, de Deo mali auctore; quæ particula incaute cum alienis ibidem confusa fuit; in Græco autem codice apud Sylburgium ne nomen quidem Evodii scribitur.

Digitized by Google

candidis speciosisque mulieribus fruituros; quodque horribilius est, ante Dei conspectum: Deus enim, inquit ille, non erubescit. Quippe ita carnalem prorsus et materialem, et a præsenti vita nihil differentem fore illorum fabulatur resurrectionem, eosque cibis ac potibus et excretionibus usuros. Illis vero qui sibi non obtemperaverint, eam quam Evangelia Deum lædentibus comminantur pœnam indicit; nempe ut consuetas illorum memoriæ voluptates pœnasve proponens, facilius eorumdem animis potiatur. Neque hoc item veteratorium ejus facinus ignorandum est, quod haud omnino recusat sanctorum prophetarum nomina commemorare, ut venerandorum virorum appellatione fraudem celet negantis Deum Agarenismi sui. Cæteroqui nomine tenus illorum meminit; sed prædicatam ab iis veritatem, factis manifeste conatur dolosam coarguere; quasi lex alumnos suos salvare non valeat, nisi sibi quoque fidem adhibeant. Præterea ipsius etiam Domini nostri Jesu Christi multifariam meminit, et unum de prophetis appellat, hanc solam prærogativam habentem, quod tanquam Dei Verbum de Virgine per Spiritum sanctum natus sit, et propter suam cum illo impassibilitatem in cœlum assumptus fuerit. Quid tamen dicat, Mohamedes nescit. Sed certe dolo manifeste utens, ipsum calumniatur dicens, interrogatum illum a Patre utrum Deus esset, seque Deum esse prædicasset, negasse: etenim facile hoc ignotum Patri suo fuisse arbitratur.

32. Insuper et illud scire interest, quod nempe falsata omnia tum ex Vetere tum etiam ex Novo Testamento profert; neque eatenus, verum etiam ea quæ nunquam scripta fuerunt, neque divinis Libris ullo modo consonant; quæ res improbitatem ejus manifeste nudat et publicat. Plurima etiam Manichaicæ abominationis portenta apud eum sunt collecta: dæmonum aliquot nomina, et per ipsos de rebus nefandis jurationes: allocutiones quoque ad dæmonum loca; et confessiones, quod ex ipsis quoque apostoli ac prophetæ, a prædicato in hujusmodi sua scriptura Deo sæpissime electi fuerunt: et littera fraudulenter præposita, et sententiæ varie mutatæ, sæpe apud eum comperiuntur. Timoris

(24) Paradisus voluptarius et plane lascivus Mohamedis cognoscitur sur. II, 28, XLIII, 68, LV, 70, LVI, 24; LXXVIII, 33, et alibi.

(25) Sur. II, 25.

(26) Graviter hic peccat Nicetas, dum verba *Deus enim non erubescit* nectit cum præcedentibus de voluptate capienda cum feminis. Prorsus enim ea verba pertinent ad sequentem versiculum, in quo de alia re innocua agitur. Ecce enim et Maraccius rectissime interpretatur: *porro Deus non erubescet ut proponat* (*in*) *parabolam*, etc. Caret itaque hac saltem blasphemia Alcoranus. Eodem ac Byzantinus errore labitur etiam Græcus auctor secundi opusculi adversus Alcoranum, apud Moynium *Var. sacr.* t. I, p. 447.

(27) Choniata prædictus p. 490, ait ex Alcorano: καὶ τοὺς Σαμαρείτας εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ παραδείσῳ, οὐ πρὸς τὸ ἀπολαῦσαι, ἀλλ' ἵνα τὰ ἐκφόρια καὶ τὴν

A φησι λελευκασμέναις τε καὶ εὐοφθάλμοις συγγινομένων (24)· καὶ τὸ φρικτότερον, Θεοῦ κατενώπιον (25)· Θεὸς γὰρ, φησὶν, οὐκ αἰσχύνεται (26)· ἔνσαρκον γὰρ παντελῶς καὶ ἔνυλον οὕτωσὶ, ὡς μηδὲν τῆς παρούσης ζωῆς διαλλάττουσαν τὴν αὐτῶν ἀνάστασιν τερατεύεται, βρώμασί τε καὶ πόμασι καὶ ἀφέδροις κεχρημένους αὐτούς (27)· τοὺς δὲ αὐτῷ μὴ πειθομένους, τὴν ἐν Εὐαγγελίοις ἠπειλημένην γέενναν τοῖς εἰς Θεὸν καθυβρίζουσιν ἐπανατείνεται· ὡς ἂν ἐκ τῶν συνήθων τοῖς μεμνημένοις ἐφετῶν τε καὶ στυγητῶν εὐπαράδεκτος γένηται· καὶ τοῦτο δὲ μὴ ἀγνοεῖν ἀναγκαῖον τὸ ῥᾳδιούργημα, ὅτι οὐ παραιτεῖται ἁπλῶς τὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπομνημονεύειν ὀνόματα (28), ἵνα τῇ τῶν σεβασμίων ἀνδρῶν προσηγορίᾳ ἀνύποπτος αὐτῷ ὁ δόλος τῆς ἀρνιθέου Ἀγαρησίας γένηται· ψιλῶς γὰρ

B μόνον αὐτοὺς ἐξονομάζει· τὴν δέ γε μὴν παρ' αὐτῶν κηρυττομένην ἀλήθειαν, ἀπάτην φανερῶς διὰ πραγμάτων ἐλέγχειν πειρᾶται· καὶ ὡς οὐκ ἱκανοῦ ὄντος τοῦ νόμου τοὺς ὑπ' αὐτοῦ παιδαγωγουμένους σῶσαι, εἰ μὴ τούτῳ πεισθεῖεν. Ἔτι γε μὴν καὶ αὐτοῦ διαφόρως μνημονεύει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕνα αὐτὸν διαγορεύει τῶν λοιπῶν προφητῶν, μόνον κατ' ἐξαίρετον ἔχοντα ὡς Θεοῦ Λόγον τὸν δι' ἁγίου Πνεύματος ἐκ Παρθένου γέννησιν, καὶ τῇ συναπαθείᾳ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν (29), ὁ μὴ εἰδώς τί ἦν περὶ ὅτου ἔλεγεν· τῷδε δὴ τρόπῳ δῆλον ὅτι τοῦ δόλου κεχρημένος (30), ἐπείτοι γε φανερῶς αὐτὸν διασύρει· φησὶ γὰρ (31) αὐτὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἠρωτῆσθαι, εἰ Θεὸς εἴη, καὶ Θεὸν ἑαυτὸν ἐκήρυξεν·

C καὶ διαρνούμενον· ἀγνοεῖν γὰρ εἰκὸς τοῦτον τὸν Πατέρα αὐτοῦ οἴεται (32).

λβ'. Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο εἰδέναι ἀσφαλὲς, ὅτι πεφαλσευμένα πάντα ἃ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς Γραφῆς προφέρει, καὶ ἃ ἀπὸ τῆς Νέας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὅσα οὐδὲ γέγραπται, οὔτε συνῳδὰ τυγχάνει τῇ θείᾳ Γραφῇ, τρανῶς αὐτοῦ τῆς σκαιότητος ἐντεῦθεν παραγεγυμνωμένης καὶ τεθριαμβευμένης· καὶ πλεῖστα δὲ αὐτοῦ τῆς Μανιχαϊκῆς μυσαρίας συλλέλεκται τερατεύματα, δαιμόνων τινῶν προσηγορίαι, καὶ κατ' αὐτῶν ὁρκωμοσίαι ἐπὶ δυσφήμοις, προσφωνήσεις τε πρὸς τῶν δαιμόνων χώρους, καὶ ὁμολογίας ὅτι καὶ ἐξ αὐτῶν ἀπόστολοι καὶ προφῆται, τὸ παρὰ τοῦ διαγγελομένου ἐν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ Θεὸν, πλειστάκις κεχειροτόνηνται· καὶ στοιχεῖον δὲ γοητικῶς προγραφὲν (33), καὶ ψῆφοι μεταγεγραμμέναι παρ' αὐτῷ

D κόπρον αὐτῶν τοῦ παραδείσου ἐκβάλλωσιν, ὅπως μὴ ἂν ἀποζέσειεν ὁ παράδεισος· *Samaritanos paradisum introire, non ut fruantur, sed ut purgationes et stercora Moslemorum paradiso ejiciant, ne forte paradisus male oleat.* Sic fere loquitur etiam Græcus auctor secundi opusculi apud Moynium *Var. sacr.* t. I, p. 447. Item Zygabenus.

(28) Sur. V, 162; VI, 85 seq.

(29) Sur. III, 47; XXI, 91; LXVI, 13 et alibi.

(30) Sur. IV, 156.

(31) Sur. V, 125.

(32) Apud Choniatam p. 484 concludit Deus: ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Θεός· Οἶδα ὅτι σὺ ἔλεγες τὸν λόγον τοῦτον· *Scio te hujusmodi sermone usum.*

(33) Videtur denotare solitarias illas, nulloque sensu, ut Moslemi fatentur, præditas litteras, quas multarum surarum initiis præpositas videmus.

Digitized by Google

διαφόρως τυγχάνουσι (34)· τῆς προσούσης δὲ αὐτῷ δειλίας περὶ τὴν ἀποτυχίαν τοῦ ματαίου αὐτοῦ φρονήματος, τὸ οἰκεῖον ἔργον ἐναργῶς μαρτυρεῖ· σχεδὸν γὰρ ἐν ἑκάστῳ λόγῳ τοῦτο αἰτεῖται μὴ διαπιστευθῆναι, ὅτι θεόθεν τὸ θεολοίδορον τοῦτο ἤγαγεν γράμμα· ὅπερ συμβαίνει τοῖς μὴ ἐξ ἔργων τὴν τῶν λόγων βεβαίωσιν ἔχουσιν· καὶ γὰρ ἠγνόει ὁ δύστηνος τῆς διὰ τὴν τόλμην ταύτην μενούσης αὐτῷ κολάσεως τὴν σφοδρότητα· ἀλλ' ὅτι γε φανερῶς ἐθεομάχει, καὶ οὐδὲ λαθεῖν τοὺς ἀνθρώπους εἶχεν ἠπίστατο· αὐτίκα γοῦν ἐν τῷ αὐτῷ πρώτῳ (35) λόγῳ τὸ ἐκ Θεοῦ ταῦτα ἐκπεπέμφθαι βεβαιῶσαι οἰόμενος, οὕτω φησίν (36)· « Ἐάν ἐστε ἐν σκανδάλῳ περὶ ὧν κατηγάγομεν ἐπὶ τὸν δοῦλον ἡμῶν, ἀγάγετε ᾠδὴν (37) ἐκ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ, » τῶν προφητῶν δηλαδὴ λέγων, « καὶ ἀγάγετε τοὺς μάρτυρας ὑμῶν, » τοὺς αὐτοὺς λέγων προφήτας, ἢ καὶ τοὺς δυνατοὺς ἐξετάσαι ἀληθῆ ἢ ψευδῆ λόγον· « εἰ πάρεξ Θεοῦ, φησί, ἔσται ἀληθής (38)· » ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὅτι Κἀγὼ Θεὸν κηρύττω ὡς κἀκεῖνοι· ἀλλ' ἔλαθεν ἑαυτὸν ὁ καμηλοφορβὸς, ὡς οὐχὶ τὸ ἁπλῶς Θεὸν κηρύττειν ἐστὶν ἀληθοῦς κήρυκος, καὶ Θεοῦ ἀληθοῦς, ἀλλ' εἰ ἀληθοῦς Θεοῦ ἀληθῶς· ἔστι κήρυξ ὁ κήρυξ. Τί[ς] γὰρ ὄνησις τῇ ᾠδῇ τοῦ Δαβὶδ, ἢ τῇ τοῦ Ἡσαΐου προφητείᾳ, ἢ Ἐζεκιήλ τε καὶ Δανιὴλ, καὶ ταῖς τῶν λοιπῶν προφητῶν ἐκ τῆς σῆς θεοκηρυξίας ἀθέου, εἰπoιμι ἂν πρὸς τὸν βάρβαρον τοῦτον καὶ θεομάχον, ὅτ' ἂν τὸ σὸν κήρυγμα ἐπ' ἀνατροπῇ τοῦ ἐκείνων κηρύγματος γέγραπται; πόθεν οὖν ἄλλοθεν τὴν ἀπόδειξιν ἕξεις, τῆς ἐν ᾗ ἐπεποίθεις ἀποδείξεώς σοι σβεσθείσης; ἢ γὰρ οὐχὶ πᾶσα ἡ θεία καὶ ἀρχέγονος Γραφὴ Θεὸν σαρκωθησόμενον προαγγέλλει; ὅστις ἀριδήλως ἀποδέδεικται ὑπάρχων ὁ Χριστὸς, κἂν ἐπεπόνθει σαρκί. Ἀδιήγητον τὴν γενεὰν Ἡσαΐας φάσκει διὰ τὸ εἰπεῖν *γενεάν*, καὶ τὴν υἱικὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς πρόοδον ὑπογράψας, τὸ πρᾶγμα τοῦτο δηλοῦντος τοῦ ὀνόματος· ἣν σὺ ὡς ἀμαθὴς οὐ παραδέχῃ.

A autem ei perpetuo hærentis, ne stultum suum consilium frustra sit, ipse liber testis est : etenim in omni prope capitulo petit ne fides sibi derogetur, quod divinitus injuriosam hanc Deo scripturam acceperit : quod accidere sane iis solemne est, qui operibus suis firmare verba non queunt. Et sane ignorabat miser pœnæ gravitatem, quæ ipsum propter facinus hoc manebat ; quodque aperte Deo adversaretur, id homines non latere sciebat. Statim igitur in primo capitulo, missam a Deo hanc doctrinam confirmare volens, sic ait: « Si scandalizamini in iis quæ demisimus ad servum nostrum, adducite canticum ex similibus ei. » Ex prophetis videlicet. « Et adducite testes vestros, » eosdem nimirum prophetas dicens, vel etiam idoneos vera a B falsis discernere. « Si præter Deum, inquit, est aliquis verax. » Quasi dicat : Ego Deum, æque ac illi, prædico. Sed ignorat camelarius, quod non simpliciter Deum prædicare, veracem denotat prædicatorem Dei veri ; sed oportet veri Dei verum esse prædicatorem qui prædicat. Nam quænam utilitas cantico Davidis, aut Isaiæ vaticinio, aut Ezechielis, aut Danielis, et reliquorum prophetarum, ab irreligiosa tua Dei prædicatione accidit (aio utique huic barbaro et Dei hosti), quoniam tu prædicationem tuam ad doctrinæ illorum eversionem scripsisti? Et quomodo aliunde demonstrationem sumes, illa tibi exstincta cui confidebas demonstratione? Nonne omnis vetus divina Scriptura Deum fore incarnandum prænuntiat? qualem nimirum manifeste C Christus se exhibuit, etiamsi carne passus est. Inenarrabilem dicit ejus generationem Isaias. Dum utitur vocabulo *generatio*, Filii ex Patre progressum describit : namque hanc rem vocabulum ostendit, quam tu, o inerudite, non admittis.

λγ'. Ἐφεξῆς δὲ τοῦ μυθικοῦ αὐτοῦ συγγράμματος (39) παρεισάγει τὸν Θεὸν συμβουλευσάμενον τοῖς ἀγγέλοις περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως, καὶ κωλυόμενον παρ' αὐτῶν ὡς ἀδίκου ἐσομένου αὐτοῦ· τὸν δὲ Θεὸν καὶ ποιήσαντα καὶ σοφίσαντα τὸν Ἀδὰμ ὑπὲρ αὐτούς· καὶ τοῦτον εἶναι τὸν διδάξαντα τὰ τῶν ὄντων ὀνόματα· τοιαύτη ἡ ἀνθρωπογονία τοῦ παραινοῦντος ταῖς πρὸ αὐτοῦ θείαις Γραφαῖς συναποδέχεσθαι τοὺς Ἀραβικοὺς ὀνείρους. Ἔπειτα (40) τὸν Μωϋσέα φησὶ βοοθήλειαν ἐκ Θεοῦ κελευσθέντα ὑποδεῖξαι τῷ λαῷ, ἣν ἔδει θῦσαι· τῶν δὲ ἀγνοούντων ὁποία τις ἂν εἴη, πλειστάκις δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ περὶ τούτου· καὶ οὕτως μαθεῖν καὶ αὐτὸν κἀκείνους διὰ

33. Deinde in sua fabulosa scriptione introducit Deum deliberantem cum angelis de hominis creatione, atque ab illis cohibitum, quoniam homo futurus erat iniquus : et nihilominus Deum facientem, ac sapientiam præ illis Adamo conferentem; atque ab hoc dicit nomina exsistentium rerum enuntiata. Talis est anthropogonia auctoris, qui hortatur D ut cum antiquioribus se scripturis Arabica quoque somnia admittantur. Deinde dicit Moysem Deo jubente vaccam populo ostendisse quam immolari oportebat. Illis autem ignorantibus qualis esset, sæpenumero hac super re Deum oravisse. Atque ita rem demum cognovisse, illosque per symbola edo-

[9] Isa. LVIII, 8.

(34) Intelligit fortasse sententias abrogatas seu retractatas in Alcorano, de quibus Maraccius *Tract. de Alc.* cap. 5.

(35) Diximus jam (col. 708, not. 20) non computari a Niceta Alcorani proœmium, ideoque quæ secunda in vulgatis editionibus Sura est, hanc illi esse primam, et sic deinceps.

(36) Sur. II, 23.

(37) Nimirum ipsa Alcorani elocutio habet quemdam rhythmum, ideoque confertur cum canticis. Irridet tamen hanc Mohamedis jactantiam, gratisque assertam Alcoranici rhythmi venustatem, specimine ejus satis insulso prolato, Maraccius t. I, Prodrom. refut. part. II, p. 72.

(38) Alcorani textus postulat ut scribatur, εἰ ἐστὲ ἀληθεῖς, *si estis veraces*.

(39) Sur. II, 50.

(40) Sur. II, 67.

Digitized by Google

cuisse, hanc neque vetulam esse neque juvenculam, sed media inter has ætate, colore croceo, rudem et indomitam : atque hanc vix illis persuasisse ut immolarent. Hæ sunt fabularum ejus nugæ : quæ a nobis expositæ sunt, ut ejus impossibilis cum divinis Libris consonantia innotescat; cujus tamen gratia fidem se veracitatis adepturum putabat.

34. Impudentiam vero suam vir atheus adversus Dei Patris gloriam exserens, atque hanc ad se attrahere diabolica vesania satagens, tanquam ipse Moysem olim alloqui solitus, et Dominum quoque nostrum Jesum Christum misisset, ait : « Attulimus Moysi scripturam; postque eum apostolos misimus; attulimus Jesu Mariæ Filio revelationem, et roboravimus eum sancto Spiritu. » Hæc scribens, quid probare se putavit? Nempe dicit, barbaricam hanc scripturam suam tanquam divinam fore recipiendam : nesciens tamen se magnopere a scopo aberrare, quo potiri sperabat. Dicet enim ei aliquis : Quomodo vel quamobrem, ut Moysem reprehenderes, Jesum misisti? Quod si, ut par est, atque ut vere actum fuit, responderet : nihil reprehendendum in Moyse fuisse, sed Jesum ad illius rudimenta perficienda missum, nec non gravem consuetudinem carnalium observationum in meliorem atque aptiorem spiritus morem immutandam; rursus huic ipsi responderent : Tu vero quid in Jesu damnans, tertiam hanc recentiorem edidisti scripturam? Puto quia paria, vel eadem, vel majora, vel etiam minora doctura erat. Atqui majora docere, impossibile humanæ naturæ est. Quid enim majus est, quam propter Dei mandatum, mundum et corpus odio habere, imo et animam propriam indubitanter supernaturalium rerum causa tradere? Profecto constat, nihil hujusmodi barbarico hoc libro contineri, imo nihil omnino excelsum bonæque frugis; contra vero beluina omni stoliditate atque atheismo totum redundare. Jam si paria docere dicatur, quæ fuit utilitas et legem et Evangelium excitandi? illam, id est legem, defectivam; hoc, Evangelium inquam, perfectum. Tum etiam male firmos eos qui alterutri serviunt exhibet, neutrosque de sua salute posse confidere; alios quidem imperfectionem causantes; alios sublimitatem, ceu naturæ humanæ superiorem, a se deprecantes. Sed neutrius secundum idem exæquare perfectionem videtur : restat ergo, ut Mohamedis scriptura ceu minora docens data fuerit. Sed si ob hanc causam data fuit, valde hoc sit ridiculum, sublimibus scilicet mediisque derelictis, vitam humi repentem et beluinam, quæ nihil celsum spectat, sectari. Præter quam quod summa hic naturaliter repugnantia est; et ea quæ meliore sorte sunt, deterioribus adversantur : quod sane de hoc libro verum evadit : etenim is contrarius plane in omnibus Evangelio Christi est. Si ergo Evangelium legem perfecit; perfectio autem rem magis confirmat; barbarica vero scriptura

(41) Sur. II, 87.

συμβόλων διδάξαι ὅτι ἔστιν οὔτε παλαιὰ, φησὶν, οὔτε νέα, ἀλλὰ μέση τούτων, τὴν χροιὰν κρόκινος, ἀγρία καὶ ἀδάμαστος· καὶ μόλις αὐτοὺς πεῖσαι ταύτην καταφάξαι· αὗται τῶν αὐτοῦ πλασμάτων αἱ φλυαρίαι· παρετέθησαν δὲ ἵνα δειχθῇ τὸ ἀκοινώνητον αὐτοῦ τῆς συμφωνίας πρὸς τὴν θείαν Γραφήν· δι' οὗ τὸ ἀληθὴς εἶναι πιστευθήσεσθαι ἤλπιζεν

λδ'. Ἀναισχυντῶν δὲ ὁ ἄθεος κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δόξης, καὶ ταύτην εἰς ἑαυτὸν ἀφαιρεῖν δαιμονιωδῶς ἐκφραινούμενος, καὶ ὡς αὐτὸς εἰ ὁ τῷ Μωϋσεῖ συλλαλήσας, καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξαποστείλας, φησὶν (41)· « Ἐπηγάγομεν τῷ Μωϋσεῖ γραφὴν, καὶ ἀπεστείλαμεν μετ' αὐτὸν ἀποστόλους· καὶ ἐπηγάγομεν τῷ Ἰησοῦ υἱῷ Μαρίας τὴν φανέρωσιν, καὶ ἐνεδυναμώσαμεν αὐτὸν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ταῦτα δὲ γράφων, τί κατασκευάζειν ἐνόμισε; Τὸ φάναι τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ οὖσαν καὶ τὴν βάρβαρον ταύτην γραφὴν, ὡς θείαν παραδεχθήσεσθαι· ἀγνοήσας ὡς πάμπολυ τοῦ σκοποῦ διαμάρτοι ἢ ὡς οὐ κρατῆσαι ἤλπισε. Πῶς γάρ; τις ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν, καὶ τί ἔχων Μωϋσέως καταμέμψασθαι, Ἰησοῦν ἐξαπέστειλας; Εἰ δὲ τὸ εἰκὸς καὶ ὡς ἀληθῶς γεγονὸς ἐροῖ τὸ, ὅτι Μέμψασθαι μὲν εἶχον οὐδὲν, τελειῶσαι δὲ τὰ αὐτῷ στοιχειωθέντα, καὶ ἄλλως τὸ ἐπαχθὲς καὶ εἰωθὸς τῶν σαρκικῶν παρατηρήσεων ἐπὶ τὸ κοῦφον καὶ πρέπον μεταθεῖναι τοῦ Πνεύματος, πάλιν πρὸς αὐτὸν τούτους εἰπεῖν· Τί δὲ κατεγνωκὼς Ἰησοῦν, ταύτην τὴν καινοτέραν καὶ τρίτην γραφὴν ἐκδέδωκας; ἆρά γε ὡς τὰ ἴσα καὶ τὰ αὐτὰ, ἢ τὰ μείζω, ἢ καὶ τὰ ἐλάττω διδάξουσαν; καὶ τὰ μείζω μὲν διδάξαι, τῶν ἀδυνάτων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· τί γὰρ πλέον τοῦ ὑπὲρ ἐντολῆς Θεοῦ, κόσμον μισῆσαι καὶ σῶμα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀριδήλως πρὸς τὰ ὑπερφυῆ μεταθεῖναι; ἀλλὰ πρόδηλον ὅτι οὐδὲν τοιοῦτον τῇ βαρβαρώδει ταύτῃ ἐμπεριέχεται γραφῇ· ἀλλ' οὐδὲ ἁπλῶς τι ὑψηλὸν καὶ ἄξιον λόγου· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ κτηνωδίας πάσης καὶ ἀθεΐας ἀνάμεστος ὅλη τυγχάνει· τὰ ἴσα δὲ διδάσκουσαν αὐθις φάναι· Καὶ τίς χρεία καὶ νόμον καὶ Εὐαγγέλιον ἀνιστᾷν; τὸν μὲν ἐνδεῶς ἔχοντα, τὸν νόμον λέγων· τὸ δὲ τελειωτικῶς, τὸ Εὐαγγέλιόν φημι· ὡς ἀστηρίκτους καὶ τοὺς τὰ ἑκάτερα δουλεύοντας καθιστᾷ· μηδ' ὁποτέρους ἔχοντας· ἐπὶ σωτηρίαν θαρρεῖν· τῶν μὲν τὸ ἀτελὲς αἰτιωμένων, τῶν δὲ τὸ ὑψηλὸν ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον παραιτουμένων· ἀλλ' οὐδετέρου παρ' αὐτῇ καθ' αὐτὸ ἀκριβείᾳ θεωρεῖται· λείπεται ἄρα τὰ ἐλάττω ταύτην διδάξουσαν διδόσθαι· ἀλλ' εἰ τούτου χάριν ἐδόθη, πολὺς ὁ γέλως, τὰ ὑψηλὰ καὶ μέσα καταλιπόντας, τὰ πάντη χαμερπῆ, καὶ τῶν ἐλάττων εἰς μηδὲν ὑπερβεβηκότα μεταδιώκειν· καὶ ἄλλως δὲ τὴν ἄκραν φυσικῶς ἐναντιότητα πρὸς τὰ μείζω εἰληχότα τὰ ἐλάχιστα πολέμια αὐτοῖς καθεστήκει· ὃ δὴ καὶ ἀληθές ἐστιν ἐπὶ τῇ γραφῇ ταύτῃ· ἀντιτεταγμένως γὰρ ἐν πᾶσι τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ διατέτακται. Εἰ οὖν Εὐαγγέλιον τελειοῖ τὸν νόμον, συνιστᾷν δὲ μᾶλλον τὸ τελειοῦν ἐστι, καταστρέφειν δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἡ βάρβαρος πειρᾶται γραφὴ, καταστρέφειν

Digitized by Google

ἄρα καὶ τὸν νόμον δοκεῖ· καταστρέφειν τι τὰ τε- A evertere Evangelium nititur, legem pariter videtur
λειοῦντα καὶ τελειούμενα, οὐ τοῦ Θεοῦ· οὐκ ἄρα τοῦ evertere. Porro illa evertere, quæ perficiunt et sunt
Θεοῦ ἐστι Γραφή, ἡ τοῦ βαρβάρου θεομάχος γραφή· perfecta, non est Dei officium. Non est ergo Dei
λείπεται ἄρα εἶναι τοῦ ἀντιθέου, τουτέστι τοῦ Ἀν- Scriptura, hic inimicus Deo barbari hominis liber.
τιχρίστου. Superest igitur ut sit antithei id est Antichristi
opus

λε'. Μετέπειτα δὲ μέμνηται Σολομῶντος, καὶ 35. Deinde Salomonis infert mentionem, eumque
ἀνεξαπάτητον αὐτὸν διισχυρίζεται γενέσθαι, τῆς θείας nullo errore deceptum fuisse contendit; cum tamen
Γραφῆς φανερῶς αὐτὸν παριστώσης πρὸς τὸ γῆρας divina Scriptura aperte affirmet eum senili ætate
εἰδωλολατρῆσαι, ἐναντία πανταχοῦ τῇ Γραφῇ φρο- idolorum cultui se addixisse: quæ dum ait, contra-
νῶν· καὶ ἀγγέλων δὲ δύο μέμνηται οὓς λέγει κατ- rium prorsus sacræ Scripturæ sentit. Angelos quo-
εληλυθέναι ἐν Βαβυλῶνι, ὧν τὰ ὀνόματα Ἀρὼθ καὶ que duos memorat, quos Babylonem advenisse ait,
Μαρώθ· οὓς καὶ διδασκάλους εἶναι τοῦ κακοῦ λέγει quorum sunt nomina Arioth et Maroth, quos ma-
τοῖς βουλομένοις· ἔτι δὲ καὶ τὰς συζυγίας τῶν ἀν- gistros esse vitii volentibus dicit. Præterea conjugia
δρογύνων (41') τούτους φησὶ διαλύειν καὶ κακοποιεῖν androgynorum ab his ait dissoluta, ipsosque male
δὲ αὐτοὺς λέγει· πλὴν τὴν ἐπιτροπὴν ὑποκρίνεται B facere ait; verumtamen concessionem a Deo simu-
καὶ αὐτὸς φάναι τοῦ Θεοῦ ἐκδεχομένους· τούτους δὲ lanter ipse quoque dicit illos accepisse. Jam vero
τοὺς ἀγγέλους οὐκ ἐπίσταται ἡ ἔκδοσις τῆς θείας hos angelos divinæ Scripturæ traditio ignorat; nisi
Γραφῆς· εἰ μή πού τις φαίη αὐτοὺς τοῦ πατρὸς αὐ- hos forte dicit Mohamedes patris sui Satanæ dæ-
τοῦ εἶναι δαίμονας τοῦ Σατανᾶ καὶ ὑπ' αὐτοῦ μόνου mones, et ipsi soli cognitos. Hoc quoque observan-
γνωριζομένους. Ἐπισκέψασθαι δὲ δεῖ καὶ τοῦτο περὶ dum est in hujus barbari vanitate verborum, quod
τὴν τοῦ βαρβάρου κενοφωνίαν, ὅτι δαίμονας μὲν φα- dæmones quidem nominatim et cognoscit et pro-
νερῶς ἐξ ὀνόματος καὶ γινώσκει καὶ ἀναγορεύει· clamat; hoc tamen loco simulat ipsos aversabiles
προσποιεῖται δὲ δῆθεν ἀπευκταίους αὐτοὺς καλεῖν, appellare, nec non ipsorum præsidem diabolum; ut
καὶ τὸν αὐτῶν πρωτοστάτην διάβολον· ὡς ἂν κἀκ hinc etiam idiotas capiat, persuadens eis non esse
ν'. Ὁ τέταρτος τῆς μυθολογίας τῷ Μωάμετ (81), ἐπιγέγραπται μὲν λόγος *Εἰς τὴν τράπεζαν*, παραλαλεῖ δὲ περὶ βρώσεως κρεῶν τῶν διὰ μαχαίρας, πλὴν χοιρείου· ὡς δῆθεν ἐκ τούτου καθαροὺς ἀποφῆναι τοὺς βαρβάρους ἐπαγγελλόμενος· καὶ ἐπιορκίαν δὲ καὶ πορνείαν καταδικάζει (82), τὸ δόξαι ἀγαθὸς εἶναι νομοθέτης· ἐπελάθετο δὲ, ὡς πρότερον ἔλεγεν, ὅτι « Συνέλθετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· » καὶ καθαρίζειν αὐτοὺς εἰς εὐχὴν ἰόντας βούλεται, εἰ μὲν πάρεστιν, ὕδατι· εἰ δὲ οὐ πάρεστιν, χώματι· ὅπερ πᾶσι δῆλόν ἐστιν οὐ καθαρτικὴν, ἀλλὰ πιναρὰν ἔχον φύσιν. Πάλιν δὲ τῆς περὶ φόβου αὐτοῦ ὑποθέσεως δράττεται· ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, τέλος προφητῶν εἶναι τὸν Ἰωάννην· καὶ τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος, « Πλήρωμα νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι, » φοβηθεὶς μή τινων πρὸς αὐτὸν λεγόντων, Οὐκ ἔχομεν ἐπαγγελίαν ἑτέρου προφήτου μετὰ Χριστόν· πόθεν οὖν σὺ ἑαυτὸν ἀπόστολον Θεοῦ καὶ προφήτην ὀνομάζεις; δόξει ψευδὴς εἶναι, ὁμολογεῖ καὶ αὐτὸς οὕτω ταῦτα ἔχειν εἰδέναι· αἰτίαν δὲ τίθησιν τῆς ἐλεύσεως αὐτοῦ, Τοῦ μὴ λέγειν ὑμᾶς, φησὶν, Οὐκ ἦλθεν ἡμῖν ὁ εὐαγγελιζόμενος· κατασκευάζων ἐντεῦθεν, ὅτι Διὰ τὸ ὑμῶν συμφέρον ὁ Χριστὸς ἐψεύσατο· ψεύσασθαι δὲ αὐτὸν συνέβη πάντως τὰ μέλλοντα μὴ εἰδότα· ὥστε ἐμοῦ ἐλθόντος, ἐκεῖνος ἐψεύσατο· ψευσάμενος δὲ, οὐδὲ Θεὸς ἂν εἴη·

(82) Sur. V, 6, 7.

Digitized by Google

τοιοῦτον τὸ φιλάνθρωπον τοῦ ἀπανθρώπου σχῆμα, καὶ ἡ σκηνὴ τοῦ μυθαρίου αὐτοῦ· ἐλέγχεται δὲ ἐκ τοῦ μηδέν τι προφητικὸν σημεῖον παρ' αὐτοῦ εὑρίσκεσθαι.

A confictæ, scena. Sed inde convincitur quod nullum propheticum indicium apud eum comperiatur

να'. Τὰ εἰωθότα δὲ αὐτῷ ψευδηγορῶν κατὰ τῆς θείας Γραφῆς (83), μνημονεύει τοῦ θανάτου Ἄβελ, καὶ κόρακα λέγει αὐτοῦ σῶμα θάψαι ὁρῶντος τοῦ Κάϊν, καὶ ἐκ τούτου εἰς κατάνυξιν ἐληλυθέναι· τῶν ἐπὶ σκηνῆς ταῦτα καὶ μεθυόντων ἢ μαινομένων. Ὁμαλίζων δὲ τὰς τῶν βαρβάρων καρδίας πρὸς τὸ παραδέξασθαι τὰς αὐτοῦ βλασφημίας, μέμνηται πάλιν Χριστοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ ἑαυτὸν ἀνατρέπων οὐ συνορᾷ· φησὶ γάρ· « Ἀπεστείλαμεν δὲ ἀκόλουθον τούτων, πάντων δηλαδὴ τῶν προφητῶν, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τῆς Μαρίας εἰς τὸ ἀληθοποιῆσαι τὰ πρὸ αὐτοῦ τὰ τοῦ νόμου, καταγαγόντες αὐτῷ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁδήγησις, φῶς, καὶ δικαιοσύνη, κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ πρὸ αὐτοῦ νόμου, εἰς ὁδήγησιν καὶ ἐπαγγελίαν τοῖς φοβουμένοις, καὶ εἰς τὸ κρῖναι τοὺς τοῦ Εὐαγγελίου· ἕνεκεν τῶν, κατήγαγεν ὁ Θεὸς ἐν τούτῳ· καὶ ὅστις ἂν κρίνῃ (84) εἰς ἅπερ κατήγαγεν ὁ Θεὸς, οὗτοί εἰσι παράνομοι. » Ἆρά γε ἐπεγίνωσκεν ἅπερ παρελάλει ὁ μάταιος; εἰ γὰρ ἀληθοποιῆσαι τὰ πρὸ αὐτοῦ τὰ τοῦ νόμου, ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον φῶς καὶ ὁδήγησιν τοῖς ἀνθρώποις δέδωκεν, ὡς σὺ ὁμολογεῖς, καὶ τὸ κρίσιν αὐτὸς ποιεῖν μέλλει, σοὶ τί περιλείπεται εἰσενεγκεῖν τοῖς ἀνθρώποις; Οὐδέν, ἀλλ' ἢ κατὰ τὸ σὸν στόμα, ψευδοποιῆσαι τὰ πρὸ σοῦ, καὶ σκότος καὶ παροδηγίαν δοῦναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἐν τῇ κρίσει τοῖς σε παραδειγμένοις καταδικασθῆναι.

51. Jam vero consueta sibi mendacia contra divinam Scripturam blaterans, Abelis mortem memorat, et a corvo dicit traditum sepulturæ cadaver ejus, spectante Caino, qui idcirco compunctione tactus fuerit. Hæc sunt ludentium in scena et ebriorum aut amentium propria. Tum ut corda barbarorum demulceat ad suas excipiendas blasphemias, Christi iterum meminit atque Evangelii, nec quod se ipsum evertat videt. Ait enim : « Misimus autem post vestigia horum, omnium videlicet prophetarum, Jesum Mariæ filium, ut veritatem testaretur illius quæ ante ipsum fuit legis; eique tradidimus Evangelium, in quo est directio, lux, et justitia, secundum vires legis ante eum latæ, ad directionem et commonitionem timoratorum, atque ut judicium exerceant Evangelii asseclæ. Ideo id demisit huic Deus. Et qui (non) judicaverint, de illis quæ Deus tradidit, hi sunt prævaricantes. » Ain vero, putasne ipsummet cognoscere quæ dicit hic stultus? Si enim ob confirmandam veritatem legis quæ eum præcessit, Christus venit, et si Evangelium lucem directionemque, ut tu fateris, suppeditavit, et ipse judicium facturus est; quid tibi superest conferendum hominibus? Nihil aliud, nisi ut ore tuo teste, falsa demonstres quæ ante te exstiterunt, et tenebras fallacemque ducatum hominibus præbeas, et judicii tempore cum iis qui te admiserunt condemneris.

νβ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὥσπερ εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανασφήλας μανίαν, τάδε φησὶν (85)· « Ἄε ὑμεῖς οἱ πιστεύσαντες (πρὸς τοὺς βαρβάρους φωνῶν), μὴ γίνεσθε ἀντιλήπτορες Ἰουδαίων ἢ Χριστιανῶν· ὅστις γὰρ ὑπερασπίζεται αὐτῶν ἐξ ὑμῶν, οὗτος ὑπάρχει ἐξ αὐτῶν. » Ταῦτα τῷ ὁδηγηθέντι λαῷ παρὰ τοῦ Εὐαγγελίου Χριστοῦ, ὡς ἔλεγες, τῆς εἰς Θεὸν ἕνεκεν εὐσεβείας ἀποδίδως τὰ γέρα, εἰκότως γε· τί γὰρ καὶ ἄλλο ὁ διάβολος καὶ οἱ τούτου θεράποντες παρέξουσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν; ἔστω Χριστιανοῖς μὲν τὴν παντουργὸν καὶ ζωαρχικὴν ἁγίαν Τριάδα ὁμολογοῦσι, ταῦτα ὑπομένειν κελεύει· Ἰουδαίοις δὲ τοῖς ἐπαγγελλομένοις τὴν τοῦ Ἀβραὰμ πίστιν ἀποσώζειν, διά τί τὰ αὐτὰ προξενεῖ; οὐκ ἔξω τῆς κακοφροσύνης αὐτοῦ καὶ τοῦτο· ᾔδει γὰρ ὅτι τὴν Χριστοῦ θεότητα ὁ νόμος ἀποδείκνυσι· διὰ τοῦτο ἀμφοτέροις ἐχθραίνειν κελεύει, καθ' ὅλου θεομάχος ὑπάρχων· ὅτι δὲ ταῦτα παραπαίων ἔγραφεν, ἢ τὰ πρότερον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὰ πάντα, ἐντεῦθεν δῆλον. Ἐπισυνάπτει γὰρ τούτοις ἕτερα ὅμοια καὶ προσφωνεῖ Ἰουδαίους τε καὶ Χριστιανοὺς λέγων· « Ἄε οἰκεῖοι γραφῶν, οὐδέν ἐστε ἕως ἂν ἐξακολουθῆτε τῷ νόμῳ, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ τοῖς κατενεχθεῖσι παρὰ τοῦ Κυρίου ὑμῶν· προστίθεται γὰρ ἐκ τῶν κατενεχθέντων ἡμῖν παρὰ τοῦ

Tum paucis interjectis, in suam veluti relabens insaniam, hæc ait : « O vos credentes (ad barbaros clamat) ne sitis susceptores Judæorum et Christianorum. Quisquis vestrum eis patrocinatur, hic est ex ipsis. » Hos populo sub evangelico Christi ducatu degenti, ut aiebas, pietatis causa erga Deum, honores tribuis. Condigne quidem; quid enim aliud diabolus et hujus satellites inimicis suis exhibebunt? Esto velit Christianos, qui omnium rerum creatricem vivificamque Trinitatem confitentur, hanc pati a se contumeliam; Judæis vero, qui se fidem Abrahami sartam tectam tenere dicunt, cur parem injuriam facit? Atqui ne hoc quidem malitiæ ejus extraneum est. Novit enim, Christi divinitatem a lege demonstrari : idcirco utrisque inimicos jubet esse suos, quia ipse generatim Deum oppugnat. Quod autem hæc non sine delirio scribat, nec non priora, vel potius omnia, hinc constabit. Subtexit enim his alia similia, et Judæos atque Christianos ita alloquitur : « O scripturales, nihil vos estis, quandiu legem et Evangelium sectamini, et id quod traditum a Deo vestro est. Additur enim ex iis quæ tradita sunt nobis a Domino, error et infidelitas. » Quid jam nobis dicendum de

(83) Sur. V, 57, 54.
(84) Arab. μὴ κρίνῃ.
(85) Sur. V, 59.

Digitized by Google

his superest, fratres? Vere cum dementibus loquimur, et qui nec bonæ rei nec malæ quidquam intelligunt. Præter hæc pariter, multa alia mentitus, et stulte locutus, visus quoque vituperare incarnationis Christi humilitatem, et monachos sacerdotesque incusare, quia non sine dolore multo ac lacrymis Scripturam ejus legunt; quod est absurdum; denuo ad Christum revertens, eumque tanquam a Deo derivans, a quo commemorantur ea quæ per illum fecit signa; et interrogatur Jesus, num ipse se ipsum Matremque suam sinat haberi ab hominibus loco deorum? Quo negante, ceu si ipse semet abnegaverit, ait demonstrasse jam non esse Deum; ideoque vult Christianos desinere a confitendo Christi deitatem. Ubinam vero legit hæc homo inscitissimus? Imo ut magis proprie loquamur, neque hic legit quidquam, neque bonæ frugis aliquid novit. Verumtamen dum nugas suas demonstrare studet, Manichaicum cœnum fuliginemque manibus tractans, horum gravem exspirat odorem. Atque in his quartum suum garritum finit.

CONFUTATIO V.

53. Quinta a Mahomede fabula inscribitur *Pecudes*: videtur enim de mundis animalibus agere et de immundis; hortaturque barbaros cuncta animalia comedere, excepto sue, et jumenta omnia, asinosque ipsos et mulos et camelos, et quolibet prorsus quadrupede vesci. Et ne sectemini, inquit, viam Satanæ. Satanam videlicet (dicit) eum qui veterem legislationem tradidit; imo et evangelicam quoque doctrinam. Cæteroqui totus ejus scopus in hac vanitate vertitur, ne quis discredat quominus hæ præstigiæ a Deo sint. Quæ vero opiniones ejus confirmant, nihil aliud sunt præter dictabolaria quædam, quæ non solum nihil demonstrant, sed assensum etiam avertunt, quia de fonte ignorantiæ manant, id est, de obscurato intellectu, et divini luminis experte, et quidem rei ipsius natura non substitit: sunt enim verborum repetitiones; et idem secundum idem, idemque ad idem revertens. Et de ipso Christo mentionem inferens, haud diversa, quam diximus, ratione loquitur. Atque ita vana verba effutiens, nugacem fabulam concludit.

CONFUTATIO VI.

54. Sexta a Mahomede fabula inscribitur *Cognitiones*, id est, de signis comprobantibus et de demonstrationibus, quod nempe a Deo hæc ipsi tradita scriptura fuerit. Statimque ab initio id ei occinit allatrator dæmon, ut et ipse videatur Mohamedi mandare, talia loqui, atque ita fraudis suspicionem vitet. Docet enim illum primigeniam hominum originem, quod nempe ex luto ad imaginem (Dei)

(86) Sur. V, 84, 97, 92.
(87) Sur. V, 125.
(88) Sur. VI, 142.
(89) Ita Græcus auctor interpretatur vocabulum Arab. *alaraph*, quod aliter explicatur apud Maraccium p. 271, in annotationibus.
(90) Sur. VII, 10 seq.

A Κυρίου πλάνη καὶ ἄρνησις. » Τί οὖν λοιπὸν εἴπωμεν ἡμεῖς, ἀδελφοί, ἐπὶ τούτοις; ὄντως πρὸς μαινομένους ἡμῖν ὁ λόγος, ἐπί τε καλοῖς καὶ κακοῖς ἀναισθητοῦσιν· ὡσαύτως πρὸς τούτοις ἕτερα πάμπολλα ψευσάμενος καὶ ματαιολογήσας (86), δόξαι τε διαβάλλειν ἐκ τῶν ταπεινῶν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν Χριστὸν, μοναχῶν τε καὶ ἱερέων κατηγορήσας, ὅτι πολλῇ κατανύξεως καὶ δακρύων πληροῦνται, ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς αὐτοῦ γραφῆς, ὅπερ παράλογον, πάλιν ἐπαναλαβὼν περὶ Χριστοῦ, καὶ εἰσαγαγὼν αὐτὸν παρὰ Θεοῦ ὑπομιμνησκόμενον, ὥνπερ δι' αὐτοῦ, φησὶ (87), πεποίηκε σημείων· καὶ ἐρωτώμενον, εἰ αὐτὸς ἑαυτὸν καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα θεοὺς ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους ἐπέτρεψεν, καὶ διαρνούμενον δῆθεν, ὡς ἐκ τούτου αὐτὸν διαρνησάμενον φάναι ἀποδεῖξαι ὅτι Θεὸς οὐκ B ἔστι· καὶ ἀποπαῦσαι Χριστιανοὺς Θεὸν ὁμολογεῖν τὸν Χριστόν· ποῦ δὲ ταῦτα ἀνέγνω ὁ ἀμαθέστατος; ἢ διὰ ποίας θεοφανείας ἐπέγνω; μᾶλλον δὲ οἰκειότερον εἰπεῖν, ὅτι οὔτε ἀνέγνω οὔτε ἐπέγνω τι τῶν δεόντων· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἔνδειξιν τῶν αὐτοῦ ληρημάτων, Μανιχαϊκῆς ἰλύος καὶ σκότους ἀναμαξάμενος, τὴν δυσωδίαν τούτων ἐξώζεσεν, ἐν τούτοις τὸν τέταρτον ὕολον ἀπέπαυσεν.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ε'.

νγ'. Ὁ πέμπτος μῦθος τοῦ Μωάμετ *Περὶ κτηνῶν* ἐπιγέγραπται· δοκεῖ γὰρ καὶ αὖθις περὶ καθαρῶν διαλαμβάνειν ζώων καὶ ἀκαθάρτων (88)· καὶ προτρέπεται τοὺς βαρβάρους τὰ πάντα ζῶα ἐσθίειν πλὴν χοίρου· ἐπείτοι τά τε ἀχθοφόρα, ὄνους τε καὶ ἡμιόνους καὶ καμήλους καὶ παντὸς τετραπόδου ἀδεῶς μετέχειν. « Καὶ μὴ ἐξακολουθεῖτε, φησὶ, τῇ ὁδῷ τοῦ Σατανᾶ· » Σατανᾶν δηλονότι τὸν γράψαντα τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν, ἤτοι καὶ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα· ὅλος δὲ αὐτοῦ λοιπὸν ὁ σκοπὸς σχεδὸν ἐν τούτῳ τῷ ὕθλῳ ἀγωνίζεται μὴ διαπιστηθῆναι, ὅτι ἐκ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα τερατίσματα δέδεκται· εἰσὶ δὲ αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα τοῦτο συνιστᾷν λογύδρια, οὐ μόνον μὴ δεικνύντα, ἀλλὰ καὶ ἐκτρεπόμενα διὰ τὸ ἐξ ἀμαθίας ταῦτα προέρχεσθαι· καὶ ἄλλως ἀφωτίστου διανοίας καὶ ἀμεθέκτου θείας ἐλλάμψεως, καὶ οὐδὲ τοῦ πράγματος φύσιν ἔχοντος συστῆναι· παλιλλογία τε γὰρ πάλιν τὰ αὐτὰ κατὰ ταυτὰ, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐπὶ τὰ αὐτά· καὶ τοῦ Χριστοῦ δὲ μνημονεύσας οὐδὲν ἧττον τῷ τρόπῳ ᾧ εἰρήκαμεν μέμνηται· καὶ οὕτως βατταρίζων περικόπτει τὸν φλήναφον. D

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ϛ'.

νδ'. Ὁ ἕκτος τῷ Μωάμετ μῦθος ἐπιγέγραπται μὲν *Εἰς τὰ γνωρίσματα* (89), τουτέστιν εἰς τὰ παραστατικὰ σημεῖα καὶ τὰς ἀποδείξεις, ὅτι ἐκ Θεοῦ δῆθεν αὐτῷ ἡ τοιαύτη δέδοται γραφή· καὶ εὐθέως ἐκ προοιμίων τοῦτο κατεπᾴδει αὐτῷ ὁ πρὸς αὐτὸν ὑλακτοδαίμων, ἵνα δόξῃ καὶ αὐτὸς, ὡς εἰκὸς, κελευόμενος ταῦτα λέγειν, καὶ ἀνύποπτος πρὸς ἀπάτην γένηται· διδάσκει γὰρ (90) αὐτὸν τὴν ἀρχέγονον τῶν ἀνθρώ-

Digitized by Google

πων ὑπόστασιν, ὅτι ἐκ πηλοῦ κατ' εἰκόνα γεγένηνται, καὶ ὅτι προστέτακται τοῖς ἀγγέλοις πᾶσι προσκυνῆσαι τῷ Ἀδάμ· καὶ τῶν λοιπῶν προσκυνησάντων, ὁ Βελίαρ μόνος οὐ προσεκύνησε· καὶ ὅτι ἐρωτηθεὶς διὰ τί μὴ προσεκύνησεν, αἰτίαν ἀποδίδωσι τὸ ἐκεῖνον μὲν ἐκ πηλοῦ γενέσθαι, ἑαυτὸν δ' ἐκ πυρός· καὶ ὅτι ἐπετιμήθη παρὰ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἀντέλεξε τῷ Θεῷ ἐπαπειλούμενος τῷ Ἀδὰμ διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγανάκτησιν, τοῦ μὴ περιλιπεῖν αὐτὸν πλὴν ὀλίγων τῶν ἐξ αὐτοῦ σωζομένων· καὶ τὴν ἱστορίαν τὴν κατὰ τὸν παράδεισον, καὶ τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἐξορίαν· οἱ οὖν τῆς θείας Γραφῆς τρόφιμοι συνίετε πάντως τὰς προτροπὰς καὶ ματαίας προσθήκας τοῦ ἀπαταιῶνος.

νε'. Ὁ δὲ σκοπὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἀφορᾷ, ὅτι δὴ οἱ Θεοῦ ἀθετοῦντες ἐντολήν, φησὶν, ἀπόλλυνται· οἱ δὲ φυλάττοντες, σώζονται· τὸ δὲ τέλος ἑαυτῶν συντηρεῖ· κατασκευάζει δὲ αὐτὸ ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ τῶν καθεξῆς· ὡς ἐκ τούτου τῶν αὐτοῦ λόγων (91) τὴν παραδοχὴν πιστευθήσεσθαι ἐλπίσας· εὐθὺς οὖν παρεισάγει ἀδιάγνωστά τινα ληρήματα ἐξ ἀφανῶν προσώπων καὶ ἀνωνύμων εἰς κήρυγμα πρὸ τοῦ Νῶε ἐλθόντων· καὶ ἐν οἷς μὲν ἐπιστεύθησαν θείαν εὐλογίαν προεξενηκότα· ἐν οἷς δὲ ἠπιστήθησαν κατάραν μείζιστην. Μετὰ Νῶε, Ζάλετ τινὰ προφήτην καὶ ἀπόστολον εἰσηγεῖται ἀδελφὸν Θαμοὺθ, τὸν οὔτε γεγονότα οὔτε παρ' ἄλλου ὀνομασθέντα πώποτε· ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο παραγενόμενος καὶ κηρύξας· καὶ ἐφ' οἷς μὲν ἐπιστεύθη καὶ αὐτὸς τὸν Θεὸν εὐμενῆ παρέσχεν· ἐφ' οἷς δὲ ἠπιστήθη, διεφαυλίσθησαν, φησὶ, διὰ σεισμοῦ ἐν ταῖς αὐλαῖς αὐτῶν ἐξαρώμενοι. Μετὰ δὲ τοῦτον ἕτερον λέγει προφήτην καὶ ἀπόστολον καὶ κήρυκα, Μαδιανίτην τῷ ἔθνει αὐτοῦ ἀποσταλῆναι, Σαὶκ ὄνομα αὐτῷ· ὡσαύτως καὶ τοῦτον διαμαρτυράμενον καὶ ποιήσαντα κατὰ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, οὓς οὔτε Μωϋσῆς, οὔτε τις τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν ἐπίσταται· καὶ ἐπὶ τούτοις μέμνηται Μωϋσέως Θεὸν κηρύξαντος· καὶ ὅτι ἐν οἷς μὲν, φησὶν (92), ὑπηκούετο, αἱ τοῦ Θεοῦ ἀντιλήψεις προέφθαζον· ἐν οἷς δὲ παρηκούετο, ἡ δίκη τοὺς ὑπευθύνους ἀνήλισκε· καὶ τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ κεχρημένος ἐξ ἑτοίμου περὶ αὐτοῦ λέγει·

νς'. « Ἄε ἄνθρωποι· ἐγὼ ἀπόστολός εἰμι Θεοῦ πρὸς ὑμᾶς πάντας. » Καλῶς γε ἔργον μὲν θείας δυνάμεως ἐπιφερόμενος οὐδὲν, οὔτε σοφίας, οὔτε ἀρετῆς ἀξιολόγου, αὐτοχειροτονήτως δὲ καὶ πάσης ἀποδείξεως δίχα καὶ προαγγελίας, τὸ τοῦ ἀποστόλου ἀξίωμα δι' αὐτοῦ ἀπενεγκάμενος· καὶ τίς τοῦτο ποιεῖν οὐ δύναται, τῶν πάνυ ἀφρονεστάτων καὶ ἀγνωσίαν Θεοῦ ἐχόντων; διότι Μωϋσῆς νομοθέτης, καὶ διὰ τί μὴ καὶ Φαραὼ νομοθέτης; ἀλλ' ὃ ποιεῖν, εἰ καὶ κακῶς, ὅμως γοῦν ποεῖν ἐνόμιζες, τούτου ὡς εὐκόλου μέμνησαι· ὃ δὲ προβλέψαι οὐκ εἶχες, παρεσώπησας· ἐγὼ δέ σε καὶ τοῦτο ὑπομνήσω· Μωϋσῆς μετὰ τοῦ νομοθέτης εἶναι, καὶ προφήτης ἐστί· καὶ τῆς προφητείας ὁσημέραι τὰς ἐκβάσεις θεωροῦμεν· σοῦ δὲ τί καὶ θαυμάσομεν; τὰς ἀσωτείας; τὰς σφαγάς; τοὺς ἐμπρησμούς; τὰς λεηλασίας; τὰς δυσφημίας; καὶ

(91) Sur. VII, 54, 60, 86.

facti fuerint : et quod omnibus angelis imperatum fuerit, ut Adamum adorarent : cumque cæteri adorassent, solum Beliar noluisse obsequium exhibere : rogatum autem cur non adoraret, causam intulisse, quod ille ex luto exstitisset, ipse autem ex igne. Tum increpitum fuisse a Deo, ipsumque Deo contradixisse, et Adamo simul comminatum, susceptо adversus eum odio, nonnisi paucos ex ejus posteris salvos fore. Pergit narrare paradisi historiam, et Adami exsilium. Verumtamen quicunque sacris Scripturis imbuti fuistis, devios deceptoris excursus stultasque additiones probe cognoscitis.

55. Scopus autem ejus huc collineat, ut divini præcepti violatores perire dicat, morigeros autem salvari. Atqui illorum seriem continuat, ex Adamo et deinceps contexens ; nimirum hinc sperans sermonum suorum traditioni fidem accessuram. Mox itaque introducit incognitas nescio quas nugas obscurarum et sine nominibus personarum, quæ ad prædicandum ante Noe venerint, et quatenus illis creditum fuit, divinam benedictionem conferentium ; quatenus autem discreditum, gravissimam maledictionem. Post Noe Zaletum quemdam prophetam legatumque introducit, fratrem Thamothi, hominem qui nunquam exstitit, atque a nemine unquam nominatus fuit ; attamen ad idem officium venit ; institutaque prædicatione, is quoque illis qui sibi crediderunt Deum propitiavit ; illi autem qui fuerunt increduli, perierunt, inquit, terræ motu in habitaculis suis maledicti. Post hunc, alium dicit prophetam, Madianitem legationis et prædicationis causa ad gentem suam missum ; eique nomen fuisse Saico. Hunc pari modo contestatum esse, et similia prioribus egisse. Quos tamen homines neque Moyses neque quisquam illustrium auctorum agnoscit. Postremum memorat Moysem, atque quatenus obeditum ei fuit, Dei patrocinium adfuisse ; quatenus vero restitum illi est, vindictam reos persecutam. Atque hac via sibi strata, statim de se ipso dicit :

56. « O homines, ego legatus Dei sum ad vos omnes. » Præclare enimvero ! qui nullum divinæ potentiæ opus præ se fert, nihil sapientiæ aut virtutis laude dignæ, propria auctoritate, et absque demonstratione aut prædictione, legati sibi dignitatem sponte sumit. Quis vero stultissimus licet, et omni Dei cognitione carens, id ipsum aggredi nequeat ? Si quoniam Moyses legislator est, idcirco et Mohamedes, quidni Pharao quoque in legislatorum numero sit ? At enim quod facere, etsi male, putabas tamen te facere, id saltem probabili ratione narrare debueras : quia tamen quod præ te ferres, non habuisti, rem silentio transmisisti ; sed ego tibi in memoriam reducam. Moyses non legislator tantummodo, verum etiam propheta erat, ejusque prophetiarum quotidie exitum cernimus. In te au-

(92) Sur. VII, 104, 159.

Digitized by Google

tem quid admiremur? libidines, cædes, incendia, depræ dationes, blasphemias, et divinæ Scripturæ lapidationes? etenim lapidum instar sunt scelesti sermones tui. Legatus, inquit, Dei sum. Revera apparet cujusnam Dei tu legatus sis, Dei qui Deo adversatur, mendacis, calumniatoris : nihil enim præter hæc docet legationis tuæ sermo; tametsi auditoribus reverentiam incutere niteris veri Dei mentione. Verumtamen satis hinc coargueris, quod nihil Deo dignum effaris; et quod ipsum Deum blasphemiis labefactas, tibique ea ascribis quæ rerum natura non patitur. Nam quomodo Satanas erit, qui Satanam te quoque affirmante destruxit? Nonne viæ Dei, præcepta ipsius legesque appellantur, quas tu Satanæ vias esse dicis?

A τῆς θείας Γραφῆς τοὺς λιθασμούς; λίθων γὰρ χείρους οἱ ἀσεβεῖς σου λόγοι· Θεοῦ, φησίν, [εἰμὶ] ἀπόστολος· φαίνῃ γάρ ὄντως ποίου Θεοῦ ἀπόστολος ὑπάρχεις, τοῦ θεομάχου, τοῦ ψευδηγόρου, τοῦ συκοφάντου· οὐδὲν γὰρ τούτου πλέον σου ὁ τῆς ἀποστολῆς διδάσκει λόγος· κἂν εἰ δυσωπεῖν ἐπιχειρεῖς τοὺς ἀκούοντας ἐκ τῆς τοῦ ὄντως Θεοῦ προσηγορίας· ἀλλ' ἐλέγχῃ ἐκ τοῦ μηδὲν τῶν τῷ Θεῷ προσηκόντων γνωμοδοτεῖν, καὶ τοῦ αὐτὸν τὸν Θεὸν ἀνατρέποντα δυσφημεῖν, καὶ προσάπτειν αὐτῷ ἃ οὐδὲ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις ἐγχωρεῖ· πῶς γὰρ Σατανᾶς ἔσται, ὁ τὸν Σατανᾶν καταργῶν μετὰ σοῦ; ἢ οὐχὶ ὁδοὶ Θεοῦ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ καὶ αἱ νομοθεσίαι αὐτοῦ ὀνομάζονται, ἃς σὺ ὁδοὺς φῂς εἶναι τοῦ Σατανᾶ;

57. Post hæc, tanquam patris mendacii legatus et propheta, cum illo petræ scissæ miraculo quasdam suas miscet spurias fabulas, ut Moyse videatur sapientior, et accuratior historicus, ideoque ait : « Et eruperunt ex illa duodecim fontes. » Et paulo post addit : « Et cum Judæi contumaces in eo fuerunt, quod illis vetitum erat, diximus illis : Estote simiæ, et facti sunt quidam illorum simiæ capistratæ. » Hactenus, quanquam haud intempestiva erat sermonis peregrinitas; sed plures idem mandantes. Rursus vero ad illas quibus tota ejus oratio contexitur blasphemias redit, nempe Deum esse causam malorum, aitque : « Quem Deus dirigit, ille directus est; quos autem errare facit, illi sunt erronei. » Et paulo post idem confirmans dicit : « Non possideo animæ meæ sive utilitatem sive damnum, nisi quod voluerit Deus. » Oblitus autem quod paulo antea prophetam se nuncupaverat, ait : « Quod si omnia scirem, certe multiplicarer ex bono, neque me malum attingeret. Non sum ego nisi intimator et evangelizator populo credenti. » Deinde facta aliquanta idololatrarum objurgatione; hanc enim semper sibi personam induit; adjectis nonnullis aversabilibus et absurdis, nugacem fabulam abrumpit.

B νζ'. Εἶτα ἐπὶ τούτοις ὡς τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους ὢν ἀπόστολος καὶ προφήτης, τῆς κατὰ τὴν ἀκρότομον θαυματουργίας παρεισάγει τὰ νόθα αὐτοῦ μυθεύματα, ὡς ἂν δόξῃ καὶ Μωϋσέως σοφώτερος καὶ ἀκριβέστερος εἶναι ἐξηγητὴς, καί φησιν· « Καὶ ἔβρυσαν ἐξ αὐτῆς δώδεκα πηγαί. » Καὶ μετ' ὀλίγον προστίθησιν (93)· « Ὅτ' ἂν δὲ ἐπέμειναν οἱ Ἰουδαῖοι εἰς ἃ ἐκωλύοντο ἐξ αὐτῶν, εἴπομεν αὐτοῖς· Γένεσθε πίθηκοι· καὶ ἐγένοντο ἔνιοι πίθηκοι πεφιμωμένοι. » Τέως εἰ καὶ μὴ ἄκαιρον ἦν τὸ τοῦ λόγου ξένον, ἀλλὰ πλείους αὐτὸ οἱ προστάξαντες. Πάλιν δὲ τῆς δι' ὅλου αὐτῷ τοῦ λόγου πλεκομένης μέμνηται δυσφημίας, τοῦ τὸν Θεὸν εἶναι τῶν κακῶν αἴτιον, καὶ φησιν· « Τὸν ὁδηγεῖ ὁ Θεὸς, ἐκεῖνός ἐστιν ὡδηγημένος· καὶ τοὺς πλανᾷ, ἐκεῖνοί εἰσιν ἐλλειμματισμένοι. » C Καὶ μετ' ὀλίγα τὸ αὐτὸ βεβαιῶν, « ὅτι Οὐ κυριεύω τῆς ψυχῆς μου ὠφέλειαν οὔτε βλάβην, ἀλλ' ὅπερ ὁ Θεὸς θέλει. » Καὶ ἐπιλαθόμενος ὅτι προφήτην ἑαυτὸν πρὸ μικροῦ ἐπεφήμιζεν, λέγει· « Καὶ εἰ ἐγίνωσκον τὰ ἅπαντα, εἶχον πλεονάσαι ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ οὐκ εἶχέν μου ἅψασθαι δεινόν. Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ εἰ μὴ ἀνατάλτης καὶ εὐαγγελιστὴς λαοῦ πιστεύοντος· δόξα δὲ μικρόν τι καταγνῶναι τῶν εἰδωλολατρούντων· τοῦτο γὰρ ἀεὶ ὑποδύεται τὸ προσωπεῖον, μετὰ τὸ θεῖναι αὐτόν τι τῶν ἀπευκταίων καὶ ἀδέκτων, ἀποτέμνει τὸν φλήναφον.

58. Septima Mohamedis fabula cæde humana et occidione tota redundat : inscribitur enim *Manubiarum divisio*. Et quidem incitat armatque omnimode barbaros ut se Christianorum sanguine cruentent; injecta præsertim spe paratæ, ut ait, a Deo mercedis in paradiso iis qui cominus cum illis congredientur. Quintam autem manubiarum partem Deo dandam monet et ejus legato : non enim oportebat lucrorum haud esse participem illum qui perditionis causa iisdem erat : congruumque erat, cruenti populi et cruentioris legati, cruenta esse facinora. Et ironicus ipse ironia illos uti jubet. Nobis interrogantibus in hac re et similibus, de bellica expeditione siluit. Verumtamen sciendum est, quod gnarus illatam esse nobis propter in-

CONFUTATIO VII.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ζ'.

D νη'. Ὁ ἕβδομος μῦθος τῷ Μωάμετ ἀνδροκτονίας καὶ μιαιφονίας πεπλήρωται (94)· ἐπιγέγραπται γὰρ *Περὶ μερισμοῦ σκύλων*· διανίστησι δὲ καὶ ἐξοπλίζει τοὺς βαρβάρους παντοίῳ τρόπῳ τοῖς τῶν Χριστιανῶν αἵμασι καταχραίνεσθαι· ἐξαιρέτως δὲ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀποκειμένης, φησὶ, παρὰ Θεῷ μισθαποδοσίας ἐν παραδείσῳ τοῖς ὁμόσε χωροῦσι κατ' αὐτῶν· πέμπτην δὲ μοῖραν τῶν σκύλων τῷ Θεῷ φησι δίδόναι καὶ τῷ ἀποστόλῳ αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἔδει μὴ καὶ τῶν κερδῶν αὐτοῖς κοινωνῆσαι τὸν καὶ τῆς ἀπωλείας αὐτοῖς αἴτιον· ἔδει δὲ ἐκ μιαιφόνου λαοῦ καὶ μιαιφονωτέρου ἀποστόλου μιαιφόνους εἶναι τὰς πράξεις· εἰρωνευόμενος δὲ καὶ εἰρωνεύειν αὐτοὺς κελεύει· ἡμῶν αἰτουμένων καὶ ἐν τούτοις καὶ τοῖς ὁμοίοις, τὴν ἐκστρατείαν ἀπεσίγησε· τοῦτο δὲ δεῖ εἰδέναι, ὅτι γνοὺς

(93) Sur. VII, 161, 167, 179, 188.

(94) Sur. VIII, 1, 41.

Digitized by Google

τὴν διὰ τὰς ἀμέτρους ἡμῶν πλημμελείας ἐπενεχθεῖσαν ἡμῖν ὀργὴν ἐκ Θεοῦ, ὁ ἄθεος οὗτος βάρβαρος ἥρπασε τὸν καιρὸν εἰς τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίαν, καὶ δι' οὐδεμίαν ἑτέραν αἰτίαν φησὶν ἡμᾶς εἰς χεῖρας αὐτῶν παραδίδοσθαι, ἢ διὰ τὸ σύνθρονον τῷ Πατρὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν· διὸ συνεχῶς ἀποφαίνεται· οὐ γὰρ ὁδηγεῖ ὁ Θεὸς λαὸν τῶν παρανόμων· πολλαχόθεν δὲ ἔστιν αὐτὸν ἀπελέγξαι τοῦτο κακῶς τεχμαιρόμενον, φυσικῶς τε καὶ Γραφικῶς· Γραφικῶς μὲν ἀπό τε τοῦ εὐσεβοῦς Ἰακὼβ καὶ τοῦ βεβήλου Ἡσαῦ, Ἰωσὴφ δὲ καὶ Πετεφρῆ, Δαβίδ τε καὶ τοῦ ἀγνώμονος Σαοὺλ, Ναβουχοδονοσὼρ καὶ τῶν αἰχμαλώτων προφητῶν, καὶ ἑτέρων πλείστων ὁμοίων· φυσικῶς δὲ ἀπό τε προβάτων καὶ ἀγρίων θηρίων καὶ τῶν ὁμοίων, ἃ οὐχ ὡς χείρονα καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐχαριστίας ἀνεπιτήδεια τὴν ἄλωσιν ἐξ αὐτῶν ὑπομένει· ἀλλ' ὡς ἕτερόν τινα ἔχοντα λόγον ἀπόῤῥητον οὕτω τέτακται.

A numera peccata nostra Dei iram, atheus hic barbarus occasionem hinc arripuit blasphemandi Christi; nullamque aliam ob causam nos traditos dicit illorum manibus, nisi quia consessorem Patri Christum confitemur. Ideo constanter effatur: non enim dirigit Deus populum peccatorem. Multifariam vero possumus hunc ceu argumentantem perverse coarguere, tum naturæ scilicet tum Scripturæ testimoniis. Apud Scripturam quidem, a pio Jacobo et Esau nequam, ab Josepho et Putiphare, a Davide et ingrato Saule, a Nabuchodonosoro et prophetis captivis, et similibus aliis plurimis. Ex natura autem, ab ovibus et silvestribus feris, et hujusmodi aliis: quæ sane haud tanquam pejores, et minus gratum erga Deum animum gerentes exitium ab aliis perpetiuntur: sed ob aliam B secretiorem causam ita fuit constitutum.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Η'.

νθ'. Ὁ ὄγδοος μῦθος (95) τῷ Μωάμετ ἐπιγέγραπται μέν, *Εἰς τὴν μετάνοιαν*· παραινεῖ δὲ τοῖς βαρβάροις ὡρισμένον τινὰ καιρὸν τῷ πότε χρόνῳ προσμεῖναι τοὺς Χριστιανοὺς, ὡς ἂν βούλοιντο τὰ καθ' ἑαυτοὺς διαθέσθαι· εἰ μὲν οὖν ἑαυτῶν ἐγκρατεῖς γένοιντο, καὶ ἀποδιαστῶσι τῆς τῶν βαρβάρων περικρατήσεως, πόλεμον ἀναίρεσθαι πρὸς αὐτούς· εἰ δὲ μεταγνοῖεν, φησὶ, καὶ θρησκεύουσι τὴν αὐτοῦ δυσσέβειαν, ἀδελφοὺς αὐτοὺς προσλαμβάνεσθαι· παραινεῖ οὖν τοῖς Χριστιανοῖς ὅτι κάλλιόν ἐστι μετανοῆσαι C καὶ ζῆν, ἢ Χριστιανίζοντας ἀποθνήσκειν· αὖθίς τε ἀναιδῶς κατατυπεῖ τοὺς ἀθλίους βαρβάρους ἔν τε ἀπειλαῖς καὶ ἐλέγχοις καὶ ὀνείδεσιν ὡς καταῤῥᾳθυμοῦντας τοῦ σεβάσματος αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τούτοις κατὰ τὸ πρότερον εἰρημένον πανούργημα ἐν ἑνὶ ἐλέγχῳ ἀμφοτέρους πειρᾶται ἐπιστομίζειν, Ἰουδαίους τε καὶ Χριστιανοὺς οὕτω παραλαλῶν·

CONFUTATIO VIII.

59. Octava a Mohamede fabula inscribitur *Pœnitentia*. Admonet autem barbaros, ut definitum quoddam tempus observent erga Christianos, si hi velint res suas tractare. Quod si illi compotes sui efficiantur, et a barbarorum imperio discedant, tunc bellum contra eos suscipiendum. Sin vero, inquit, illos pœnituerit, et impiam ejus sectam amplectantur, in fratrum loco eos suscipiant. Admonet ergo Christianos, melius esse pœnitere ac vivere, quam in Christianismo perstantes mori. Mox impudenter pulsat infelices barbaros, minis, increpationibus et conviciis, tanquam in cultu suo socordes. Postea eodem, quem antea diximus, astu ambos unica reprehensione inhibere conatur, de Judæis simul et Christianis futiliter dicens:

ξ'. « Λέγουσιν Ἰουδαῖοι (96) ὅτι ὁ Ἰσραὴλ (97) ἐστιν υἱὸς Θεοῦ· καὶ λέγουσιν οἱ Χριστιανοὶ ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· τοῦτό ἐστιν ὁ λόγος αὐτῶν διὰ τῶν στομάτων αὐτῶν· ἰσοφωνοῦσι τοῖς λόγοις τῶν ἀρνησαμένων ἐκ πρίν· φονεύσει αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἕνεκεν τῶν ἀρνοῦνται· ἐπελάβοντο τοὺς ἀποστόλους αὐτῶν καὶ τοὺς ἱερεῖς κυρίους πάρεξ Θεοῦ· καὶ τὸν Χριστὸν υἱὸν τῆς Μαρίας· καὶ οὐκ ἐκελεύσθησαν δουλεύειν εἰ μὴ Θεοῦ ἑνός. » Δύσνους ὁ βάρβαρος, ἐπεὶ ἀμαθὴς καὶ ἀπαίδευτος· εἰ γὰρ ὅλως προσῆν αὐτῷ λογικὴ σύνεσις, ἔδει τὰ πρὸς τοὔνομα τοῦ υἱοῦ σημαινόμενα πρὸς θατέραν δόξαν τῶν ἐθνῶν προαναφωνῆσαι, καὶ τοῖς γε πρὸς αὐτὸν μὴ σφόδρα ἐναντίως φερομένοις ὁμαλώτερον ἐπιτιμῆσαι· τοὐναντίον δὲ τοῖς τὰ μάλιστα αὐτῷ διαμαχομένοις· οἵ τε γὰρ Ἰουδαῖοι οὐ γνήσιον υἱὸν Θεοῦ τὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζουσιν, ἀλλ' ἢ ὅσον ἀποδεῖξαι τὴν περὶ αὐτῶν τοῦ Θεοῦ ὑπερκειμένην πρὸς τὰ λοιπὰ ἔθνη διὰ τοὺς πατέρας στοργήν· πῶς οὖν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς τοῦ

60. « Dicunt Judæi Israelem esse filium Dei. Christiani similiter dicunt Christum esse Dei Filium. Hic illis sermo in ore versatur. Consonant cum illorum sermonibus qui infideles ab ante fuerunt. Interficiet illos Deus propter ea quæ negant. Susceperunt apostolos suos et sacerdotes suos in dominos loco Dei, necnon Christum filium Mariæ. D Atqui non fuerat illis mandatum ut alium adorarent, præter Deum unum. » Malæ mentis barbarus, præterquam quod indoctus et ineruditus. Nam si rationalis ei intellectus inesset, debuisset nominis filii notionem secundum diversam duarum gentium acceptionem proclamare: et illos quidem qui haud magnopere a placito ejus discedunt, mitius objurgare; secus autem illos qui maxime ipsi adversantur. Nam Judæi nequaquam genuinum Dei filium Israelem dicunt; sed illatenus, ut ostendant, Dei amorem erga illos præstare amori patri qui apud cæteras gentes esse solet. Quomodo hic ergo

(95) Sur. IX, 1 seq.
(96) Sur. IX, 31.
(97) Ita Græcus codex. Alcor. Arab. *Ozair*.

Digitized by Google

de patre mendacii natus, ait Judæos dominum suum Israelem sibi sumpsisse, præter Deum ? Interrogentur Judæi utrum id aliquando animo agitaverint, vel in illorum Scripturis occurrat dominus ipsorum Israel. Christiani autem verum reapse, prout decet, genuinum Filium esse confitentur Christum, ex eadem Patris Dei divina substantia ; prout est in ea Scriptura quam ipse barbarus fatetur a Deo traditam, nempe in Evangelio. Nam si, ut fatetur, divinitus datum fuit Evangelium ; in eo autem scriptum est, ter Deum desuper pro Christo clamasse ; bis quidem : *Hic est Filius meus dilectus* [9] ; semel autem : *Et clarificavi, et iterum clarificabo* [10] ; quid absurdum peregrinumve faciunt Christiani, Deum ac Dei Filium Christum confitentes ? Deo hoc idem testante, et quidem in laudato ab ipso Mohamede libro. Quanquam arbitror nunquam lectam divinorum Evangeliorum a barbaro scripturam, sed illorum tantum nomine audito, laudasse ; quin tamen sciret scriptum ibi quod vere Dei Filius Christus sit.

61. Quod tamen ex antiquiore etiam mysticorum ac prophetarum Scriptura exploratum est. Nam pares stellarum numero invenies rei hujus demonstrationes, jam inde a primo omnium libro Moysis, usque ad Danielem prophetam et reliquos. Quod quidem Moyses nosset Dei unitatem naturæ, et proprietatum id est personarum differentiam, palam factum est cum scripsit : *Faciamus hominem ad imaginem ac similitudinem nostram* [11]. Item dixit : *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est* [12]. Denique cum scripsit : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est* [13]. Vi causativa nimirum et substantia et conspiratione unitam esse Trinitatem, manifestum est : secus enim contraria sibi scripsisset, superius quidem positis diversis personis colloquentibus ; deinde unam personam inducens loquentem, audientem atque facientem. Quod nefas est. Tum et omnium veterum prophetarum luculentissimus Daniel, perspicue tempus quoque manifestavit Christi adventus, ejusdemque dignitatem significavit, dicens : *Aspiciebam, et ecce in nubibus cœli, tanquam Filius hominis ; eique datus est honor, et veneratio,* et reliqua. Et quidem etiam Antiquum dierum in in throno sedentem [14].

62. Sed veteres omittamus Scripturas. Ex ipsis Christi prædictionibus, harumque exitu, si certe stultus Mohamedes sapere aliquid poterat, divinam illius dignitatem intellexisset, necnon abs Joannis testimonio, quem ipse et prophetam et justum hominem dicens, admittit. Item a Christi miraculis per ejusdem symbola patratis, a sepultura et resurrectione. Sed nihil horum mente sua comprehendit hic latronum dux : neque ei cordi unquam fuit Dei notitiam assequi, sed decipiendis tantum auditori-

A ψεύδους φάσκει αὐτοὺς κύριον ἑαυτῶν τὸν Ἰσραὴλ ἐπιλαβέσθαι πάρεξ Θεοῦ ; ἐρωτάσθωσαν Ἰουδαῖοι εἰποτε τοῦτο ἐντεθύμηνται, ἢ ἐν Γραφαῖς αὐτῶν εἴρηται κύριος αὐτῶν ὁ Ἰσραήλ· εἰ δέ γε Χριστιανοὶ τῷ ὄντι ἀληθῶς καθ' ὃ πρέπον Θεῷ γνήσιον Υἱὸν, καὶ τῆς αὐτῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν τῇ θείκῇ οὐσίᾳ, κατὰ τὴν καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ βαρβάρου ὁμολογουμένην ἐκ Θεοῦ δεδόσθαι γραφὴν τοῦ Εὐαγγελίου. Εἰ γὰρ, ὡς ὁμολογεῖ, θεόθεν δέδοται τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν αὐτῷ δὲ γέγραπται, ὅτι τρίτον ἄνωθεν ὁ Θεὸς ὑπὲρ Χριστοῦ ἐπεβόησεν· πῇ μὲν, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός* ; πῇ δὲ, *Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω* ; τί ἄτοπον καὶ ξένον ποιοῦσιν οἱ Χριστιανοὶ, Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱὸν τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες ; τοῦ Θεοῦ αὐτὸ τοῦτο μαρτυ-
B ροῦντος, καὶ τοῦτο μὲν ἐκ τῆς ἐπαινουμένης παρ' αὐτῷ βίβλου τῶν Εὐαγγελίων· ἀλλ', οἶμαι, οὐκ ἀνέγνω πώποτε τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων γραφὴν ὁ βάρβαρος, μόνην δὲ αὐτῶν τὴν προσηγορίαν ἀκούων ἐξεθείαζε· καὶ οὐκ ἤρετο ἐν αὐτοῖς γεγράφθαι ὅτι ἀληθῶς Υἱὸς Θεοῦ ἐστιν ὁ Χριστός.

ξα'. Ἐκ δὲ τῶν ἀπείρων τῆς προγενεστέρας τῶν θεοπτικῶν καὶ προφητικῶν Γραφῆς· ἀστέρων γάρ τις ἀριθμῷ σχεδὸν ἀμιλλωμένας εὑρήσει τὰς ἀποδείξεις, ἀπ' αὐτῆς τῆς πρωτογράφου βίβλου Μωϋσέως ἕως Δανιὴλ τοῦ προφήτου καὶ τῶν λοιπῶν. Ὅτι γὰρ Μωϋσῆς ᾔδει τοῦ Θείου τὸ τῆς φύσεως μοναδικὸν, καὶ τῶν ἰδιοτήτων, ἤγουν τῶν ὑποστάσεων, τὸ διάφορον, φανερόν· ἡνίκα ἔγραφε, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν*. Καὶ
C ὅτε ἔφασκεν, *Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*. Ἀλλὰ καὶ ὅτε ἔγραφεν, *Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι*· τῷ αἰτίῳ καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συμπνοίᾳ ἐνιζομένην ἐγίνωσκε τὴν Τριάδα φανερόν· ἢ γὰρ ἐναντία ἑαυτῷ ἔγραφεν, ἄνω μὲν τιθεὶς διάφορα πρόσωπα διαλεγόμενος, μετέπειτα δὲ ἓν μόνον ἐκήρυττεν εἶναι πρόσωπον τό τε λέγον καὶ ἀκοῦον καὶ ποιοῦν· ὅπερ ἀθέμιτον. Καὶ ὁ πάντων δὲ τῶν πάλαι προφητῶν ἐμφαντικώτατος Δανιὴλ, τρανῶς καὶ τὸν χρόνον ἐδήλωσεν τῆς Χριστοῦ ἐλεύσεως, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν ἐσήμανεν, ἡνίκα λέγει· *Ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις*, καὶ τὰ ἑξῆς· καίτοι τοῦ Παλαιοῦ
D τῶν ἡμερῶν καθεζομένου ἐπὶ τοῦ θρόνου.

ξβ'. Ἀλλ' ἀφείσθω τὰ ἀπὸ τῶν ἀρχαίων Γραφῶν· ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ προῤῥήσεων, καὶ τῶν τούτου ἐκβάσεων, εἴ γε συνιέναι ὁ μάταιος ἴσχυε, τὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ σέβας κατέλαβεν ἂν καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίας, ὃν προφήτην καὶ ἄνδρα δίκαιον αὐτὸς καταγγέλλων ἀποδέδεκται (98)· ἢ καὶ ἀπὸ τῶν θαυματουργιῶν τῶν αὐτοῦ συμβόλων, τοῦ τάφου, φημὶ, καὶ τῆς ἀναστάσεως· ἀλλ' οὐδὲν τούτων συνεώρακεν ὁ λοχαγωγός· οὐδὲ γὰρ ἦν αὐτῷ θείας φροντὶς ἐπιγνώσεως πώποτε, πλὴν ὅσον τοῦ

[9] Matth. III, 17 ; Luc. IX, 35. [10] Joan. XII, 28. [11] Gen. I, 26. [12] Gen. III, 22. [13] Deut. VI, 4. [14] Dan. VII, 13.

(98) Sur. III, 39.

Digitized by Google

θηρᾶσαι διὰ τῆς προσηγορίας τῶν Γραφῶν τοὺς ἀκούοντας. Τί γὰρ, φέρε εἰπεῖν, ἀληθῶς λέγων στοιχεῖν τὸν τοῦ φίλου αὐτοῦ λόγον ἐπὶ βεβαιώσει τινῶν πραγμάτων διηρνημένην, ἐπὶ ἔργῳ τίθεται τὴν ἐκείνου πίστιν; Εἰ δὲ καὶ τίς που εὑρεθείη τοιοῦτος, ὑπὸ κατάραν ἐστὶ, κατὰ τὴν Γραφήν· *Οὐαὶ γὰρ, φησὶν, ἁμαρτωλῷ ἐπὶ δύο τρίβους πορευομένῳ!* ὥσπερ δὴ καὶ οὗτος ὁ ἄφρων τε καὶ ἀπάνθρωπος· οἱ μέν φασιν εἶναι τὸν Ἰσραὴλ υἱὸν Θεοῦ, οἱ δὲ τὸν Χριστόν. Τί οὖν τοῦτο ἐναργὲς σημεῖον ψεύδους ἀεὶ κρίνεις, τὸ διαφόρων προσώπων ἀμφιβαλλόντων περί τινος μὴ συμφωνεῖν ἀμφοτέρους; καὶ ἀναίρεσιν οἴει τοῦ πράγματος παντελῆ γίνεσθαι ὁπηνίκα τινὲς περὶ αὐτοῦ διαφόρους ἔχωσι δόξας, καὶ τῇ τῶν ἑτέρων μερῶν ἀποφάσει; ἢ οὐδέτερον τούτων, ἢ παντάπασιν οὐκ ὢν ἀπελέγχεσθαι νομίζεις; ὑπέρευγέ σου τῆς φιλαλήθους γνώσεως· τί οὖν ποιήσεις ἡμῶν μὴ πιστευόντων τῷ Θεῷ σου, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ σοῦ τῷ νομιζομένῳ Θεῷ σου πιστεύοντος, ἀλλ' οὐχὶ τῷ Θεῷ ἡμῶν, εἰπέ; Σοῦ γάρ ἐστι κατὰ τὸν προφήτην ἀφρόνως εἰπεῖν, *Οὐκ ἔστι Θεός*· εἰ ἕτερος παρ' ἑκατέρων Θεὸς, ἴδε ποῦ αὐτῷ ὁ κραταιὸς Ἔλεγχος αὐτοῦ κατέστραπτε· *Οὕτως ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ βλασφημία αὐτοῦ καταβήσεται*· εὐλόγως δὲ καὶ ὁ τῆς παιδίσκης υἱὸς (99), φύσει δοῦλος, ἵν' οὕτως εἴπω, τυγχάνων, τὴν τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν, οὐδὲ κατὰ χάριν κατὰ τὸν Ἰσραὴλ φαντασθῆναι ἰσχύει· δουλοπρεπῶς ἀνηνεγμένος, καὶ δουλοπρεπῶς μεμυημένος, καὶ τούτου πλέον οὐδέν.

bus commemoratione Scripturarum studebat. Nam quomodo, oro, veri aliquid diceret, qui se sponderet amici sententiam sequi ob rei alicujus confirmationem, et tamen negatam circa id negotium illius fidem recitaret? Quod si quis hujusmodi reperiretur, in maledictionem a Scriptura edictam incideret: *Væ enim*, inquit, *peccatori qui duplici via graditur* [18]: veluti reapse facit hic etiam vesanus et inhumanus. Judæi quidem filium Dei Israelem dicunt; Christiani autem, Christum. Cur tu porro hoc evidens semper judicas mendacii indicium, quia diversæ personæ de re aliqua aliter sentientes, sententiis non conspirant? existimasque perimi omnino rem aliquam, si forte nonnulli diversam de illa sententiam gerant? Et ob alterutrius partis negationem, vel nihil hujusmodi stare, vel omnino unquam exstitisse judicas? Macte ista veritatis amica mente tua! Quid ergo facies, nobis non credentibus Deo tuo, sed nostro? te autem putato tuo Deo credente, non autem nostro? Dic, sodes. Superest tibi, ut prophetæ verbis dicas: *Non est Deus* [16], quoniam diversus est apud ambos Deus. Vides quo validum ejus argumentum tanquam fulmen deciderit. Vere *convertetur labor ejus in caput ejusdem, et in verticem ipsius blasphemia propria descendet* [17]. Præclare famulæ filius, naturaliter ut ita dicam servus, filii appellationem ne secundum gratiam quidem imaginari valet, cum ipse serviliter sit natus, serviliter sacris initiatus, et nihil amplius.

ξγ'. Ἐφεξῆς δὲ τὸ περὶ τὸν Ἀντίχριστον εἰρημένον σημεῖον τῷ Ἀποστόλῳ, ἐναργῶς ἐν τούτῳ ἔστιν εὑρεῖν (1)· « Κἂν ἀδῶς ἔχωσιν οἱ ἀρνησάμενοι, Θεός ἐστιν ὁ πέμψας τὸν ἀπόστολον αὐτοῦ, εἰς ὁδήγησιν καὶ εἰς πίστιν ἀληθινὴν, τοῦ δεσπόζειν αὐτὸν ἐπάνω πάσης πίστεως. » Τοῦτο ταυτόν ἐστι τῷ, *Ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα*· ἁπλῶς τοῦ δεσπόζειν αὐτὸν ἐπάνω πάσης πίστεως· ἐφαυλίσθη ἄρα παρ' αὐτῷ καὶ ἡ τοῦ Ἀβραὰμ πίστις, καθ' ἣν αὐτὸς πιστεύειν ἐνόμιζε· καὶ οὐχ ὁ νόμος μόνον οὐδὲ τὸ Εὐαγγέλιον· ἐπάνω γὰρ πάσης πίστεώς φησιν· τὸ δὲ, *ἀληθινὴν*, εἴρηται, ὡς πρὸς τὰς λοιπάς· οὐκ ὀκνῶ τοῦ λοιποῦ περὶ αὐτοῦ ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι καὶ οὗτος Ἀντίχριστός ἐστιν ἀληθῶς· μετ' ὀλίγον δ' ὅποι φέρεται ὁ σύμπας τῆς θεομαχίας σκοπὸς, ἔκδηλος γίνεται· ὁ γάρ τοι ἕως τοῦ νῦν διισχυριζόμενος ὅτι Θεὸς Υἱὸν οὐκ ἔχει, οὐ θαῤῥῶν ἑαυτῷ ταῦτα φιλονεικοῦντι, ἀλλὰ διαλογισάμενος ὅτι τυχὸν καὶ ἔχει, οὐκ ἀναδύεται ἑαυτῷ τοῦτο προσάψαι τὸ πρόσωπον· εἰ καὶ ἐκ πλαγίου τοῦτο ἐπήγαγεν, καὶ προσποιεῖται οἱονεὶ σχηματίζεσθαι βλακείαν πάνυ αἰσχρὰν, καί φησιν (2)· Τινὲς συνοῦσι [*cod.* σιαίνουσι] τὸν προφήτην, καὶ λέγουσιν ὅτι αὐτὸς Υἱὸς (3) Θεοῦ ἐστι. » Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι ὁ

63. Deinde dictum ab Apostolo de Antichristo signum, perspicue in Mohamede conspicere licet. Ait enim: « Etiamsi moleste ferant negantes, Deus est qui misit legatum suum, ob directionem veramque fidem, atque ut dominetur cuilibet fidei. » Hoc perinde est atque illud: *Qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur* [18], id est, quod prorsus cuilibet fidei dominatur. Ergo apud hunc despicatui est etiam fides Abrahami, ad cujus normam se quoque credere existimabat: atque exsufflat non legem tantummodo et Evangelium; se enim cuilibet fidei superiorem dicit; suamque veram affirmat reliquis comparatam. Jamque ego non ambigo, hunc deinceps Antichristum judicare, cujusmodi reapse est. Paulo autem post apparet quo totus ejus adversandi Deo scopus tendat: nam qui hactenus Deo non esse Filium contenderat, haud sibi confidens talia verbis vindicare, reputans tamen fortasse jam habere, hanc sibi personam non induit, quanquam oblique id agit: simulat itaque et confingit turpem admodum stoliditatem, aitque: « Nonnulli lædunt prophetam, dicuntque ipsum esse Filium Dei. » Et non dixit exclusivo sensu et unicum Filium Dei,

[18] Eccli. II, 14. [16] Psal. XIII, 1. [17] Psal. VII, 17. [18] II Thess. II, 4.

(99) Nempe Agaris filius.
(1) Sur. IX, 33.
(2) Sur. IX, 63, 72.
(3) Ita in codice Græco est, Υἱός, *Filius*. At Arab. *auris*. Dicerem scripturæ Græcæ mendum οὖς pro οὗς, *auris*, nisi mox Nicetas de Filio reapse loqueretur.

Digitized by Google

de illo cogitans quem contendit destruere ; ne omni suo dolo nudatus, una cum illo corrueret. Sed dicunt, ait, ipsum esse Filium Dei : quasi dicat : Si me vultis Filium confiteri, ego prædicto proximior sum. Postea nonnulla indecore blaterans, nugarumque suarum nugacibus demonstrationibus firmare jactitans, nominat quosdam Thamut et Madian et Mateuchamat, ad quos, inquit, legati revelationem suam deferebant. Prorsus autem hi sunt incogniti, et sine ulla probatione, prout et ipse est. Illico autem barbaros contra nos in prælium mittit, et quæ ad id concitare valeat allatrans, vanam fabulam concludit.

CONFUTATIO IX.

64. Nona a Mohamede fabula inscribitur *Jonas*, nihil tamen de Jona in ea occurrit. Sed statim ab exordio tanquam pugnans et reprehendens et ironia quadam utens, « An, inquit, novum est hominibus, quod Deus alicui homini ex illorum numero revelaverit testari hominibus et evangelizare credentibus, quod ipsis est incrementum verum a Domino ipsorum? » Hæc scilicet tanquam ex Dei persona de se ipso ait. Deinde inducit homines merito non credentes, dicentesque : Magus hic est. Hoc ipse de se. Nos vero ad priorem sermonis partem dicimus, haud sane novum esse, quod ex Deo revelatur aliquid et evangelizetur credentibus, quia sine dubio incrementum illis fit a Deo. Quod tamen verum incrementum circa Mohamedem factum sit, id cum putum mendacium appareat; hominem qui hoc sibi revelatum dicit, ceu vere scelestum, atque ut ipse ait magum, abominamur. Abrahamo ita factum scimus, neque miramur : *Vult enim Deus omnes homines salvare, et ad agnitionem veritatis venire* [19]. Etenim ex idololatrica inscitia processit Abrahamus in incrementum verum divinæ notitiæ, quia hæc ei revelata a Deo fuit ; et mox opera ejus religiosa manifestiora evaserunt, veritatis cognitionem firmantia. Post illum denuo novimus Moysem illuminatum a Deo, ob testandum hominibus, quod ipsis credentibus fiat incrementum verum a Domino ipsorum. Atque ita reapse evenit. Namque ab Abrahami adhuc imperfecta Dei notitia et vitæ instituto, ad perfectiorem divinam scientiam moresque deduxit illius posteros lex. Nisi enim hoc concedatur, supervacanea fuerunt et importuna omnia legis instituta, et Sabbatum, et Deo acceptabiles hostiæ, quæ omnia Abrahamo fuere incognita ; quod impossibile est. Post Moysem, ut pergam uti revelationis nomine, donec exitus omnia manifestet, revelavit Deus per Jesum Christum hominibus, quod fit ipsis incrementum verum, credentibus scilicet, a Domino; verbaque in rem collata fuere : nam et Dei cognitio clarior, et vitæ mos accuratior exstitit. Idque vel inde constat,

[19] I Tim. II, 4.

Υἱός ἐστιν, λογιζόμενος ὃν ἀνελεῖν ἀγωνίζεται, ἵνα μὴ γυμνὸς παντελῶς τοῦ δούλου καταληφθεὶς συσκελισθῇ, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς Υἱός ἐστιν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὅτι Εἰ θέλετε Υἱὸν Θεοῦ ὁμολογεῖν, ἐγὼ τοῦ λαλουμένου ἐγγύτερον· εἶτα βαττολογήσας τινὰ ἀσέμνως, καὶ τῶν αὐτοῦ φλυαριῶν διὰ φλυαρίας τὰς ἀποδείξεις πιστοῦσθαι ἀβρυνόμενος, μέμνηταί τινων Θαμοὺτ, καὶ Μαδιὰμ, καὶ Ματευχαμὰτ (4), πρὸς οὓς ἔφερον, φησὶν, οἱ ἀπόστολοι αὐτῶν τὴν φανέρωσιν, ἀδήλων ὄντων τούτων καὶ ἀναποδείκτων, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτός· καὶ εὐθέως ἐκστρατεύει καθ' ἡμῶν τοὺς βαρβάρους, καὶ τὰ εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐρεθίζοντα καθυλακτήσας, ἀποκόπτει τὸν φλήναφον.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Θ'.

ξδ'. Ὁ ἔνατος τῷ Μωάμετ μῦθος ἐπιγέγραπται μὲν *Εἰς τὸν Ἰωνᾶν*, οὐδὲν δὲ τοῦ Ἰωνᾶ ἐν αὐτῷ φέρεται· ἀλλ' εὐθέως ἐκ προοιμίων (5) ὥσπερ μαχόμενος καὶ ἐγκαλῶν ἢ εἰρωνευόμενος ἐπεισέρχεται λέγων· « Ἆρα ἦν τοῖς ἀνθρώποις ξένον ὅτι ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς πρὸς ἄνθρωπον ἐξ αὐτῶν τοῦ διαμαρτύρασθαι τοῖς ἀνθρώποις καὶ εὐαγγελίσασθαι τοῖς πιστεύσασιν ὅτι ἔστιν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ παρὰ τοῦ Κυρίου αὐτῶν; » ταῦτα δὲ ὡς ἐκ προσώπου δῆθεν Θεοῦ λέγει περὶ αὐτοῦ· εἶτα εἰσάγει τοὺς καὶ, κατὰ τὸ εἰκὸς, διαπιστοῦντας καὶ λέγοντας, ὅτι Οὗτος φαρμακός ἐστιν· τοῦτο αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸν πρῶτον λόγον οὐ πάνυ φαμὲν ξένον τὸ παρὰ Θεοῦ ἀποκαλυφθῆναι καὶ εὐαγγελισθῆναι τοῖς πιστεύουσιν, ὅτι ἔστιν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ παρ' αὐτοῦ· ἕως δ' ἂν ἀληθεύῃ τὸ, προκοπὴ ἀληθινὴ, περὶ αὐτοῦ· τούτου δὲ ψεύδους πεφηνότος, τὸν λέγοντα ἀποκεκαλύφθαι τι τοιοῦτον, ὡς ἄθομον ἀληθῶς, καὶ, ὡς αὐτός φησι, φαρμακὸν ἀποστρεφόμεθα· τόν τε γὰρ Ἀβραὰμ τοιοῦτον ἔγνωμεν, καὶ οὐ ξενιζόμεθα· *Θέλει γὰρ ὁ Θεὸς πάντας ἀνθρώπους σῶσαι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν*· ἐκ γὰρ τῆς εἰδώλων ἀγνωσίας προέβη ὁ Ἀβραὰμ εἰς προκοπὴν ἀληθινὴν θεογνωσίας, διὰ τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτῷ τοῦτο παρὰ Θεοῦ· καὶ τὰ ἔργα αὐτῷ τῆς θεοσεβείας ἐκδηλότερα γέγονε βεβαιοῦντα τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. Μετ' ἐκεῖνον πάλιν ἔγνωμεν Μωϋσέα ἀποκαλυφθέντα παρὰ Θεοῦ διαμαρτύρασθαι τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἔστιν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ πιστεύουσι παρὰ τοῦ Κυρίου αὐτῶν· καὶ ἐγένετο τοῦτο· ἀπὸ γὰρ τῆς περὶ τὸν Ἀβραὰμ ἔτι ἀτελοῦς οὔσης θεογνωσίας καὶ πολιτείας, ἐπὶ τὴν μᾶλλον τελείαν θεογνωσίαν καὶ πολιτείαν ἀνῆγεν τοὺς αὐτοῦ ἐκγόνους ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοθῇ, περιττὰ καὶ ἄκαιρα πάντα τὰ τοῦ νόμου, τό τε σάββατον καὶ αἱ θεόδεκτοι θυσίαι, ἅτινα Ἀβραὰμ οὐκ ἤδει, ὅπερ ἀδύνατον. Μετὰ Μωϋσέα, ἵνα καταχρήσωμαι τῷ τῆς ἀποκαλύψεως ὀνόματι, ἕως ἂν ἡ ἔκβασις τὸ πᾶν δηλώσῃ, ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἔστιν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ τοῖς πιστεύουσι παρὰ Κυρίου· καὶ ἔσχεν ὁ λόγος τὸ ἔργον πέρας· ἥ τε γὰρ θεογνω-

(4) Aliter hic vides apud Maraccium.

(5) Sur. X, 3.

Digitized by Google

σία τρανοτέρα, καὶ ἡ πολιτεία ἀκριβεστέρα καθ- A
έστηκε· καὶ δῆλον ἐν τῷ ἐκείνοις μὲν λέγεσθαι, μὴ φονεῦσαι· ἡμῖν δὲ, μὴ ὀργισθῆναι.

ξε'. Ἐπεὶ οὖν προκοπὴ ἀληθινὴ καθορᾶται, ἐπὶ μὲν Ἀβραὰμ ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἀγνωσίας Θεοῦ ἐπὶ Θεῷ· καὶ μάρτυς ὁ βίος αὐτοῦ· ἀπὸ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν νόμον προκοπὴ ἀληθινή· καὶ μαρτυρεῖ ἡ εὐταξία τῆς νομοθεσίας· ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προκοπὴ ἀληθινή· καὶ μαρτυρεῖ τὸ ἀκριβὲς τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας· οὐκ ἔστι ξένον τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς πρὸς ἄνθρωπον ἐξ αὐτῶν τοῦ διαμαρτύρασθαι καὶ εὐαγγελίσασθαι τοῖς πιστεύουσιν ὅτι ἔστι προκοπὴ ἀληθινή. Εἴδωμεν λοιπὸν εἰ καὶ ἐπὶ τοῦ Μωάμετ τοῦτο γεγονὸς εὑρηται· δοκεῖ γὰρ σεμνύνειν καὶ τὴν Ἀβραὰμ πίστιν, καὶ τὸν νόμον, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον· B
καὶ τὸν μὲν Ἀβραὰμ καὶ τὸν νόμον, αὐτὸς οὐκ ὀφείλει παραυξῆσαι, τὸ μέντοι Εὐαγγέλιον ἐξ ἀνάγκης. Ἐπισκεψώμεθα οὖν τίνα τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ ἐπηύξησεν· ἆρά γε τὰ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης; ἆρά γε τὰ περὶ σωφροσύνης; ἆρά γε τὰ περὶ ἀοργησίας; ἀλλ' οὐδὲν τούτων παρ' αὐτοῦ καθορᾶται· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀπεναντία τούταις πᾶσιν ἔγραψέ τε καὶ ἔδρασε· λείπεται ἄρα ἐννοεῖν ἐξ ἀνάγκης μὴ ἐκ Θεοῦ αὐτὸν ἀποκαλυφθῆναι· ἢ ὡς μὴ διαμαρτυράμενον τοῖς ἀνθρώποις, μηδὲ εὐαγγελισάμενον τοῖς πιστεύουσι προκοπὴν ἀληθινὴν, ἀλλ' ἀναστροφὴν, μᾶλλον δὲ καταστροφὴν καὶ ἀπώλειαν· ἰδοὺ δὴ τὸν οἰκεῖον αὐτοῦ λόγον, γνώμονα καὶ κανόνα λαβόντες, δι' αὐτοῦ αὐτὸν ἀπηλέγξαμεν μὴ ἀποκαλυφθέντα C
παρὰ Θεοῦ· ἀλλ' ὡς αὐτὸς μὲν ἔφη, φαρμακὸς ἔστω, εἰ βούλοιτο· πλήν γε θεόθεν οὐδὲν ἔλαβε· τούτου δὲ ἐκπεσὼν, ὅποι δὴ καὶ τετάξεται, οὐκ ἄδηλον· καὶ ἀληθεύσει ὁ εἰρηκὼς, *Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοί*· τούτων αὐτοῦ τῶν ἀφαυροτάτων λογίων, ἔτι σαθρότερα ῥησείδια ὑποτιθέμενα, διὰ τὴν παντελῆ χαύνωσιν καὶ ἀδράνειαν, εὔλογον παριδεῖν ἐκρίναμεν· φύσεως μὲν γὰρ τῷ ὄντι πονηρᾶς καὶ πολυλάλου, μᾶλλον δὲ φλυάρου καὶ γραοπρεποῦς ἐτύγχανεν· ἔτι δὲ καὶ δειλῆς καὶ ὀργίλου καὶ ὑπούλου καὶ μεγαλορήμονος· καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι κακὸν ἐνέλιπε τῷ διαβόλῳ ὅπερ αὐτῷ οὐ προσῆν· ὀρθῆς δὲ κρίσεως καὶ διανοίας εὐστόχου παντάπασιν ἄμοιρος αὐτοῦ ὁ πᾶς λόγος τυγχάνει· διὸ αὐτὸν παρήσομεν ἐν τούτοις ἀδολεσχοῦντα καταλῦσαι τὸν φλή- D
ναφον.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ι'.

ξς'. Ὁ δέκατος μῦθος τῷ Μωάμετ, *Λόγος Χοῦδ*, ἐπιγέγραπται (6), καὶ τὸ προοίμιον καυχήσεως πεπλήρωται κομψῆς, ὅτι, φησὶν, ὑπὸ σοφοῦ ἀνδρὸς ἐσοφίσθη καὶ ἐστίχθη καὶ διεκρίθη· τέως μέντοι τῆς παρὰ ἀνθρώπων γνώσεως ἐπιδεῆ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ Γραφήν· ἄρχεται δὲ πάλιν καταπλήττειν τοὺς βαρβάρους, ὅτι δὴ Θεοῦ εἰσιν νομοθεσίαι τὰ τοιαῦτα παίγνια· καὶ καταφοβεῖ αὐτοὺς, εἰ μὴ πείθοιντο, ἀπό

quod antiquis dictum fuit, *Ne occidatis* [20]; nobis autem, *Ne irascamini* [21].

65. Verum ergo incrementum conspicitur; sub Abrahamo quidem ad idololatrica inscitia Dei, ad Deum ipsum; cujus rei testis vita ipsius. Ab Abrahamo ad legem incrementum verum, quam rem testatur legislationis recta ordinatio. A lege denique ad Dominum nostrum Jesum Christum incrementum verum, prout demonstratur a perfecto evangelicæ vitæ genere. Non est ergo novum inter homines, quod Deus revelet alicui ex eorum numero, ut testetur atque evangelizet credentibus verum fieri incrementum. Superest ut videamus utrum sub Mohamede id contigisse comperiatur. Etenim is venerari videtur Abrahami fidem, et legem, et Evangelium. Et Abrahamum quidem atque legem is non debet augere; necessarie vero Evangelium. Spectemus itaque, quodnam de Christi mandatis auxerit; num illud de non possidendo? num de pudicitia? num de mansuetudine? Atqui nihil horum apud Mohamedem conspicitur; imo omnia his contraria scripsit egitque. Reliquum ergo est, ut necessario putemus nihil a Deo ipsi revelatum; sed neque hominibus quidquam testatum, neque verum incrementum credentibus evangelizasse, sed decrementum potius et subversionem atque exitium. Ecce enim propria illius verba ceu gnomonem regulamque secuti, ipsum per semetipsum convicimus, nullam a Deo revelationem accepisse. Sed, ut ipsemet dixit, esto utique, si vult, magus, sed certe divinum nihil accepit. Ab hoc gradu dejectus, ubinam sit reponendus, patet: veraxque erit ille qui dixit: *Incident in retiaculum suum peccatores* [22]. His infirmissimis ejus sermonibus marcidiores adhuc dictiunculas ab eo subjunctas, propter futilitatem ipsarum et inutilitatem, merito a me omittendas judicavi. Fuit enim Mohamedes indole prava, loquace, vel potius vetularum more nugace; formidolosa insuper, iracunda, suspicace et arrogante: atque haud scio an quid pravi diabolo resit, quo Mohamedes caruerit. Recto autem judicio ac solerti mente omnis ejus sermo prorsus est expers. Quamobrem ipsum sinemus cum his jocularibus fabulæ suæ coronidem imponere.

CONFUTATIO X.

66. Decima a Mohamede fabula inscribitur *Sermo Chudi*. Procemium egregia gloriatione abundat, quia dicit hunc sermonem a sapiente viro sapienter elaboratum, dispositumque periodis et distinctum. Interim sane humana peritia egentem confitetur Dei ipsius Scripturam. Rursus autem incipit timorem barbaris incutere, quod Dei leges sint, hæc sua ludicra: territatque illos, nisi crediderint, futura

[20] Exod. xx, 13. [21] Matth. v, 22. [22] Psal. cxl, 10.

(6) Sur. XI, 2, 4, 26, 40, 42, 49.

Digitized by Google

β'. Καιρὸς ἤδη λοιπὸν καὶ τὰς ἐν τῷ σῷ συγγράμματι διαβολὰς κατὰ τῆς ἡμετέρας πίστεως, εἰ εὐθυβόλως ἔχουσιν, ἐπισκέψασθαι· ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν· Ἔχει τὸ σὸν γράμμα οὕτως· « Καὶ ἔδωκεν ὁ Θεὸς αὐτοῖς, δηλονότι τοῖς δημιουργηθεῖσιν ἀνθρώποις, νοῦν τοῦ γινώσκειν ὅτι ἡ δημιουργία κεχωρισμένη ἐστὶ, καὶ πόῤῥω ἀφέστηκε τῆς πρὸς τὸν Δημιουργὸν ὁμοιότητος· καὶ ὅτι πᾶν ποίημα ἐνδεές ἐστι τοῦ ποιήσαντος. » Τοῦτο σύμφημι κἀγὼ, ὅτι πᾶν παραγόμενον, ἀλλότριόν ἐστι τῆς οὐσιώδους τοῦ παράγοντος ὁμοιότητος· διὸ καὶ ὡς ὡμολογημένον καὶ παρ' ἡμῶν εἰλήφθω· εἶτα τὸ ἑξῆς τούτου συναπτόμενον τὸ λέγον, ὅτι « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος. » Ἐπί τι μὲν τὸ ἀληθὲς ἔχει ἁπλῶς τιθέμενον· ἐπί τι δὲ τὸ ψεῦδος· καὶ ὅτι ἐπὶ Θεοῦ ἀλλότριόν ἐστι καὶ χώραν οὐκ ἔχει, οὔτε ἀποδέξομαι, οὔτε ὁμολογήσω· ἐλέγξω δὲ, καὶ ἐν οἷς χώραν ἔχει παραστήσω· τοῦτο οὖν σὺ λαβὼν ὡς ὡμολογημένον, δοκεῖς μὲν ἡμᾶς παρακρούειν, ἤτοι εἰς τὸν τῆς ὁμοουσιότητος λόγον, ἢ εἰς τὴν τοῦ γεννήτορος καὶ γεννήματος σχέσιν· καὶ πῶς, ἐρῶ. Ἡμῶν γὰρ ὁμολογούντων ὁμοουσιότητα καὶ ταυτότητα τοῦ τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ τὸν μὲν ὡς γεγεννηκότα Πατέρα καλεῖσθαι, τὸν δὲ ὡς γεγεννημένον Υἱὸν, λαβὼν σὺ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀξίωμα τὸ λέγον, ὅτι « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος· » καὶ τοῦτο ἐπὶ τῆς θείας φύσεως κακῶς ἐπισυνάψας, ὅπερ μᾶλλον ἐπὶ γενητῆς καὶ κτιστῆς φύσεως χώραν ἔχει, ἐπὶ δὲ Θεοῦ οὐκ ἔῤῥωται (καὶ γὰρ πολλὰ μὲν, καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἄπειρα ἐφ' ἡμῶν χώραν ἔχει, ἐπὶ δὲ Θεοῦ παντελῶς ἀλλότρια ἐστι), τοῦτο οὖν ὡς ἀληθὲς ἐπὶ Θεοῦ λαβὼν, ὧδέ πως συνάγεις· Εἰ ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, οὐκ ἔσται ὁ παρ' ἡμῶν πιστευόμενος Υἱὸς τῷ Πατρὶ συναΐδιός τε καὶ ὁμοούσιος· εἰ δ' αὖ πάλιν συναΐδιος ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἀληθὲς δὲ τὸ λέγον, « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, » καταναγκάζεται ἡ σχέσις ἐξ ἀλλήλων διακεχωρίσθαι.

B 2. Tempus est ut deinceps consideremus an accusationes quæ in tuo scripto adversus fidem nostram fiunt, recte se habeant. Hinc ergo exordiar. In scripto tuo sic legitur : « Dedit iis Deus, id est creatis hominibus, mentem ad cognoscendum, creaturam diversam esse proculque distare a similitudine cum Creatore; et rem factam longe esse inferiorem factore. » Hoc et ego concedo, quod nempe productum diversum sit a substantiali producentis similitudine. Quare hoc tanquam a nobis quoque confessum habeatur. Deinde sequitur connexa sententia sic : « Omnis genitor prior est proprio genimine. » Hoc de aliqua re simpliciter dictum, vere se habet : de alia tamen dictum, falsum est : et quia hoc Deo extraneum est, nec in C eo locum habet, id ego neque admittam neque confitebor. Quin adeo refutabo; et quandonam id eveniat, exponam. Tu vero id quasi concessum sumens, videris nos supplantare, sive quod spectat ad consubstantialitatis rationem, sive quod ad gignentis et geniti relationem. Cujus rei modum jam dicam. Nobis enim confitentibus Patrem ac Filium unam simul habere eamdemque substantiam; et illum quidem ut gignentem, Patrem vocari; hunc autem utpote genitum, Filium; tu ab humanis rebus axioma sumpsisti, quod ait, omnem genitorem priorem esse proprio genimine; idque ad divinam naturam male transtulisti; quod in natura potius genita creataque usuvenit, in Deo autem non valet. Nam et alioqui multa quidem, imo, ut D vere dicam, innumera apud nos usuveniunt, quæ a Deo prorsus sunt aliena. Tu vero, hoc tanquam verum de Deo sumens, sic fere concludis : Si omnis genitor prior est proprio genimine, jam non erit qui a nobis creditur Filius Patri coæternus et consubstantialis. Sin vice versa coæternus est Filius Patri; verax autem effatum est : Omnis genitor prior est proprio genimine; necessario mutua relatio ex utroque sejungitur.

γ'. Οὐδὲν ξένον, ὦ βέλτιστε, ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, μυρία ἕψεσθαι· καὶ γὰρ εἴ τις τὸν ἄνθρωπον λίθον ὀξιώσειε, πολλοῖς ἀτόποις, μᾶλλον δὲ ἀπείροις αὐτὸν ἐπισυνάψει· τοιοῦτόν τι καὐτὸς λημμάτιον λαβὼν ἐπὶ Θεοῦ τὸ λέγον, ὅτι « Ἕκαστος γεννήτωρ πρό-

3. Nec mirum est, o optime, si uno absurdo concesso, sexcenta hujusmodi consequantur. Nam si quis hominem existimare velit lapidem, multis hunc absurdis; imo infinitis, copulabit. Pari fere modo tu quoque dictiunculam hanc de Deo pro-

Digitized by Google

nuntians, quæ ait : « Omnis genitor prior est proprio genimine, » paralogismum insidiose struxisti. Hoc igitur confutato, quippe quia de Deo pronuntiari nequit, utroque ex latere absurditatem vitabimus. Nam præsens causa, a contraria est absens. Si ergo dictum, omnis genitor, a creata natura prave sumptum, in absurditatem trahit dicentis sermonem, cum id in Deo non usuveniat, sine dubio absurditatem vitabimus ; et sempiternum atque consubstantiale, et paternitatis filietatisque relationem inviolatam servabimus. « Omnis genitor prior est proprio genimine. » Papæ rem miram ! quæ in me quidem teque ipso valet, qui facultate homines sumus, aut aliud quidvis ; efficimur autem vi, puta genitores aut sapientes. At ubi hujusmodi vis non usuvenit, jam patet, prioratum genitoris relative ad genitum non subsistere. Si ergo vis a Deo aliena est (nam vis passione non caret ; vis aliquo exteriore indiget ; vis est de genere imperfectorum ; Deus autem supra hæc omnia est) satis patet ne prioratum quidem ei usuvenire, quia prioratus sine aliqua vi non fit. « Omnis genitor prior est proprio genimine. » Hoc creatæ naturæ, hoc genituræ per fluxum, proprium est. Nam quorum exsistentia diversa est, horum æque diversa generatio. Ergo tribus contrariis sumptis, creato, inquam, et increato, passibili et impassibili, priore ac simultaneo, si corporeum passibile est, subsequitur autem huic prius et posterius, patet incorporeum impassibile esse ac simultaneum. Ita enim logicæ methodi nos docent.

4. « Omnis genitor prior est proprio genimine. » Hoc ait qui legem vult Deo constituere, non autem qui veritatem dicit. Igitur vocabulum *genitor* vel est de numero eorum quæ per se sunt, vel quæ ad aliquid. Atqui non est ex iis quæ per se sunt : non enim ad genimen relationem haberet ; ergo est ex iis quæ ad aliquid sunt ; quæ autem sunt ad aliquid, simultanea naturæ sunt ; quæ vero simultanea naturæ, et simultanea sunt et non sunt ; ergo *genitor* quatenus genitor, ad aliquid exsistens relationem habet : quare prius et posterius non habebit. Si ergo genitor nec prius habebit nec posterius, tu vero dicis omnem genitorem priorem esse proprio genimine, constat non esse genitorem, quatenus est genitor, sed secundum aliquid aliud, sicuti Socrates et Petrus. Quoniam itaque genitoris nomen in Deo patre hypostaticum est, et secundum id solum proprietas hypostaseos denotatur ; demonstratum porro fuit, quod est relativum non habere prius et posterius ; constat ergo Deum Patrem, qui est proprii geniminis genitor, prius non habere. Quod si non habet, constat esse simultaneum : quod si simultaneus, etiam coæternus est. Ergo Filius Patri coæternus est : atque ita in quo circumvenire putabas, circumventus es. « Omnis genitor prior est genimine suo. » Nobis quidem hoc usuvenit ; quod quidem ita se habere, hinc fit

A τερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, » τὸν παραλογισμὸν συνεσκευώρησας. Τούτου οὖν ἐληλεγμένου καὶ χώραν μὴ ἔχοντος τὸ παράπαν ἐπὶ Θεοῦ λέγεσθαι, τὴν εἰς ἑκάτερα ἀτοπίαν ἐκφευξόμεθα · καὶ γὰρ ὁ παρὸν αἴτιον, ἀπὸν τοῦ ἐναντίου · εἰ οὖν τὸ, ἕκαστος γεννήτωρ, ἀπὸ τῆς κτιστῆς φύσεως κακῶς λαμβανόμενον, εἰς ἄτοπον τὸν λόγον ἀπάγει, τούτου χώραν ἐπὶ Θεοῦ μὴ ἔχοντος, δῆλον ὅτι καὶ ἄτοπα ἐκφευξόμεθα, τό τε συναΐδιον καὶ ὁμοούσιον, καὶ τὴν τῆς πατρότητος καὶ υἱότητος σχέσιν, ἄτρωτον διαφυλάξομεν. « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος. » Βαβαὶ τοῦ θαύματος ! περὶ ἐμὲ καὶ σὲ τοῦτο, οἳ τὸ μὲν ἐνεργείᾳ ἐσμὲν ἄνθρωποι, εἰ τύχοι, ἢ ἄλλο τι · τὸ δὲ γινόμεθα δυνάμει ὄντες, οἷον γεννήτορες ἢ ἐπιστήμονες, ἢ ἄλλο τι · ἐν οἷς δὲ B τὸ δυνάμει χώραν οὐχ ἔξει, δῆλον ὅτι τὸ προτερεύειν τὸν γεννήτορα τοῦ γεννήματος οὐκ ἐῤῥωται · εἰ τοίνυν ἐπὶ Θεοῦ τὸ δυνάμει ἀλλότριον (καὶ γὰρ τὸ δυνάμει μετὰ πάθους, τὸ δυνάμει τῶν ἔξωθεν προσδεῖται, τὸ δυνάμει τῶν ἀτελῶν · ὁ δὲ Θεὸς ἀνῴκισται τούτων πάντων), δῆλον ὅτι καὶ προτερεύειν οὐχ ἕξει χώραν διὰ τὸ ἄνευ τοῦ δυνάμει τοῦτο μὴ εἶναι. « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος. » Τοῦτο τῆς κτιστῆς φύσεως, τοῦτο τῆς ῥευστῆς γεννήσεως · καὶ γὰρ ὧν τὸ εἶναι διάφορον, τούτων καὶ τὸ γενναῖν διάφορον. Τριῶν οὖν ἀντιθέσεων λαμβανομένων, φημὶ δὴ κτιστοῦ τε καὶ ἀκτίστου, ἐμπαθοῦς τε καὶ ἀπαθοῦς, προτέρου τε καὶ ἅμα, εἰ ἡ ἐνσώματος ἐμπαθής, ἕπεται δὲ ταύτῃ τὸ C πρότερον καὶ ὕστερον, φανερὸν ὅτι ἡ ἀσώματος ἀπαθὴς καὶ ἅμα · τοῦτο γὰρ αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἡμῖν διαγορεύουσιν.

δ'. « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος. » Τοῦτο νομοθετοῦντός ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἀληθὲς δὲ οὐδαμῶς λέγοντος · τὸ τοίνυν *γεννήτωρ* ὄνομα, ἤτοι τῶν καθ' αὑτό ἐστιν, ἢ τῶν πρός τι · ἀλλὰ μὴν τῶν καθ' αὑτὸ οὐκ ἔστιν · οὐ γὰρ ἂν πρὸς γέννημα τὴν ἀναφορὰν εἶχε · δῆλον ὅτι τῶν πρός τι · εἰ οὖν τὸ *γεννήτωρ* τῶν πρός τί ἐστιν, τὰ δὲ πρός τι ἅμα τῇ φύσει, τὰ δὲ ἅμα τῇ φύσει, ἅμα τέ εἰσιν καὶ οὐκ εἰσὶν, τὸ *γεννήτωρ* ἄρα καθ' ὃ γεννήτωρ, πρὸς ὃν τὴν ἀναφορὰν ἔχει, τὸ πρότερον καὶ ὕστερον οὐχ ἕξει. Εἰ οὖν τὸ *γεννήτωρ* τὸ πρότερον καὶ ὕστερον οὐχ ἕξει, ἔφης δὲ ὅτι ἕκαστος γεννήτωρ D πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος · φανερὸν ὅτι τὸ *γεννήτωρ*, οὐ καθ' ὃ γεννήτωρ, ἀλλὰ κατ' ἄλλο τι, καθ' ὃ Σωκράτης ἢ Πέτρος. Εἰ οὖν τὸ *γεννήτωρ* ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑποστατικόν ἐστι, καὶ κατὰ τοῦτο μόνον τὸ ἴδιον τῆς ὑποστάσεως χαρακτηρίζεται · τοῦτο δὲ δέδεικται πρὸς ὃν τὴν ἀναφορὰν τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μὴ ἔχον, φανερὸν ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ γεννήτωρ ὢν, τοῦ οἰκείου γεννήματος, τὸ πρότερον οὐχ ἕξει · εἰ δὲ οὐχ ἕξει, δῆλον ὅτι ἅμα · εἰ δὲ ἅμα, καὶ συναΐδιος · ὁ Υἱὸς ἄρα τοῦ Πατρὸς συναΐδιός ἐστι · καὶ οὕτως ὃν οὗ ἐδόκεις παρακρούειν, παρακέκρουσαι. « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος. » Τοῦτο ἐν ἡμῖν χώραν ἔχει · καὶ ὅτι οὕτως ἔχει, δῆλον ἐντεῦθεν · Πᾶσα δύναμις, τινὸς ἕνεκα ·

Digitized by Google

εἰ γὰρ μὴ ἕνεκά τινος, μάτην· μάτην δὲ οὔτε ὁ Θεὸς ποιεῖ, οὔτε ἡ φύσις· δῆλον ὅτι ἕνεκα· εἰ οὖν ἡ δύναμις ἕνεκά τινος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ δύνασθαι· πᾶν δὲ τὸ δύνασθαί τι ποιεῖν, καὶ ποιήσει. εἰ μή τι τὸ παρεμποδίζον· εἰ οὖν ἐν ἡμῖν ἔστιν ἔμφυτος δύναμις τὸ τεκνοποιεῖν, κεκωλύμεθα δὲ, δῆλον ὅτι παρεμποδίζοντός τινος· ἐν δὲ τῷ Θεῷ οὐδὲν ἀντίσθενον ἢ παρεμποδίζον· φανερὸν ὅτι καὶ ἡ γέννησις σύμφυτος· εἰ δὲ σύμφυτος, καὶ ἅμα· εἰ δὲ ἅμα, οὐ πρότερον καὶ ὕστερον· ὥστε δῆλον ὅτι τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἐπὶ Θεοῦ χώραν οὐκ ἔχει. « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος. » Πόθεν τὰς ἀρχάς, ὦ οὗτος, εἴληφας; οἱ μὲν γὰρ μηδὲν κοινὸν τοῦ κτίστου καὶ τῶν κτισμάτων ὑποτιθέμενοι, ἑαυτοὺς παραλογίζονται, ταυτῶς ἐπὶ Θεοῦ καὶ τῶν κτισμάτων τὰς θείας φωνὰς ἐκλαμβάνοντες· καὶ τὸ πρότερον λῆμμα διὰ τοῦ δευτέρου ἐξοστρακίζεται, καὶ πάλιν διὰ τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον· καὶ γὰρ εἰ πᾶν ποίημα ἐνδεές ἐστι τοῦ ποιήσαντος διὰ τὸ πρῶτον ἀξίωμα· ὁ δὲ ἐκ τοῦ γεννήτορος Λόγος, ἐκ τῶν ποιημάτων τὸν ποιητὴν πρότερον κατασυλλογίζεται, ἐνδεές τέ ἐστι καὶ οὐκ ἐνδεὲς, καὶ ταυτὸν οὐ ταυτὸν πᾶν ποίημα τοῦ ποιήσαντος, ὅπερ ἀδύνατον.

manifestum. Potentia omnis propter aliquid est : nam si propter aliquid non sit, vana est ; nihil porro vanum Deus facit neque natura. Est ergo propter aliquid. Si ergo potentia propter aliquid est, patet quod etiam posse ; omne autem quod facere aliquid potest, re quoque vera faciet, nisi aliquid obstiterit. Si ergo in nobis est insita potentia liberos gignendi, prohibemur autem, constat quod aliquid nos impediat. Atqui Deo nihil resistit aut obstat : constat ergo generationem quoque ei esse connaturalem : quod si connaturalis, simultanea quoque est ; quod si simultanea, jam non est prior nec posterior : unde constat prius et posterius in Deo non usuvenire. « Omnis genitor prior est proprio genimine. » Undenam principia, o sodes, sumpsisti ? Nam qui nihil esse commune Creatori cum creaturis credunt, errant dum eodem sensu et de Deo et de creaturis divina vocabula sumunt ; et prius lemma a secundo excluditur ; vicissimque a priore secundum. Etenim si omnis factura inferior est factore, propter prioratus dignitatem ; quod autem est ex genitore Verbum, ex facturis factorem arguit esse prius ; illud quidem et inferius erit et non inferius, idem et non idem, quod est impossibile.

ε'. Εἴδωμεν δὲ καὶ τὸ ἐπιφερόμενον· ἔχει δὲ καὶ οὕτως· « Ἐπειδὴ ἐὰν ἡγῆσαι μίαν ἀρχὴν ἀμφοτέρους, τοῦ τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀπόλλυται ἡ τάξις τῆς σχέσεως ἡ οὖσα ἐκ τοῦ γεννήτορος πρὸς τὸ γέννημα· καὶ καταναγκάζεται ἡ κλῆσις τῶν ἀμφοτέρων χωρισθῆναι τοῦ γεγεννηκότος καὶ γεννήματος, τοῦ προϋπάρχοντος καὶ μεταγενεστέρου. » Ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων, ὦ φίλος, ἐξειπὼν τὸ ἀπόρρητον· εἰ μὲν γὰρ ἑώρων τὸ παρὰ σοῦ προτεθὲν λημμάτιον τὸ λέγον, « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, » ἐπὶ Θεοῦ χώραν ἔχον, τάχα ἂν καὶ μὴ θέλων τῇ ἀληθείᾳ συνεφελκόμενος, καὶ τὸ δεύτερον ὡμολόγουν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἕωλον καὶ πάντη ψευδὲς ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἀλλότριον ὁ λόγος ἔδειξεν, οὗ με λόγος καταναγκάσει καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τιθέναι· καὶ γὰρ ἐὰν δύο τινὰ ὦσι, καὶ τὸ μὲν ἐν τάξει ἡγουμένου εἴληπται, τὸ δὲ ἐν τῇ τοῦ ἑπόμενου, δῆλον ὅτι τοῦ ἡγουμένου ὁμολογηθέντος, καὶ τὸ ἑπόμενον ἕψεται· οὐχ ἕψεται δὲ, τοῦ ἡγουμένου μηδαμῶς ὁμολογηθέντος· τοῦτο δὲ δῆλον ὧδε· Ἔστω ἄνθρωπος καὶ ζῶον· καὶ τὸ μὲν *ἄνθρωπος* εἰλήφθω ἡγούμενος, τὸ δὲ ζῶον ἑπόμενον· φανερὸν τοῦ ἀνθρώπου τιθεμένου, καὶ τὸ ζῶον ἐξ ἀνάγκης ἕψεται· οὐχ ἕψεται δὲ, μὴ τιθεμένου ἐκείνου· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ σοῦ δραματουργηθέν· διὸ εἰ μὲν χώραν ἐπὶ Θεοῦ εἶχεν τὸ, « Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, » ἡμῶν ὁμολογούντων τὸ συναΐδιον ἔχειν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, φανερὸν ὅτι κατηναγκάζετο ἡ κλῆσις ἐξ ἀλλήλων χωρισθῆναι· ἐπεὶ δὲ τὸ πρότερον οὐκ ἀληθὲς, οὐδὲ τὸ δεύτερον· καὶ οὕτως ἠλίθιον ἀνέφανεν τὸ παρὰ σοῦ λεχθέν.

5. Videamus jam quod ibi additur, ita enim se habet : « Quia si putes unum esse principium amborum, Patris videlicet atque Filii, perit relationis ordo, quæ intercedit inter genitorem et genitum : cogiturque amborum appellatio sejungi a gignente et a genito, a præexsistente et posteriore. » Liberasti me negotio, o sodes, arcanum enarrans. Nam si mihi persuasissem a te dictam sententiam quæ ait : « Omnis genitor prior est proprio genimine, » in Deo usuvenire, fortasse etiamsi invitus, veritate compulsus, secundam hanc quoque confiterer. Sed quia illam futilem esse atque omnino falsam a Deoque alienam sermo noster demonstravit, me certe ratiocinium non coget subjunctam sententiam pensi habere. Nam si duo forte sint, quorum unum præcedentis loco habeatur, alterum vero subsequentis, patet præcedente concesso, sequens quoque concessum iri : non tamen concedetur, si præcedens nullo modo admittatur. Hoc autem sic explanatur. Esto homo atque animal : et *homo* quidem sit instar præcedentis, animal subsequentis : constat homine supposito, animal quoque necessario subsecuturum : haud sequetur autem, homine non supposito. Tale est objectum a te argumentum. Quamobrem si in Deo usuveniret propositio : « Omnis genitor prior est proprio genimine, » confitentibus nobis coæternos esse Patrem ac Filium, patet mutuam appellationem necessario ex utroque fore sejungendam. Sed quia prior propositio vera non est, ne altera quidem. Atque ita futile apparet prolatum a te argumentum.

ς'. Καὶ ἄλλως· Εἰ διὰ τὴν συναϊδιότητα τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φῂς τὰς σχέσεις κεχωρίσθαι, καταναγκάσει μᾶλλον ὁ λόγος διὰ τὴν σχέσιν

6. Item aliter : Si propterea quod coæterni sunt Pater ac Filius, ais necessario relationes eorum fore sejungendas, imo coget potius ratiocinium

Digitized by Google

nostrum propter relationem, coæternitatem quoque inducere. Atque hoc ita ostenditur. *Genitoris* nomen cum sit ex iis quæ sunt ad aliquid, ad filium habet relationem. Quæ autem sunt ad aliquid, simultanea naturæ sunt : quæ autem simultanea naturæ sunt, et sunt et item non sunt. Concluditur ergo, propter relationem simultanea esse; quod verum est. Et cur tu, o sodes, contrarium inducis? qui propter coæternitatem, videris nobis eripere paternitatis ac filietatis relationem : propter relationem autem gignentis et geniti, videris perimere coæternitatem et consubstantialitatem. Item aliter : Si *genitoris* nomen, exsistentiam simul tribuit; quæ autem simultanea exsistentiæ a te accipiuntur, relationem perimunt, quæ intercedit inter genitorem et genitum; concluditur utique genitoris nomen, et genitum, invicem referentia, non esse relativa; quod est absurdum.

7. Pergis vero dicere sic : « Quia si existimes unum principium amborum, Patris atque Filii. » Miror, o sodes, quodnam tu velis principium in Deo ponere. Principium multifariam dicitur : aliud est enim effectivum, veluti est architectus ædificiorum : aliud materiale, veluti tabulæ navis : aliud formale, veluti statuæ schema : aliud finale, veluti navis ad victualium deportationem : aliud instrumentale, ut fabri murarii ascia : aliud exemplare, veluti prototypum facti operis : aliud temporale, velut res factæ quæ in tempore fiunt et sunt : aliud causale tantummodo, veluti Seth ex principio quodam et causa ortus est, ex Adamo scilicet. Nunc si tanquam ex principio quodam, ceu causa, dicis Patris ac Filii unum principium, jam neque alterum genitorem, neque alterum esse genitum retinebis. Nam cujusnam genitor sit, si tanquam ex alio principio et causa Patrem ac Filium dicas ortos? Certe principium non dices effectivum; nam si hoc concedas, erit Dei Deus, et rursus hujus alius Deus, et hoc in infinitum. Neque principium dices materiale; non enim est Deus compositus et materialis. Sed neque formale principium; nam quodnam habere potuerunt formale principium Pater ac Filius? præterquam quod compositionem non vitarent. Neque denique finale, etenim nulla ex causa Deus provenit. Superest tibi temporale esse principium Patris ac Filii. Quod si ita est, ipsis quidem fieri contingit, et corrumpi, et alia innumera. Nam quæ in tempore, talia sunt. Constat, non posse in Deo principium antiquius inveniri. Et quomodo, o sodes, ita a nobis existimari præsumens, paralogismum contexis? Vere demonstratum tibi fuit id esse stolidum.

8. Sed videamus etiam quid paulo infra scribas : « Deus omnia sapientia sua gubernavit. » Concedo hoc libenter admodum : etenim enhypostatica sapientia sua, quam sermo noster perspicue demon-

A καὶ τὸ συναΐδιον εἰσάγεσθαι · καὶ τοῦτο δῆλον ὧδε · Τὸ *γεννήτωρ* ὄνομα τῶν πρός τι ὄν, πρὸς υἱὸν ἔχει τὴν ἀναφοράν · τὰ δὲ πρός τι, ἅμα τῇ φύσει · τὰ δὲ ἅμα τῇ φύσει, ὁμοῦ τέ εἰσι καὶ οὐκ εἰσί · συνάγεται ἄρα διὰ τὴν σχέσιν ἅμα εἶναι · ὅπερ ἐστὶν ἀληθές · καὶ πῶς σὺ, ὦ φίλος, τὸ ἐναντίον εἰσάγεις, καὶ διὰ μὲν τὸ συναΐδιον, εἰς τὴν σχέσιν τῆς πατρότητος καὶ υἱότητος ἡμᾶς δοκεῖς παρακρούειν, διὰ δὲ τὴν σχέσιν τοῦ γεννήτορος καὶ γεννήματος, εἰς τὸ συναΐδιόν τε καὶ ὁμοούσιον; Καὶ ἄλλως · Εἰ τὸ *γεννήτωρ* ὄνομα τὴν τοῦ εἶναι ἅμα ὕπαρξιν δίδωσι, τὰ δὲ ἅμα τῇ ὑπάρξει κατὰ σὲ λαμβανόμενα, ἀπόλλυσι τὴν σχέσιν τὴν οὖσαν ἐκ τοῦ γεννήτορος πρὸς τὸ γέννημα, συνάγεται ἄρα, τὸ *γεννήτωρ* ὄνομα, καὶ τὸ γέννημα, ἐν σχέσει ὄντα, ἄσχετα εἶναι · ὅπερ ἐστὶν
B ἄτοπον.

ζ'. Ἐπιφέρεις δὲ πάλιν οὕτως · « Ἐπειδὴ ἐὰν ἠγῆσαι μίαν ἀρχὴν ἀμφοτέροις τοῦ τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, » Θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται, ὦ φίλος, ὁποίαν ἄρα βούλῃ ἀρχὴν ἐπὶ Θεοῦ τιθέναι · τῆς γὰρ ἀρχῆς πολλαχῶς λεγομένης, τῆς μὲν ὡς ποιητικῆς, οἷον ὁ τέκτων τῶν οἰκημάτων · τῆς δὲ ὡς ὑλικῆς, οἷον αἱ σανίδες τοῦ πλοίου · τῆς δὲ ὡς εἰδικῆς [*cod.* ἰδικῆς. *Sic et infra*], οἷον τοῦ ἀνδριάντος τὸ σχῆμα · τῆς δὲ ὡς τελικῆς, οἷον τὸ πλοῖον πρὸς ἀγωγὴν τῶν χρειῶν · τῆς δὲ ὡς ὀργανικῆς, οἷον τέκτονος τὸ σκέπαρνον · τῆς δὲ ὡς παραδειγματικῆς, καθάπερ τὸ πρωτότυπον τοῦ παραγώγου · τῆς δὲ ὡς χρονικῆς, καθάπερ
C τὰ γινόμενα ἐν χρόνῳ γίνονται καὶ εἰσί · τῆς δὲ ὡς αἰτίας καὶ μόνης, καθὰ ὁ Σὴθ ἐξ ἀρχῆς τινος καὶ αἰτίας ἀνέφυ τοῦ Ἀδάμ · εἰ μὲν γὰρ ὡς ἐξ ἀρχῆς τινος ὡς αἰτίας φῂς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ μίαν ἀρχὴν εἶναι, οὐκέτι τὸν μὲν γεννήτορα, τὸν δὲ γέννημα φυλάξεις. Τίνος γὰρ ἂν καὶ εἴη γεννήτωρ, ἐπ' ἂν ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς τε καὶ αἰτίας τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν φῂς ἀναφύναι; οὐδ' αὐτὴν ὡς ποιητικήν · εἰ γὰρ τοῦτο δῷς, ἔσται τοῦ Θεοῦ Θεὸς, καὶ πάλιν τούτου ἄλλος, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον · οὐδ' αὐτὴν ὡς ὑλικήν · οὐ γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς σύνθετός τε καὶ ἔνυλος· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν ὡς εἰδικήν · τίνα γὰρ καὶ ἔχοιεν εἰδικὴν ἀρχὴν ὁ Πατὴρ καὶ Υἱός; καὶ οὕτως τὴν σύνθεσιν οὐκ ἐκφεύξονται · οὐδ' αὐτὴν ὡς τελικήν,
D ἀναίτιος γὰρ ὁ Θεός · λείπεται κατὰ σὲ τὴν χρονικὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ · εἰ δὲ τοῦτο, καὶ γίνεσθαι ἂν αὐτοὺς συμβαίνει, καὶ φθείρεσθαι, καὶ ἄλλα μυρία · τὰ γὰρ ἐν χρόνῳ τοιαῦτα · φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπὶ Θεοῦ ἀρχὴν ἀνωτέραν εὑρεῖν καὶ πῶς, ὦ φίλος, ὡς ἡγεῖσθαι λαβὼν τὸν παραλογισμὸν, συῤῥάπτεις; Καὶ οὕτω δέδεικται καὶ τοῦτό σοι ἠλίθιον.

η'. Ἀλλ' ἴδωμεν τί καὶ μετὰ βραχέα γράφεις · « Ὁ δὲ Θεὸς τὸ πᾶν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ ἐκυβέρνησε. » Σύμφημι κἀγὼ καὶ μάλα ἡδέως· τῇ μὲν γὰρ ἐνυποστάτῳ (1) αὐτοῦ σοφίᾳ, ἣν ὁ λόγος δύναμιν τὴν

(1) Enhypostatum sic definit S. Maximus opusc. theol. t. II, p. 79 : Ἐνυπόστατον, τὸ κατὰ τὴν οὐσίαν κοινὸν, ἤγουν τὸ εἶδος, τὸ ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἀτόμοις πραγματικῶς ὑφιστάμενον, καὶ οὐκ ἐπινοίᾳ

Digitized by Google

αὐτὴν καὶ Λόγον καὶ Υἱὸν τρανῶς ἔδειξε, τὸ πᾶν A stravit Verbum esse ac Filium, omnia constituit, manifestavitque operibus facturam suam, et quod Deus unus sit super omnia supersubstantialis, sicuti quidam de theologis nostris consonanter his dixit : *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque ejus deitas*[48], et his consentanea. Quamobrem velis nolis confessionibus nostris consenties. Aliquantum vero progressus ad Dei unitatem et supersubstantialitatem, sic ais : « Quia si societatem aliquam sui regni haberet, contrarietatem quoque experturus esset. Vel certe esset adjutoris indigus ad creati ab se mundi administrationem. » Miror hæc a te scribi : nullam enim necessitatem video inducendi vel socios aliquos regni, vel adjutorii indigentiam ad mundi administrationem, vel quidquid his tu subjungis. Cum enim nos confiteamur Deum Patrem habere Filium suum prorsus sibi similem, excepta generatione ejusque negatione; neque tamen societatem ullam prorsus dicamus Patris ac Filii; haud video cur nobis fucum facere velis. Sane tuis ipsis pennis caperis. Est autem sophisma tuum hujusmodi : Si duo sint, et unum quidem generalius, aliud partiale, veluti est pluere, et terram madefieri : nam pluere minus est, quam terram madefieri : non enim convertitur; quod si est, patet alterum quoque fore, id est, pluere et madefieri. Deinde si alterum est, dicet aliquis alterum quoque fore, paralogismumque facit, ita appellatum quia non convertitur etiam subsequens.

συνεστήσατο, καὶ ἐφανέρωσεν ἐν τοῖς ἔργοις τὴν ἑαυτοῦ ποίησιν· καὶ ὅτι ἔστι Θεὸς εἷς ἐπὶ πάντων ὑπερούσιος καθ' ἃ πού τις τῶν παρ' ἡμῖν θεολόγων συνῳδὰ τούτοις ἔφη· « *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ θειότης·* » καὶ τὰ τούτοις σύστοιχα· διὸ κἂν μὴ θέλῃς, ταῖς ἡμετέραις ὁμολογίαις συνᾴδῃς· παρακατιὼν δὲ μικρὸν εἰς τὴν μοναρχίαν τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπερουσιότητα, γράφεις οὕτως· « Διότι ἐὰν εἶχε κοινωνὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν, ἔμελλε δέχεσθαι ἐναντίωσιν, ἢ ἐνδεὴς εἶχεν εἶναι ὑπουργοῦ τοῦ διοικεῖν τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ. » Θαυμάζειν μοι ἔπεισι τοιαῦτα γράφοντός σου· οὐδὲ γὰρ συνορῶ ἐπὶ Θεοῦ τίς ἡ ἀνάγκη, ἢ κοινωνούς τινας τῆς βασιλείας, ἢ ἔνδειαν ὑπουργίας B τοῦ διοικεῖν τὸν ἑαυτοῦ κόσμον εἰσάγεσθαι· καὶ ὅσα τούτοις ἐπιφέρεις· τὸν γὰρ Θεὸν καὶ Πατέρα τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν κατὰ πάντα ὅμοιον ἔχοντα, πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως· ἡμῶν δὲ μηδ' ὅλως τὸ κοινωνὸν ὁμολογούντων ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἡμᾶς παραλογίζῃ ἢ σεαυτὸν καὶ τοῖς ἑαυτοῦ πτεροῖς ἁλίσκῃ· ἔστι δὲ τὸ παρὰ σοῦ σόφισμα τοιοῦτον· Ἐὰν δύο τινὰ ὦσι, καὶ τὸ μὲν καθολικώτερον, τὸ δὲ ἐπὶ μέρους, οἷον τό τε ὗειν, καὶ τὸ βεβρέχθαι τὴν γῆν· τὸ μὲν γὰρ ὗειν, ἐπέλαττόν ἐστι τοῦ βεβρέχθαι· οὐ γὰρ ἀντιστρέφει· τούτου δὲ ὄντος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ λοιπὸν ἔσται, οἷον τὸ ὗειν καὶ τὸ βεβρέχθαι· εἶτα τοῦ λοιποῦ ὄντος, φήσει τις καὶ τὸ λοιπὸν εἶναι· τὸν παραλογισμὸν ποιεῖ οὕτω καλούμενον παρὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφον, καὶ τὸ ἑπόμενον. C

θ'. Τοιοῦτόν τι καὶ σὺ ἐν τοῖς παρὰ σοῦ γραφεῖσι πεποίηκας· δύο γὰρ ὄντων, κοινόν τε καὶ κοινωνός· καὶ τὸ μὲν ἐπιπλέον, οἷον τὸ κοινόν· τὸ δὲ ἐπέλαττον, οἷον τὸ *κοινωνός*· ὁ μὲν γὰρ κοινωνὸς οὗ λέγεται κοινωνὸς, ὡς κοινόν τι ἔχων λέγεται κοινωνός· οὐκ εἴ τι δὲ κοινόν τι ἔχων μεθ' ἑτέρου, ἀνάγκη καὶ κοινωνὸν αὐτοῦ λέγεσθαι· λίθος γὰρ λίθῳ οὐ λέγεται κοινωνὸς, ἐπεὶ κοινὴ ἀμφοτέρων ἡ οὐσία· ὡσαύτως δὲ καὶ ἵππος ἵππῳ, κοινὴν καὶ μίαν οὐσίαν ἔχοντες, οὐ λέγονται κοινωνοί· εἰ οὖν τὸ κοινὸν ἐπιπλέον, τὸ δὲ *κοινωνὸς* ἐπέλαττον· ἡμῶν δὲ λεγόντων κοινὴν καὶ ἀμέριστον ἔχειν τὸν Πατέρα τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱόν, αὐτὸς μεταφέρων γράφεις· « Εἰ κοινὴ βασιλεία καὶ ἐξουσία πρὸς Υἱόν, πάντως καὶ D κοινωνὸς ἔσται ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς τῆς αὐτοῦ βασιλείας· » καὶ παραλογίζῃ μᾶλλον ἢπερ ἡμᾶς, ποιῶν τὸν παραλογισμὸν παρὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφον καλούμενον· καὶ τοῦτο ποιῶν δοκεῖς μᾶλλον ἀγνοεῖν τὸ *κοινωνὸς* ὄνομα ἐπὶ τίνων εἰκότως καὶ ἔστι καὶ κυρίως λέγεται, καὶ διὰ τοῦτο κακῶς ἐπὶ Θεοῦ μεταφέρεις· τὸ γὰρ *κοινωνὸς* ὄνομα οὐκ ἐπ' ἄλλου δοκεῖ τίθεσθαι, ἀλλ' οἷς ἰδιαζόντως καὶ ἀποτετμημένως ἑνὸς ἑκάστου τὸ ἔργον ἀποτελεῖται, καὶ κατὰ σύμβασιν προαιρετικὴν, καὶ συμπεισθισμὸν ἐν ταυτῷ πρά-

9. Tale quid tu quoque fecisti in scripto tuo. Nam cum duo sint, commune et communicans; et illud quidem amplius, id est, commune; hoc autem restrictius, id est, *communicans* : etenim qui communicat dicitur communicans, quatenus commune aliquid habet : nequaquam autem eum qui commune aliquid habet cum alio, necesse est communicantem eidem dicere : nam lapis non dicitur lapidi communicans, quia communis est utriusque substantia : similiter equus equo, qui communem unamque substantiam habent, non dicuntur communicantes : si ergo commune, plus est; *communicans* autem minus : nobis vero dicentibus commune et indivisibile habere Patrem regnum suum cum proprio Filio, tu inverso sermone scribis : « Si commune est regnum et potestas cum Filio, prorsus et communicans erit Filius regno Patris sui : » tibique illudis potius quam nobis, paralogismum faciens in eo quod non alternat : idque faciens, videris potius ignorare, vocabulum *communicans* de quibusnam recte proprieque dicatur : ac propterea male ad Deum transfers : nam vocabulum *communicans* de alio nullo poni videtur, quam de iis quorum proprie præciseque uniuscujusque opus

[48] Rom. 1, 20.

ψιλῇ θεωρούμενον. *Enhypostatum, quod commune secundum substantiam est; videlicet species quæ in individuis, quæ sub ipsa sunt, realiter subsistit, nec nudo tantum mentis cogitatu consideratur.*

Digitized by Google

perficitur, cum ex conventione prævia et soliditate in eodem negotio, duo vel tres aut plures, ad idem negotium concurrunt. Veluti si quis rhetoricam artem prius per se ipsum tantummodo exerceat, deinde aliquis alius ad eum accedat, et mox conventione prævia et consensu, ad rhetoricam professionem concorditer concurrant; tunc ambo dicentur hac in re communicantes. Verum enimvero iis, quorum opera, voluntas, deliberatio, operatio, et concordia inseparabilis suapte natura est, quomodo communicantis vocabulum congruet? Minime prorsus. Quare cum Patrem dicimus aliquid facere, Filium quoque et Spiritum sanctum inseparabiliter simul facere dicimus : et unius operatio, a tribus non est sejuncta : omnisque operatio quæ divinitus provenit, et multimodis denominatur, a Patre proficiscitur, et per Filium pergit, et in Spiritu sancto perficitur. Propterea æquum non est, vocabulum communicantis in sancta Trinitate adhibere.

10. Tu vero post vocabulum *communicans* pergis dicere, « fore ut Deus contrarietatem et seditionem experiretur. » O verborum tuorum stoliditas! Si certe vocabulo *communicans* apud Deum locus esset, fortasse et contrarietas et seditio comperiretur. Sed quia illud non conceditur, nec hoc quidem concedetur. Atque ita invitus ex iis quæ adjunxisti, propositionem evidentem nobis effecisti, quomodo proprie dicatur. Nam si vocabulum *communicans* de aliquo prædicatum, contrarietas et seditio subsequitur, planum erit, quod *communicans* vocabulum iis congruet qui prævia conventione et consensu rem gerunt : unde seditio etiam et contrarietas confit. His quippe tantum usuvenit seditio et contrarietas, propter voluntatis volubilitatem. Quibus autem immutabilis bonitas est, quomodo contrarietas et seditio incidet? Et paucis interjectis, ita scribis : « Vel certe esset adjutoris indigus ad creati ab se mundi administrationem. » Pecte, sodes, dixisti. Si enim vocabulum *communicans* de Filio prædicaretur, obnoxius utique esset, ut tu opinaris, contrarietati ac seditioni, et auxilio indigeret. Nunc quia illud futile et invalidum demonstratum fuit, constat quod et hæc similiter. Nam si positione alicujus, quædam ponuntur, sine dubio exstinctione illius, etiam alia exstinguuntur.

11. Insuper scriptum tuum hæc habet : « Et per sæculorum spatium, et ob mutuam contrarietatem, deleretur Dei dominatus una cum creaturis. Et alter alteri dominaretur, et cum creaturis compassio desineret. » Atqui hæc, o sodes, duorum principiorum et contrarietatis criminatio nobis non congruit; sed aliis a te intendi deberet, qui nempe duo principia et duos deos inducunt, bonum ac malum : et ab alio quidem dicunt hunc materialem mundum conditum et conservatum ac rectum; ab alio autem intellectualem : quam nos sententiam et odimus et toto animo aversamur; et eos, qui hanc fovent, capitali pœnæ subjicimus : vos vero

A γματι, δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ πλείονες τούτων εἰς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα συνέρχοιντο· οἷον ῥητορεύει τις καθ' ἑαυτὸν τὸ οἰκεῖον σπούδασμα ἐκτελῶν, ἐὰν ἄλλος τις πρὸς αὐτὸν ἀφίκοιτο καὶ κατὰ σύμβασιν προαιρετικὴν καὶ συμπειθισμὸν εἰς τὸ τῆς ῥητορείας ἔργον ὁμογνωμόνως συνέλθοιεν· λέγοιντο ἂν ἑκάτερος εἰς τοῦτο κοινωνοί· οἷς δὲ τὸ ἔργον καὶ ἡ θέλησις, βούλησίς τε καὶ ἐνέργεια καὶ ὁμόνοια ἀδιάστατος φυσικῶς ἐν αὐτοῖς πρόσεστι, πῶς ἂν καὶ χώραν ἔχοι τὸ τοῦ κοινωνοῦ ὄνομα; οὐ μὲν οὖν· διὸ τὸν Πατέρα λέγοντες ποιεῖν τι, καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀδιασπάστως ἅμα λέγομεν ποιεῖν· καὶ τοῦ ἑνὸς ἡ ἐνέργεια, τῶν τριῶν πώς ἐστι μὴ διαιρουμένη· καὶ γὰρ πᾶσα ἐνέργεια ἡ θεόθεν διήκουσα, καὶ κατὰ τὰς πολυτρόπους ἐννοίας ὀνομαζομένη, ἐκ Πατρὸς
B ἐφορμᾶται, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ πρόεισι, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ τελειοῦται· διά τοι τοῦτο, οὐ δίκαιόν ἐστι τὸ τοῦ κοινωνοῦ ὄνομα ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τίθεσθαι.

ι'. Ἐπιφέρεις δὲ εἰς τὸν *κοινωνὸν* γράφων οὕτως· « Ἔμελλε δέχεσθαι ἐναντίωσιν καὶ στάσιν. » Ὦ τῆς ἀποπληξίας τῶν σῶν ῥημάτων! Εἰ μὲν γὰρ τὸ *κοινωνὸς* ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ χώραν εἶχεν, ἴσως καὶ ἡ ἐναντίωσις καὶ στάσις εὑρίσκεται· ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐ δέδοται, οὐδὲ τὸ δι' ἐκείνου δοθήσεται· καὶ οὕτως ἄκων καὶ μὴ βουλόμενος ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου τὸ προτεθὲν δῆλον ἡμῖν παρέστησας, καθ' ὧν κυρίως λέγεται. Εἰ γὰρ τὸ *κοινωνὸς* ὄνομα τιθέμενον, τήν τε ἐναντίωσιν καὶ στάσιν ἀκολουθοῦσαν ἔχει, φανερὸν
C δήπουθεν, ὅτι *κοινωνὸς* ἐπὶ τῶν κατὰ σύμβασιν προαιρετικὴν καὶ συμπείθισμὸν προερχομένων χώραν ἔξει· ἐξ οὗ καὶ ἡ στάσις καὶ ἡ ἐναντίωσις ποτὲ ἐγγίνεται· τούτων γὰρ μόνων ἐστὶ τὴν στάσιν καὶ ἐναντίωσιν δέχεσθαι, διὰ τὸ εὐμετάβολον τῆς προαιρέσεως· οἷς δὲ ἀγαθότης ἄτρεπτός ἐστι, πῶς ἂν καὶ ἐναντίωσις καὶ στάσις συνεισφρήσεται; Καὶ μετὰ βραχέα γράφεις οὕτως· « Ἡ ἐνδεὴς εἶχεν εἶναι ὑπουργοῦ, τοῦ διοικεῖν τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ. » Καλῶς, ὦ φίλος, ἔφησθα· εἰ μὲν γὰρ τὸ *κοινωνὸς* ὄνομα ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ χώραν εἶχεν, ἔσχεν ἂν κατὰ σὲ καὶ τὸ τῆς ἐναντιώσεως καὶ στάσεως καὶ ἡ ἐνδεια τῆς ὑπουργίας· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνο δέδεικται ἕωλον καὶ ἀνίσχυρον, δῆλον ὅτι καὶ ταῦτα· καὶ γὰρ ἐὰν τῇ θέσει
D τινὸς τινὰ τίθενται, τῇ ἀναιρέσει τούτου δῆλον ὅτι συναναιρηται.

ια'. Ἔχει δὲ πάλιν τὸ σὸν γράμμα οὕτως· « Καὶ κατὰ τὴν ἐπέκτασιν τῶν αἰώνων, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα ἐναντίωσιν, ἠφανίζετο ἡ τούτου κυριότης μετὰ τῶν κτισμάτων, καὶ ἐκυρίευεν ὁ εἷς τοῦ ἑτέρου, καὶ ἐκόπτετο ἡ συμπάθεια τῶν ποιημάτων. » Τοῦτο οὖν, ὦ φίλος, τὸ τῶν δύο ἀρχῶν καὶ ἐναντιώσεως ἔγκλημα ἡμῖν οὐ πρόσεστιν, ἀλλ' ἄλλοις παρὰ σοῦ ἐγκαλεῖσθαι ὤφειλε, τοῖς καὶ δύο ἀρχὰς καὶ δύο θεοὺς εἰσάγουσιν, ἀγαθόν τε καὶ κακόν· καὶ τὸν μέν φασι τὸν αἰσθητὸν κόσμον δεδημιουργηκέναι καὶ συνέχειν καὶ κρατεῖν· τὸν δὲ, τὸν νοητόν· ἣν δόξαν ἡμεῖς καὶ μυσαττόμεθα καὶ λίαν ἀποστρεφόμεθα, καὶ τοὺς ταύτην σεμνύνοντας κεφαλικῇ τιμωρίᾳ καθ-

Digitized by Google

ὑποβάλλομεν (2)· ὑμεῖς δὲ καὶ προσίεσθε καὶ ἐπιθύπτετε· ἡμῖν γὰρ μία ἀρχὴ τὸ σεβαζόμενον ἐπεὶ καὶ εἷς θεὸς, κἂν ταῖς ἰδιότησιν εἴτ' οὖν ὑποστάσεσι τρία πιστεύηται· εἰ δέ σοι τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον καὶ τὴν φύσιν ἐννοεῖν δίδωσι, καὶ ὅσας τὰς ὑποστάσεις, τοσαύτας καὶ τὰς φύσεις εἰσάγεσθαι, ἀμαθαίνοντός ἐστι τοῦτο, ἥπερ εἰδότος· οὐ γὰρ ταυτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις· ἦν γὰρ ἂν οὐδὲν τῶν ὄντων ὁμοφυὲς, καὶ ταυτὸν κοινόν τι καὶ ἴδιον χρῆμα· ὅπερ οὐχ εὕρηται. A illis favetis atque blandimini. A nobis autem unum principium religioso cultu colitur, quia et unus Deus est, quanquam proprietatibus, sive personis, trinus creditur. Quod si tibi personarum diversitas differentem quoque naturam reputare suggerit, et quot sunt personæ, totidem quoque naturas inducere; hoc indocti potius ingenii est quam eruditi: non enim idem est natura et persona: alioqui nihil in rebus exsistentibus homogeneum esset, idemque esset commune et proprium negotium, quod non usuvenit.

ιβ'. Καὶ ἄλλως· Εἰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον καὶ φύσιν εἰσάγεσθαι δίδωσιν, ἀνάγκη τὸ μὴ διάφορον τῶν φύσεων, μηδὲ διάφορον καὶ τῇ ὑποστάσει καθίστασθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι τὰ ταυτὰ τῇ φύσει, ταυτὰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν. Ἔσται ἄρα Παῦλος καὶ Πέτρος ταυτοὶ ὄντες τῇ φύσει καὶ ἀδιάφοροι· καὶ τῇ ὑποστάσει ταυτοὶ, ὅπερ ἐστὶ γελοῖον· ἔστι γάρ σου τὸ σόφισμα παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν οὕτω καλούμενον. Τοῦ γὰρ ἑνὸς πολλαχῶς λεγομένου, ὡς αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἐκδιδάσκουσιν, ἢ γένει, ἢ εἴδει, ἢ ἀριθμῷ, ἢ ἀναλογίᾳ, δῆλον ὅτι καὶ τὸ *πολλά*· ὁσαχῶς γὰρ τὸ προκείμενον [*cod.* ἀντικ.], τοσαυταχῶς καὶ τὸ ἀντικείμενον ἔχει· τοῦτο γὰρ δεδιδάγμεθα· ἡμῶν δὲ ταῖς ὑποστάσεσι τὰ τρία διδόντων, σὺ δὲ καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον εἰσάγεις· ταῦτα δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· καὶ γὰρ ἡ ἐνάργεια τῶν πραγμάτων δῆλη, καὶ αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσι· καὶ οὕτως σοι πᾶσαι αἱ διαβολαὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως ἕωλοι καὶ ἀπίθανοι καὶ ψευδεῖς ἀποδεδειγμέναι εἰσί· καὶ τῶν διαβολῶν δηλονότι ἀναιρεθεισῶν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα συνέψεται. Καὶ ταῦτα πέρα τοῦ μέτρου, ἐπεὶ καὶ πόρος λόγου πολέμιος ἀκοαῖς· διὸ ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα τοῖς θέλουσι μικρῶς πως συνορᾶν, καὶ τῇ παραθέσει τῶν κρειττόνων, τὸ ἀληθὲς διώκειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἀπωθεῖσθαι· διὸ καὶ μέχρι τούτων τὸν λόγον στήσω (3). B C

12. Item aliter. Si quis a personarum diversitate diversitatem quoque naturæ induci concedat, necesse est quod naturaliter non differt, ne personaliter quidem differre. Consequitur ergo, ut quæ sunt naturaliter eadem, personaliter quoque sint. Erunt itaque Paulus et Petrus idem naturaliter et non differentes, simulque eadem persona, quod est ridiculum. Est enim sophisma tuum per homonymiam ita vocatum. Nam quum *unum* multipliciter dicatur, ceu logicæ regulæ docent, vel genere, vel specie, vel numero, vel analogia; patet quod perinde etiam *plura*. Nam quot modis proponitur, totidem opponitur; ita enim edocti fuimus. Nobis autem personarum trinitatem agnoscentibus, tu naturarum quoque diversitatem oggeris. Sed res non ita se habet, quod et rerum evidentia palam facit, et disciplinæ tradunt. Atque ita omnes tuæ adversus fidem nostram accusationes, futiles, incredibiles mendacesque demonstratæ fuerunt. Porro accusationibus cunctis peremptis, reliqua tibi omnia subsequentur. Sed jam præter justum modulum excurrimus; namque et sermonis satietatem aures oderunt. Quare hæc sufficiant iis qui parumper voluerint considerare, et comparativo meliorum delectu veritatem sequi, ac falsitatem repellere. Quamobrem finem hic dicendi faciam.

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΙΚΗΤΑ

Ἀντίῤῥησις καὶ ἀνατροπὴ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῆς σταλείσης παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως.

EJUSDEM NICETÆ

Confutatio et eversio secundæ epistolæ ab Agarenis missæ ad Michaelem imperatorem Theophili filium, ob accusandam Christianorum fidem.

—

α. Ἠβουλόμην, ὦ φίλος, τὸν περὶ πίστεως ἡμῶν, τοῦ Χριστιανικοῦ, λέγω, δόγματος, λόγον, ἀληθῆ πρῶτον ταῖς ἀποδεικτικαῖς ἀνάγκαις καθυποβάλλειν, καὶ ὡς οἷόν τέ ἐστιν ἐκ τῶν φυσικῶν λογισμῶν βέβαιόν τε τοῦτον καὶ ἀτρεκέστατον παριστᾷν· ἔπειτα δὲ καὶ τὰ παρὰ σοῦ ἀλλοκότως ἐπὶ τῇ διαβολῇ τῆς καθ' ἡμᾶς θρησκείας γραφέντα διελέγχειν· τοῦτο γὰρ ἐξ ἅπαντος ὁ ἀντιλογικὸς λόγος ἀπαιτεῖ. D

1. Voluissem, o sodes, veram de fide nostra, id est, de Christiano dogmate, doctrinam primo demonstrativis argumentis supponere, et prout fieri poterat, naturalibus ratiociniis firmare hanc, et certissimam præstare: deinde tua quoque ob eam accusandam absurda argumenta refutare. Ita enim prorsus antirrheticus sermo postulat. Nunc quoniam adversus alteram epistolam tuam, dogma

(2) Dicit pœnam capitalem adversus Manichæos legibus principum decretam, de qua dixi in adn. ad Petrum Siculum.

(3) Eadem hac utitur clausula noster Nicetas, non hic solum et in secunda epistola, verum etiam in illo suo, quem Allatius edidit adversus Armenios tractatu, ut jam in prævio Monito dixi.

Digitized by Google

nostrum, ut par erat, validis demonstrationibus magnopere tractatum fuit, et evidenti conclusione stabilitum ; ne nunc forte videamur torpere in scribendo ad te, si tantum adversus illa argumenta quæ ad nostræ irreprehensibilis fidei eversionem tu in litteris tuis misisti, responsionem fecerimus ; ideo nunc ventilabimus, num tuæ contra fidem nostram accusationes et reliquæ contradictiones, recte collineent. Sic autem se habet scriptum tuum : « Deus est unus, neminem habens communicantem potestati suæ : et quia communicantem non habet, ideo ne filium quidem habet. » Miror equidem talia a te scribi : neque enim video, quænam sit necessitas communicantem veluti Deo Patri aut regni adjutorem Filium constituere, et hujusce generis alia a te sæpe proposita. Etenim cum Deus Pater Filium suum per omnia similem habeat, excepta innativitate et nativitate ; cumque nos confiteamur non esse Filium Patri communicantem, nescio quomodo nos fallere velis ; vel tu ipse propriis pennis capiaris. Est enim sophisma tuum hujusmodi : Si duo quædam sint, et unum pluris sit, aliud minoris, velut homo et animal ; namque homo minoris est, quam animal ; quia vicissim non alternat : animal autem pluris est ; his ita se habentibus, veluti si homo est, animal quoque est ; non autem, si animal est, homo quoque est ; si animali existente, dicat aliquis hominem quoque esse ; hic paralogismum facit, quia ista non alternant, neque invicem consequuntur.

A Ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς τὴν ἑτέραν ἐπιστολήν σου τὸ οἰκεῖον δόγμα ἡμῶν, ὡς εἰκὸς ἦν, ταῖς ἀποδείξεσι κατασκευαστικῶς προσάγεσθαι μεγάλως τε πεπραγμάτευται (4), καὶ σαφῶς ἐξήνυσται, ἵνα μὴ δόξωμεν νυνὶ παρέλκειν ἐν τῷ γράφειν σοι, μόνον ἀπὸ τῶν σταλέντων ἡμῖν ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀμώμου πίστεως, τὰς ἀντιῤῥήσεις ποιησόμεθα· διὸ καὶ εἰ εὐθυβόλως αἵ τε τῆς πίστεως ἡμῶν διαβολαὶ, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀντιῤῥήσεις σου ἔχουσιν, ὧδε ἐπισκεψώμεθα· ἔχει δὲ τὸ σὸν γράμμα οὕτως· « Θεός ἐστιν εἷς, κοινωνὸν μὴ ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας· καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν κοινωνὸν, οὐκ ἔσχεν οὐδὲ παῖδα. » Θαυμάζειν μοι ἔπεισι τοιαῦτα γράφοντός σου· οὐδὲ γὰρ συνορῶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τίς ἡ ἀνάγκη ὡς κοινωνόν τινα, ἢ ὡς συνεργὸν τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας B τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν εἰσάγεσθαι, καὶ ὅσα τοιαυτότροπα πολλάκις γράφεις· τὸν γὰρ Θεὸν καὶ Πατέρα τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν κατὰ πάντα ὅμοιον ἔχοντα, πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως, ἡμῶν δὲ μηδ' ὅλως ὁμολογούντων κοινωνὸν ὄντα τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἡμᾶς παραλογίζῃ, ἢ σεαυτὸν τοῖς ἑαυτοῦ πτεροῖς ἁλίσκῃ· ἔστι γάρ σου σόφισμα τοιοῦτον· Ἐὰν δύο τινὰ ὦσι, καὶ τὸ μὲν ἐπιπλέον, τὸ δὲ ἐπέλαττον, οἷον ὅ τε ἄνθρωπος καὶ ζῶον· ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἐπέλαττόν ἐστι τοῦ ζώου· οὐδὲ γὰρ ἀντιστρέφει· τὸ δὲ ζῶον ἐπιπλέον· τούτου δὲ ὄντος, οἷον τοῦ ἀνθρώπου, δῆλον καὶ τὸ ζῶόν ἐστιν· οὐ μὴν τοῦ ζώου ὄντος, καὶ ὁ ἄνθρωπος· εἶτα τοῦ ζώου ὄντος, φήσειέν τις καὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι, τὸν παραλογισμὸν ποιεῖ, παρὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφον, καὶ τὸ ἑπόμενον οὕτω καλούμενον.

C

Hoc loco repetit Nicetas totum articulum nonum prioris epistolæ, nempe a verbis τοιοῦτόν τι *usque ad* ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τίθεσθαι. *Nos vero omittimus, ne actum agere videamur.*

2. Item aliter : « Deus unus est, non habens aliquem communicantem potestati suæ. » Quod Deus unus sit universalis, qui cunctis rebus et exsistentiam tribuit et rectum statum, neminemque habeat communicantem aut adjutorem, ut tu dicis, a nobis pariter in superioribus demonstratum fuit, atque ita confitemur et credimus. Quod autem ille quoque a nobis creditus Filius ac Deus verus, æque ac Deus Pater, Deus unus cum Patre ac Spiritu a nobis dicatur, non tanquam communicans Patri ac Spiritui ; neque tanquam unius principii, et unius Dei, qui in Patre et Filio et Spiritu sancto spectatur, et sit et a nobis inducatur, ita fit planum : Ille qui a nobis Dei Filius ac Deus verus dicitur, si est, ut tu ais, Deo communicans, id est, ei qui a nobis Deus ac Pater appellatur ; vel uni principio et uni Deo, qui in Patre et Filio et Spiritu sancto spectatur. Sed si quidem uni Deo qui in Patre et Filio ac Spiritu sancto spectatur ; demonstratum autem fuit a nobis in prioris epistolæ tuæ refutatione, unum esse Deum, unumque principium, cum Patre ac Spiritu sancto, Filium qui et ita est et a nobis bene Deus appellatur ; ergo ita contingit Fi-

β'. Καὶ ἄλλως· « Θεός ἐστιν εἷς, κοινωνὸν μὴ ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας. » Ὅτι μὲν εἷς Θεός ἐστιν ἐπὶ πάντων τοῖς οὖσιν ἅπασιν, τό τε ἁπλῶς εἶναι καὶ τὸ εὖ χαριζόμενος, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων τὸ παράπαν κοινωνὸν ἢ συνεργὸν, ὡς σὺ φῂς, κεκτημένος, καὶ ἀνωτέρω παρ' ἡμῶν ἀποδέδεικται καὶ ὡμολόγηται καὶ πεπίστευται· ὅτι δὲ καὶ ὁ παρ' ἡμῶν Υἱὸς Θεοῦ πιστευόμενος, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς ὢν καὶ αὐτὸς, καθ' ἃ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ Θεὸς εἷς μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος παρ' ἡμῶν καλῶς θεολογούμενος, οὐχ ὡς κοινωνὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὔτε τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ D Πνεύματι θεωρουμένου, ἔστι καὶ παρ' ἡμῶν εἰσάγεται, ὧδε δῆλον· Ὁ παρ' ἡμῖν Υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς ἀληθινὸς θεολογούμενος, εἴπερ ἐστὶ κατὰ σὲ κοινωνὸς τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τοῦ παρ' ἡμῖν Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρεσβευομένου, ἢ τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι θεωρουμένου· ἀλλ' εἰ μὲν τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι θεωρουμένου, ἀποδέδεικται δὲ ἡμῖν ἐν τῇ ἀντιῤῥήσει τῆς προτέρας σου ἐπιστολῆς, ὅτι εἷς Θεὸς καὶ μία ἀρχὴ ὁ Υἱὸς μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἁγίου καὶ ἔστι καὶ παρ' ἡμῶν καλῶς θεο-

(4) Dicit illam Christianæ religionis demonstrationem, quam ipse repetiverat in priore epistola, sed nos utpote jam in superiore opere, hoc eodem volumine editam, necessario omisimus.

Digitized by Google

λογεῖται· εἰ δὲ τοῦτο, συμβαίνει ἂν ὁ Υἱὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ εἶναι κοινωνὸς, ὅπερ ἄτοπον· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ λέγεται εἶναι κοινωνόν· οὐκ ἄρα ὁ Υἱὸς τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι θεωρουμένου ἐστὶ κοινωνός· οὔτε μὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ μόνον ἔστιν υἱὸν εὑρεῖν τοῦ ἰδίου πατρὸς λεγόμενον κοινωνὸν, ἐν οἷς γνώμης παραλλαγὴ παρεισδύνεται, καὶ βουλήσεως ἑτερότης πάρεστιν, καὶ ἀπορία καλοῦσα πρὸς τὴν χρείαν, καὶ ἐνέργεια ἀποτετμημένη ἰδίως πρόσεστιν· οἷς δὲ γνώμη μία, καὶ βούλησις ἀεὶ ἀδιάκοπος, καὶ φύσεως ταυτότης, καὶ μία ἐξουσία, καὶ θέλησις ἄτρεπτος πάρεστι, πῶς ἂν ὁ *κοινωνὸς* εἰσφρήσεται; οὔκουν κοινωνὸν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, οἱ ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα θεολογοῦντες συνεισάγουσιν, εἰ καὶ κακῶς παρ' ὑμῶν [*cod.* ἡμῶν] ἐπιφημίζονται.

γ'. Καὶ ἄλλως· « Θεὸς εἷς ἐστι, κοινωνὸν μὴ ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας· καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν κοινωνὸν, οὐκ ἔσχεν οὐδὲ παῖδα. » Ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων ἐξειπὼν τὸ ἀπόῤῥητον· εἰ μὲν γὰρ ἐώρων τὸ *κοινωνὸς* ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως ἑπόμενον καὶ χώραν ἔχον, τάχα ἂν καὶ μὴ θέλων τῇ ἀληθείᾳ συνεφελκόμενος τῇ ἀναιρέσει τούτου, καὶ τὸ ἡγούμενον συνανῄρουν· τουτέστι τὸ ἐπὶ τὴν θεολογίαν τὸν Υἱὸν ἀποκηρύττεσθαι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἕωλον καὶ πάντη ψευδὲς, ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως, καὶ ἀνακόλουθον ὂν ὁ λόγος ἔδειξεν, οὗ με λόγος καταναγκάσει καὶ τὸ ἡγούμενον, τουτέστι τὸν Υἱὸν, ἐπὶ τῆς θεολογίας ἀπαρνεῖσθαι. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων, καὶ τούτων ἀναιρουμένων, δῆλον ὅτι καὶ τὰ ἡγούμενα συνανῄρηται· οὐ μὴν δὲ ἐπὶ τῶν ἥκιστα ἑπομένων, ὡς αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσι· διὸ ἦν τὸ παρὰ σοῦ συλλογιζόμενον δυνάμει τοιοῦτον· Εἰ ἔστιν Υἱὸς ἐπὶ τῆς θεολογίας πιστευόμενος, εὑρεθήσεται καὶ κοινωνὸν ὁ εἷς Θεὸς ἔχων· ἀλλὰ μὴν Θεὸς εἷς ἐστιν ἐπὶ πάντων κοινωνὸν οὐκ ἔχων· οὐκ ἄρα οὐδὲ Υἱὸς ἐπὶ τῆς θεολογίας εὕρηται. Καὶ πρῶτον μὲν, ὡς αἱ φιλοσοφικαὶ μέθοδοι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσι, τὸ ἑπόμενον ἔσφαλται. Ἀποδέδεικται γὰρ ὅτι οὐχ ἕπεται ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως τὸ κοινωνὸν λέγεσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρός· διά τοι τοῦτο καὶ ἀναπόδεικτος ὁ λόγος πρόεισιν· ἔπειτα μικρῶς πως τὴν καθ' ἡμᾶς θεολογίαν ἐπισκεψώμεθα, ὅπως εὐφωρατώτερον ἅπασι τὸ ἀδρανὲς ὂν καὶ ἀπίθανον τοῦ παρὰ σοῦ δογματιζομένου λόγου παραδείξωμεν.

δ'. Τὰ τοίνυν ἐπὶ τῆς θεολογίας παρ' ἡμῶν ἀληθῶς λεγόμενα, τὰ μὲν κοινῶς ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λέγεται, ὡς ἐπὶ μιᾶς οὐσίας ἤτοι θεότητος, καὶ ἑνὸς Θεοῦ ὄντος· οἷόν φημι τὸ *Θεὸς* ὄνομα, καὶ τὸ *Κύριος* καὶ τὸ *φιλάνθρωπος*, καὶ τὰ παραπλήσια, ἃ καὶ οὐ συναριθμεῖται διὰ τὸ ἐνιαίως λέγεσθαι, ὡς καὶ ἀποδέδεικται· τὰ δὲ ἰδίως, ἃ καὶ τῶν ὑποστάσεων πρώτως καὶ κυρίως εἰσίν· οἷόν φημι τὸ *Πατὴρ* καὶ τὸ *Υἱὸς* καὶ τὸ *Πνεῦμα τὸ ἅγιον*· ἃ καὶ διὰ τὸ ἰδίως λέγεσθαι, συναριθμεῖται· ἡ γὰρ συναρίθμησις, κυρίως τῶν ἰδίως λεγομένων ἐστὶν, οὐ τῶν κοινῶς, ὡς ἐν ἄλλοις δέδεικται· ἐνίοτε δὲ εὕρηται καὶ ἐπὶ δύο

A lium sibimet esse communicantem; quod est absurdum : nulla enim res exsistens dicitur sibimet ipsa communicare. Nequaquam igitur filius communicans est uni principio unique Deo qui in Patre et Filio et Spiritu sancto spectatur; neque item Deo Patri. Tunc enim tantummodo dicitur filius patri suo communicans, cum sententiæ aberratio subit, et consilii diversitas adest, cum dubitatio rei gerendæ, et operatio seorsum suscepta cernitur. Iis autem, quorum est una sententia, et deliberatio semper indivisa, et natura eadem, et potestas unica, et voluntas immutabilis, quomodo vocabulum *communicans* obrepet? Non ergo faciunt uni Deo communicantem, illi qui Filium ac Spiritum Deum esse theologice dicunt; etiamsi prave a B vobis ita diffamantur.

3. Item aliter : « Deus unus est, nullum habens potestati suæ communicantem, ergo ne filium quidem habet. » Liberasti me negotio, arcanum enarrans : nam si viderem vocabulum *communicans* in theologica generatione connexum et subsistens, fortasse quamquam invitus, veritate trahente, cum hujus vocabuli exstinctione, principale quoque de medio tollerem : id est Filium prædicari Deum non sinerem. Sed quia hoc futile omnino et falsum in theologica generatione minimeque consectaneum sermo noster ostendit, nullum me ratiocinium coget, rem principalem, id est Filium, C a Dei appellatione excludere. Nam in iis quæ necessario nexu cohærent, patet, his sublatis, principalia quoque perire : non ita tamen in iis usuvenire quæ minime mutuo cohærent, disciplinæ docent. Propterea syllogismi tui hæc vis erat : Si Filii divinitas creditur, comperiemus unum Deum habere aliquem sibi communicantem : atqui unus est universalis Deus, nullum habens communicantem : nequaquam itaque Filius in theologia invenitur. Et primum quidem, prout nos philosophicæ regulæ docent, quod subsequens est evertitur. Demonstratum enim fuit, non esse consequens in theologica generatione, communicantem dici Filium Patri. Propterea absque demonstratione assertio illa est. Mox aliquantum theolo- D giam nostram considerabimus, ut evidentius omnibus infirmitatem et incredibilitatem dogmatis a te prolati ostendamus.

4. Quæ igitur in theologia a nobis vere dicuntur, partim communiter de tribus personis dicuntur, tanquam de unica substantia seu deitate, veluti exempli gratia *Dei* nomen, et *Dominus*, et *benignus*, et his similia; quæ neque connumerantur, quia singulariter dicuntur, prout demonstratum fuit. Partim vero dicuntur privatim, quæ et personarum in primis ac præcipue propria sunt; veluti *Pater* et *Filius* et *Spiritus sanctus*, quæ quia privatim dicuntur, etiam connumerantur: nam connumeratio causa præcipue eorum quæ privatim dicuntur est, non eorum quæ communiter, sicut alibi osten-

Digitized by Google

sum fuit. Interdum vero etiam in duabus thearchicis personis invenitur, velut ex causa processio. Et quæ quidem communiter dicuntur, et communiter cum Patre et Filio et Spiritu sancto, ea tanquam de uno Deo qui et est et cogitatur, dicuntur, et proprie particulatim de personis prædicantur. Etenim et Pater vere Deus; et Filius tanquam ex Deo Deus, ac lumen de lumine; similiter et sanctus Spiritus. Privatim autem de personis dicta, ea privatim quidem dicuntur, sed communiter nequaquam; quia restrictiora de amplioribus prædicari nequeunt eisque exæquari. Atque hoc de creata quoque natura dictum comperies, veluti perspicuitatis causa in exemplo hoc: *Homo*, et *mortalis*, et *loquens*, vocabula hæc singula communiter quoque accepta de quibuslibet hominibus dicuntur, et privatim etiam de unoquoque. Nam et Petrus et Paulus, et singillatim homines, tum simul communi sermone dicuntur homo, tum privatim quoque unusquisque dicitur. Nam Petrus homo dicitur, item et Paulus, et alii similiter.

A τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων, οἷον τὸ αἰτιατόν· καὶ τὰ μὲν κοινῶς λεγόμενα, καὶ κοινῶς ἅμα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ὡς ἑνὸς ὄντος Θεοῦ καὶ νοουμένου, λέγεται. Καὶ ἰδίως ἀνὰ μέρος τῶν ὑποστάσεων κατηγορεῖται· καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ Θεὸς ἀληθῶς· καὶ ὁ Υἱὸς ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ Θεός, καὶ φῶς ἐκ φωτός· ὡσαύτως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὰ δὲ ἰδίως ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων λεγόμενα, ἰδίως μὲν λέγονται, κοινῶς δὲ οὐ λέγονται· ἐπειδὴ τὰ ἐλάττω τῶν ἐπιπλέον ἀδυνατεῖ κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν. Καὶ τοῦτο ἂν εὕροις καὶ ἐπὶ τῆς γενητῆς φύσεως λεγόμενον· οἷον ὡς ἐν παραδείγματι σαφηνείας χάριν· τὸ μὲν *ἄνθρωπος* καὶ τὸ *βροτὸς* καὶ τὸ *μέροψ*, ἕκαστον αὐτῶν καὶ κοινῶς μὲν ἅμα λαμβανομένων τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων λέγεται, καὶ ἰδίως ἑκάστου B νοουμένου· καὶ γὰρ Πέτρος καὶ Παῦλος καὶ οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι, καὶ ἅμα μὲν κοινῷ λόγῳ λέγονται ἄνθρωπος, καὶ ἰδίως ἕκαστος λέγεται. Πέτρος γὰρ ἄνθρωπος λέγεται καὶ Παῦλος καὶ παραπλήσιοι.

5. Sed etiamsi in nostra theologia alia quidem communiter dicuntur de tribus personis, alia privatim; et quæ quidem communiter, ea communiter etiam prædicantur, et privatim per partes. Nam cum communiter ac simul de Patre et Filio et sancto Spiritu, nomen puta *Dei* dicitur, aut *Dominus*, patet unum Deum in tribus dici, in quibus divinitas est, atque a nobis recte sic theologice dicitur. Cum autem de Patre dicitur privatim et C particulariter *Dei* nomen aut *Dominus*, vel de Filio aut Spiritu, tunc Pater Deus dicitur non privatim et particulariter, et quasi sit heterogeneus unus Deus Pater; et rursus unus alius Deus Filius; similiter et Spiritus sanctus; apage hujusmodi blasphemum polytheismum; nos enim unum colimus principium et unum Deum, et in tribus proprietatibus seu personis Trinitatem credimus. Quamobrem cum de Filii Dei divinitate loquimur, diversum quidem persona dicimus a Patre, haud tamen diversum natura et divinitate, sed unum eumdemque, ut in priore epistola ostensum fuit.

ε'. Ἀλλ' εἰ καὶ ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θεολογίας, τὰ μὲν κοινῶς λέγεται ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, τὰ δὲ ἰδίως· καὶ τὰ μὲν κοινῶς, καὶ κοινῶς ἅμα κατηγορεῖται, καὶ ἰδίως ἀνὰ μέρος· ὅτ' ἂν μὲν γὰρ κοινῶς ἅμα ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οἷόν φημι τὸ *Θεὸς* ὄνομα ἢ τὸ *Κύριος* λέγηται, δῆλον ὅτι εἷς μὲν Θεὸς τὰ τρία λέγεται, ἐν οἷς ἐστιν ἡ θεότης, καὶ παρ' ἡμῖν καλῶς οὕτως θεολογεῖται. Ὅτ' ἂν δὲ ὡς ἐπὶ τοῦ Πατρὸς λέγηται ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος τὸ *Θεὸς* ὄνομα, ἢ τὸ *Κύριος*, ἢ ἐπὶ Υἱοῦ ἢ Πνεύματος, τότε μὲν Θεὸς λέγεται ὁ Πατὴρ, οὐ μὴν ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος καὶ ἑτεροφυῶς εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ· καὶ πάλιν εἷς ἄλλος Θεὸς ὁ Υἱός· ὡσαύτως δὲ καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἄπαγε τῆς τοιαύτης πολυθεΐας ἐξ ἡμῶν τὸ βλάσφημον! ἐπειδὴ ἡμῖν ἀρχὴ μία τὸ σεβαζόμενον· καὶ εἷς Θεός, κἂν ταῖς ἰδιότησιν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τρία πιστεύηται· ὅθεν Υἱὸν Θεοῦ θεολογοῦντες, ἕτερον μέν φαμεν τῇ ὑποστάσει παρὰ τὸν Πατέρα, οὐ μὴν δ' ἕτερον τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ θεότητι, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ δέδεικται.

6. Nostra igitur theologia ex communibus notionibus, et ex divinis prophetis pendens, indidemque firmitatem stabilitatemque sortita, Patrem et Filium et sanctum Spiritum, ut unum Deum, Trinitatem theologice dicit. Tu vero non ita intelligens, sed unum Deum dici Patrem separatim et particulariter; deinde Filium tanquam extrinsecus unum Deum, reputans obtrusum et sic intelligens, paralogismum machinatus es. Quapropter falso sic colligis: « Si est Filius in Deo, communicans quoque est: atqui Deo communicans nullus est: ergo ne Filius quidem. » Quod dum ais, in multa incurris absurda. Nam primo idem facis personam atque naturam, quod jamdiu explosimus. Deinde non concedis Filium quoque cum Patre ac Spiritu esse unum Deum, alioqui apud nos recta cum theologia assertum; quod item a nobis demonstratum

ς'. Μενοῦνγε ἡ καθ' ἡμᾶς θεολογία ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν καὶ τῶν θείων προφητῶν ἠρτημένη, καὶ τὸ D βέβαιον καὶ πάγιον κληρωσαμένη, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐπὶ τῆς θεολογίας ὡς ἕνα Θεὸν τὰ τρία θεολογεῖ· σὺ δὲ οὐχ οὕτως ἐκλαβών, ἀλλὰ τὸ ἕνα Θεὸν λέγεσθαι τὸν Πατέρα ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος· εἶτα τὸν Υἱὸν ὡς ἔξωθεν τοῦ ἑνὸς Θεοῦ παρεισκρινόμενον λογισάμενος καὶ νοήσας, τὸν παραλογισμὸν συνεσκευώρησας· διὸ καὶ ψευδῶς ὧδε συνάγεις· « Εἰ ἔστιν Υἱὸς ἐπὶ Θεοῦ, καὶ κοινωνός ἐστιν· ἀλλὰ μὴν κοινωνὸς οὐκ ἔστιν ἐπὶ Θεοῦ· οὐκ ἄρα οὐδὲ Υἱός. » Τοῦτο δὲ λέγων, πολλοῖς ἀτόποις περιπέπτωκας· καὶ πρῶτον μὲν ταυτὸν ποιεῖς ὑπόστασιν καὶ φύσιν ἐπὶ Θεοῦ, ὅπερ ἤδη προαπελήλεγκται· ἔπειτα καὶ τὸν Υἱὸν οὐ δίδως μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἕνα Θεὸν ὄντα, καὶ παρ' ἡμῶν καλῶς θεολογούμενον· καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν προαποδέδεικται· διά τοι τοῦτο

Digitized by Google

καὶ ἡλίθιον ἀνέφανε τὸ παρὰ σοῦ δογματιζόμενον. Εἴδωμεν δὲ καὶ ἐπιφερόμενον· ἔχει δὲ καὶ αὐτὸ ὧδε· « Ὃς ἐποίησε τὴν πίστιν τῶν Σαρακηνῶν, φῶς· καὶ ἑτέρα πίστις οὐκ ἔστι, δι' ἣν τις τῷ Θεῷ δύναται προσεγγίσαι, » καὶ ὅσα ἄλλα γράφεις ἀποσεμνύνων τὴν οἰκείαν πίστιν. Ἀλλὰ τὸ μὲν οὕτω ψιλαῖς τὸν λόγον χωρὶς ἀποδείξεως τὴν ἀλλοτρίαν πίστιν ὕβρεσι βάλλειν, καὶ τὴν οἰκείαν μεγάλως ἀποσεμνύνειν, ῥᾷστον καὶ εὐπετὲς ἂν εἴη παντὶ τῷ βουλομένῳ· τὸ δὲ τὴν ἑαυτοῦ πίστιν μετ' ἀποδείξεως εὔχρηστον καὶ ὠφέλιμον καὶ ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν ἀποδεικνύναι, ἀνδρὸς ἂν εἴη εὐσεβοῦς καὶ νοῦν ἔχοντος. Οὐκοῦν καὶ ὑμᾶς ἔδει τοῦτο ποιεῖν· καὶ μὴ ἁπλῶς βρενθυνομένους τὴν ὑμετέραν πίστιν ὡς φῶς παρὰ Θεοῦ ποιηθεῖσαν καὶ δοθεῖσαν ἀποφαίνεσθαι· ὅθεν ἡμεῖς μᾶλλον τῆς ὑμετέρας πίστεως τὴν πλάνην καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ τῆς ἡμετέρας τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν κόσμον μετὰ ἀποδείξεως παραθεῖναι πειρασόμεθα.

ζ'. Ἅπασι τοῖς νοῦν ἔχουσιν ὡμολόγηται ὅτι πίστις μὲν εὔχρηστος καὶ ὠφέλιμος καὶ ὡς φῶς οὖσα καθέστηκεν· καὶ τοὺς ταύτην ἐπισπωμένους Θεῷ οἰκειοῦσθαι παρεγγυᾷ· ἧς τὰ θεσπιζόμενα τῶν χειρίστων καὶ βλαβερῶν τὴν ἀπόθεσιν ἔχει, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν παρὰ φύσιν ἐπὶ τὰ κατὰ φύσιν καὶ ὑπερφυῆ μετατίθησιν· ἧς δὲ τὰ θεσπιζόμενα τῶν καλῶν τὴν ἀπόθεσιν, καὶ τῶν φαύλων τὴν οἰκείωσιν ἐπαγγέλλεται, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν κατασπᾷ, αὕτη πάντως δύσχρηστός τε καὶ βλαβερά, καὶ ἥκιστά τις τῷ Θεῷ προσοικειοῦσθαι δι' αὐτῆς δύναται. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ ὑμετέρα πίστις τῶν φαύλων τὴν οἰκείωσιν, καὶ τῶν καλῶν τὴν ἀπόθεσιν προθεσπίζει, καὶ ἐκ τῶν ὑπερφυῶν, ἢ καὶ κατὰ φύσιν, ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τοὺς ταύτην ἐπισπωμένους κατασπᾷ, φανερὸν ὅτι δύσχρηστός τε καὶ βλαβερά, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς τῷ Θεῷ οἰκειοῦται· καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, ἐντεῦθεν ἄθρει· Τὸ παρὰ φύσιν πάντες ἴσασιν εἰδήμονες μετάθεσιν εἶναι τοῦ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ χείριστον· τὸ δὲ ὑπὲρ φύσιν, μετάθεσιν ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον. Εἰ οὖν ὁ ἄνθρωπος μέσος πως δεδημιούργηται τῆς αἰσθητῆς, φημὶ, κτίσεως καὶ νοητῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἑκατέρας τῆς τε ἀλόγου φύσεως καὶ ἀγγελικῆς ἐπικοινωνεῖ· καὶ τῆς μὲν ἀγγελικῆς κοινωνεῖ κατὰ τὸ λογιστικόν τε καὶ τὸ διακριτικόν· τῆς δ' αὖ ἀλόγου, κατὰ τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν· πεφύλακται δὲ καὶ διατετήρηται κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ὅτ' ἂν τὸ λογιστικὸν τοῦ θυμικοῦ τε καὶ ἐπιθυμητικοῦ ἄρχῃ. Ἔτι γε μὴν καὶ τῇ ἀγγελικῇ φύσει οἰκειοῦται μᾶλλον, καὶ πρὸς τὰ ὑπερφυῆ ἄνεισιν, ἡνίκα τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς ὑποπιάζεται καὶ ὑποθλίβεται. Ὅτ' ἂν δ' οὖν τὸ ἐναντίον ἐν αὐτῷ καθοράται, καὶ τὰ μὲν πάθη τοῦ λόγου ἐπικρατεῖ, ὁ δὲ λόγος ὑπηρετεῖ, τοῦτο δὲ συμβαίνει ἀνενδοιάστως ἐπὶ τῶν ἀκολάστως ἢ καὶ φονικῶς βιούντων· φανερὸν ὅτ' ἂν τὰ χείρονα διαπράττηται, ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν, ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν κάτεισιν· ὅθεν ὅσον ἂν μᾶλλον τὸ θυμικόν τε καὶ ἐπιθυμητικὸν ἄνετόν ἐστιν, τοσοῦτον καὶ τὰ πάθη σκαίρει· καὶ ὅσον ἂν μᾶλλον σκαίρῃ, τοσοῦτον καὶ ἐπαύξεται· καὶ

fuit : quamobrem fatua apparuit prolata a te dogmatis instar sententia. Jam vero videamus quod addis : namque ita se habet : « Qui fecit Saracenorum fidem lucis instar. Neque alia fides est, qua Deo quispiam propinquare possit. » Et quidquid aliud scribis, fidem tuam exaltans. At enim nudis ita verbis, absque ulla demonstratione, alienæ fidei maledicere, et propriam magnificare, facile est et expeditum volenti cuique. Verumtamen propriam fidem vi argumentorum bonam utilemque atque a Deo datam ostendere, id demum viri religiosi et cordati negotium est. Itaque et vos ita agere oportebat ; neque mera jactantia fidem vestram lucis instar a Deo constructam datamque pronuntiare. Proinde nos potius vestræ fidei errorem ac falsitatem, nostræque veritatem et pulchritudinem, cum argumentis exponere conabimur.

7. Cordati omnes fatentur, fidem bonam et utilem, lucis vice fungi, et eas qui hanc gerunt ut ad Deum accedant hortari : cujus fidei, præcepta a deterioribus noxiisque retrahunt, hominesque ab iis quæ contra naturam sunt, ad naturalia et supernaturalia convertunt. Cujus autem fidei præcepta virtutis fugam, et vitii familiaritatem suadent, hominesque a naturalibus vel etiam supernaturalibus ad ea quæ contra naturam sunt trahunt ; hæc omnino prava et noxia est, minimeque per ipsam propinquare Deo quispiam potest. Quia igitur fides vestra vitiorum familiaritatem, et a virtutibus aversionem decernit ; atque a supernaturalibus aut saltem naturalibus, ad ea quæ contra naturam sunt, asseclas suos trahit, patet eam esse pravam et noxiam, neminemque per eam ad Deum accedere. Quodque id verum sit, hinc pervide : Quod contra naturam est, prudentes omnes sciunt transitionem esse a naturali ad deterius : supernaturale autem, transitionem esse a naturali ad melius. Quia ergo homo medius quodammodo conditus fuit inter sensibilem creaturam et intellectualem, ideirco utramque participat, irrationalem scilicet atque angelicam naturam. Et angelicam quidem participat secundum ratiocinium et discretionem, irrationalem vero secundum irascibile et concupiscibile. Servatur autem et continetur intra naturæ fines homo, cum pars rationalis irascibili et concupiscibili dominatur. Item ad angelicam naturam magis accedit, et ad supernaturalia extollitur, cum animæ pars irrationalis cohibetur et comprimitur. Quando autem contrarium in homine cernitur, et passiones rationi prævalent, ratioque succumbit (hoc autem accidit hominibus luxurioso immanique vitæ genere utentibus), constat hominem deteriora facientem, a naturalibus vel etiam supernaturalibus, ad ea quæ contra naturam sunt migrare. Quapropter quo magis irascibile et concupiscibile freno carent, tanto magis passiones exsiliunt ; et quo magis hæ exsiliunt, eo plus augentur ; et quo magis augentur, tanto plus homo irrationalibus brutis com-

Digitized by Google

municat; quod dum facit, ad belluinam conditionem festinat. Propterea et propheticus sermo volutantem se in passionibus hominem, jumentis similem esse definit: *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [69].

8. Quoniam itaque vestra fides proponit et lege sancit intemperantem vitam, et passionum incrementum potius atque dominium, quam rationis, et ad deteriora inhiare homines impellit; hoc nimirum est quod diximus, a naturalibus et supernaturalibus ad illa quæ naturæ adversantur pertrahere: est autem apud nos in confesso, fidem illam, cujus statuta hujuscemodi sunt, noxiam esse pravamque, ac neminem per illam ad Deum accedere: ergo concluditur, fidem vestram, o Saraceni, tenebras potius dicendam quam lucem, ac neminem per ipsam ad Deum accedere. Quod si ita est, ne a Deo quidem data fuit: tuque temere de hac falsi nominis fide vel, ut verius dicam, infidelitate, gloriaris et extolleris nobisque obloqueris. Quoniam vero nostra fides contrarium vestræ præscribit; nam vestra luxuriam, nostra pudicitiam; vestra ingluviem, nostra temperantiam; vestra luxuriam, nostra ingenuitatem; en demonstratum fuit vestram esse pravam et noxiam, neque Deo conciliantem, propterea quod brutis potius communicare facit. Exploratum est itaque, nostram bonam esse et utilem, et Dei nos familiares efficientem, quia homines ad angelorum conditionem extollit: ideoque possumus confidenter dicere, nullam esse fidem præter nostram qui Christiani sumus, cujus ope potest quispiam Deo propinquare, verumque bonum participare. Atque hactenus de vestra nostraque fide satis dictum sit.

9. Paulo autem progressus, ostendere niteris hominem nequaquam ad Dei imaginem ac similitudinem fuisse creatum; uti nos Moysis historiæ et rebus ipsis credentes, ad te scripsimus. Quare cum specioso prætextu sic videris scribere: « Deus inenarrabilis est, indefinibilis, incomprehensibilis. Semper enim fuit Deus, nemoque similis ei est. Nam celsitudo ejus infinita est, isque plasma suum fecit absque ulla sui similitudine. » Ex quo videris concludere, hominem haud fuisse creatum ad imaginem ac similitudinem Dei. Nam quia Deus incomprehensibilis est et invisibilis et similia, nullaque res ei comparabilis est, patet ne hominem quidem, quoniam inter res exsistentes est, ad Dei imaginem ac similitudinem factum. Hæc sunt verba hominis Deo legem statuentis ejusque creationibus, nihil tamen verum dicentis. Profecto si nos, dum hominem ad Dei imaginem ac similitudinem factum affirmamus, substantiæ similitudinem diceremus, quæ et indifferens, imo eadem cum Deo esset, et mox Deum confiteremur inenarrabilem,

[69] Psal. XLVIII, 13.

A ὅσον ἂν ἐπαύξηται, τοσοῦτον ὁ ἄνθρωπος τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐπικοινωνεῖ· καὶ τοῦτο πυιῶν σπεύδει ἀποκτῆνωθῆναι. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ προφητικὸς λόγος τὸν ἐν τοῖς πάθεσι κυλινδούμενον ἄνθρωπον, ἀφωμοιωμένον τοῖς κτήνεσιν ὧδε ἀποφαίνεται· *Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.*

η'. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑμετέρα πίστις ἐπαγγέλλεται καὶ προσθεσπίζει τὸν ἀκόλαστον βίον, καὶ τῶν παθῶν τὴν αὔξησιν καὶ ἐπικράτειαν, ἤπερ τοῦ λόγου, καὶ πρὸς τὰ χείρω κεχηνέναι τοὺς ἀνθρώπους προσωθεῖ, τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν καὶ ὑπερφυῶν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τοὺς ἀνθρώπους κατασπᾷν· ὡμολόγηται δὲ ἡμῖν ὅτι ἧς τὰ θεσπιζόμενα τοιαῦτα καθίσταται, βλαβερά ἐστι καὶ δύσχρηστος, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς οἰ- B κειοῦται Θεῷ· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ ὑμετέρα τῶν Σαρακηνῶν πίστις, σκότος μᾶλλον ἤπερ φῶς, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς τῷ Θεῷ οἰκειοῦται· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ παρὰ Θεοῦ δέδοται, καὶ μάτην ἐπὶ τὴν ψευδώνυμον πίστιν, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπιστίαν ἐπαυχῇ καὶ ἐπαίρῃ καὶ ἡμᾶς προσκαλῇ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἡμετέρα πίστις, τὸ ἐναντίον τῆς ὑμετέρας ἐπαγγέλλεται, ἐκείνη μὲν ἀκολασίαν, αὕτη σωφροσύνην· ἐκείνη γαστριμαργίαν, αὕτη ἐγκράτειαν· ἐκείνη ἀσωτίαν, αὕτη ἐλευθεριότητα, δέδεικται δὲ ἐκείνη ἄχρηστος καὶ βλαβερὰ καὶ οὐ Θεῷ οἰκειοῦσα, διὰ τὸ τοῖς ἀλόγοις μᾶλλον κοινωνεῖν παρασκευάζουσα, φανερὸν ὅτι ἡ ἡμετέρα εὔχρηστος καὶ ὠφέλιμος καὶ Θεῷ οἰκειοῦσα, διὰ τὸ τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον τοῖς ἀγγέλοις ἐπισυνάπτειν· διὸ μᾶλλον ἡμῖν ἔστιν ἀραρότως φθέγ- C γεσθαι, ὅτι οὐκ ἔστι πίστις παρὰ τὴν ἡμετέραν τῶν Χριστιανῶν, δι' ἧς δύναταί τις Θεῷ οἰκειωθῆναι, καὶ τῶν καλῶν ἐν μετουσίᾳ γενέσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν περί τε τῆς ὑμετέρας καὶ ἡμετέρας πίστεως ἀποχρώντως ὧδε λελέχθω.

θ'. Παρακατιὼν δὲ μικρὸν πειρᾶσαι δεῖξαι τὸν ἄνθρωπον μὴ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν διαπεπλάσθαι, ὡς ἡμεῖς τῇ κατὰ Μωϋσέα ἱστορίᾳ καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι πειθόμενοι πρὸς σὲ γεγράφαμεν· διὸ καὶ μετ' εὐλόγου αἰτίας δοκεῖς γράφειν οὕτως· « Ὁ Θεὸς ἀνεκδιήγητός ἐστι καὶ ἀπεριόριστος καὶ ἀπερίληπτος· ἀεὶ γὰρ ἦν ὁ Θεὸς, καὶ ὅμοιος αὐτῷ οὐκ ἦν· τὸ γὰρ ὕψος αὐτοῦ ἀόριστόν ἐστιν· ὃς ἔπλασε τὸ D πλάσμα αὐτοῦ χωρὶς τῆς ὁμοιότητος τῆς πρὸς αὐτόν· » ὡς ἐντεῦθεν δοκεῖς συνάγειν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐ πέπλασται κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἀπερίληπτός ἐστι καὶ ἀόρατος καὶ ἀόριστος καὶ τὰ παραπλήσια, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἔοικεν αὐτῷ, δῆλον ὅτι οὐδὲ ὁ ἄνθρωπος, ἐπειδὴ καὶ αὐτός τι τῶν ὄντων ἐστίν· εἰ δὲ τοῦτο, κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν οὐ γεγένηται. Ταῦτα νομοθετοῦντός ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, τὸ ἀληθὲς δὲ οὐδαμῶς λέγοντος. Διὸ εἰ μὲν τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν ἡμεῖς λέγοντες γεγενῆσθαι, τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοίωσιν ἐλέγομεν, ἥτις τὸ ἀπαράλακτον καὶ ταυτὸν τῆς οὐσίας πρὸς τὸν Θεὸν ἔχει·

Digitized by Google

εἶτα τὸν Θεὸν ὁμολογοῦντες ἀνεκδιήγητον καὶ ἀπεριόριστον καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἄπειρον, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων τι τοιοῦτον, τάχα ἂν εἰς ἑαυτοὺς περιεπίπτομεν, καὶ εἶχεν εὔλογον τὸ παρὰ σοῦ γραφόμενον. Ἐπεὶ δὲ οὐ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοίωσιν ἐν τῷ λέγειν ἡμᾶς τὸν ἄνθωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν γεγενῆσθαι ἐκλαμβάνομεν, ἀλλὰ τὴν τὸ ἀνάλογον ἔχουσαν πρὸς Θεὸν, ἣ καὶ ἐπὶ τῶν κτισμάτων εὕρηται, οὐδὲν ἀπεικὸς ἔνεστιν ἡμᾶς γράφειν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν πέπλασται (5). Τοῦτο γὰρ καὶ πείθει ἡμᾶς ὁμολογεῖν ἡ κατὰ Μωϋσέα τῆς γενέσεως τοῦ κόσμου ἱστορία· διὸ κατ' εἰκόνα μέν φαμεν, κατὰ τὸ ἀρκτικόν [*ita cod.*] τε καὶ αὐτεξούσιον. Ἔτι γε μὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔστι νοῦς καὶ λόγος καὶ πνεῦμα· καὶ ὁ μὲν νοῦς, γεννήτωρ ἐστὶ τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου· ὁ δὲ λόγος, γέννημά ἐστι νοός· καὶ τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ λόγου ἐκδίδοται. Καὶ ὥσπερ δίχα λόγου νοῦς ἄλογος οὐκ ἔστιν, οὕτω καὶ ὁ λόγος δίχα νοὸς ἄνους οὐχ εὑρηται, ἀλλ' ἅμα συνυπάρχει, καὶ οὐ προτερεύει θάτερος θατέρου· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ λόγος, ἄνευ πνεύματος οὐκ ἔνεστιν, οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ εἰς φωνὴν ἐκτυπούμενον ἄνευ λόγου.

ι'. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑπερούσιος καὶ ἄκτιστος οὐσία, ἥτις ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρεῖται, ἔν τε τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ὡς ἡμῖν ἀποδέδεικται καὶ καλῶς πιστεύεται, ἀναλογεῖ μὲν ὁ καθ' ἡμᾶς νοῦς, γεννήτωρ ὢν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῷ ἀϊδίως καὶ ἀχρόνως τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν γεννήσαντι· ὁ δὲ λόγος ὁ ἐν ἡμῖν, γέννημα ὢν τοῦ ἐν ἡμῖν νοὸς, ἀναλογεῖ τῷ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀρεύστως καὶ ἀπαθῶς γεννηθέντι Υἱῷ καὶ Θεῷ ἀληθινῷ ὄντι· τὸ δὲ ἐν ἡμῖν Πνεῦμα, τῷ Πνεύματι ἁγίῳ, τῷ ἐκ Πατρὸς μὲν ἐκπορευομένῳ, καὶ δι' Υἱὸν τοῖς οὖσιν ἐκχεομένῳ καὶ διαδιδομένῳ· καὶ κατὰ τοῦτο πάλιν λέγεται ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεπλάσθαι· καθ' ὁμοίωσιν δὲ πάλιν φαμὲν τὸν ἄνθρωπον Θεοῦ γεγενῆσθαι, διὰ τὴν τῶν ἀρετῶν τελείωσιν, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὴν μετουσίαν· ἐπειδὴ πάντα ὅσα πρώτως καὶ ἀναιτίως ἡ δημιουργὸς αἰτία, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς, ταῦτα δευτέρως καὶ μεθεκτῶς καὶ αἰτιατῶς ὁ ἄνθρωπος· οἷόν ἐστι τὸ πρῶτον καὶ ὑπερούσιον, ζωὴ, φῶς, σοφὸς, δυνατὸς, ἀγαθὸς, πρᾶος, δίκαιος· ἔστιν καὶ οὗτος σοφὸς, καὶ ζωὴ, καὶ δυνατὸς, καὶ ἀγαθὸς, καὶ πρᾶος, καὶ δίκαιος ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ φύσει μὲν ὁ Θεὸς καὶ οὐσιωδῶς, θέσει δὲ καὶ χάριτι καὶ ἐπουσιωδῶς ὁ ἄνθρωπος. Εἰ δὲ τοῦτο, εἰκότως καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπόν φαμεν, τὸ ἐξ ἀνακλάσεως [*ita cod.*], ἔσχατον ἀπήχημα φέροντα. Καὶ οὕτω πάλιν ἠλίθιον ἀνέφανε τὸ παρὰ σοῦ γραφέν.

ια'. Μεταβαίνων δὲ ἐπ' ἄλλο τῶν παρ' ἡμῶν γραφέντων, καὶ τοῦτο πειρώμενος ἀναιρεῖν, πάλιν γράφεις· « Θεωροῦμεν τὰ εἴδη τῶν θηρίων ὅτι ὁ ἰσχυρότερος ἐπανίσταται κατὰ τοῦ ἀσθενεστέρου, καὶ ὁ

A indefinitum, incomprehensibilem et immensum, cum nulla res exsistens talis sit, nobismet ipsi contradiceremus, et quod tu scribis videretur probabile. Nunc quia non substantiæ similitudinem intelligimus, cum hominem ad Dei imaginem ac similitudinem factum dicimus, sed potius analogiam erga Deum, quæ etiam in creaturis invenitur, nihil absonum est, nos scribere hominem ad imaginem Dei ac similitudinem fuisse formatum. Hanc enim confessionem nobis suadet Moysis historia de mundi genesi. Ideo ad imaginem dicimus, secundum liberam voluntatem et arbitrium. Præterea in homine est mens, verbum, ac spiritus. Mens quidem, verbi nostri genitrix: verbum mentis genimen: et spiritus per verbum profertur. B Et quemadmodum nulla mens irrationalis exsistit, id est, absque verbo; ita ne verbum quidem irrationale ullum, id est, sine mente, invenitur: sed una coexsistunt, neque alterum alteri antecedit. Sic etiam verbum sine spiritu non est, neque spiritus, qui voce exprimitur, sine verbo est.

10. Quoniam itaque supersubstantialis et increata substantia, cujusmodi Deus est, in personis tribus spectatur, Patre videlicet, Filio, et Spiritu sancto, ut jam nos demonstravimus recteque credimus; nostra quidem mens, verbi quod intra nos est genitrix, analogiam habet ad Deum Patrem, qui sempiternaliter et intemporaliter Filium suum C genuit. Verbum autem, quod intra nos est, analogiam habet ad illum, qui ex Deo Patre sine fluxu et passione generatus fuit Filius Deus verus. Spiritus denique noster analogiam habet ad sanctum Spiritum, qui a Patre procedit, et per Filium in creaturas effunditur ac diribetur. Secundum hæc, inquam, homo dicitur ad imaginem Dei formatus. Ad similitudinem præterea dicimus Dei hominem factum propter virtutum exercitium, et bonorum participationem: quia quæ primitus et non causaliter habet causa creatrix, id est, Deus, eadem secundo et partiario et causaliter habet homo. Nempe Deus primigenius est et supersubstantialis, vita, lux, sapiens, potens, bonus, mitis, justus. D Est vero et homo sapiens, vita, potens, bonus, mitis, justus; sed naturaliter quidem ac substantialiter talis est Deus; adoptione autem, et gratia, et non essentialiter, homo. Quæ cum ita sint, merito nos dicimus hominem ad similitudinem Dei factum, ita ut extrema veluti repercussionis echo sit. Atque ita denuo futile demonstratum est scriptum tuum.

11. Deinde tu, ad alium libelli mei locum transiens, eumque pessumdare nitens, rursus scribis: « Cernimus in ferarum speciebus, fortiorem insurgere contra infirmiorem, majorem adversus mi-

(5) De homine ad imaginem Dei formato infinita prope dixerunt in commentariis suis Patres Ecclesiæ, et quidem præcipue Anastasius Sinaita. Quibus nunc præclarus et peracutus theologus noster accedit Nicetas.

Digitized by Google

norem, potiorem adversus deteriorem. Et illæ has sæpenumero sibi pabulum faciunt : interdum et lacerant, zelotypia quadam ex ipsarum cubilibus pellendi, » et reliqua. Hoc loco ignorare videris quomodo argumenta proferri oporteat, vel secus. Nam si quod nos scripsimus de omni animali, quatenus homogenea sunt vel heterogenea, id una etiam conversari et congregari illas affirmaret, propter mutuam mansuetudinem, et conservandæ salutis curam ; tu vero in nonnullis animalibus haud tale esse observasti, imo et contrarium, nempe adversari et mutuo lacerari, et quod debilius est a validiore opprimi, et deterius a potiore, quæ tu in scripto tuo posuisti, veluti fit a leone, urso, et similibus ; posses equidem sermonem nostrum fortiter perimere. Sed quia quod scripsimus non B de omni irrationali animali loquitur, stulte blateras, male conflictum drama inducens, et quasi personatus agens. Quis enim vel minima perspicacia præditus ignorat, non omnia animalium genera naturaliter esse comparata ut congregentur et socialem vitam sectentur ? Namque animalium alia sunt solivaga, alia gregalia ; rursusque gregalium alia sub gubernatore ordinantur, alia secus. Utraque vero hæc partim sunt civilia, partim minime, sicut ipsorum physiologiæ atque historiæ docent. Si ergo alia sunt solivaga, alia minime ; constat comparatum esse a natura ut partim congregentur cum homogeneis suis, partim secus. Quod si ita est, nemo sana mente pollens, aut putat aut scribit, C omnia animalia inter se congregari solere et simul vivere. Ne nos quidem itaque hoc diximus. Sed quia maxime propria nota et characteristica inest animali præcipue sociali, ratiocinium et prudentia et cum ratione judicium, propterea sermone exteriore indiget homo, ut arcane repositas cogitationes in externam lucem educat, et cum proximis communicet. Quo fit, ut naturaliter sit cicur animal, et apprime sociale. Cæteris vero cunctis animalibus sodalitas et naturalis mansuetudo principaliter non inest : sed tamen in nonnullis cernitur conversandi et simul vivendi atque communicandi studium. Sed multo magis hoc inter homines constitutum est. Nam si quod minus esse videtur, tamen est, multo magis quod amplius est : quanto D scilicet convenientius utiliusque est conversari simulque vivere cum homogeneo suo hominem, animal nimirum præcipue sociale, et suapte natura cicur. Hoc enim et nos præ oculis habentes, vobis scripsimus.

12. Denuo progrediens ad alium scripti nostri locum, eumque refutare conitens, ita scribis : « Cædium aliæ licitæ sunt, aliæ illicitæ. Illicitum est, prout reapse a Deo vetatur, occidere fidelem privato proposito : legitimum autem est occidere eum qui dandum censet Deo sodalem, et hunc pari potentia præditum confingit. » Hæc dum scribis, indo-

A μείζων κατὰ τοῦ ἐλάσσονος, καὶ ὁ κρείττων κατὰ τοῦ χείρονος, καὶ πολλάκις ποιεῖται τροφὴν αὐτοῦ· ἔστιν ὅτε καὶ διαφθείρει αὐτὸν, ἀντιζηλῶν τοῦ διωχθῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐνταῦθα δοκεῖς ἠγνοηκέναι τὰς ἀποδείξεις, πῶς δεῖ προάγειν, καὶ πῶς οὐ δεῖ. Εἰ μὲν γὰρ τὸ παρ' ἡμῖν γραφὲν περὶ παντὸς ἀλόγου ζώου, πρός τε τὸ ὁμογενὲς ἢ καὶ ἑτερογενὲς, τὸ συναλίζεσθαί τε καὶ ἑνοῦσθαι ὑπισχνεῖτο, διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα ἡμερότητα, ὡς φειδόμενα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· εἶτα ἐπί τινων ζώων τοῦτο εὑρὼν σὺ μὴ θεωρούμενον, μᾶλλον δὲ τὸ ἐναντίον τὸ ἐπανίστασθαι καὶ διαφθείρειν καὶ ἀποδιώκειν τὸν ἰσχυρότερον τὸν ἀσθενέστερον, καὶ τὸν κρείττονα τὸν χείρονα, ἃ καὶ ἐν τῷ σῷ γράμματι παρετίθεις, οἷον λέοντά φημι καὶ ἄρκον καὶ τὰ παραπλήσια· εἶχες ἂν γενναίως τὸν ἡμέτερον λόγον ἀναιρεῖν. Ἐπεὶ δὲ τὸ παρ' ἡμῖν γραφὲν οὐ περὶ παντὸς ἀλόγου ζώου τοῦτο ἐπαγγέλλεται, καὶ ματαιολογεῖς, τὸ κακόπλαστον εἰσάγων δρᾶμα καὶ ὑποκρινόμενος· τίνα γὰρ καὶ τῶν μικρὰ συνορᾷν δυναμένων λέληθεν, ὅτι οὐχ ἅπαντα τὰ εἴδη τῶν ζώων συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς ἄλληλα πέφυκε ; Τῶν γὰρ ζώων τὰ μέν εἰσι μοναδικὰ, τὰ δὲ ἀγελαῖα, καὶ τῶν ἀγελαίων τὰ μὲν ὑφ' ἡγεμόνι τάττονται, τὰ δὲ οὔ. Ἑκατέρων δὲ τούτων τὰ μέν εἰσι πολιτικὰ, τὰ δὲ οὔ· ὡς αἱ περὶ αὐτῶν φυσιολογίαι καὶ ἱστορίαι ἐκδιδάσκουσιν. Εἰ οὖν τὰ μέν εἰσι μοναδικὰ, τὰ [δὲ] οὔ, φανερὸν ὅτι τὰ μὲν συναλίζεσθαι μετὰ τῶν ὁμογενῶν πέφυκε, τὰ δὲ μή. Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐδεὶς ἂν ἀδιάστροφον φρένα ἔχων, οὔτε νοεῖ οὔτε γράφει τὸ, Πάντα τὰ ζῶα ἔχει τὸ συναλίζεσθαι πρὸς ἄλληλα καὶ συνδιαιτᾶσθαι· ὅθεν οὐδὲ ἡμεῖς· ἀλλ' ἐπειδὴ ἰδιαίτατον γνώρισμα καὶ χαρακτηριστικὸν ἔνεστι τοῦ κυρίως κοινωνικοῦ ζώου, ὅ τε λόγος καὶ ἡ φρόνησις καὶ ἡ μετὰ λόγου κρίσις, διά τοι τοῦτο καὶ λόγου τοῦ ἔξωθεν ἐδεήθη ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἂν τὰ ἐν βάθει κείμενα νοήματα εἰς φῶς ἔξωθεν ἄγηται καὶ τοῖς πέλας κοινοποιῆται· ὅθεν καὶ φύσει ἥμερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ κοινωνικὸν ζῶον κυρίως ἐνταῦθά ἐστιν. Ἐν δὲ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἅπασι τό τε κοινωνικὸν καὶ φύσει ἥμερον κυρίως οὐκ ἔνεστιν· εὕρηται δὲ ὡς ἐπί τινων τῶν ἀλόγων ζώων τοῦτο συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι καὶ κοινοποιεῖσθαι· πολλῷ μᾶλλον καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τοῦτο θεμιτὸν ἂν εἴη. Εἰ γὰρ τὸ ἧττον δοκοῦν ὑπάρχειν ὑπάρχει, πολλῷ μᾶλλον καὶ τὸ μᾶλλον· ὅπερ προσῆκόν ἐστι καὶ μᾶλλον ὀφείλει τὸ συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς τὸ ὁμογενὲς τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινωνικὸν ζῶον κυρίως καὶ ἥμερον φύσει. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀφορῶντες πρὸς ὑμᾶς γεγράφαμεν.

ιβ'. Καὶ πάλιν δὲ μεταβαίνων ἐφ' ἕτερον τῶν παρ' ἡμῖν γραφέντων, καὶ τοῦτο ὡσαύτως πειρώμενος ἀνασκευάζειν, γράφεις ὧδε· « Τῶν φόνων οἱ μέν εἰσι θεμιτοὶ, οἱ δὲ ἀθέμιτοι· καὶ ἀθέμιτόν ἐστιν, ὃ ἀποτέτραπται παρὰ Θεοῦ, τὸ φονεύειν πιστὸν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει· ἔννομον δὲ καὶ θεμιτὸν, τὸ φονεύειν τὸ δοξάζοντα συγκοινωνὸν τοῦ Θεοῦ (6) καὶ ἀναπλάττοντα

(6) Sur. VIII, IX et alibi. Confer retro col. 685 et 761, cum annotatione.

Digitized by Google

ἰσοδύναμον. » Ταῦτα μὲν γράφων ὡς ἀμαθῆ καὶ ἀμύητον πάντη τῶν πραγμάτων σεαυτὸν εἰσάγεις· οὐδὲ γὰρ συνῆκας ὅτι πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστὶ, φευκτὸς καὶ ἀποτρόπαιος, εἴπερ κακός· τὸ δὲ κακὸν ἅπαν οὐ θεμιτόν· καὶ ὅτι κακὸν ὁ φόνος, ἐντεῦθεν δῆλον· Πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστὶν, ἢ φθορά ἐστιν ἀνθρώπου, ἢ φθορᾶς ποιητικός ἐστιν ἀνθρώπου· ὁ δὲ ἄνθρωπος μᾶλλον καλὸν καὶ μᾶλλον ἀγαθὸν τῶν ἐπὶ γῆς· εἴπερ τὸ πρώτιστον κτίσμα Θεοῦ τῶν ἐπὶ γῆς· συνάγεται ἄρα· Πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστὶν, ἀγαθοῦ τινος ἢ φθορὰ ἢ φθορᾶς ποιητικόν· εἰ δὲ τοῦτο, καθ' αὑτὸ κακόν. Τῶν γὰρ ἀγαθῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ τούτων φθαρτικὰ, πάντως ἐστὶ κακά· ὥσπερ τῶν κακῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ φθαρτικὰ τούτων ἀγαθά· οὕτω γὰρ ἡμῖν αἱ κοιναὶ ἔννοιαι καὶ αἱ φιλοσοφικαὶ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσιν. Εἰ οὖν πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστὶν, δέδεικται ὢν κακὸς, δῆλον ὅτι καὶ οὐ θεμιτός· τὸ γὰρ κακὸν πᾶν, οὐ θεμιτόν· γίνεται δὲ ἐνίοτε κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν. Τῶν γὰρ ὄντων τὰ μέν εἰσι καθ' αὑτὰ ἀγαθά· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς κακὰ, οἷον ἐλεημοσύνη· τὰ δὲ καθ' αὑτὰ μέν εἰσι κακά· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὰ, οἷον τὸ ψεῦδος (7)· τὰ δὲ καθ' αὑτὰ μὲν τὸ οὐδέτερον ἔχει· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἐπαμφοτερίζει, οἷον πλοῦτος, ἰσχὺς, καὶ τὰ παραπλήσια· καὶ τὰ μὲν καθ' αὑτὰ ἀγαθὰ, ἀεὶ μὲν δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν. Τὰ δὲ καθ' αὑτὸ κακὰ, ἔμπαλιν· ἢ ἀεὶ μὲν οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ἐπέλαττον· τοιαύτη γὰρ καὶ τούτων ἡ φύσις· τὰ δὲ καθ' αὑτὰ τὸ οὐδέτερον ἔχοντα ἐπ' ἴσης ἔχει τό τε γίνεσθαι καὶ μή. Ἐπεὶ οὖν καὶ φόνος τῶν καθ' αὑτὸ κακῶν ἐστι (τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀποδέδεικται)· τὸ δὲ καθ' αὑτὸ κακὸν, κατὰ πρῶτον λόγον, ἢ ὅλως οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πρῶτον ἀγαθόν· σπανιάκις δὲ γίνεται κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ δευτέρως ἀγαθὸν καὶ ἐπέλαττον. Τὸ δὲ κατὰ πρῶτον λόγον ἀγαθὸν καὶ ἐπιπλέον, τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ ἐπέλαττον ὄντος, αἱρετώτερον καὶ κρεῖττον, ὡς αἱ λογικαὶ ἡμᾶς μέθοδοι ἐκπαιδεύουσι· τὸ μὴ φονεύειν ἄρα, τοῦ φονεύειν, εἰ καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἐνίοτέ ἐστιν ἀγαθὸν, κρεῖττον καὶ αἱρετώτερον· εἰ δὲ τοῦτο, οἱ τὸ φονεύειν ἐφιέμενοι ἀναιρεῖν ἐκ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ πολὺ ἂν κρείττονες καὶ τιμιώτεροι δειχθεῖεν τῶν μὴ προαιρουμένων τοῦτο ποιεῖν, ὡς τὸ κρεῖττον ἀγαθὸν ἐφιέμενοι. Ἡμεῖς ἄρα κρείττονες ἀνεφάνημεν διὰ τῆς ἀποδείξεως, τὸν φόνον ἀναιρεῖν ἐκ ποδῶν προαιρούμενοι.

A ctum te et omnium rerum ignarum exhibes. Etenim non intelligis, omnem cædem, quatenus cædes est, vitandam esse et aversandam, utpote malam. Porro nullum malum licet. Quod autem mala res sit cædes, hinc fiet manifestum : Omnis cædes, quatenus cædes est, destructio est hominis, sive causa est destruendi hominis. Homine autem nihil pulchrius meliusve in terra versatur, siquidem præcipua est creatarum a Deo in terra rerum. Concluditur ergo omnem cædem, quatenus cædes est, boni alicujus destructionem esse, vel causam destructionis. Quod si ita est, cædes per se mala est. Nam bonarum rerum destructiones et harum causæ, omnino malæ sunt : sicut vicissim malarum rerum destructiones, et harum causæ, bonæ sunt. Quippe ita communes
B notiones et philosophicæ disciplinæ nos docent. Si ergo omnis cædes, qua cædes est, mala esse demonstratur, patet eam ne licitam quidem esse. Nullum quippe malum licet : sed id tamen aliquando per accidens in bonum convertitur. Nam rerum aliæ sunt per se bonæ, sed fiunt per accidens malæ, velut eleemosyna. Aliæ per se malæ sunt, sed fiunt per accidens bonæ, velut mendacium. Aliæ denique per se quidem neutrius conditionis, per accidens autem in alterutram partem inclinantur, velut divitiæ, vires, et similia. Et eæ quidem res quæ sunt per se bonæ, semper fieri debent, vel certe plerumque : talis enim est rerum per se bonarum natura. Contraria ratio est rerum per se malarum,
C quæ vel nunquam fieri debent, vel raro, et minima quantitate. Talis enim est harum natura. Quæ denique per se neutrius naturæ sunt, perinde est utrum fiant, an secus. Quod autem cædes sit in numero rerum per se malarum, id nos jam ostendimus. Quod vero per se et principaliter malum est, id vel omnino fieri non debet, vel raro ; et hoc principaliter bonum est : quod raro autem fit per accidens bonum, id secundo loco bonum est ac minimum. Jamvero quod est primigenia ratione bonum et gradu majore, illo certe quod est secundo loco bonum et gradu minore, optabilius est et melius, prout nos logicæ regulæ erudiunt. Ergo non occidere melius optabiliusque est quam occidere, etsi hoc postremum quandoque per accidens bonum fit.
D Quod si ita se habet, ii qui cædem abolere inter homines student, meliores majoreque laude digni apparent, quam hi qui ita se gerere non constituerunt : illi enim melius bonum amplexi sunt. Nos igitur meliores esse exploratum est, qui cædem ex hominibus exterminare studemus.

ιγ'. Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος καθ' ἑκάστην φόνος (8) οὔτε τῶν κατὰ συμβεβηκὸς

13. Quod vero quotidiana vestra adversus nos cædes, non sit de bonis per accidens contingenti-

(7) Puta cum aliquis mentitur, ut alicui prosit. Verumtamen id quoque Augustinus reprehendit enarr. in ps. V, n. 7 : *Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut jocamur, aut ut prosimus mentimur. Illud primum*, etc. *Secundum ideo mitius est, quia retinet nonnullam benevolentiam.* Videsis ibi cætera ; tum alia plurima hujusmodi apud Augustinum, qui constanter mendacium improbat.

(8) Loquitur de superstitiosa et fanatica Mohamedanorum adversus Christianos sævitia, quam, præter citatas retro suras, videmus etiam in epistola tertia Nicolai patriarchæ Græci inter editas a nobis in Spicilegio Rom., T. X.

Digitized by Google

bus, hinc fiet palam : Quod fit per accidens bonum, prudenti aliquo consilio fit : quod autem ita prudenter fit, propter frugi aliquid fit : ergo quod per accidens fit, propter frugi aliquid fit. Vestræ autem nostrorum hominum occisiones, haud ob aliud fiunt, ut ipsi dicitis, nisi quia vos Saracenismum sequimini : hoc autem frugi non est : consequitur ergo, ut vestræ nostrorum hominum occisiones, ne per accidens quidem bonæ sint. Quod autem Saracenismi secta minime bona sit, sic ostenditur : Saracenismus nihil aliud est quam a naturalibus aut etiam supernaturalibus, ad ea quæ naturæ adversantur, hominum translatio ; namque hoc etiam demonstravimus. Jam id agere, malum esse, nemo non videt. Si ergo vestræ nostrorum hominum occisiones, neque per accidens neque per se ipsæ bonæ sunt : et si quod neque per se bonum est, neque per accidens, id omnino fieri non debet ; ergo vestræ quotidianæ nostrorum hominum occisiones fieri non debent. Nam quod fieri non oportet, id ne licet quidem. « Cædium aliæ licitæ sunt, inquis, aliæ illicitæ. » Ego quoque assentior, cædes aliquas licere, nimirum per accidens, si quidem de illorum bonorum numero sint, quæ ita evadunt per accidens. At sunt illicitæ, per se ; quoniam cædes, quatenus cædes est, de numero esse per se malorum ostensum fuit ; idcirco hoc tanquam plane confessum a nobis quoque sumatur.

14. Age vero breviter deinde subnectis dicens : « Legitimum insonsque est occidere eum qui censet dandum Deo socium, et quidem pari potentia præditum. » Id, inquam, quam superbe a te dicitur et arroganter ! aut si magis proprie loquendum est, quanta stoliditate atque insania scatet ! Nam propter multam stupiditatem tuam et infidelitatem, absque ratiocinio nescio quomodo judicans, neque ut nos prædicamus, sed vane pugnans et stulte blaterans, sine causa nos irrides, quasi participantes quosdam, et Deo unico unique principio æquipollentes inducamus. Quis enim ex nostris, sive pusillus sive magnus, cogitavit unquam aut confinxit quemquam esse Deo unico unique principio communicantem aut æquipollentem ? quo prætextu vestræ nostrorum hominum occisiones, justæ, ut tu ais, evadant ? Etsi enim a nobis Filius Dei tanquam verus Deus, idemque Deo Patri homogeneus dicitur atque glorificatur, non tamen ut communicans uni principio, aut Deus extra Patrem exsistens et adjunctus, ut tu putas, in nostra theologia definitur ; hoc enim jam a nobis demonstratum fuit ; sed unus Deus cum Patre et Spiritu sancto est, et a nobis Christianis creditur et glorificatur. Quod si ita est, temere tu nobis probrum ex vocabulo communicantis impingis : temere item occisiones quas nostrorum hominum facitis, divinitus inspiratas legitimasque reputas, uti scribis. Nam si, propterea quod communicantem

A ἀγαθῶν ἐνδέχεται εἶναι, ἐντεῦθεν δῆλον· Τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὸν γινόμενον, δι' οἰκονομίαν γίνεται· τὸ δι' οἰκονομίαν γινόμενον, διὰ καλὸν γίνεται· τὸ ἄρα κατὰ συμβεβηκὸς γινόμενον, διὰ καλὸν γίνεται· ὁ δὲ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς γινόμενος φόνος, οὐ δι' ἄλλο τι γίνεται, ὡς αὐτοί φατε, εἰ μὴ διὰ τὸ Σαρακηνίζειν ὑμᾶς· τοῦτο δὲ οὐ καλόν· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς γινόμενος φόνος, οὐδὲ τῶν κατὰ συμβεβηκός ἐστιν ἀγαθῶν· καὶ ὅτι τὸ Σαρακηνίζειν οὐ καλόν ἐστιν, ὧδέ ἐστι δῆλον· Τὸ Σαρακηνίζειν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν εἰς τὸ παρὰ φύσιν κατασπᾷν τοὺς ἀνθρώπους· τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ ἀποδέδεικται (9)· τὸ δὲ τοῦτο ποιεῖν, πᾶσιν ἀρίδηλόν ἐστιν ὅτι οὐ καλόν ἐστιν. Ἐπεὶ οὖν οὔτε τῶν καθ' αὐτὸ ἀγαθῶν ἐστιν B ὁ φόνος ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκός· τὸ δὲ οὔτε καθ' αὐτὸ ἀγαθὸν, οὔτε κατὰ συμβεβηκὸς, οὐ χρὴ γίνεσθαι τὸ παράπαν· ὁ ἄρα εἰς ἡμᾶς ἐξ ὑμῶν καθ' ἑκάστην ἐνεργούμενος φόνος, οὐ δεῖ γίνεσθαι· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ οὐ θεμιτόν· ὃ γὰρ οὐ δεῖ γίνεσθαι, οὐδὲ θεμιτόν ἐστι. « Τῶν φόνων, οἱ μέν εἰσι θεμιτοὶ, οἱ δὲ ἀθέμιτοι. » Σύμφημι κἀγὼ, ὅτι τῶν φόνων οἱ μέν εἰσι θεμιτοὶ, δηλονότι κατὰ συμβεβηκὸς, εἴπερ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθῶν εἰσιν· οἱ δὲ ἀθέμιτοι, δῆλον ὅτι καθ' αὐτό· ἐπεὶ καὶ ὁ φόνος, ᾧ φόνος ἐστὶν, τῶν καθ' αὐτὸ κακῶν εἶναι ἀποδέδεικται· διὸ καὶ ὡς ὡμολογημένον καὶ παρ' ἡμῖν εἰλήφθω.

ιδ'. Εἶτα τὸ βραχὺ τούτου συναπτόμενον τὸ λέγον· C « Ἔννομον δὲ καὶ θεμιτὸν τὸν δοξάζοντα φονεύειν συγκοινωνὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀναπλάττοντα ἰσοδύναμον, ποίας ἀλαζονείας καὶ φυσιώσεως, ἢ οἰκειότερον φάναι, ἐκπληξίας τε καὶ ἐμβροντησίας ἀνάμεστον οὐκ ἂν εἴη; Ἐκ γὰρ πολλῆς εὐηθείας καὶ ἀπιστίας ἀλογιστὶ, οὐκ οἶδ' ὅτῳ τρόπῳ δόξαν, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς κηρύττομεν, σκιομαχῶν καὶ μάταια ἐρευγόμενος, ἡμᾶς ἀναπλαστικῶς διακωμῳδεῖς κοινωνούς τινας καὶ ἰσοδυνάμους τοῦ ἑνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἐπεισάγοντας· τίς γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν μικρὸς ἢ μέγας ποτὲ ἐνενόησεν ἢ ἔπλασεν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς κοινωνὸν ἰσοδύναμον, ἵνα καὶ ὁ εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος φόνος θεμιτὸς ἂν εἴη, ὡς σὺ φῄς ; εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν Υἱὸς Θεοῦ ὡς Θεὸς ἀληθινὸς καὶ αὐτὸς ὢν ὁμοφυὴς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ θεο- D λογεῖται καὶ δοξάζεται, ἀλλ' οὐχ ὡς κοινωνὸς τῆς μιᾶς ἀρχῆς, ἢ τοῦ Πατρὸς ἔξωθεν ὢν Θεὸς παρεισκρινόμενος, ὡς σὺ ἐπινοεῖς, θεολογεῖται (τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ ἀποδέδεικται [10]) · ἀλλ' ὡς εἷς Θεὸς μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἔστι καὶ παρ ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν καλῶς πιστεύεταί τε καὶ δοξάζεται. Εἰ δὲ τοῦτο, μάτην τὸν οὑτωσὶ μῶμον τὸν ἐκ τοῦ κοινωνοῦ ἡμῖν προστρίβεις· ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενον φόνον ἔνθεον καὶ ἔννομον λογίζῃ, ὡς γράφεις· εἰ γὰρ διὰ τὸ κοινωνὸν καὶ ἰσοδύναμον Θεοῦ, ὡς αὐτοί φατε ἀναπλάττειν ἡμᾶς, ἔννομόν ἐστι τὸ ὑφ' ὑμῶν φονεύεσθαι,

(9) In hac ipsa epistola cap. 7, col. 829.
(10) In confutatione prioris Agarenorum epistolæ, cap. 9

Digitized by Google

δηλονότι τούτου ψευδῶς ἡμῖν ἐπιφημιζομένου. φανερὸν ὅτι καὶ τὸ φονεύεσθαι ἡμᾶς παρ' ὑμῶν οὐ θεμιτόν. Εἰ δέ σε τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπιθορυβεῖ καὶ ἐπιταράττει, ὡς τοῦ ἑνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἔξωθεν τὸν Υἱὸν ὡς κοινωνὸν (11) παρ' ἡμῖν παρεισκρινόμενον, καὶ διάφορον ὄντα τῇ φύσει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀμαθαίνοντός ἐστι τοῦτο ἢπερ εἰδότος· οὐ γὰρ ταυτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις· ἦν γὰρ οὐδὲν τῶν ὄντων ὁμοφυὲς, καὶ ταυτὸν κοινόν τι καὶ ἴδιον χρῆμα· ὅπερ οὐχ εὕρηται. A et æquipollentem Deo, ut, vos dicitis, confingimus, legitimum est nos a vobis occidi; postquam nos eam imputationem falsam coarguimus, constat cædem quoque, qua vos in nos sævitis, justam non esse. Quod si te distinctio personarum Patris, Filii, et Spiritus sancti perturbat ac terret, quasi ea exterius in unum Deum unumque principium, Filium ceu communicantem obtrudat, a natura Dei Patris diversum, hoc indocti potius quam docti hominis proprium est. Non enim idem est natura et persona; secus, nullæ res exsistentes essent homogeneæ; eademque res et communis esset et propria; quod non usuvenit.

ιε'. Καὶ ἄλλως· Εἰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον καὶ τὴν φύσιν εἰσάγεσθαι δίδωσιν, ἀνάγκη τὸ μὴ διάφορον τῶν φύσεων, μηδὲ διάφορον τῇ ὑποστάσει καθίστασθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι τὰ ταυτὰ τῇ φύσει, ταυτὰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν· ἔσται ἄρα Σωκράτης καὶ Πέτρος, ταυτοὶ ὄντες τῇ φύσει καὶ ἀδιάφοροι, καὶ τῇ ὑποστάσει ταυτοὶ, ὅπερ ἐστὶ γελοῖον· ἔστι γὰρ τὸ οὑτωσὶ σόφισμα παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν οὕτω καλούμενον· τοῦ γὰρ *ἑνὸς* πολλαχῶς λεγομένου, ὡς αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσιν, ἢ γένει, ἢ εἴδει, ἢ ἀριθμῷ, δῆλον ὅτι καὶ τὰ *πολλὰ*· ὁσαχῶς γὰρ τὸ κείμενον (12), τοσαυταχῶς καὶ τὸ ἀντικείμενον· τοῦτο γὰρ καὶ δεδιδάγμεθα· ἡμῶν δὲ ταῖς ὑποστάσεσι τὸ *τρία* διδόντων, σὺ καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον εἰσάγεις· ταῦτα δὲ οὕτως ἔχει· καὶ ἡ ἐνάργεια τῶν πραγμάτων δήλη, καὶ αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσιν· καὶ οὕτως σοι πᾶσαι αἱ διαβολαὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως, καὶ αἱ πρὸς ἡμᾶς ἀντιῤῥήσεις σου ἤλωσι καὶ ἀπίθανοι καὶ ψευδεῖς ἀποδεδειγμέναι εἰσί· καὶ τῶν διαβολῶν δηλονότι ἀναιρεθεισῶν, καὶ τὰ λοιπά σοι πάντα συνέψεται· καὶ ταῦτα πέρα τοῦ μέτρου· ἐπεὶ καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀκοαῖς· διὸ ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα τοῖς ἐθέλουσιν μικρῶς πως συνορᾷν, καὶ τῇ παραθέσει τῶν κρειττόνων, τὸ ἀληθὲς μεταδιώκειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἀπωθεῖσθαι διὸ καὶ μέχρι τούτων τὸν λόγον στήσω (13). B 15. Item aliter: Si personarum distinctio naturæ quoque distinctionem induceret, necesse foret id quod non est natura distinctum, ne persona quidem esse distinctum. Consequitur ergo, quidquid idem natura est, idem quoque fore personis. Socrates itaque erit etiam Petrus, qui si natura sunt iidem atque indistincti, iidem etiam persona erunt; quod est ridiculum. Namque hoc sophisma ab homonymia ita appellatur. Nam cum vocabulum *unus* multifario sensu dicatur, ut nos logicæ regulæ docent, nempe vel genere, vel specie, vel numero; constat, quod vocabulum etiam *plura* eamdem rationem habet; nam quot modis propositum, totidem etiam oppositum; sic enim didicimus. Jam dum nos personis trinum numerum damus, tu naturarum quoque distinctionem invehis. Hæc ita se habent, et ex factorum evidentia constat, et disciplinæ sic nos docent. Atque ita tuæ omnes adversus fidem nostram calumniæ et contradictiones, futiles, incredibiles mendacesque demonstratæ fuerunt. Jam calumniis disjectis, reliqua omnia per se consequuntur. Sed et dicta hactenus nimia fuerunt, et sermonum superfluitas auribus molesta est. Ideo hæc sufficiunt iis quidem qui aliquantulum considerare velint, et meliorum adjectione, aut comparatione, veritatem assequi, ac falsitatem dispellere. Hic ergo dicendi finem faciam. C

(11) Didymus Alexandrinus in suo ad Psalmos egregio commentario ait ad ps. xvii, 32: Ὁ Σωτὴρ οὐ μετέχων θεότητος, Θεός ἐστιν . . . οὐδεὶς τῶν κατὰ μετοχὴν θεῶν, ὡς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶναι δύναται· *Salvator, non est participatione deitatis Deus . . . nemo qui esset participatione Deus, domino Jesu Christo æquipollere potest.*

(12) Cod. hic et postea ἀντικείμενον.

(13) In extrema codicis pagina a recentiore manu, et quidem mendosissima, scribitur brevis Mahomedis notitia, nempe quod hic a Niceta Byzantino philosopho, et aurea locutione prædito, confutatus Arabs Mohamedes, orphanus fuerit, peregrinus, mendicus et vagus, et quod ad divitem viduam in quadam Arabiæ urbe accesserit, cui se mercenarium famulum et camelarium adlixit: quamque etiam malitia sua et subdolo sermone, licet ipse comitiali morbo urgeretur, in proprium conjugium pellexit. At cum hæc postea repudium ei, tanquam mendico et dæmoniaco, mitteret; is ad monachum quemdam familiarem suum, Constantinopoli extorrem, negotio delato, facile impetravit ut uxori per hunc suaderet, Dei se esse prophetam, et visiones pati, non apopiexin, et Gabrielem angelum secum loqui. Quæ audiens mulier gavisa est. Tum ex ejusdem narratione, adhuc in Arabia famam hujusmodi perseverare dicit: Ὁ ἀποχηρυχθεὶς παρὰ τοῦ Βυζαντίου καὶ φιλοσόφου καὶ χρυσοεποῦς κυρίου Νικήτα Ἄραψ Μωάμετ, ἦν ὀρφανὸς ξένος προσαίτης περιπολεύων ἐν πάσῃ χώρᾳ καὶ πόλει· ἐν τῇ Ἀραβίᾳ δὲ ἐλθὼν, καὶ ἐκεῖσε τὴν διατριβὴν ποιῶν, πρωσῆλθε γυναικὶ χήρᾳ πλουσίᾳ, καὶ ἐστοίχησεν μισθωτὸς ἐξυπηρετεῖν καὶ καμηλεύεσθαι αὐτῇ. Πονηρὸς δὲ ὢν καὶ ἐν λόγοις εἰρωνικὸς, ἐξαπατήσας αὐτὴν ἐγήματο, ὑπάρχων αὐτὸς κάτοχος. Ἐδυσφόρησεν ἡ γυνὴ τοῦτο οὕτω μαθοῦσα καὶ ἤχθετο λέγουσα, ὅτι Ἀπόλωλα πτωχὸν καὶ δαιμονιάριν λαβοῦσα· καὶ ἔμελλεν αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς ἀποδιώξαι. Τοῦτο οὖτος ὁ πονηρὸς νοήσας, προσῆλθέν τινι φίλῳ αὐτοῦ μοναχῷ ὄντι, ὃς ἀπὸ τῆς μεγάλης πόλεως ἐξώρισται· καὶ πρὸς αὐτὸν ταῦτα παρήγγειλεν λέγων, ὅτι Οἶδά σε γνωστὸν ὄντα τῆς ἐμῆς γαμετῆς, ὅτι ἐξεπεῖν θέλῃ πρὸς σὲ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ πῶς σκοτοδινῶν πίπτω· σὺ δὲ πρὸς τοῦτο ὑποστηρίξας τάδε εἰπὲ, ὅτι τοῦτο οὐκ ἦν ἄλλο ἀλλ' ἢ ἀγγέλου Θεοῦ ὀπτασία, Γαβριὴλ ὄνομα, καὶ ὅτι τοῦ Θεοῦ προφήτης ὑπάρχω· ἐπὶ τούτοις ὑπεραγάθησεν ἡ γυνὴ καὶ ἤθετο· καὶ παρ' ἐκείνης ἑξῆς ἀκουσθὲν ἐκρατήθη μέχρι τοῦ νῦν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. D

Digitized by Google

THEOGNOSTUS MONACHUS.

NOTITIA.

(Hanckius, *De Græcis scriptoribus historiarum Byzantinarum*, Lipsiæ, 1677, in-4°).

I. Theognostus monachus, exarchus Constantinopolitanus, id est, patriarchæ Constantinopolitani legatus (qualem auctores Latini recentiores *visitatorem* nominant), cum Ignatius Constantinopolitanum patriarchatum, quem ab anno Christi 847 per annos fere duodecim gesserat, anno Christi 858 in exsilium ab imperatore Michaele pulsus, Photio cessisset; Ignatianis Photianos, Photianis Ignatianos persequentibus, ad componendas lites A. C. 861 celebrata synodus Contantinopolitana, præsentibus Nicolai I Romani pontificis legatis, patriarchatum Ignatio demptum Photio adjudicavisset, id non ferendum ratus, qui cum Ignatianis sentiebat, clam sub habitu civili Romam profectus, ope Nicolai, tum Ignatio, tum etiam sibi consulere modis omnibus conatur. Stylianus Neocæsariensis in litteris ad Stephanum V Romanum pontificem, cum retulisset, in concilio Constantinopolitano patriarchatum ab ipsis legatis Romanis Photio confirmatum : Ὁπότε καὶ ζήλῳ κινηθεὶς ὁ μοναχὸς Θεόγνωστος ὁ ἀρχιμανδρίτης, καὶ διὰ κοσμικῆς στολῆς λαθραίως καὶ αὐτὸς εἰς Ῥώμην ἐπιδημεῖ, καὶ τὰ κατὰ τοῦ Ἰγνατίου διδάσκει τὸν ἁγιώτατον πάπαν Νικόλαον· *Tum etiam zelo commotus monachus Theognostus archimandrites et civili habitu clam et ipse Romam properavit, et causam Ignatii exposuit sanctissimo papæ Nicolao.*

II. Romæ cum viveret, ab imperatore Michaele, sicut inter calumniatores referebatur, qui Photium et Photianos in Occidente figmentis traducebant, ita Constantinopolim ad tribunal, sed nequidquam, citabatur. Pro Theognosto Nicolaus pontifex, ipsemet Ignatianus, epistola 8 (quam, ut ex epistola 9 colligi potest, A. C. 865, indictione XIII scripsit) imperatori Michaeli respondebat : *Porro scripsit nobis imperium vestrum ut Theognostum, qui a fratre et coepiscopo nostro Ignatio super quasdam provincias exarchatus pondus accepisse dignoscitur, nec non et alios monachos sibi, tanquam vestræ Augustalis injuriatores Excellentiæ destinemus. In quo cum tamen ipsi injuriatores vestri non fuerint, quid aliud, nisi ut quanta pœna et quibus tormentis subjiciantur hi qui ex parte Ignatii sunt, et apud vos in ditione vestra consistunt, liquidius agnoscamus. Quando hi non utique ad epulas, non ad infulas alicujus honoris perciendas profecto quæruntur, sed potius ad puniendum, quos forte nec vidistis, nec cujus moris sint, penitus agnovistis. Denique quidam eorum ab ineunte ætate Romæ divinis obsequiis famulati sunt, et non justum credimus hujusmodi tormentis fore subdendos. Theognostum autem non de vobis sinistra, sed potius grata prædicare testamur. Quamobrem ergo eum quæratis ignoramus, nisi forte, quia illinc fugatus, hic apud nos requiem, quemadmodum innumeri Christiani, aliquantulum reperit.*

III. Eam vero Theognostus apud Romanos inibat gratiam, ut ab iis ἀρχιμανδρίτης τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, *archimandrites veteris Romæ*, id est, præfectus monasteriorum veteris Romæ, constitueretur, qui novæ Romæ, id est Constantinopoleos, exarchus exstiterat. Docet hoc titulus quem Theognosti narratio præfixum gerit, § VIII in medium afferendus.

IV. Ignatius ab imperatore Basilio, Michaelis successore, Photium relegante, patriarchatum Constantinopolitanum A. C. 867 recipiebat. Theognostus, qui per annos septem hactenus Romæ commoratus, exsulis Ignatii causam apud Nicolaum I et Adrianum II pontifices Romanos, nervis omnibus egerat, A. C. 868 Constantinopolim revertebatur, ad Basilium imperatorem et Ignatium patriarcham litteras, in quibus utrique majorem in modum commendabatur, ab Adriano scriptas afferens. Adrianus, partibus Ignatianis addictus, in epistola I quam ad imperatorem Basilium, Indictione I Kalendis Augusti scripsit (Anastasius Bibliothecarius in Actis concilii Constantinopolitani IV Latinis actione VII), repræsentat : *Postquam autem cognovimus, quod misericors Deus imperium vestrum simul et affectum ad hoc erexerit, ut dispersa congreget, et quæ ceciderunt erigat et contrita resolidet; fiducialiter possumus, Deo gratias, deposcere ut ii qui abjecti sunt, ab imperio vestro recipiantur, et ii qui dispersi, congregentur. Quapropter prudentissimum virum Theognostum honorabilissimum exarchum vestræ fiduciæ remittentes commendamus; qui legatione, tam pro fratre et comministro nostro Ignatio, quam pro cæteris contribulatis functus per septennium apud principis apostolorum limina ut peregrinus et incola vixit, et eorum confessionibus memoriam vestram assidue commendavit; et a die adventus sui usque ad præsens pietatis vestræ præconia narrare, et Ecclesiæ manifestare vulnera, et horum medelam exigere non destitit. Nunc ergo quoniam et iste unus ex illis est, qui, postquam lupus factus est pastor, continuo dispersi et a vobis vice omnia regentibus congregati sunt, revocetur et ipse, petimus, et in mandra fidelium omnium a clementia*

Digitized by Google

vestra locetur, et inter lætantes pios filios paterno affectu post longæ captivitatis reversionem connumerari mereatur; et ob amorem Dei, et protectorum vestrorum principum apostolorum honorem, a quorum regimine proficiscitur, mansuetudinis vestræ auxilia sentiat, et post turbationem serenitatem, et post multa adversa optatæ prosperitatis effectum, quatenus per patronorum vestrorum intercessiones, principum videlicet a quorum sede remittitur, et quorum principatum pro Ecclesia vestra, quæ valde fluctuat, die ac nocte interpellare per multa curricula non cessavit. » In epistola 2 quam ad Ignatium patriarcham indictione I, Kalendis Augusti, scripsit, (Anastasius ibidem) exhibet : *Præterea communem filium Theognostum, reverendissimum exarchum et dilectum nobis, ecce ad vos transmisimus, qui ex persequentibus æmulatoribus tuis illinc nudus salvatus, quin et mutato habitu vix huc pertingens, vitam lucratus est, deinde apud memorias apostolorum per septem fere annorum curricula, ut hospes et advena demoratus, non tantum propriam miseriam, quantum sanctitatis tuæ pressuram et Constantinopolitanæ Ecclesiæ calamitates pene incessanter deflebat : ita ut non solum antea jam dictum decessorem meum* (Nicolaum I) *sed et me postea nocte ac die indeficienter erigere, et pro statu tantæ Ecclesiæ et erectione vestra crebris suasionum stimulis latera percutere, et quemadmodum angelus quondam : Surge, Petre, accipe fortitudinem ad salvandas gentes, per singulos dies nobis dicere non cessaret quousque auditum, Deo præstante, suscepit, quod ardenter in pectore semper bajulabat. Qua de re, frater dilectissime, sanctitati tuæ hunc commendantes, rogamus et deprecamur, quatenus circa se sentiat beneficii tui propositum; et sicut vestræ factus est communicator passionis, ita et consolationis : non autem ut familiaris noster factus, sed et ut a sede principis apostolorum susceptus, hic debet ob amorem ejus, non qualemcunque in conspectu sanctitatis vestræ gratiam invenire.*

V. Anno Christi 869 Theognostus patriarchalis hegumenus legatos Adriani II Romani pontificis, ad concilium Constantinopoli celebrandum missos, Sillambriam ingressos excipiebat; qui Constantinopolim indictione III, die XV Septembris, A. C. 869, pervenerunt. Continuator Anastasii de Romanis pontificibus in Adriano II : *Multorum anfractuum laboriosos circuitus* (legati Pontificii) *penetrantes, tandem Christo præduce Thessalonicam veniunt in quo Basilius imperator Eustachium spatharium candidatum cum suæ salutationis officio sanctæ Romanæ legatis Ecclesiæ obviam destinavit. Qui eos admodum honorifice per contigua itineris loca ducentes, Sillambriam pervenerunt. Ubi a Sisinnio imperiali protaspathario et Theognosto patriarchali hegumeno, qui Romæ apud sanctissimum papam Nicolaum pro restituendo Ignatio sedulus intercessor exstiterat, cum 40 equis de stabulo imperiali et totius mensæ argenteo apparatu, officialibusque, qui sibi ad omnem libitum famularentur, sunt excepti. Ad castrum autem rotundum, in quo est ecclesia miræ magnitudinis S. Evangelistæ Joannis nomini dicata, favore Augustali, Sabbato mansionem suscipiunt. Et Dominica, quæ quinta decima dies Septembri erat, indictione tertia, singulos equos cum sellis aureis devotione imperatoria capientes, obviati omnibus scholis, videlicet spathariorum, candidatorum, strategorum, mandatorum cæterorumque Palatinorum ordinum, omnibusque clericorum planetariis ordinibus ad portam auream veniunt.*

VI. Post concilium Constantinopolitanum, A. C. 870 finitum, quod prorsus ad Adriani II Romani pontificis mentem, patriarchatum Constantinopolitanum ademerat Photio, confirmaverat Ignatio, Theognostus apud Constantinopolitanos monasterii Fontis hegumenus, id est abbas, et Ecclesiæ Magnæ (quibus vocabulis templum Sanctæ Sophiæ solet denotari) scenophylax, id est, vasorum custos, per se Romam iturus, imperatorum Basilii, Constantini, Leonis et patriarchæ Ignatii litteras ad Adrianum perferendas accipiebat: ipsius (cujus arbitrio Græcam Ecclesiam Ignatius et Ignatiani, partim acerrimis in Photium et Photianos odiis, partim magnis in integrum restitutionis beneficiis adducti, intra concilium a solis Ignatianis celebratum, in rebus præcipuis subjecerant,) ad utiles Ecclesiis, tum lectores plurimos quos Photius sacris initiaverat, in officiis suis toleratos, majoribus dignitatibus mactandos, tum episcopos nonnullos ob communionem cum Photio cultam, muneribus suis orbatos, prioribus sedibus restituendos, consensum impetraturus. Imperatores in litteris ad Adrianum, quas Anastasius Bibliothecarius Actis Constantinopolitani concilii Latinis subjunxit : *Litterarum gerulum expeditum ad peregrinam profectionem, et magnanimum ad malorum tolerantiam consecuti sumus, id ipsum optabile habentem principi apostolorum ante promissum causa reddendi votum, eumdemque vestræ paternæ Sanctitati commendamus, super hoc quoque multum tranquillitatem vestram rogantem. Idem autem est hic Theognostus, quem et vos bene nostis, Deo amabilis hegumenus superlaudabilis Dei matris Peges (id est* Fontis) *et vasorum custos Magnæ Ecclesiæ. Per ipsum ergo, quæ nostri desiderii sunt, opportune adimplere conspeximus.* Ibidem post pauca : *Specialis autem Pater noster et magnæ civitatis patriarcha postulavit a nobis scribere Sanctitati tuæ de his lectoribus, qui a Photio promoti sunt, multis et innumerabilibus exsistentibus eis in diversis provinciis ; insuper autem et de Paulo reverendissimo bibliothecario, verbo et vita præfulgido, ac Theodoro metropolita, qui et ipse nimis Ecclesiæ utilis est, quatenus dispensatio fiat a Sanctitate Vestra super ipsis, quibusdam quidem ad ascensus majores sacrorum graduum, quibusdam vero ad receptionem sedium suarum ; ad hoc rogantibus Dei imitatricem virtutem tuam ; horum quidem multitudinem, hujus vero labores et pro veritate sudores, illius autem culpæ reprehensionem, et quod ex canonica sit manus impositione promotus considerantem : pro his et imperium nostrum flagitat pietatem tuam dispensandum aliquid hinc humanius.* Ignatius in litteris ad Adrianum, ibidem exstantibus : *Nostra humilitas memor charitatis vestræ, ac amabilis, quem circa nos habet, affectus, et ad hoc ipsum voluntatem et medicationem habens, invenit procurantem*

Digitized by Google

ut mitteretur in viam, quæ est ad magni nominis Romam, orationis causa, intimum filium nostrum reverendissimum abbatem Fontis, et scevophylacem Magnæ Ecclesiæ, dominum Theognostum, et idcirco magis studuimus adimplere desiderium vestrum, quem et misimus cum præsenti epistola nostra visitaturum et salutaturum, ac adoraturum fraternam Sanctitatem Vestram ; nuntiaturum etiam et a Christo nobis donatam incolumitatem in hac vita multis passionibus et tribulationibus plena, quemadmodum ipse voluit et judicavit, qui omnia sapienter et congruenter dispensat, et ante in tua piissimorum et Christi amicorum ac a Deo gubernatorum, atque divinitus munitorum imperatorum nostrorum prosperitatem et tropæa, et in melius de die in diem rerum Romani imperii translationem, ut et vos gaudentibus nobis congratulemini per mutuam unius corporis membrorum coeffectionem et compassionem, et iterum Dei boni gratia et cooperatione, ad mediocritatem maturius remeaturum, et bona nuntia amabilissima vitæ vestræ allaturum ad Ecclesiam nostram. Ibidem post pauca : *Quod autem sanctissimis vicariis paternæ sanctitatis vestræ adhuc* (Constantinopoli, quo ad concilium venerant) *præsentibus perfectum non est neque finem accepit, rogamus nunc terminari et disponi perfecte, ac integre scribi ad humilitatem nostram de his lectoribus, qui tonsi sunt a Photio, manus impositione : qui cum sint pene innumerabilis multitudinis in universis regionibus et civitatibus Ecclesiæ, postulant ex necessitate aliorum fieri sacerdotalem provectum : ut cognoscamus etiam et super hac re vestram voluntatem atque decretum certissime et manifestissime, utrum sint digni promoveri ad majores sacerdotii gradus, annon sint : dubium enim hoc tantum dimiserunt. Et adhuc postulamus etiam de intimo filio nostro et fortissimo veritatis agonista, Paulo videlicet chartophylace ut, si est possibilis in eum dispensationis aliqua ratio, recipiat dignitatem episcopatus, quemadmodum et antea in litteris nostris efflagitavimus. Deinde quoque super Theodoro, qui a nobis quidem consecratus est metropolita Cariæ, multum autem laboravit et afflictus est ab initio injustæ ac iniquæ dejectionis nostræ, in novissimis vero cum misero Photio conveniens, propter ejus immensa tormenta, quæ sibi resistentibus inferebat, consensit et usque ad ultimum ipsius diem repœnitens, nihilominus rursus corde contrito et spiritu humilitatis veniam expetivit. Prohibuerunt enim eum sacerdotio fungi quoquo modo sanctissimi vicarii Almitatis vestræ, et quod subscripserit in eam quæ facta est ab infelicissimo Photio, quasi depositio beatissimi et optimi Patris nostri Nicolai decessoris Sanctitatis tuæ. Hæc sunt, de quibus rogamus Sanctitatem vestram, ut si possibile sit, utatur verbo dispensationis et misericordiæ in his, cum alia omnia optimum et commodum finem ac dispositionem susceperint.*

VII. Sed horum quæ Constantinopolitanorum imperatores, cum patriarcha satis humilem in modum expetebant, nihil auctoritate sua, nihil precibus suis Theognostus ab Adriano Photianis implacabili, Constantinopolitanis inexorabili, obtinebat. Id nos Adrianus in litteris ad Basilium, Constantinum et Leonem, imperatores Constantinopolitanos, indictione v, die 10 Novembris, a. c. 871, scriptis, quas Actis concilii Constantinopolitani IV Latinis additas reperimus, docet : *Quamvis*, ait ibid., *multa instantia et certamen viri prudentissimi et religiosissimi hegumeni ac sacrorum vasorum custodis Theognosti, qui de pietatis vestræ virtutibus et probabilium morum insignibus, et tropæorum triumphis, atque de beneficiorum vestrorum pie sibi præstitorum multitudine nos plurimum relatione sua lætificavit, et qualiter diebus vestris superno brachio atque studio et solertia, vestra Christianitas prosperetur, enarrans, ad multimodas laudes S. Trinitati reddendas, et gratias alacriores exhibuit ad postulata divinitus muniendo imperio vestro concedenda, nos supra modum efflagitaverit, et ultra quam dici possit, solito et prisco more, ac pro ecclesiasticis utilitatibus frequenter impenso crebris suggestionibus investigaverit ; super quibus tamen, propter jam designatam causam* (non esse partium Nicolai I Romani pontificis, tum etiam suo semel edito decreto, Photianos damnanti, contrarium quidquam admittere) *nec annuere possumus, nec quidquam præter id, quod jam evangelizatum est, ullo modo definire.*

THEOGNOSTI MONACHI SCRIPTA DE REBUS CONSTANTINOPOLITANORUM.

VIII. Ignatii Constantinopolitani patriarchæ, cui sede sua dejecto imperator Michael Photium successorem dedit, causam historico libello repræsentat, cujus inscriptio : Λίβελλος περιέχων πάντα τὰ κατὰ τὸν μέγαν Ἰγνάτιον, πεμφθεὶς πρὸς Νικόλαον πάπαν Ῥώμης, προσωποποιηθεὶς ὑπὸ Θεογνώστου μοναχοῦ καὶ ἀρχιμανδρίτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐξάρχου Κωνσταντινουπόλεως, εἰς ὄνομα Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου· *Libellus continens totam magni Ignatii causam, missus ad Nicolaum papam Romanum, conscriptus a Theognosto monacho et archimandrita veteris Romæ, et exarcho Constantinopoleos, nomine Ignatii patriarchæ.*

IX. Hunc libellum, miserias, quas Ignatius in exsilio passus erat, Nicolao I pontifici Romano recensentem, orditur ab initiis exsilii, quod Ignatius a. C. 858 subiit, terminat in Actis Constantinopolitani concilii, quod Ignatium damnavit, a. c. 861.

X. Prodiit Græce et Latine, interprete Matthæo Radero, concilii Constantinopolitani IV, quod inter œcumenica solet octavum nominari, Actis Græcis præmissus, Conciliorum tom. VI., Parisiis 1636, in fol. ; tomo VIII, ibid., 1671, in fol.

Digitized by Google

ΘΕΟΓΝΩΣΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΑΠΑΝΤΑΣ.

—

THEOGNOSTI MONACHI

ENCOMIUM IN OMNES SANCTOS.

(*Codices Naniani*, p. 144, cod. 72.)

—

Λαμπρὸν τὸ τῆς ἑορτῆς ὄμμα, καὶ φαιδρὸν τὸ τῆς ἐκλογῆς ἆσμα· πρέπει γὰρ ἡμῖν ᾀσμάτων ἐκλογὴν, τοῖς τῶν ᾀσμάτων κυρίοις ἐκφωνεῖν καὶ σεβάσματα. Ἀλλ' οἶμαι ἀρξάμενον, ναρκῶσαι πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ λόγου προφοράν· ὑπερβαίνει γὰρ ἡμᾶς τὴν εὐφραδίαν, ἡ τῶν πεπραγμένων ἄθλων πολυτέλεια· τὸ δὲ ὑπερβαῖνον εἰς ἐγχείρησιν, δυσχερεστέραν ἔχει τὴν τοῦ σκοπουμένου κατόρθωσιν· πῶς γὰρ ἂν ἐξερεύξωμαι τοῖς χείλεσιν ὕμνον, ἀδίστακτος ὢν δικαιωμάτων Θεοῦ, ἀμύητος βεβαιωμάτων Χριστοῦ; Γέγραπται γάρ· *Ἐξερεύξονται τὰ χείλη μου ὕμνον, ὅταν διδάξῃς με τὰ δικαιώματά σου.* Ἀλλ' ἔστι καὶ λόγος πανεύπορος, ὑπὲρ λόγον ἔχων τὸν λόγον, θησαυρὸν ἔχων χορηγὸν, ἐννοίας εὐσεβεῖς, καὶ ῥημάτων ἀξίαν εὐφραδίαν, πρὸς ὃν ἐπερειδόμενος, ἄρξομαι λέγειν λόγια ἀληθῆ. Ὀρθίους οὖν τὰς ἀκοὰς στήσαντες, ἀγαπητοὶ, τὴν τοῦ παρόντος συγγράμματος ἐπιμελῶς δέξασθε διήγησιν· ἐπίσταται γὰρ ἡ τῶν κρειττόνων ἀκρόασις, πρὸς τὴν τῶν μειζόνων οἰκοδομὴν ἄγειν τοὺς ἐπιμελῶς ἐνωτίζεσθαι θέλοντας. A B

Πολύανδρος ἡ τῶν ἀγώνων ἀνδραγαθία, καὶ πολύτροπος ἡ τῶν ἄθλων προθυμία· οὐ γὰρ πρὸς ἕνα καὶ δύο ἢ δέκα τὸν ἀριθμὸν, ὁ τοῦ ἐγκωμίου κηρύττεται, ἀλλὰ πρὸς ἄπειρον πλῆθος ἁγίων, μαρτύρων καὶ ὁσίων· ὧν γὰρ δῆμος ἀνδρῶν ἀριθμῆσαι οὐκ ἐξίσχυσε, τούτους εἷς καὶ μόνος εὐαρίθμητον ἔχει τὴν ποσότητα, καθὼς αὐτὸς ὁ εἷς ἐθριάμβευσε λέγων· *Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠρίθμηνται.* Ὁ τοίνυν ἀριθμεῖν τρίχας δυνάμενος παντὸς ἀνθρώπου, οὐ μᾶλλον ἀριθμήσει τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μαρτύρων καὶ ὁσίων τὰ σώματα; Οὐ γὰρ πρὸς ἕνα τόπον τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον τόπον τὰ πλήθη. Ὥσπερ γὰρ Θεοῦ τὸ ὑπέρογκον μέγεθος καὶ ἐν τοῖς ἀοράτοις ἐξήπλωται, οὕτω καὶ ὁ τῆς πίστεως αὐτοῦ ψυχοδέσμιος ζῆλος καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐκκέχυται. Διὸ εἰ καὶ κατὰ τόπον τὸ πλῆθος, ἀλλ' εἰς ἕνα τόπον ὁ πόθος. Οὓς γὰρ ἡ γῆ διὰ τὰς κατοικίας ἐχώρισε, τούτους οὐρανὸς διὰ τῆς ὁμονοίας συνήθροιζε· καὶ γίνεται ὁ σωματικὸς χωρισμὸς, πνευματικὸς ἀθροισμός· καὶ οἱ τὸ βραχύτα- C

Magnificum festivitatis spectaculum, et alacre electionis canticum ! convenit enim nobis canticorum electionem nobis canticorum dominis expromere et venerationis cultum. Sed hunc qui inceperit reor ad dignam sermonis prolationem torpescere. Superat enim nostram eloquentiam gestorum certaminum magnitudo ; quod autem conamina superat difficiliorem habet propositi exitum. Quomodo enim eructabo labiis hymnum, justificationum Dei inscius, et inexpertus confirmationes Christi ? Scriptum est enim : *Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me justificationes tuas*[1]. Sed est quoque verbum abundantissimum, supra verba verbum habens, thesaurum possidens copiosum, pias sententias, et dignam vocis eloquentiam, cui insistens incipiam veros sermones loqui. Matutinas ergo aures præbentes, dilectissimi, præsentis scripti accurate accipite recitationem ; scit enim meliorum auditio ad majorum ædificationem ducere hos qui attente auscultari volunt.

Multiplex est pugnarum virtus, et diversissimus certaminum ardor ; non enim in unum vel duo vel decem numero, illud encomium proclamatur, sed in innumeram sanctorum, martyrum et piorum multitudinem. Quos enim hominum turba dinumerare non potuit, horum unus et solus Deus bene æstimatam novit quantitatem, ut ipse solus triumpho decoravit qui dicit : *Vestri capitis capilli omnes numerati sunt*[2]. Qui igitur capillos numerare potest omnis hominis, nonne magis numerabit quæ in toto mundo exsistunt martyrum et piorum corpora ? non enim ad unum locum multitudo adhæret, sed per omnia loca multitudines diffunduntur. Nam sicut Dei immensitas vel in locis invisibilibus extenditur, ita quoque fidei ejus animas captivans zelus ad orbis universi terminos diffusus est. Quare si quidem in suo loco multitudo est, sed ad unum locum cogit amor. Quos enim terra per habitationes divisit, hos cœlum per mentium unionem conjunxit ; fitque corporalis divisio, spiritualis conjunctio ; et qui

[1] Psal. cxviii, 171. [2] Matth. x, 30.

Digitized by Google

brevissimam hanc in terra vitam separatam habent æternam in cœlis vitam conjunctam obtinuerunt, se invicem videntes et sibi gratulantes. Non enim fuit illis cupitum breviter separatis vivere, sed desideratum semper conjunctis vivere, et vitæ datorem laudare. Unde ad patiendum destinati, periculis se objicere non pati reputaverunt ; sed levioribus pugnis afflicti, vehementius pati iterum tentaverunt ; in quibus licet multorum deorum et non Dei cultores judices misericordia commoti fuerint, ad illecebras sanctis præbendas, injuriis illicitis strenui illi hos impetebant, ad vehementiorem in condemnatione iram excitandam ; ut per acerbius supplicium, splendidiorem lætitiam procurarent, quod possumus exemplo illustrare. Sicut in stadio equestri auriga, ob remissiorem bigarum cursum variabile et difficile certaminis exordium ostendens, victoriæ tandem præmium adipiscitur ; ita ubique terrarum diffusus sanctorum chorus multiplices pugnas Regi sæculorum offerre gestivit, splendidiorem inde accipiens luctarum retributionem, et illustriorem inde educens laudis æternam memoriam, memor apostolici verbi dicentis : *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem*[3]. Attrahebat enim illos ejus amor qui primus pro illis passus est, et exemplum dedit illis tantæ in patiendo fortitudinis ; sicut hamus in maris abyssum jactus, piscem natantem ad piscatoris manus adducit. Inde majora secuti inferioraque spernentes pro corruptibilibus incorruptionem apprehendebant. Non enim patria, aut consanguinitas, aut divitiarum opulentia, aut exercituum numerus, aut regiæ potestatis dignitas in memoria sanctis versata erat : aspiciebant enim patriam, cœlum ; consanguineos, angelos ; et magnitudinem gaudii inenarrabilis, et cantus festa agentium in spiritu, et vocem lætitiæ canentem, et divinitatis delicias.

Et videre erat judices inter et judicatos, damnatores inter et damnatos, prodigium insolitum et stupenda admodum res ; cum illi quidem ira permoti et quasi irrisi acerbe castigantes, hi vero animo elato variis suppliciis lætari invenirentur. Nam pars præmiorum in æternis sæculis utrisque data fuit, secundum mensuram illius, qui unicuique juxta æstimationem præmia largitur Christus ; his quidem patientiæ levamen post suppliciorum illatorum sufferentiam ; illis autem incussio acerbarum pœnarum in hos qui crudelibus pœnis affecerunt, incudis instar percussæ et castigantis eos qui illam percusserant. Quomodo enim incus percussa, neque maculam neque rugam admittens, cruciatuum dolores remittit suis percussoribus per membrorum contritionem ? quod in figura dici potest per comparationem. Nam aliqui celebrium martyrum per ignem pugnæ cursum perficientes, in caminum vehementer ardentem præcipitati, choreas cum angelis jubilantes canticis spiritualibus agonothe-

[3] I Cor. III, 8.

τον ζῆν ἐπὶ γῆς ἄπωθεν κεχωρισμένον ἔχοντες, τοῦ ἀεὶ ζῆν ἐν οὐρανοῖς συνηθροισμένον ἐκτήσαντο, ἑαυτοὺς ὁρῶντες καὶ ἀγαλλόμενοι. Οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς ἐπιθυμητὸν, τὸ πρὸς βραχὺ μεμερισμένως ζῆν, ἀλλὰ ποθητὸν τὸ ἀεὶ συνηγμένως ζῆν, καὶ τὸν ζωοδότην αἰνεῖν· ὅθεν καὶ τὸ παθεῖν ὁριζόμενοι, τὸ μὴ παθεῖν κινδυνεύειν ἐλογίζοντο· ἀλλὰ καὶ τὸ πραοτέρως ἀθλεῖν ὀδυνώμενοι, τὸ σφοδροτέρως πάσχειν ἀνεπαίοντο. Ἐν οἷς εἰ καὶ πολλάκις τῶν πολυθέων ἀθέων κριτῶν ἔλεον ἐπικαμπτομένων, διὰ τὴν θελεαστικὴν τῶν ἁγίων κατάθεσιν, ὕβρεσιν ἀθέσμοις οἱ γενναιόβουλοι τούτους ἐξέπλυνον, πρὸς θυμικωτέραν ὀργὴν τῶν κολάσεων διεγείροντες· ἵνα διὰ τῆς πικροτέρας τιμωρίας, μεγαλειωτέραν τὴν θεωρίαν κομίσωνται· ὡς οἷόν ἐστι λέγειν τὸ ὑπόδειγμα· Καθάπερ ἐν σταδίῳ ἱππικῷ ἡνίοχος, τῇ βραχυδρομίᾳ τῶν ὑποδιφρίων ἵππων, ποικιλότεχνόν τε καὶ πολύμοχθον τὴν τοῦ ἀγῶνος ἐνδεικνύμενος ἔνστασιν, τὸ τῆς νίκης βραβεῖον ἐλεῖται· οὕτω καὶ ὁ καθόλου κοσμικὸς τῶν ἁγίων χορὸς πολυάθλους τοὺς ἀγῶνας τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων προσφέρειν κατέσπευσε· λαμπροτέραν ἐκεῖθεν ἐκδεχόμενος τὴν τῶν ἐπάθλων ἀντίδοσιν, καὶ φαιδροτέραν ἔνθεν ἀφιέμενος τῆς εὐφημίας τὴν ἀείμνησιν· ἐνούμενος (*sic*) τὸ ἀποστολικὸν λόγιον τὸ φάσκον· *Ἕκαστος τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον.* Εἶλκε γὰρ αὐτοὺς ὁ τοῦ προπαθόντος ὑπὲρ αὐτῶν πόθος, καὶ ὑποδείξαντος αὐτῶν τὰ τῶν παθῶν καρτερήματα· καθάπερ ἄγκιστρον ῥιφὲν ἐν θαλαττίῳ βυθῷ, ἰχθὺν νηχόμενον χερσὶν ἁλιέως ἐφέλκεται· ἔνθεν καὶ τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ μείζονος τῶν ἠττόνων καταφρονήσαντες, ἀντὶ φθαρτῶν ἀφθαρσίαν κατημβήτευσαν. Οὐκέτι γὰρ πατρὶς, ἢ συγγένεια, ἢ πλούτου διαφίλεια, ἢ στρατευμάτων ὑπεροχὴ, ἢ ἀρχικῆς δυναστείας προκοπὴ, εἰς μνήμην τῶν ἁγίων ἐφέρετο· ἀπέβλεπον γὰρ πατρίδα, οὐρανόν· συγγενεῖς, ἀγγέλους· ἔνθα μέγεθος χαρᾶς ἀνεκλαλήτου, καὶ ἦχος ἑορταζόντων ἐν πνεύματι, καὶ φωνὴ ἀγαλλιάσεως ᾄδουσα, καὶ λαμπηδόνες θεότητος.

Καὶ ἦν ὁρᾶν μέσον κριτῶν καὶ κρινομένων, μᾶλλον δὲ κολαζόντων καὶ κολαζομένων, θαῦμα ἐξαίσιον καὶ θάμβος ὑπέρτερον· τῶν μὲν θυμουμένων καὶ ὡς παιζομένων, πικρῶς τιμωρούντων, τῶν δὲ προθυμουμένων καὶ ταῖς ποικίλαις τιμωρίαις ἐπεντρυφᾷν εὐρυνομένων. Μερὶς γὰρ ἄθλων ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἀμφοτέροις ἐδίδοτο, κατὰ τὸ μέτρον τοῦ ἀγωνοθετοῦντος ἑνὶ ἑκάστῳ τοὺς ἄθλους πρὸς δοκιμασίαν Χριστοῦ· οἷς μὲν ὑπομονῆς στερέωμα, πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐπιφερομένων κολάσεων· οἷς δὲ καὶ ἀντιπομπὴ τῶν ὀδυνηρῶν βασάνων ἐπὶ τοὺς ἀφειδῶς βασανίζοντας, δίκην ἄκμονος τυπτομένου, καὶ παιδεύοντος τοὺς αὐτὸν κατατύπτοντας. Πῶς γὰρ ἄκμων τυπτόμενος, μήτε σπίλον μήτε ῥυτίδα ὑπομένων, τὰς τῶν ἀλγηδόνων ὀδύνας ἀντιπέμπει τοῖς τύπτουσι διὰ τῆς τῶν μελῶν κλάσεως; Ὅπερ καὶ σχηματολογεῖν πρὸς ἀντιπαράθεσιν ἄξιον. Τινὲς γὰρ τῶν μεγαλοφώνων μαρτύρων, τὸν διὰ πυρὸς δρόμον ἀγωνιστικὸν τελοῦντες, εἰς κάμινον λαύρως ἐκκαυθεῖσαν βληθέντες, χορείας μετ' ἀγγέλων κροτήσαν-

Digitized by Google

τες ᾄσμασι πνευματικοῖς τὸν ἀγωνοθέτην ἐδόξαζον· καὶ τῇ αἰθάλῃ τῆς ὑπερορίου φλογὸς δροσιζόμενοι, τὰς καυστικὰς ἐνεργείας τοῖς ἐξυπηρετοῦσιν ἀντέπεμπον· καθὼς ἔστι λέγειν· *Ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός*. Ἄλλοι δὲ ἐν σταδίῳ κυνηγεσίου πρὸς βορὰν θηρίων σπαραχθέντες, τὸν φόβον τῆς προσδοκωμένης θηριοβρωσίας ἀντ' οὐδενὸς ἡγησάμενοι, ἀτάραχον τὸν λογισμὸν ἑαυτοῖς κατήρτιζον· ἕτοιμον τὸ παθεῖν διὰ τὸ ζῆν μετ' εὐχαριστίας προβαλλόμενοι· οἱ δὲ βλοσυροὶ καὶ ἀτίθασσοι λυθέντες θῆρες, τοὺς κρινομένους πολλάκις ἐάσαντες, καὶ πρὸς τοὺς κριτὰς δρομαίως χωρήσαντες, τοῖς ὀδοῦσι σπαράγματα τοῖς θεωμένοις ἐδείκνυον· ὡς ἐντεῦθεν καθολικῇ συμφωνίᾳ μεγαλύνεσθαι τὸν Θεόν. Ἑώρων γὰρ τοὺς θῆρας ἐξουθενοῦντας θεούς· καὶ ἦν ἰδέσθαι ἀντιπεριπλοκὴν τῶν πραττομένων παράδοξον, κριτὰς κρίνοντας καὶ κολαζομένους, τῶν κολάσεων ἀνακτωμένους· ὅπερ καὶ πρὸς ὕμνον μεγαλαυχεῖν ἄξιον. Ὦ δυνάμεως ὑπὲρ δύναμιν ἐχούσης τὰ τῆς δυναστείας θαύματα! ὦ προνοίας ὑπὲρ ἔννοιαν ποονοουμένης τὰ τῆς μεγαλονοίας πρὸς τὸ συμφέρον δωρήματα!

A tam collaudabant et cinere externi ignis aspersi, urentem vim ejus ministris remittebant; sicut dici potest: *In operibus manuum ejus comprehensus est peccator*[1]. Alii autem in stadio venatico per rabiem ferarum lacerati, metum feris escam præbendi pro nihilo reputantes, firmam sibi animam componebant, ad patiendum paratam cum gratiarum actione ut vitam attingerent exponentes; sed horribiles et mansuescere nesciæ feræ condemnatos sæpe linquentes, et in judices vehementer irruentes, dentibus lacerata membra mirantibus ostendebant; ita ut inde universali concentu Deum magnificent, videbant enim a feris ipsis deos contemni. Et videre erat mirandam et ancipitem rerum conversionem, judices judicantes et condemnatos vicissim supplici- B ciis affici; quod per canticum exaltare decet. O virtutis supra virtutem exsistentis potentiæ prodigia! O providentiæ super mentem prævidentis, magnæ mentis ad utilitatem collata dona!

Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως προαιρετικῶς κολασθέντες, ἐνεργητικῶς δὲ ἀθωωθέντες, αὐτόματον τῆς κοιμήσεως ἐδέξαντὸ τὴν τελείωσιν· ἕτεροι δὲ οὐχ οὕτω· προειρήκαμεν γάρ, ἀγαπητοί, κατὰ τὸ μέτρον τοῦ ἀγωνοθετοῦντος τοὺς ἄθλους πρὸς τὸ συμφέρον Χριστοῦ. Ἀλλὰ πῶς; Ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων καὶ φυλακῆς πεῖραν ἔλαβον· ἄλλοι δὲ λιθασθέντες, πρισθέντες, σφαγέντες, τὴν ἐντεῦθεν κατέλιπον πρόσκαιρον φθοράν· καὶ οὐ πῦρ, οὐ ξίφος, οὐ λίθων βολαί, οὐ λέβητες, οὐ ξυστῆρες, οὐ στραγγαλιστῆρες, C οὐκ ἄλλη τις ὀδυνηρὰ τῶν κολάσεων τιμωρία, τοὺς καρτερικοὺς ἀγῶνας τῶν γενναίων ἁγίων διέστρεψεν· ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικήσαντες, καὶ τὸν ἀγαπήσαντα σφοδρῶς ἀγαπήσαντες, κατέλιπον ἡμῖν τὰ θεοσύλλεκτα λείψανα. Καὶ πῶς θεοσύλλεκτα; Μάθωμεν, ἀγαπητοί. Τινῶν γὰρ ἁγίων ξίφει ἀποτμηθέντων, τὰ σώματα ὡς βδελύγματα τοῖς ἀθέοις κριταῖς εἰς θηριοήθεις τόπους, ἐπ' ἐδάφους ῥιφέντα, σῶα διεφυλάχθησαν· καὶ οὐ θῆρες, οὐκ ἄλλο τι τῶν σαρκοβρωτεῖν εἰωθότων ζώων, τούτων ἐφάψασθαι ἴσχυσεν· ἀλλ' ὅπερ ἐξ ἔθους τὸ τρώγειν εἶχον περισπούδαστον, τοῦτο παρὰ φύσιν ἐάσαντες, τὸ ἀσύνηθες ἔθος τῆς παραφυλακῆς τῶν σωμάτων ἐδείκνυντο· καὶ γίνονται οἱ πρώην βροτοφθόροι, ἔπειτα σωματοφύλακες. Οὐ γὰρ ἦσαν κοινὰ τὰ σώματα πρὸς θηριοβρωσίαν ἄξια, D ἀλλ' ἐκλεκτὰ εἰς εὐεργεσίαν ἐξαίσια· ὅπερ πολὺ τὸ διάφορον τοῖς ἀσφαλῶς ἀκροωμένοις συνέστηκεν. Ἔσθ' ὅτε γάρ τινα σώματα μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν ἅμα ῥιφέντα, τὰ μὲν ἀσινῆ διετηρήθησαν, τὰ δὲ κατεμειώθησαν· ἄλλων δὲ ἁγίων μαρτυρικῶς πυρὶ καυθέντων, ὁ χοῦς ὥσπερ φῶς τοῖς πιστῶς ἀρυομένοις ἐξέλαμπεν· ἑτέρων δὲ πάλιν καταμελῃδὸν διατμηθέντων, καὶ τὰ ὀστᾶ τούτων ὡς μισητὰ τοῖς κολάζουσιν ἐν ποταμοῖς ῥιφέντα, οὐ τῷ φυσικῷ βαρήματι πρὸς τὸ κατωφερὲς τοῦ βάθους συνήρχοντο βύλισμα, ἀλλὰ τῇ ἀνωτέρᾳ ὄψει τῶν ὑδάτων δίκην

Et hi quidem sic voluntarie damnati, sed efficaciter absoluti, spontaneam dormitionis acceperunt requiem; alii vero non sic. Diximus enim antea, dilectissimi, de mensura illius, qui præmia secundum utilitatem cujusque largitur Christus. Quomodo autem istud? irrisionum, flagellorum, et custodiæ probationem receperunt; alii vero lapidati, resecti, cæsi, temporalem reliquerunt corruptionem; et neque ignis, neque gladius, neque lapidum jactus, neque lebetes, neque ferrei unguli, neque strangulatores, neque aliud quoddam acerbum damnationis supplicium, a generosis certaminibus sanctos illos fortes avertit; sed in omnibus his vincentes, et hunc qui illos amavit vehementer amantes, nobis reliquerunt collecta a Deo fragmenta; et quomodo a Deo collecta? Discamus id, dilectissimi. Quibusdam enim sanctis gladio cæsis, corpora velut sordes ab impiis judicibus in locis ferarum assuetis ad solum dejecta, sana conservata sunt; neque feræ, neque aliud quoddam animalium carne vescentium, his accedere potuit; sed quod e more edere jucundius habebant, hoc contra naturam omittentes, insuetum custodiæ morem corporibus præbebant, et quæ antea mortalium carnes vorabant, factæ sunt deinde corporum custodes. Non enim communia erant corpora ad ferarum escam convenientia, sed hæc abjecta electa erant ad hoc officium. Quod multam præbet differentiam ab his quæ solito audiuntur. Nempe quod quædam corpora cum his electis simul projecta, alia quidem integra servata sunt, alia vero comminuta sunt. Sanctis autem aliis igne exustis, cinis ut lux splendebat his qui cum fide hunc colligebant. Cæteris in frusta dissectis, ossa ut exosa tortoribus in fluvios projecta, non naturali pondere ad inferiora abyssi labebantur, sed superiori aquarum facie suberis instar innatantia, ut stellæ

[1] Psal. IX, 17.

Digitized by Google

radiantia, his qui pietate in Deum colligere studebant apparebant, similiter in mari jaculis sauciata alternis fluctuum orbibus elata et in arenosam terram emissa, divinisque indicantibus prodigiis ab hominibus piis inventa, communibus impensis publicos honores receperunt, multi quoque remotioribus temporibus, corporis integram sepulturam cum recepissent, sub terram occultari perpetuo non sustinuerunt, sed revelante apparitionum visione seipso manifestantes, in catholicam adorationem processerunt, thaumaturgicam virtutem invocantibus præstantes; et hæc multiplici modo inventarum sanctarum reliquiarum pallia, ad quæ accurrentes, animarum et corporum sanationem invenimus. Nam debiles curant, ægrotos sanant, dæmoniacos liberant, leprosos mundant, in fide Jesu Christi, veri Dei nostri, una cum coæterno ejus Patre, et vivifico Spiritu, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

A φελλῶν πλευστικῶς ἐπιπολάζοντα, ὥσπερ ἀστέρες ἀκτινοβολοῦντα, τοῖς θεοσεβῶς τὸ συλλέγειν ἐνδεικνυμένοις κατεφαίνοντο· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἐν θαλάσσῃ ἀκοντισθέντα τῇ ἀλλεπαλλήλῳ φορᾷ τῶν κυμάτων, πρὸς τὴν ψαμμόστρωτον γῆν ἐκπεμφθέντα, καὶ θείοις δεικτικοῖς σημείοις διὰ χρηστῶν ἀνδρῶν εὑρεθέντα, πρὸς τὴν κοινὴν εὐεργεσίαν, τὴν δημοσίαν ἔλαβον ἐμφάνειαν· πολλοὶ καὶ πρὸς τὰ βαθύτερα μέρη, ὁλόσωμον τὴν ταφὴν εἰληφότες, τὸ ὑπὸ γῆν καλύπτεσθαι διηνεκῶς οὐκ ἠνέσχοντο· ἀλλὰ τῇ ἀποκαλυπτικῇ τῶν ὁράσεων θεωρίᾳ ἑαυτοὺς φανερώσαντες, εἰς καθολικὴν προῆλθον προσκύνησιν, θαυματουργικὰς δυνάμεις τοῖς ἐκζητοῦσιν ἀπονέμοντες. Καὶ ταῦτα τῶν πολυτρόπως εὑρεθέντων ἁγίων λειψάνων τὰ σχήματα· ἐν οἷς προστρέχοντες, ψυχῶν B καὶ σωμάτων ἰατρείαν εὑρίσκομεν. Καὶ γὰρ ἀσθενοῦντας θεραπεύουσι, νοσοῦντας ῥωννύουσι, δαιμονιῶντας ἐλευθεροῦσι, λεπροὺς καθαίρουσι, πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἅμα τῷ συνανάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

THEOGNOSTI LIBELLUS AD NICOLAUM I PAPAM

IN CAUSA IGNATII CP.

(Apud Mansi, *Concil.* tom. XVI, col. 293, inter Acta concilii CP. IV.).

Libellus de tota magni Ignatii causa missus ad Nicolaum papam Romanum, Ignatii patriarchæ nomine a Theognosto monacho et archimandrita veteris Romæ, et exarcho Constantinopolitano scriptus.

C *Λίβελλος περιέχων πάντα τὰ κατὰ τὸν μέγαν Ἰγνάτιον, πεμφθεὶς πρὸς Νικόλαον πάπαν Ῥώμης, προσωποποιηθεὶς ὑπὸ Θεογνώστου μοναχοῦ καὶ ἀρχιμανδρίτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐξάρχου Κωνσταντινουπόλεως, εἰς ὄνομα Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου.*

Ignatius tyrannide oppressus, multisque ærumnis conflictatus, et qui mecum infelicia tempora experti sunt, metropolitani decem et quindecim episcopi, cœnobiarcharum insuper ac presbyterorum, monachorumque infinita multitudo, sanctissimo domino nostro et beatissimo præsidi, cunctarum sedium patriarchæ, sancti Petri principis apostolorum successori, œcumenico papa Nicolao, episcopisque illius sanctissimis, et sapientissimæ Ecclesiæ Romanæ universæ in Domino salutem.

Ἰγνάτιος ὁ τυραννηθείς, καὶ πολλοῖς πειρασμοῖς προσωμιληκὼς, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ τούτων τῶν καιρῶν πεῖραν λαβόντες, δέκα μητροπολῖται, δέκα πρὸς τοῖς ε' ἐπίσκοποι, ἡγουμένων τε καὶ πρεσβυτέρων καὶ ἑτέρων μοναχῶν πλῆθος ἄπειρον, τῷ δεσπότῃ ἡμῶν τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ προέδρῳ καὶ πατριάρχῃ πάντων τῶν θρόνων, καὶ τοῦ κορυφαίου διαδόχῳ, καὶ οἰκουμενικῷ Νικολάῳ πάπᾳ, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις, καὶ πάσῃ τῇ σοφωτάτῃ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Quis dabit capiti meo, ut est in sacris Litteris, aquam, et oculis meis fontem lacrymarum; et deplorabo mala quæ acciderunt mihi, et eorum qui me persequuntur, barbaricam immanitatem? Frigore enim et nuditate, fameque et extremis malis omnibus infesti me hostes et alastores exagitarunt. Quindecim ipsos dies acerrimo frigore, locoque gelidissimo, ergastulo me occulto tenebricosoque rebus destitutum omnibus incluserunt, vinculisque constrinxerunt, ita ut ad me adire nemini visendi causa liceret, morbo jam alias gravi laborantem: crudelem insuper in modum ceciderunt, omnesque artus meos verberibus afflixerunt. Causam porro, ex qua hæc in me mala redundarunt, ecce jam totam expono.

D Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, κατὰ τὸ Λόγιον, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων; καὶ κλαύσομαι τὰ συμβεβηκότα μοι κακὰ, καὶ τὴν τῶν διωκόντων με βαρβάρων ἀπήνειαν. Ἐν ψύχει γάρ με καὶ γυμνότητι καὶ λιμῷ καὶ παντοίοις ἄλλοις κακοῖς ἐξήτασαν οἱ ἀλάστορες. Δεκαπέντε ἡμέρας ἐν καταψύχῳ καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ, ἔν τινι παρ' αὐτοῖς ἀπορρήτῳ ἐγκατακλείσαντες δωματίῳ ἀδάπανόν τε καὶ ἀνεπισκόπητον, κατεδέσμευσαν, καὶ ταῦτα νόσῳ βαρείᾳ προκατειλημμένον, αἰκίζοντές τε δεινῶς, καὶ πᾶν μέλος συνθλῶντες ῥάβδοις. Ὅθεν δὲ ταῦτά μοι συνεκύρησεν, ἰδοὺ γράφω·

Versabar in palæstra et lucta cum imperatoris avunculo tyrannidem exercente Barda, quem ego

Προϋπῆρχον ἐν πάλῃ καὶ μάχῃ πρὸς τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον Βάρδαν τὸν τυραννήσαντα, καὶ παίων

Digitized by Google

τοῖς τοῦ Πνεύματος λόγοις οὐκ ἐπαυόμην· ἀντετυπτόμην δὲ ταῖς ἀπειλαῖς καὶ ἐπιβουλαῖς.

Ἡ δὲ αἰτία, ὅτι ἤλεγχον τοῦτον διὰ τὴν Ἡρωδιακὴν χαμαιτυπίαν· καὶ μὴ πειθόμενον ἔξω ἐθέμην τῆς Ἐκκλησίας. Ἐπὶ τούτοις ὁ κρατῶν ποτὲ μὲν ἐδυσώπει με, ποτὲ δ' ἠπείλει τὰ δεινὰ, εἰ μὴ πεισθείην δέξασθαι τὸν θεῖον αὐτοῦ. Ὡς δὲ τούτῳ πεισθεὶς ὁ κρατῶν ἠβουλήθη τήν τε μητέρα καὶ τὰς ἀδελφὰς ἐξοστρακίσαι τῶν βασιλείων, ἐγκελεύεταί μοι κεῖραι αὐτάς. Ἐγὼ δ' οὐκ ἐπειθόμην, διὰ τὸ τῶν γυναικῶν περὶ τὴν κουρὰν ἀκούσιον. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀπηλάθην, εἶτα καὶ ἐτυπτήθην, καὶ ἐξωρίσθην, καὶ δέδεμαι, καὶ κέκλεισμαι πρὸ τῆς τῶν καθ' ὑμᾶς κριτῶν ἐνδημίας. Καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ δὲ ταυτὰ πεπόνθασιν. Αἱ δὲ παρ' ἡμῶν δοθεῖσαι τοῖς ἐπισκόποις ἔγγραφοι πίστεις, ἦγουν ἐπιστολαὶ, διὰ τοῦ πρεσβυτέρου Λαυρεντίου καὶ τῶν δύο Στεφάνων, τοῦ τε ὑποδιακόνου καὶ τοῦ λαϊκοῦ, οὓς καὶ ἐνωρκώσαμεν, ταῖς χερσὶ τῆς σῆς ἁγιότητος αὐτὰς ἀποδοῦναι, ἄπρακτοι μεμενήκασιν.

Ὡς δὲ παραστῆναι ἐκελευόμεθα εἰς τὸ Καϊαφαϊκὸν ἐκεῖνο κριτήριον, ἐκράξαμεν ἐπὶ τῆς ὑμῶν ἁγιότητος προκαλούμενοι κριθῆναι. Ἀλλ' οὐδεὶς ἦν ὁ ἀκούων. Μετὰ τοῦτο μετάκλητοι πάλιν γενόμενοι ἠρωτήσαμεν· Πῶς κελεύετε ἡμᾶς, ὦ Πατέρες, πρὸς ὑμᾶς παραγενέσθαι; ὡς μοναχοὺς καὶ καταδίκους, ἢ ὡς κριθησομένους; Καὶ ἀντέπεμψαν ἡμῖν, ὅτι Ὡς ἐστὲ ἄξιοι. Ἐφορέσαμεν οὖν τὰς ἱερατικὰς στολὰς, καὶ οὕτως ἐχωροῦμεν πρὸς τὸ συνέδριον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν λῃστήριον. Καὶ ὡς πλησίον γεγόναμεν, πέμψας ὁ τύραννος ἐπὶ τῆς λεωφόρου, τὴν ἱερὰν ἀποδύει στολήν. Εἶτα ὡς ἔνδον τοῦ νεὼ συνωθίσθημεν, ἀποστέλλονται πρὸς ἡμᾶς οἱ προρρηθέντες τρεῖς τῶν κριτῶν ὑπηρέται, ὅ τε Λαυρέντιος καὶ οἱ δύο Στέφανοι, καὶ εἶπον πρός με· Τί ὅτι κατεγνωσμένος ἐπὶ τοσαύταις αἰτίαις καὶ καθῃρημένος, τὴν ἱερὰν ἐτόλμησας περιβαλέσθαι στολήν; Ἀποσπάσαντες οὖν με τῶν σὺν ἐμοὶ βίᾳ, μόνον τῷ κρατοῦντι παρέστησαν· καὶ ὁ κρατῶν εὐθὺς ὕβρεσι πλύνει με. Ἐμοῦ δὲ φιλανθρωποτέρας τὰς ὕβρεις τῶν βασάνων εἰπόντος, μικρὸν κατέπαυσε τὸν θυμὸν, καὶ εἰς ξυλόσκαμνον καθεσθῆναί με ἐκέλευσε· καὶ διαλόγου μεταξὺ γεγονότος, Ῥαδίουλδον [Ῥαδοάλδον] καὶ Ζαχαρίαν ἐζήτουν προσαγορεῦσαι τοὺς τοποτηρητάς. Καὶ ἐνδοθέντος μοι, προσηγόρευσα· οὓς καὶ ἠρόμην τὴν ἐπιδημίας τῆς σφῶν αἰτίαν. Οἱ δὲ εἶπον· Τοποτηρηταί ἐσμεν Νικολάου πάπα Ῥώμης, καὶ ἀπεστάλημεν κρῖναι τὰ κατὰ σέ. Πάλιν ἠρόμην, εἰ γράμμα μοι κεκομίκασι τῆς ἁγιωσύνης σου. Οἱ δὲ εἶπον, μὴ ἔχειν, διὰ τὸ μηδὲ πρὸς πατριάρχην ἔρχεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὸν ὑπὸ τῆς οἰκείας συνόδου καθαιρεθέντα, καὶ, Ἕτοιμοί ἐσμεν τὰ κατὰ κανόνας πράττειν. — Οὐκοῦν, ἔφην ἐγὼ, πρότερον ἐκ μέσου τὸν μοιχὸν ποιήσατε· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύνασθε, οὐδὲ κριταί ἐστε. Ἐκεῖνοι δὲ ἀντέφησαν πάλιν, δείξαντες, τῇ χειρὶ τὸν κρατοῦντα· Οὗτω θέλει ἐκεῖνος. Ἐπὶ τούτοις πρὸς παράκλησιν μετέπεσον οἱ περὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὴν ἀπόταξιν ἐξῄτουν, ποτὲ μὲν παραινοῦντες, ποτὲ δὲ καὶ ἀπειλοῦντες· ἀλλ' οὐκ ἔπειθόν με. Διὸ καὶ πρὸς τοὺς μη-

A gladio spiritus, seu verbo Dei everberare non desinebam; qui contra me minis insidiisque appetebat.

Argumentum et causa reprehensionis erat Herodianum in Barda exemplum et incestus. Eum contumacem, neque resipiscentem ab ecclesia rejeci. Deinde imperator ipse modo pro illo deprecabatur, modo atrociter minabatur, nisi avunculum in gratiam reciperem. Postquam vero impulsus a Barda statuit matrem cum sororibus a palatio submovere, præcepit mihi ut illas attonderem, quas ego invitas tondendas non existimavi. Has ergo ob causas a throno deturbatus sum, et pulsatus atque elimina-
tus, et in custodia vinculisque, cum iis qui mecum fuere senseruntque, eadem passis, detentus ante judicum vestrorum adventum. Cum autem ad vos
B litteras, quibus episcopos statum rerum omnium docebamus, per Laurentium presbyterum et duos Stephanos dedissemus (quorum alter subdiaconus, alter laicus), illos etiam sacramento adegimus, uti eas ipsi manu sua tuæ sanctitati porrigerent, nihil egere.

Nos vero ut jussi sumus ad tribunal Caiphano non absimile comparere, ad sanctitatis vestræ judicium magno clamore provocavimus. Sed non erat qui nos audiret. Deinde rursum citati rogavimus: Quomodo nos, o Patres, jubetis comparere? ut monachos et damnatos, an ut judicandos? Qui renuntiarunt: Perinde ut digni estis. Sacro igitur ornatu induti ad concilium, imo latrocinium, perreximus: cumque jam prope abessemus, submisit tyrannus
C in publicam viam, qui sacris nos vestibus exuerent. Cumque jam ad templum protrusi essemus, tres prædicti judicum viatores, Laurentius et duo Sthephani ad nos mittuntur, qui ad me: Quid tu, inquiunt, tot ob crimina damnatus exauctoratusque, sacram tamen stolam ausus es induere? Ergo me per vim a meis avulsum solum ad imperatorem sistunt, qui me contumeliis extemplo onerat. Respondente porro me, convicia paulo mitiora esse tormentis, paululum repressit furorem, jussitque in ligneo scamno me sedere. Interim cum verba ultro citroque fierent, rogavi ut Rhodoaldum et Zachariam legatos tuos liceret mihi salutare, factaque potestate eos consalutavi, atque interrogavi, qui adessent. Legati, inquiunt, sumus Nicolai papæ
D Romani, causæ tuæ cognoscendæ gratia missi. Quærenti rursum, an a sanctitate tua litteras ad me haberent, responderunt, nullas se habere; eo quod, aiebant, non ad patriarcham, sed ad eum qui in provinciali concilio suo damnatus esset, veniremus, parati omnia ex canonum decretis definire. Ergo, inquam, prius adulterum removete: quod si facere non potestis, ne judices quidem estis. Qui manu imperatorem indicantes: Ita imperat, inquiunt, ille. Deinde palatini ad me conversi hortantur, exiguntque nunc consulendo, nunc minitando, abdicationem: sed frustra. Ergo ad metropolitanos versi, alios aliis calumniis et criminationibus insectantur, cur scilicet, qui jam depositioni meæ non repugnassent, nunc denuo me patriarcham

Digitized by Google

peterent ? Quibus metropolitæ : Duobus, inquiunt, malis propositis, ira nempe imperatoris, ac populi seditione, minus scilicet elegimus. At vos, palatini proceres, reddite nunc patriarchæ nostro dignitatem suam, et de nobis nihil laborate. Hic rursum regia factio me impellit, uti mea sponte me palam patriarchatu abdicem, atque ita securus adulter Ecclesiam teneat. Recusante me, cum dies abiisset, conventus est dimissus. Idem postea cum sæpius frustra tentassent, ad alias artes se convertunt, supraque nominatos judicum ministros ad me ablegant, atque ad conciliabulum citant. Ego vero, inquam, non compareo, neque video vos judices quidquam ex præscripto Ecclesiæ agentes, Photio tyranno non ejecto, ad cujus etiam mensam accumbitis, et cujus munera procul etiam stantes accepistis. Ad Rhædestum enim urbem vobis missæ vestes, planetæ, ornamenta ad sinum pendentia. Hujuscemodi ego judices non agnosco : ad papam provoco; lubens judicium illius subibo.

A τροπολίτας ἐτράπησαν, ἄλλους ἄλλως διαβάλλοντες καὶ αἰτιώμενοι, ὅτι τὴν ἀπόταξιν τὴν ἐμὴν τάχα αὐτοὶ ἔφερον, καὶ πῶς πάλιν ζητοῦσί με πατριάρχην; Πρὸς οὓς οἱ μητροπολῖται ἀντεῖπον, ὅτι Δύο κακῶν προκειμένων, τοῦ τε βασιλικοῦ θυμοῦ, καὶ τῆς τοῦ πλήθους ἐπαναστάσεως, τὸ κουφότερον ἐξελεξάμεθα τότε· ἀλλ' ὑμεῖς, οἱ περὶ τὸν βασιλέα, ἀπόδοτε τὸν θρόνον τῷ πατριάρχῃ, καὶ περὶ ἡμῶν μὴ φροντίσητε. Ἀλλ' ἐν τούτοις πάλιν πρὸς παράκλησιν ἐχώρουν οἱ βασιλικοί, αἰτοῦντες ἐμὲ καθαρῶς ἀποτάξασθαι, καὶ οὕτω τὸν μοιχὸν τὴν Ἐκκλησίαν ἀδεῶς κατέχειν. Ὡς δ' οὐκ ἐπειθόμην, παρῆλθεν ἡ ἡμέρα ἐκείνη. Ἐπὶ τούτοις διελύθη τὸ σύστημα· τὸ αὐτὸ δὲ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐποίουν. Ὡς δὲ τοῦ σπουδαζομένου ἀπέτυχον, ἐπὶ ἕτερον μηχανῆς εἶδος τρέπονται, καὶ τοὺς προρρηθέντας τῶν κριτῶν λειτουργοὺς πέμψαντες, εἰς τὸ συνέδριον προκαλοῦνταί με. Ἐγὼ δὲ ἔφην, ὅτι Κἀκεῖ οὐκ ἔρχομαι· οὐδὲ γὰρ οἶδα ὑμᾶς τοὺς κριτὰς κατὰ βαθμὸν ἐκκλησιαστικόν τι πράττοντας, ἐπεὶ οὐδὲ τὸν ἐπιβήτορα ἐκ μέσου πεποιήκατε, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ συνεσθίετε τούτῳ, καὶ τὰ δῶρα αὐτοῦ μακρόθεν ἐδέξασθε. Κατὰ γὰρ τὴν Ῥαιδεστὸν ὑμῖν αὐτὰ ἀπηντήκασιν, ἱματιά τε καὶ φελώνια, καὶ ἐγκόλπια. Ὑμᾶς ἐγὼ κριτὰς τοιούτους οὐ δέχομαι, ἀλλὰ πρὸς τὸν πάπαν με ἀπαγάγετε, κἀκεῖθεν τὴν κρίσιν ἀσμένως δέχομαι.

B

Hoc idem qui mecum erant magna voce clamitarunt. Deinde, ut dictæ epistolæ legerentur, postulavimus, quæ canonicas Innocentii papæ pro sancto Chrysostomo sanctiones continebant, Joanni concilium judicum non prius esse subeundum, quam is loco suo thronoque esset restitutus. Et in Sardicensi concilio canon quartus : Si quis episcopus fuerit depositus, dicatque se habere defensionem; non prius sufficiatur in ejus locum alius, quam de eo Romanæ Ecclesiæ pontifex decernat. Hæc et alia id genus multa illis epistolis continebantur, quæ uti quæras legasque, te, Patrum et antistitum reverendissime, fratrumque amantissime, rogamus. Cum vero nihilominus adhuc nos urgerent, uti ad se veniremus, ita testati sumus : Ut apparet, Patres mei, neque canones legistis, neque decretum ecclesiasticum nostis. Lex enim est hæc, ut citatus a synodo episcopus, per duos episcopos vocetur, et hoc iterum ac tertio. Vos autem per duos me accersitis, diaconum alterum, alterum laicum. Et nos quidem hæc excusabamus. Illi vero testes produxere, qui dicerent se paratos esse jurejurando confirmare me non rite et lege creatum consecratumque esse. Hic ego : Qui sunt, inquam, illi? quis illis credat? Quis vero canon decernit, ut imperator testes producat? Ergo, si ego archiepiscopus non sum, ne tu quidem imperator es, neque isti episcopi, sed neque mœchus; omnes enim vos indignis manibus meis precibusque estis consecrati. Si adulter membrum esset Ecclesiæ, vel mea sponte annuerem : nunc vero alienum quomodo pastorem ovium Christi constituam? Multa huic adversantur. Primum, lex iis quod sit, qui ab Ecclesia damnati, et anathemate præcisi : qui quidem id non a nobis duntaxat passi sunt, et aliis quoque patriarchis, sed et ab ipsa vestra potestate, cum illis per

C

D

Τοῦτο καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἐξεβόησαν. Εἶτα τὰς προδηλωθείσας ἐπιστολὰς ἀναγνῶναι ἐζητήσαμεν αὐτούς. Κανονικαὶ γὰρ ἀποδείξεις ἐν αὐταῖς ἐνεφέροντο τοῦ Ἰννοκεντίου πάπα ὑπὲρ τοῦ ἐν ἁγίοις Χρυσοστόμου, ὅτι Οὐ δεῖ Ἰωάννην εἰς τὸ δικαστήριον εἰσελθεῖν, πρὶν αὐτὸν εἰς τὸν οἰκεῖον ἀποκαταστῆναι θρόνον. Καὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ κανὼν δ', ὡς Ἐάν τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ, καὶ λέγῃ πάλιν ἔχειν ἀπολογίαν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ἀντικαταστῆναι, πρὶν ἂν τὸν τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον ὅρον περὶ τούτου ἐξενεγκεῖν. Καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ τοιαῦτα ταῖς ἐπιστολαῖς ἐνεγέγραπτο, ἃ καὶ ζητῆσαί σε δυσωποῦμεν, Πατέρων καὶ προέδρων αἰδεσιμώτατε καὶ φιλαδελφότατε, καὶ ἀναγνῶναι. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἔτι ἐνέκειντο ζητοῦντες ἐλθεῖν ἡμᾶς πρὸς αὐτούς, καὶ ταύτην πεποιήκαμεν τὴν ἀπολογίαν· Ὡς ἔοικε, Πατέρες μου, οὔτε κανόνας ἀνέγνωτε, οὔτε ὅρον ἐκκλησιαστικὸν οἴδατε. Ὅρος γάρ ἐστι τοιοῦτος· Ἵνα ὁ καλούμενος ἐπίσκοπος ἀπὸ συνόδου, διὰ δύο ἐπισκόπων καλῆται, καὶ τοῦτο γίνηται δὶς καὶ τρίς. Ὑμεῖς δὲ ἀπὸ δύο, διακόνου καὶ λαϊκοῦ, ἡμᾶς προσκαλεῖσθε. Καὶ ἡμεῖς μὲν τοιαῦτα ἀπολογούμεθα. Ἐκεῖνοι δὲ παρήγαγον μάρτυρας τοὺς λέγοντας, ἑτοίμους εἶναι ὁμόσαι, ὡς ἀψήφιστος προεβλήθην καὶ ἐχειροτονήθην. Πρὸς ὅπερ ἐγὼ πάλιν ἀντεῖπον· Τίνες οὗτοι; καὶ τίς πιστεύσει αὐτοῖς, ποῖος δὲ κανὼν παρακελεύεται, μάρτυρας τὸν κρατοῦντα παράγειν; Οὐκοῦν εἰ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἀρχιερεύς, οὐδὲ σὺ βασιλεύς, οὐδ' οὗτοι ἐπίσκοποι, ἀλλ' οὐδὲ ὁ μοιχός. Πάντες γὰρ ὑμεῖς τῶν ἀναξίων μου χειρῶν καὶ εὐχῶν ἐστε ἀποτέλεσμα. Εἰ ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἦν ὁ μοιχὸς, συνένευσα ἂν καὶ ἐκὼν αὐτῷ· νῦν δὲ ἀλλότριον πῶς καταστήσω ποιμένα τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων; Πολλὰ τούτῳ τὰ ἐναντία πρόσεστιν· ἓν μὲν, ὅτι ἐκ τῶν ἀκινωνήτων καὶ ἀναθεματισμένων ἐστίν. Οὐ μόνον δὲ παρ' ἡμῶν τοῦτο πεπόνθασι καὶ

Digitized by Google

τῶν λοιπῶν θρόνων, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῆς ὑμῶν ἐξουσίας ἐπιτιμηθέντες διὰ τοῦ φαύλου Ζαχαρίου, μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν λειτουργῆσαι, ἢ κοινωνῆσαι, ἢ χειροτονῆσαι, τοὐναντίον ἅπαν πεποιήκασι πρὶν λυθῆναι αὐτούς. Ἕτερον δὲ, ταξεώτης ἦν καὶ ἐκ λαϊκοῦ τάγματος, καὶ πρὶν γενέσθαι πρόβατον, ποιμὴν ἐχρημάτισεν. Ἔτι γε μὴν, ὅτι καὶ παρὰ ἀναθεματισθέντος καὶ καθαιρεθέντος ἐχειροτονήθη. Ἀλλὰ καὶ ὅτε τοὺς μητροπολίτας ἔπεισε συνελθεῖν αὐτῷ, ἀπῃτήθη παρ' αὐτῶν ἰδιόχειρον περὶ ἐμοῦ, καὶ ἔγραψεν ἐνωμότως, μηδὲν πράττειν παρὰ τὸν ἐμὸν λόγον, ὡς οἰκείου πατρός. Καὶ οὔπω τεσσαράκοντα ἡμέραι μετὰ τὴν χειροτονίαν παρῆλθον, καὶ καθῄρησέ με δημοσίως, καὶ ἀνεθεμάτισε μὴ παρόντα· κατέθλασαν δὲ καὶ τοὺς δακτύλους τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κυζίκου κατ' ἐπιτροπὴν αὐτοῦ, καὶ ἥρπασαν, ὡς ἐνόμισε, τὸ ἴσον τοῦ ἰδιοχείρου αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν δὲ ἐκεῖνον καθῄρησε· καὶ οὓς μὲν κακῶς διέθετο, ἐφ' ᾧ πατῆσαι τὸ πρός με χειρόγραφον· οὓς δὲ δώροις ἐδεξιώσατο. Ἀλλ' ὁ τύραννος πρὸς ταῦτα μὴ ἀποκριθεὶς, ἀντεπέφερε τοὺς προθυμουμένους ὁμόσαι, ὅτι ἀψήφιστος προεβλήθην καὶ ἐχειροτονήθην. Ἐγὼ δὲ πρὸς τοὺς παρόντας ἐπισκόπους ἀνέκραξα· Δέξασθε, Πατέρες, μίαν τοῦ ταπεινοῦ γέροντος δέησιν, καὶ δεῦτε πρὸς ἡμᾶς. Λαβόντες οὖν με μόνον οἵ τε κριταὶ καὶ οἱ τύραννοι, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποδιαστήσαντες, πάλιν ἐξελιπάρουν με περὶ τῶν προτέρων. Ὡς δ' οὐδὲν ἦνυον, πρὸς ἀπειλὰς ἐχώρουν, εἶτα κατέλειψαν τοὺς ἐπισκόπους οἱ δήμιοι σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑπεχώρησαν· καὶ οἱ ἐπίσκοποι τοῖς αὐτοῖς ἐνεχείρουν. Ἐγὼ δὲ ἔλεγον, ὅτι χρὴ αὐτοὺς μαθεῖν τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ τότε ἀπαιτεῖν με ὃ ἀπαιτοῦσι. Πόθεν δὲ μαθεῖν ἔχουσιν, ἢ ἀπ' ἐμοῦ μόνον; Ἄλλος γὰρ οὐ τολμᾷ ἀπὸ τοσούτου πλήθους τῶν ἡγουμένων, τῶν ἱερέων, τῶν μοναχῶν τε καὶ λαϊκῶν πεπαρρησιασμένως λαλῆσαι. Εἶδον γὰρ ἐκεῖνοι τὸν μητροπολίτην Ἀγκύρας ἀνακράξαντα τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὐτόχειρ ὁ βάρβαρος τῷ κολεῷ τοῦ ξίφους κατὰ κεφαλῆς ἔπληξε, καὶ αἵματος τὴν ἐκείνου στολὴν ἔπλησε, καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς ὅσα ἔπραξε τὰ δεινά. Ταῦτα εἶπον ἐγὼ, καὶ συνθεμένων ἐκείνων τῇ ὑστεραίᾳ ἐλθεῖν, διέστημεν ἀπ' ἀλλήλων οἴκαδε. Καὶ μετὰ δεκάτην ἡμέραν τῷ Καϊαφαϊκῷ συνεδρίῳ ἀνάρπαστόν με παρέστησαν, καὶ τοὺς καταμαρτυροῦντας, ὅτι ἀψήφιστος προεβλήθην, παρέστησαν. Καὶ ὅσας μοι τότε πληγὰς ἐπέθεντο, τί χρὴ λέγειν; Ἐν ἑπτὰ γὰρ οὕτω κολασθέντα ἡμέραις ἄσιτον, ἄϋπνον, ἀκάθιστον διαμεῖναι ἐδίκασαν. Ταῦτα ἐν ὀλίγῳ ἐδήλωσα. Σὺ δὲ, ἁγιώτατε δέσποτά μου, δεῖξον ἐν ἐμοὶ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, καὶ κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον εἰπὲ καὶ αὐτός· *Τίς ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ;* Ἐνθυμήθητι τοὺς πρὸ σοῦ πατριάρχας, λέγω δὴ Φαβιανὸν, Ἰούλιον, Ἰννοκέντιον, Λέοντα, καὶ ἁπλῶς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κατὰ τῆς ἀδικίας ἀνδρισαμένους· καὶ ζήλωσον τούτους, καὶ εἰς τὴν ἡμῶν τῶν ἀδικηθέντων τοσαῦτα ἐκλίκησιν διανάστηθι.

[a] II Cor. xi, 29.

A nefarium Zachariam interdictum esset, ne sacris operarentur, neve communicarent, aut sacris quemquam initiarent : qui tamen his contraria omnia, priusquam censura solverentur, factitarunt. Alterum est, Photium forensem seu militarem et laicum prius creatum esse pastorem, quam fuisset ovis. Præterea, eumdem ab excommunicato et exauctorato consecratum. Quin etiam quando metropolitanis persuasit ut suas partes sequerentur, dedit postulantibus chirographum de me, et juratus scripsit nihil se præter mea dicta veluti germani patris esse facturum. Nec omnino dies quadraginta ab ejus inauguratione fluxerant, cum ille me publice quamvis absentem deposuit, et anathemate damnavit. Archiepiscopo quoque Cyziceno, B mandato Photii, digiti fracti, exemplumque, ut is putavit (sibi satis esse) chirographi surreptum ; et ipse de throno dejectus est. Alios vero vexando, alios donis placando adduxit, ut chirographum quod de me scripserant, pessumdarent. Ad quæ tyrannus respondit nihil, sed subornatos ad jusjurandum edendum contra me, perinde quasi non rite sancteque promotus et consecratus essem, testes produxit. Hic ego præsentes episcopos magna voce appellavi : Admittite, Patres, abjectissimi senis unicam hanc petitionem, atque huc ad nos venite. Ergo sevocatum me a reliquis, tum judices, tum tyranni rogarunt denuo, ut juri meo renuntiarem, atque cederem. Recusanti minitari cœperunt. Tunc C carnifices illi episcopos mecum reliquerunt, et se subduxerunt. Episcopi vero rursum agere mecum instituerunt (de libello nempe renuntiationis), quibus ego respondebam oportere illos statum causæ meæ cognoscere, ac tum demum a me exigere quod postularent : nec illos aliunde, nisi a me uno res meas posse discere ; quod aliorum nemo de tanta multitudine hegumenorum, sacerdotum, monachorum et laicorum auderet libere loqui. Viderant enim Ancyranum metropolitanum, quod in concilio liberius pro veritate locutus esset, a nefario ipso parricida vagina gladii secundum caput ita vulneratum, ut ejus vestem sanguine perfunderet. Viderant quæ item in alios immaniter idem ausus esset. Hæc ego cum commemorassem, illi conventum in D sequentem diem indixerunt. Et separati domum petivimus. Post decimum vero diem me ad Caiphanum tribunal raptatum abduxerunt, testesque qui me non legitime creatum dicerent, apposuere. Quid hic dicam me tot plagis afflictum ? septemdiali inedia, vigilia, stationeque perpetua cruciarunt. Hæc summa causæ compendio exposita. Tu, sanctissime domine, ostende in me viscera miserationum, et cum magno Apostolo et ipse dicas : *Quis infirmatur, et ego non infirmor*[a] ? Intuere majores tuos patriarchas, Fabianum, inquam, Julium, Innocentium, Leonem, et omnes denique qui pro fide et veritate viriliter decertarunt : illosque æmulare, et vindex pro nobis tam indigna passis exsurge.

Digitized by Google

ANNO DOMINI DCCCXC

ANONYMI

VITA S. NICOLAI STUDITÆ

(Combefis. *Auctar. nov.* II, 889.)

MONITUM.

Quanquam minime propositum habui, ut singularium sanctorum Vitas hoc libro perscriberem, in quo alii sedulo navant operam, ac laudem habent : haud tamen mihi potui imperare, ut ne hanc Nicolai Studitæ obscuram hactenus, in lucem darem, qua multum lucis viderem accessurum ecclesiasticæ historiæ, rebusque in Oriente sub multis nequam imperatoribus, magna confessorum Christi gloria gestis : qua item notum deinceps esset, quisnam ac quanti meriti foret Nicolaus ille Studita : quem Nicolaus papa mitti peteret ex parte Ignatii, ac ejus Romæ cum aliis itidem expressis, adversus invasorem Photium acturum causam. Refert Baronius cum aliis eam Nicolai epistolam, apud quem potest videri. Propensior eram ut solum deflorarem historica illa, sed amici deterruerunt, atque ad integri operis editionem, reluctantem quodammodo coegerunt. Codex regius ex quo exscripsi, antiquus est, simpliciori manu quam erudita, ut nonnumquam solœcos ac apertam, abs scribentis seu antiquarii manu, barbariem, necesse habuerim emendare ; auctore alioqui erudito nec ineleganti ; qui ipse monachus Studita fuit, sed remotior a Nicolai ætate.

Vita Patris nostri ac confessoris Nicolai, præpositi monasterii sanctissimi Studii.

(36) Quanquam videtur auctor obscurius loqui, satis tamen indicat errorem, utriusque Ecclesiæ

Digitized by Google

Laudas Noemum, quod diluvii aquas in justitia evaserit [27], quodque bruta animantia arcæ ligneæ ambitu continuerit [28]. Abrahæ item hospitalitatem, novamque Deo offerentem unigeniti hostiam ; susceptum inquam ex repromissione immolantem ; sed et hujus lauda hæretica illuvione ad Deum perfugium, quodque genera multa rationalium salvarit : animi item purgationem, quamque sacerdotii jure Christo ipsi ac Deo hospitalem paravit mensam. Quippe qui etiam totum se, mensam sacram ac spiritale holocaustum effecerit. Plane mirabilis Isaaci ante etiam nativitatem promissio [29]; hic enim vero ipse statim ultro promisit, post etiam nativitatem.

Mira quoque est Jacobi scala [30] ceu novi cujusdam ac admirandi sacramenti designatio [31] : viri item circa pecudes solertia ; nec non tanta illa, duodenæ prolis ex lumbis ejus propagatione, felicitas : sed et hujus mirabilis virtutum, morali conversatione erecta scala, nec non pascendi ratione præditos peritia, ac demum copiosa ex lumbis, spiritali partu filiorum editio.

Beatissimus Job in stercore positus [32], tantaque illa in malis tolerantia, omnium ore celebratur : hic autem, fortitudinem illam ex desudatis certaminibus vulnerumque cicatrices indutus, longamque aliis aliisque locis carcerum coercitionem stercoris instar inferens, nihil minus illo tolerantiam coluit.

Magnus Moses, tanquam qui deus Pharaonis [33] mirabilisque populi ductor, ac mitis legislator, ut quis alius, fuerit. Sed et hic nihilominus perinde atque ille, deus adoptione, ac legislator mitissimus, omnes admonens hortansque abstinere a malis actibus, virgaque depurgati animi ac vacui ab affectionibus, varia miracula patrans, imitatus est Davidis illud in bellis inexpugnabile robur, hæreticorum phalanges invicta fortitudine fugans [34]. Mitto dicere zelum Phinees, ac Eliæ Carmelum [35], Elisæique in melote, duplici dono concessam Spiritus vim [36] : in quibus magnus hic, excellentia virtutis, quam fieri potest, utrisque eos partibus expressit.

Ἐπαινεῖς Νῶε τὴν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ κατακλυσμοῦ φυγαδείαν, καὶ τὴν ἐν λάρνακι ξυλίνῃ τῶν ἀλόγων ζώων κατάσχεσιν· τοῦ τε Ἀβραὰμ τὴν φιλοξενίαν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς καινὴν θυσίαν, Θεῷ τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας θῦμα προσάγοντα· ἐπαίνει καὶ τούτου τὴν ἐκ τῆς αἱρετικῆς κατακλύσεως πρὸς αὐτὸν [ἴσ. πρὸς αὐτὸν πίστιν, ἢ, καταφυγήν], καὶ γένη πολλὰ τῶν λογικῶν διασώσαντα, τήν τε τοῦ νοὸς κάθαρσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἱερωσύνης ἑτοιμασθεῖσαν αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ φιλόξενον τράπεζαν· ἐπεὶ καὶ ὅλον ἑαυτὸν, ἱερὰν τράπεζαν, καὶ πνευματικὸν ὁλοκάρπωμα κατειργάσατο. Θαυμαστὴ ἀληθῶς ἡ τοῦ Ἰσαὰκ ἐπαγγελία, καὶ πρὸ γεννήσεως· ὁ δὲ αὐτεπάγγελτος εὐθὺς ὑπῆρξε (37), καὶ μετὰ γέννησιν.

Θαυμαστὴ καὶ τοῦ Ἰακὼβ κλίμαξ, ὡς παραδόξου μυστηρίου προτύπωσις· καὶ ἡ περὶ τὰ θρέμματα τοῦ ἀνδρὸς εὐμηχανία· καὶ ἡ ἐκ τῆς ὀσφύος δωδεκαστέλεχος τῶν τέκνων εὐημερία· θαυμαστὴ δὲ καὶ τούτῳ [ἴσ. τούτου] τῶν ἀρετῶν ἡ κλίμαξ πρακτικῶς ἐξεγένετο, καὶ ἡ ποιμαντικὴ τῶν λογικῶν ἐμπειρία, καὶ ἡ ἐκ τῆς ὀσφύος πλήθουσα πνευματικὴ τῶν τέκνων ἀπότεξις.

Ἰὼβ ἐπὶ κοπρίᾳ, καὶ τῇ περὶ τὰ δεινὰ καρτερίᾳ, ἐν τοῖς ἁπάντων καταγεραίρεται στόμασιν· ὁ δὲ τὴν ἐκ τῶν ἄθλων ἀνδρείαν, κἀὶ τῶν τραυμάτων τὰ ἕλκη καταβαλλόμενος· τήν τε ἐκ τόπου εἰς τόπον χρονίαν κάθειρξιν ὡς κοπρίαν ἐπιφερόμενος, ἐπίσης τὴν καρτερίαν ἐξήσκησε.

Μέγας Μωσῆς ὡς θεὸς Φαραὼ, καὶ ξένος δημαγωγὸς, καὶ νομοθέτης πρᾶος, εἰ καί τις ἄλλος, γενόμενος· ὁ δὲ, θέσει μὲν θεὸς κατ' ἐκεῖνον, καὶ νομοθέτης πραότατος, παρεγγυῶν ἅπασι τῶν φαύλων ἀπέχεσθαι πράξεων· καὶ ῥάβδῳ τῆς ἀπαθείας θαυματουργοῦν διαφόροις τοῖς θαύμασιν. ἐμιμήσατο Δαβὶδ τὸ ἐν πολέμοις ἀκαταμάχητον, τὰς τῶν αἱρετικῶν ἀνδρείως κατατροπούμενος φάλαγγας. Ἐῶ λέγειν Φινεὲς τὸν ζῆλον, καὶ Ἠλιοῦ τὸν Κάρμηλον, καὶ Ἐλισσαίου τὴν ἐν μηλωτῇ διπλῷ τῷ χαρίσματι τοῦ Πνεύματος δύναμιν· ὧν ὁ μέγας τῷ περιόντι τῆς ἀρετῆς, ὡς οἷόν τε, κατ' ἀμφότερα τούτοις ἀπεμιμήσατο.

[27] Gen. VII, 1. [28] Gen. XVIII, 2 ; XXII, 2. [29] Gen. XVIII, 10. [30] Gen. XXVIII, 12. [31] Gen. XXX, 37. [32] Job. I, etc. [33] Exod. VII, 1. Num. XII, 3. [34] Num. XXV, 7. [35] III Reg. XVIII, 19. [36] IV Reg. II, 9.

FRANC. COMBEFISII NOTÆ.

consensu in Florent. damnatum, in quo versata est magna pars sequioris Græciæ, quemque in ea multis arguit Leo Allatius opusc. nuper edito Parisiis ; ut nimirum justi, non omnino beatas sedes ante ultimam consummationem accipiant, ac paradisi amœna ; sed ὅσον οὔπω, *tantum non*, ac fere recipiant, necdum Dei visione beati, sed locis quibusdam lucidis in gaudio agentes, cum impii ac mali interim mœsti agant in locis obscuris ac tenebrosis : ut etiamnum eo modo justi habeant, ac post Christum ejusque morte devictam mortem, quo sentit Ecclesia habuisse ante eumdem, ac necdum soluto pretio universali, quando revera nemo consummabatur, uti apostolus ab auctore citatus habet : nedum eo sensu, quo nec modo consummatur aliquis, ultima omnino consummatione ac glorificatione totius hominis, de qua etiam nihil vetat exponi apostolum ; sed neque prima illa, ac velut substantiali, quæ in Dei visione consistit. Exstant in biblioth. Regia Hilarionis cujusdam apocalypses ac somnia, eum aperte errorem habentia, alioqui doctrinæ morum non inutilia. Illud ἄρτιον ἐντολῆς ὑφαίρεσιν, ut Adamum respiciat, id velit, *omnimodam mandati velut substractionem* : id est, summam ejus prævaricationem, beato illo statu, et cum nihil esset in eam impellens, excepta ingrata voluntate : ut autem Nicolaum, contrario sensu exponendum sit, quasi nihil ab eo, præcepto detractum sit, obsequentissimusque Dei legibus fuerit.

(37) Promissa copiosa prole ex nata puella, cui parentes timebant, ne et ipsa, uti reliquæ proles, præmature exstingueretur : quæ viri sancti prophetia paulo ante narrata est.

Digitized by Google

Εἰ δὲ καὶ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Ἰωσὴφ σιτοδείαν ἐπιζητοίης ἐκβήσεσθαι, πρόβηθι λοιπὸν, καὶ ὄψει μείζω τῶν σοι ἐξητασμένων τὴν ὕπαρξιν. Ἐπεὶ γὰρ ἔδει τοῦτον, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, τῆς ἀθλητικῆς παλαίστρας καλῶς τὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενον, τὸ κοινὸν ἀποτῖσαι χρέος τῆς φύσεως (ἦν δι' ἀῤῥωσίας ἐπὶ τοῦ σκίμποδος ἀνακείμενος, τῶν τέκνων στοιχηδὸν ἤδη παρισταμένων αὐτῷ, καὶ τὰ τοῦ πάθους σχετλιαζόντων ἐξόδια), εἰπεῖν λέγεται τὸν μακάριον, μή τι τῶν καθηκόντων ἐφυστερεῖτο, ἐντεῦθεν τὴν ἀθυμοῦσαν αὐτῶν, ὡς οἶμαι, ψυχὴν κατεγγυϊζόμενος. Οἱ δὲ, θρυλληθέντες τῷ παραδόξῳ τοῦ Πατρὸς ἐρωτήματι, ἀνεδίδαξαν τὴν προσφάτως αὐτοῖς χρειώδη τοῦ σίτου ἔνδειαν παραστήσαντες.

Τότε στενάξας ὁ μέγας, καὶ ἔνθους ὥσπερ γενόμενος, *Ἐγὼ μὲν ἄπειμι*, φησὶ, *καὶ μεταναστεύω πρὸς τοὺς πατέρας μου. Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι τὰ νῦν ἀποκείσεται· ὑμῖν δὲ, ὁ τῷ Ἰσραὴλ πάλαι τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ πέτρας διψιλευσάμενος, μετὰ τρίτην ἡμέραν τῆς ἐμῆς ἀφ' ὑμῶν διαζεύξεως, αὐτὸς ὑμῖν τὸν σῖτον εἰς κόρον παράσχηται.* Καὶ.... τῷ λόγῳ ὑποσημᾶναι τοῖς ἀδελφοῖς τὰ τοῦ ξύλου κρούσματα παρακελευσάμενος, ὡς τῷ ἱερῷ τῷ μοναχῶν συστήματι [γρ. τὸ ἱερὸν σύστημα], ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναθροισθὲν ἐθεάσατο, ὡς οἷόν τε, τούτῳ τὰ ἐξόδια προσφθεγξάμενος ῥήματα, προχειρίζεται μετὰ τῆς τούτων βουλῆς τὸν καθηγησόμενον. Κλήμης δὲ ἦν ὁ θαυμάσιος, ὁ φερωνύμως ὡς κλῆμα κατάκαρπον, ἀειθαλεῖς τοὺς τῶν ἀρετῶν ἐπιφερόμενος βότρυας, τὸν τοῦ οἰκονόμου τότε βαθμὸν μετερχόμενος.

Αὐτὸς δὲ μικρὸν κατατρυχωθεὶς τῷ νοσήματι, ἔκδημος ὅλος καὶ πρὸ τῆς ἐκδημίας τῇ τοῦ νοὸς μεταθέσει τῶν ἔνθεν γενόμενος, ἐξάρας τοὺς πόδας, καὶ σταυρικῷ τὰς χεῖρας τυπώσας τῷ σχήματι, τοῖς ἀπάγουσιν αὐτὴν ἁγίοις ἀγγέλοις μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας τὴν ψυχὴν ἐναπέθετο, τῷ ἑβδομηκοστῷ καὶ πέμπτῳ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ, ἐξακισχιλιοστῷ δὲ τριακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἕκτῳ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, τετάρτῃ τοῦ Περιτίου μηνὸς, τῇ πρώτης ἰνδικτιῶνος, ὅς ἐστι Φεβρουάριος.

Τὸ δὲ πολύστικτον αὐτοῦ καὶ πολύαθλον σκῆνος, μετὰ Ναυκρατίου τοῦ μάκαρος κατετέθη, πρὸς τῷ δεξιῷ μέρει, ἐν τῷ κατ' ἀνατολὰς τοῦ Προδρομικοῦ τεμένους πανενδόξῳ καὶ ἱερῷ τῶν μαρτύρων σηκῷ· ἔνθα δὴ καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου ἡ πανευκλεὴς καὶ πανσέβαστος τιμία θήκη καθίδρυται. Ἀλλὰ τί τὸ ἐντεῦθεν

Ἆρα οὖν μεταβὰς τῶν προφητευθέντων ἐλάττω [ἴσ. ἐλάθετο] ἢ οὐχ ὡς ἐχρὴν τὰς ἐκβάσεις, ἢ τῶν ἐπαγγελιῶν πόῤῥω τῷ χρονικῷ πεποίηκε διαστήματι; Οὐδαμῶς. Μετὰ γὰρ τρίτην ἡμέραν τῆς αὐτοῦ ἐνδόξου μεταναστεύσεως, πλῆρες σίτου τῶν βασιλικῶν πλοίων ἐκ Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου μέδοντος πέπομφε, καὶ τοὺς τῆς μονῆς σιτῶνας ἐπλήρωσεν· ὡς μετὰ πολλῆς τῆς ἐκστάσεως τῷ θάμβει κατα-

[37] Gen. xli, 55.

A Quod si etiam Josephi in Ægypto frumentationem quæris[37], procede modo, majora præ iis visurus quæ interrogasti. Nam quia, juxta quod ait magnus Apostolus, postquam athleticæ palæstræ bene certamen certasset, commune tandem naturæ debitum persoluturus, morbo detentus, humili jacebat lecto, filiis jam circum turmatim adstantibus, mortisque exodia tristi luctu plangentibus : quæsiisse ferunt virum beatum, num aliquo necessariorum carerent, mœstam puto ea ratione eorum oppignerans animam. Illi autem nova ac insolita Patris percontatione turbati, eam, quæ nuper acciderat, exposuerunt necessariæ annonæ penuriam.

B Tunc vir magnus altum pectore suspirium ducens, ac velut afflatus Numine: *Equidem*, inquit, *abeo, atque ad meos patres commigro. Hoc enim in præsentiarum mihi repositum scio: vobis autem, is qui olim manna Israeli in deserto, ac aquam de petra abunde suppeditavit, ipse vobis, triduo a mea disjunctione, largum annonæ præbebit commeatum.* Ubi autem dari signum fratribus ligni pulsatione, humili vocis insinuatione jussisset, sacrum jam monachorum cœtum in unum congregatum videns, communi eorum consilio eum eligit, qui in monasterii præfectura successurus esset. Is porro admirabilis ille Clemens fuit ; vir plane pro nominis ratione instar fructiferi palmitis, virentes semper virtutum botros ferens; ac tum œconomi officio

C defungens.

Ille autem plusculum morbo attritus, totus, ante etiam migrationem, mentis ab humanis translatione excedens ac extra factus, extendens pedes, atque in crucis modum manus componens, multa fiducia abducentibus sanctis angelis, deposito animam tradidit, anno vitæ ipsius 75, a mundi autem creatione 6376, die 4, mensis imparis, 1 indict., qui est Februarius.

Porro ejus multis compunctum, plurimaque certaminum gloria inclytum tabernaculum, una cum beato Naucratio depositum est, ad dexteram partem

D in gloriosissimo ac sacro martyrum sacello, quod a dextris delubri Præcursoris situm est : quo item loco, sancti Patris nostri Theodori præclarissimus ac venerabilissimus honorabilis loculus constitutus est. Quid vero inde?

Ergone ubi migrasset oblitus est, quæ prophetans prædixisset? aut secus atque oportebat, aut termino dilatiori, quam haberet promissio, curavit evenire? Haudquaquam. Post triduum enim gloriosæ ejus migrationis, navim unam e maximis Christi amantis Basilii imperatoris, frumento plenam misit, monasteriique horrea implevit: ut multo stupore perculsus beatus Clemens in hæc verba pronun-

Digitized by Google

tiaverit : *Ecce*, inquit, *Patres, communis Pater noster, post triduum, juxta quod promiserat, suæ in nos affectionis debitum implevit, novum nobis suæ apud Deum fiduciæ argumentum præbens.*

Habes quæsiti solutionem, Josephi in Ægypto observatam liquido annonæ provisionem : quanquam hic miraculum longe miraculo præstet. Cæterum ad prodigium aliud orationem converto. Cum enim vir inclytus Clemens diu satis monasterii præfectum egisset, atque ad Dominum quintadecima die mensis Julii migrasset, jamque Hilarion, congrue omnino nomini morum hilaritate habens, præfecturam gereret; sancti Patris nostri Nicolai discipulus Antonius nomine, a nonnullis ab accidente nigredine Maurus appellatus, a multis annis, fluxus sanguinis morbo exsugebatur, vi tanta ægritudinis, ut restistuendæ sanitatis medicos spes omnis defecisset. Huic tandem præfatus Pater Hilarion, ut in cella, in qua olim Christi famulus Nicolaus inclusus fuisset, decumbens, corporis disjunctionem sustineret, permisit. Dum ergo impensius gaudens in ea demoratur, apparens illi vir sanctus in somnis, in hæc verba compellat : *Humilis Antoni, quis te morbus moleste habet? Ut autem*, inquit, *morbum explicavi, ejusque vim remediis majorem detexi : Ne*, inquit vir magnus, *ultra timueris : quippe amodo, nihil morbo hoc molestiæ creante, sanus eris. Tumque ad me ipse rediens, non jam in somnis, sed ipsis coram oculis, ejus e cella exeuntis posteriora aspexi. Quapropter, sanguis quidem fluxio actutum compressa est : multaque odoris fragantia circumquaque cellam pervagata, humile cor meum immenso gaudio replevit*. Jam tum anni quadraginta fluxerant, isque nihil molestiæ ab eo patiens morbo, Dei gratia vivebat.

Et hæc hactenus dicta sint : plurima enim silentio omittenda sunt, quo brevitatis regulam servemus; cum et alioqui oratio debilior sit, quam ut miraculorum vim valeat enarrare; hac parte auris ad fidem durioris utilitati prospiciens.

Nos quidem, beate vir, ad ea quæ longi temporis lapsu, silentii profundo obruta remanserant, pro eo desiderio, quo humilis noster animus in te habet, vitiosum atque contritum calamum extendentes, tanquam ex rerum abs te præclare gestarum

Ἐκληθέντα Κλήμεντα τὸν μακάριον ἀποφθέγξασθαι· Ἰδοὺ γάρ, φησὶ, *Πατέρες, ὁ κοινὸς ἡμῶν Πατὴρ μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, ὡς ἐπηγγείλατο, τῆς πρὸς ἡμᾶς διαθέσεως τὸ ὀφείλημα ἐκπεπλήρωκε, κοινὸν τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῦ παῤῥησίας ἡμῖν τὸ θαῦμα ταμιευσάμενος.*

Ἔχεις τοῦ ζητουμένου τὴν λύσιν, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Ἰωσὴφ σιτοδείαν εὐμαρῶς διασώζουσαν, εἰ καὶ δεῦρο πλεονεκτεῖ τὸ θαῦμα τοῦ θαύματος. Ἐπ' ἄλλο δὲ τέρας τῷ λόγῳ τετράφομαι. Κλήμεντος γὰρ τοῦ ἀοιδίμου ἐφ' ἱκανοὺς τοὺς χρόνους τὴν μονὴν κυβερνήσαντος, καὶ πρὸς Κύριον τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἐκδημήσαντος, καὶ Ἱλαρίωνος τοῦ κατὰ πάντα τῇ τῶν ἠθῶν ἱλαρότητι οἰκείως ἔχοντος τῷ ὀνόματι, τὴν ἡγεμονίαν ἄρτι κρατύνοντος· ὁ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου μαθητὴς Ἀντώνιος τοὔνομα, ὁ τῷ συμβεβηκότι παρωνύμως τῇ προσηγορίᾳ Μαῦρος παρά τισιν ἐπονομαζόμενος, ἐν πολλοῖς ἕτεσι τῇ τῆς αἱμορροΐας νόσῳ ἐκπιεζόμενος, τῇ φορᾷ τοῦ νοσήματος τὴν παρὰ τῶν ἰατρῶν ἀπόγνωσιν κομισάμενος, ἐπετράπη λοιπὸν ὑπὸ τοῦ προρρηθέντος Πατρὸς Ἱλαρίωνος, πρὸς τῇ κέλλῃ ἐν ᾗ πρώην ὁ τοῦ Χριστοῦ θεράπων καθεῖρκτο Νικόλαος, ἐπανακλιθέντα τὴν τοῦ σώματος ὑποῖσαι διάζευξιν· ἐν ᾗ μετὰ πολλῆς τῆς χαρᾶς τὴν οἴκησιν ποιησαμένου, φαίνεται καθ' ὕπνους ὁ ἅγιος οὑτωσί πως αὐτῷ προσφθεγγόμενος· *Ταπεινὲ Ἀντώνιε, τί τὸ παρεροχλοῦν σοι ἀῤῥώστημα;— Ὡς δὲ τὸ πάθος ἀπήγγειλα*, φησὶ, *καὶ τούτου τὸ ἀνίατον οὐκ ἀπέκρυψα· Μηκέτι φοβοῦ*, φησὶν ὁ μέγας· *ἔσῃ γὰρ ὑγιὴς ἀπὸ τῆς δεῦρο, τῷ τοιούτῳ νοσήματι μὴ περιεροχλούμενος. Καὶ εἰς ἑαυτὸν γεγονὼς, οὐκέτι καθ' ὕπνους, ὀφθαλμοφανῶς δὲ τούτου τεθέαμαι τὰ ὀπίσθια τῆς κέλλης ὑπεξερχομένου. Ὅθεν ἡ μὲν ῥύσις εὐθὺς τοῦ αἵματος ἀνεστέλλετο· εὐωδία δὲ πολλὴ τὴν κέλλαν περιστοιχήσασα, τὴν ταπεινήν μου καρδίαν χαρᾶς ἀῤῥάτου ἐπλήρωσεν.* Ἔκτοτε οὖν τεσσαρακοστὸν ἔτος ἦν (38), καὶ προσδιαμείβων ἀπαρενόχλητος ἐγεγόνει χάριτι Θεοῦ τοῦ τοιούτου νοσήματος.

Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Παραλειπτέον γὰρ τὰ πολλὰ τῷ τῆς βραχυλογίας νόμῳ ὑπείκοντας· ἐπεὶ καὶ ὁ λόγος, δι' ἀσθενείας, τῶν θαυμάτων τὸ σθένος ἀδρανεῖ διηγήσασθαι, τῆς ἀπιστουμένης ἀκοῆς ἐν ταυτῷ τὸ χρήσιμον κατεγγυιζόμενος.

Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ μακάριε, τὰ ἐν μακρῷ τῷ χρόνῳ, τῆς σιωπῆς τῷ βυθῷ καλυπτόμενα, πόθῳ πολλῷ τῆς ταπεινῆς ἡμῶν διανοίας τὸν ἐμπαθῆ καὶ συντετριμμένον κάλαμον παρεκτείναντες, ὡς ἐκ πελάγους τῶν σῶν κατορθωμάτων, μικρόν

FRANC. COMBEFISII NOTÆ.

(38) Indicat auctor se fere supparem Nicolao, sub cujus exsuccessore miraculum istud contigerit, a quo deinceps ad hanc scriptionem fluxissent anni 40. Consentiunt reliqua, tum quæ de Creta necdum imperio Rom. restituta in superioribus dixit, tum quæ tandem in calce perorat, tristem id temporis Ecclesiæ statum, ab hostium infestatione perstringens, quando ædes sacræ ab illis cremabantur, terra Christianorum sanguine madebat, qua Saracenis, qua Bulgaris imperium Orientis populantibus : qua de re nonnulla Baronius sub Constantantino VIII ex Curopal. auctorque Vitæ S. Lucæ junioris quiescentis in Hellade, qui et ipse Θαυματουργὸς appellatus, ac notissimæ sanctitatis, eo claruit tempore. Sunt certe ea Acta valde illustria, nec ecclesiasticæ historiæ eorum temporum inutilia; tametsi Baronius ipsum quoque nomen viri tanti, ac Lucæ junioris ignoret. Sunt illa prolixiora, quam ut commodum videatur integra exscribere et dare. (*Excerpta dedit Combefisius quæ locum suum apud nos obtinebunt.*)

Digitized by Google

τι μνήμης ἐμπύρευμα, ἢ καὶ ὀψώνιον εὐτελὲς, τοῦτόν σου τῇ πανευκλεεῖ καὶ ἁγίᾳ μνήμῃ ἀναγαγόντες τὸν λόγον, ἀνεθέμεθα. Αὐτὸς δὲ ἄνωθεν ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἵλεως, καὶ τὸν παρεπόμενον τῆς σαρκὸς ἡμῶν πόλεμον κατευμαρίζοις ἑκάστοτε, καὶ διεξάγοις αἰσίως τῆς ταλαιπώρου ζωῆς ἡμῶν τὴν οὐθένειαν, ὅτι πολλὰ τὰ παρ' ἐλπίδα ταύτης συμπτώματα, καὶ κυβερνήσαις πόῤῥω τῆς πονηρᾶς τῶν παθῶν καταιγίδος, τὴν τοῦ νοὸς εἰρεσίαν διεξαγόμενος, καὶ βραβεύσαις εἰρήνην τῆς Ἐκκλησίας τῷ συστήματι· ὁρᾷς γὰρ ὅσην, καὶ ὡς καλύπτουσαν ἀμεταστρεπτὶ τῆς ἡμέρας τὴν ὀργὴν ἐπιδείκνυται· καὶ καταβάλοις ἐθνῶν ἀτιθάσσων θρασείαν ὁρμὴν καὶ ἀλλόκοτον φρόνημα. Ἴδε γὰρ οἷα νῦν τὰ τολμώμενα. Ἐκκλησίαι κατεμπιπρῶνται, καὶ γῇ Χριστιανῶν τοῖς αἵμασι σπένδεται· καὶ πείσαις ταῖς πρεσβείαις, ἢ πρὸς τὴν ἀρχαίαν διὰ τῆς πίστεως ἐπανελθεῖν τῆς δόξης εὐγένειαν, ἢ παμπληθεὶ κροταφίζεσθαι, ὡς ἔθνη πόλεμον θέλοντα. Καὶ μὴν καὶ παράσχοις ἀγαθαῖς ἐλπίσι ταῖς πρὸς τὸ θεῖον ἡμᾶς πρακτικῶς ἐναβρύνεσθαι, δοξάζοντας Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν ἀμερῆ οὐσίαν τε καὶ θεότητα, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

pelago, exiguum hoc memoriæ fomentum, seu etiam vile obsonium, sermonem hunc inclytæ ac sanctæ memoriæ tuæ offerentes, dedicavimus. Tu vero nos propitius e cœlis intuere, quodque jugiter comes adest carnis bellum, quotidie alleves, miseræque vitæ nostræ exiguitatem prospere dirigas, quam multi casus inexspectato excipiunt, ac procul a sæva perturbationum procella, animi navim gubernes ac regas, pacemque Ecclesiæ cœtui a Deo obtineas. Vides enim quantam quamque immobiliter diem obtegentem, iram exhibeat : destruasque gentium indomitarum audacem impetum, ac animi insolentis superbiam. Vide enim qualia nunc præsumantur. Ecclesiæ incenduntur, ac terra Christianorum madet sanguine : suadeasque tuis intercessionibus, ut vel fide recta ad antiquam revertantur gloriæ ingenuitatem, vel penitus collidantur, tanquam gentes quæ bella volunt. Ita, quæso, præstesque, ut bona in Deum spe moribus rite compositis gloriemur, gloriam submittentes Patri, Filio, ac Spiritui sancto, individuæ uni substantiæ ac deitati, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ANNO DOMINI DCCCXCIII

S. JOSEPHUS HYMNOGRAPHUS

NOTITIA

(Ex Ant. Mongitoris *Bibliotheca Sicula*, Panormi 1708, tom. I, p. 384.)

Josephus hymnographus, ita ab hymnorum multitudine, quos decantavit, appellatus, lucis usuram Syracusis accepit, natus ex Plotino et Agatha parentibus virtute claris. Ab infantia morum maturitate, virtute ac pietate, futuræ sanctimoniæ specimen dedit. Sacris addictus litteris mirum in modum profecit, et non obscura cœlestis sapientiæ ac divinæ eloquentiæ splendores edidit, quos præclariores virtutum incrementis effecit, sed florente adhuc ætate cum Agareni Syracusas occupassent, ut Barbarorum furorem declinaret, in Peloponesum decessit, ubi, relictis genitoribus, ut Deo liberius vacaret, Thessalonicam petiit, ibique monasticum D. Basilii institutum amplexus est in cœnobio Latœni dicto. Eo animi fervore regularem disciplinam aggressus est, ut breviter perfectionis exemplum sese omnibus exhibuerit; humilitatis enim, obedientiæ, solitudinis ac silentii studio incubuit : austeritate, contemplatione, charitate, aliisque virtutibus ornatus ita refulsit, ut omnibus admirationi esset. Ex assidua sacrarum litterarum sanctorumque Patrum lectione, virtutum fomenta eliciebat, cœlitesque primarios nedum imitari conabatur, verum etiam et hymnis aliisque ingenii monumentis extollere curabat. Hinc in sui amorem ac venerationem omnes trahebat; dulcius autem cum sacrarum litterarum arcana magna suavitate expenderet. Sæpius cœlesti sapientia imbutus concionabatur, et ad virtutes amplectendas auditorum animos excitabat : profluebat enim ex ore egregii viri mellitæ eloquentiæ flumen, quo omnium corda dulciter alliciebat. Ob egregiam vitæ sanctimoniam dignus existimatus qui sacerdotio initiaretur, licet humilitatis vires obsisterent, precibus et obedientiæ cessit; ideoque hac dignitate insignitus ferventius virtutum studio incubuit. Duriores pœnitentiæ leges amplexus est, orationem protrahere diutius curavit, et ad sanctimoniæ fastigium omnibus animi nervis properare contendit. Cum autem Thessalonicam pervenisset, S. Gregorius Decapolita, qui sanctitatis ac miraculorum gloria florebat, Josephi sanctimoniam numeris omnibus absolutam, demiratus, cum illo arctissimam familiaritatem contraxit; adeo ut ab eo distrahi

Digitized by Google

haud paterctur : hinc discedere coactus ad gravissimas res Constantinopoli pertractandas, cœnobii moderatorem enixe rogavit, ut Josephum itineris socium adjungeret, et tandem obtinuit.

Constantinopolim appulsus Josephus, Gregorium continuo intuens, omnem vitæ suæ rationem in se fideliter transferre curabat, ac vitam potius angelicam quam humanam traducebat. Cum autem Leo (non Isauricus, ut habet Vita S. Josephi apud Octavium Caetanum, tom. II *Sanctor. Siculor.* p. 46, sed Armenus, ut juxta temporis epochas recte advertunt Godefridus Henschenius et Daniel Papebrochius in *Actis SS.* 3 Aprilis, in comment. prævio ad Vitam S.Josephi, § 1,p. 266, et in annotat. p.273) immanissimus Constantinopolitanus imperator, vesana rabie in sacras imagines earumque cultores sæviret, S. Gregorius, imperatoris furori se opponens, publice catholicam fidem propugnavit : hinc nonnulli viri religiosi ad Gregorium, tanquam ad fidei athletam confugientes, sæpius institerunt, ut Romam ad summum Pontificem S. Josephum mitteret, cui Ecclesiæ calamitates ac fidelium pericula exponeret, ideoque noster Josephus Gregorii jussu Romam velificavit : at in itinere a piratis aggressus, captivus in Cretam insulam adductus est, ubi in vincula conjectus, obscuro carceri mancipatur. Sed inter catenas gestiens, sociorum languores mellita eloquentiæ vi emolliebat, ac in fidei constantia confirmabat. Episcopum animi infirmitate laborantem, qui ut se a laboribus eriperet ad imaginum contemptum jam propendebat, ita roboravit, ut pro Christi fide ac imaginum cultu sanguinem profundere paratum reddiderit. Innumeros e diaboli laqueis solvit, ac in fide fluctuantes firmavit, quorum nonnulli martyrii palmam assecuti sunt. Dum autem ita fructuose vitam, etsi catenis vinctus, traducebat, in natalitii Dominici nocte, spiritualibus canticis producta usque ad galli cantum, D. Nicolaus Myrensis sese spectabilem fecit, ac Josepho nuntiavit, iconomachum imperatorem jam defunctum ; se autem Constantinopolim regredi opus esse, ut cœlesti sapientia Christi fideles confirmaret : inde libelli folium in os ejus immisit, in quo hæc legebantur verba : « Accelera tanquam misericors, et festina tanquam miserator in adjutorium nostrum, potes enim si vis. » Hæc cum suavissime decantasset, se cœlesti dulcedine perfusum sensit, ac compedibus solutum, et per aerem raptum; statim a D. Nicolao Constantinopolim translatus est. Cum ibi Gregorium jam defunctum deplorasset, in ecclesiam S. Joannis Chrysostomi secessit, ubi populos ad ecclesiam confluentes cœlesti sapientia erudivit, et ad omnium commodum cœnobium exstruxit, quod statim numerosus religiosorum cœtus explevit. Accepta autem ex dono S. Bartholomæi reliquia, ad ejus cultum ecclesiam excitavit, ibique pluries S. apostolus spectabilem Josepho dormienti se exhibuit, eique abdita nonnulla mysteria, ac difficillima sacrarum litterarum loca explanavit; cœlestibus benedictionibus et charismatibus cumulavit, ut terrarum orbem cantionum suavitate demulceret, Josephum superna benedictione beavit, et in ejus linguam superuæ sapientiæ latices largiter influit. Ex tunc carmina panxit uberrime eo nectare referta, leporibusque concinnata, ut auditorum ac legentium animos mira dulcedine perfundant, et quocumque velint facillime flectant : adeo ut ex iisdem cœlicolarum cantorum melos effluere ad animarum solatium putet. Hinc merito ejus hymni ab Ecclesia Græca in sacris divinæ psalmodiæ locis translati, ad cœlitum laudem decantantur. Multos in hæresim lapsos ad catholicam fidem revocavit, multosque a sæculi illecebris ereptos, monasticæ vitæ addixit.

At dum in his sedulus insudabat, inclyti viri labores exturbavit Theophilus imperator (non Constantinus Copronymus, ut ex citata Henschenii et Papebrochii correctione) qui et ipse sacris imaginibus infensus, Josephum evangelica libertate concionantem, in exsilium ejicit, in quo forti animo exsilii ærumnas perpessus est, usquedum a Michaele imperatore Constantinopolim revocatur. Inde spretis dignitatibus ultro sibi oblatis, ecclesiasticæ supellectilis custodiam accepit, ut Ignatio Patriarchæ obtemperaret : hic enim Josephi sanctimoniam doctrinamque perpendens, in pertractandis Ecclesiæ negotiis ipsum adhibere cupiebat, quod ex collato munere obtinuit : ideoque in rebus difficillimis sæpius Josephum consulebat, et ab ejus ore dulciter pendebat. Acceptissimus etiam Photio successori fuit, qui Josephum ea prosequebatur æstimatione, ut ipsum appellaret Patrem Patrum, et hominem Dei : tanquam angelum venerabatur, cui et Ecclesiæ negotia demandabat, omnesque Ecclesiæ primates hortabatur, ut eumdem veluti sanctissimum Patrem recolerent, et ipsi mentis arcana detegerent ; quod libentius perpetrabant : prophetica enim luce perfusum experti sunt, quo cordium penetralia rimabat : Josephus autem omnes ad rectam Domini viam dirigebat. Tandem undique celeberrimus virtutibus, ac sanctimonia clarissimus, ab angelo commonitus est, sibi instare mortis diem ; ideoque omnibus rejectis curis, ad ipsam ferventius se paravit, ac tandem ad cœlum evolavit, in quo Deipara cœlitesque omnes, quorum elogia decantaverat, summo honore excepere, 3 Aprilis anno 883.

Si plura tanti viri cupis, consule ejus Vitam a Joanne Diacono scriptam, apud Octavium Caetanum, in Vitis SS. Siculorum, tom. II, p.43, ab eo primum sub anonymi scriptoris nomine editam, ex ms. codice Græco monasterii S. Salvatoris Messanæ, ab Augustino Florito soc. jesu Latinitate donatam; exinde sub Joannis Diaconi nomine eamdem in lucem emisere Henschenius et Papebrochius, in Actis SS. 3 Aprilis, p 269; (hi etiam Vitam s. Josephi ex Synaxariis mss. edidere p. 266;) eamdem etiam ex perantiquo codice Bibliothecæ Vaticanæ in Latinum translatam a Ludovico Marraccio e congregatione Cleric. regul. Matris Dei, edidit Hippolytus Marraccius frater, ejusdem Congregationis sacerdos in *Mariali* ipsius S. Josephi, qui et ea quæ in Græcorum Menæis ac Menologiis de Josepho habentur, lectoribus exhibuit. De eo etiam Josephus Perdicarus, in *Vitis. SS. Siculorum*, p. 282; Hieronymus Bascape *Ephemerid. Sacr.* 3 Apri-

Digitized by Google

lis a pag. 31; Simon Wagnereckius in Prolegomenis ad *Pietatem Marianam Græcorum*, n. 22; qui duos distinguit Josephos hymnographos, quorum unus, S. Theodori Studitæ frater, episcopus Thessalonicensis, alter noster Siculus ; et huic ascribendos putat canones qui in Græcorum Menæis nudum Josephi nomen præferunt ; ejusque sententiæ adhærent Henschenius et Papebrochius, in comm. prævio ad Vitam § 2, n. 10 et 11. Vide etiam Jacobum Goar in Glossario ad *Rituale Græcorum*, Marraccium citatum in *Biblioth. Mariana*, part. I. p. 822, Joannem Nadasi in *Anno cœlesti* 3 aprilis; Leonem Allatium *De libris ecclesiasticis Græcorum* diss. 1.; Franciscum carreram in *Panth. Siculo* p. 75., Rocchum Pirrum in *notit. Eccles. Syracusanæ*, p. 139; Thomam Strotium in *Controversia Concept.* part. I, lib. II, cap. 19, p. 163, et cap. 20. p. 165; Michaelem Angelum Mancharusum in *Kalendario Syracusano;* Caetanum citatum in *Isagog. ad hist. Sicul.* c. 36, n. 24, 25, aliosque.

Scripsit Josephus :

Hymnos innumeros, ex quibus *Hymnographi* nomen accepit. In ecclesiasticis Græcorum libris CCCV hymnos (quos etiam canones vocant) per dies dispositos, ac per anni ambitum ab Ecclesia Græca decantari solitos contineri testatur Caetanus cit. in animad. Tom. II SS. *Siculor.* p. 18, n. 20, et Perdicarus loc. cit. p. 294, nempe :

Canones XCVI in Paracletico. Liber est Græcorum, qui quotidie aliquod recitandum in choro exhibet ad aliorum librorum differentiam, quibus statutis temporibus utuntur, ex Leone Allatio *De libris Græcorum*, dissert. 1, p. 68.

Canones XXXV in Triodio. Liber hic recitanda in choro a Septuagesima usque ad Sabbatum Majoris Hebdomadæ complectitur, ex Allatio cit. dissert. 1, p. 69; et Marraccius in Mariali XXXVI a p. 301 ad 322, ex eodem libro exhibet.

Canones V in Pentecostario. Liber est Græcorum qui recitanda in choro a Pascha usque ad octavam Pentecostes continet, ex Allatio cit. p. 77 et 78.

Canonem I in Horologio, quod idem est ac Latine diurnum, ex eodem Allatio cit.

Canones CLXVIII in Menæis. Codices sunt duodecim, juxta duodecim anni menses distincti, in quibus quotidie decantanda horis canonicis ad Dei, Deiparæ ac sanctorum laudem continentur, ex Allatio cit. p 78. Sed haud prætermittendum puto ex eodem p. 81, S. Josephi hymnos, omnibus aliorum Græcorum, qui in ipsis Menæis comperiuntur, anteponendos. Imo ejus Vitæ scriptores tradunt, poetas scriptoresque omnes post ipsum florentes, quæ venustatis et concinnitatis habent, omnia ex Josephi hymnis, tanquam ex cœlesti aurifodina eruisse. Ex his omnibus libris, aliisque mss. codicibus celeberrimus vir, et Deiparæ cultor inclytus Hippolytus Marracius Lucensis hymnos collegit omnes Græcos, quos S. Josephus in Deiparæ laudem cecinit, et Latinitate donatos fere omnes a Ludovico Marraccio ejus fratre, edidit, notisque illustravit hoc apposito titulo : *S. Josephi hymnographi, Siculi, Syracusani, Ordinis D. Basilii monachi, Mariale, quo ejusdem S. Josephi de augustissima cœli terræque Regina Deipara virgine Maria, opera omnia quæ reperiri potuerunt, ex Græcis mss. codicibus collecta, Latine reddita, notisque illustrata, nunc primo publicantur, studio ac labore P. Hippolyti Marraccii, Lucensis, e congregatione cler. regul. Matris Dei, Romæ, typis Ignatii de Lazaris*, 1661, *in* 8. Addit et ipse Marraccius, in notis p. 423, hymnos multos reperiri in mss. codicibus bibliothecæ Barberinæ, qui in editis Græcorum Menæis desiderantur ; et pag. 488 et 494 ait, quod in Triodio ms. Græco ejusdem biblioth. n. 118, hymni exstant nonnulli, qui in impresso Triodio non reperiuntur. Apud Octavium Caetanum in *Vitis SS. Siculorum*, hæc in Latinum versa ab Augustino Florito soc. Jesu habentur, nempe :

Antiquæ odes fragmentum in S. Marcianum episcopum Syracusanum. Tom. I, p. 7.

In S. pontificem Pancratium hymnus, ib. p. 15.

In S. Niconem martyrem hymnus, ibid. p. 45 .

In S. Euplium hymnus, ibid. p. 110.

Hymnus secundus in S. Euplium, ibid. p. 112.

Hymnus in S. Fantinum ex ms. Græco codice monasterii S. Philippi Fragalatis, ibid. p. 161.

In S. Gregorium Agrigentinum episcopum hymnus. Ibid. p. 218.

In S. Leonem episcopum Catanensem, hymnus tom. II, p. 26.

Denique apud Laurentium Surium in Vitis SS. 24 Augusti p. 254, et Aloysium Lipomanum in Vitis SS. 24 Augusti p. 891, ex Simone Metaphraste exstat sermo inscriptus : *Josephi humilis et minimi laudatio in sanctum apostolum Bartholomæum.* Hunc nostri Josephi fetum putant Octavius Caetanus in animadv. ad tom. I. *SS. Sicul.* p. 134, n. 6; et in animadv. ad tom. II, p. 18; Josephus Perdicarus in *Vitis SS. Siculor.* p. 294; Henschenius et Papebrochius in annotat. ad Vit. S Josephi p. 274. Hi vero in comment. prævio ad eamdem Vitam, § 2, n. 11, ex Allatio in dissert. de Græc. libris p. 11, Josephi nostri putant.

Canones de S. Nicolao, servantur Græce mss. Romæ in bibliotheca Barberina.

Digitized by Google

S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI

VITA

AUCTORE JOANNE DIACONO CP.

(*Acta Sanctorum Bolland.*, Aprilis, tom. I.)

GODEFRIDI HENSCHENII COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. *Cultus sacer ex Synaxariis mss. Legationis Romanæ, et exsilii tempora.*

1. Sanctum Josephum, a sacris hymnis sive canonibus conscribendis, Menæa excusa et plurima mss. Synaxaria, Claromontanum, Chifletianum, Mazarinianum, aliaque, τὸν Ὑμνογράφον· duo autem in monasterio Cryptæ-Ferratæ conservatæ, τὸν Ποιητὴν τῶν κανόνων appellant, eique elogium texunt, alia brevius, longius alia; vix ulla absque mendis, librariorum oscitantia aspersis. Solum Synaxarium, quod primo loco hic nominavimus, Claromontanum, quia ex Claromontani nostri Parisiis collegii bibliotheca commodatum, majori ex parte sincerum est : quod proinde præ ceteris dignum duximus hujc prolusioni inserere, ita expeditiorem cursum habituri ad ea, quæ circa hujus Sancti ætatem moventur dubia; non aliud habentia fundamentum, quam quod audacior aliquis Vitam ab auctore pene coævo scriptam præsumpserit ex suo ingenio interpolare unius vocis additamento; et Leonem Iconomachum legens, addere τὸν ἐκ τῆς Ἰσαυρίας, non satis attendo quod integro sæculo Leonis Isaurici imperium distet a temporibus Ignatii Photiique patriarcharum, sub quibus scevophylacis munus in Ecclesia Constantinopolitana gessisse Josephum, in progressu Vitæ debuerat observasse. Similem prorsus errorem 23 Maii circa S. Michaelem Synnadarum episcopum irrepsisse in Menologium Græcorum notavimus 5 Januarii ad Vitam sancti Gregorii Aritensis, pag. 290. Elogium porro sancti Josephi præcitatum tale est :

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Σικελῶν ἐπαρχίας, γεννητόρων Πλουτίνου καὶ Ἀγάθης. Πορθηθείσης δὲ τῆς πατρίδος, σὺν μητρὶ καὶ ἀδελφοῖς διαφυλαχθείς, ἦλθεν εἰς Πελοπόννησον. Ἐκεῖθεν ἀπάρας ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην. Πέντε καὶ δέκατον ἔτος ἄγων, ἀποκείρεται ἔν τινι μοναστηρίῳ, καὶ ἦν διερχόμενος πᾶσαν τὴν θείαν Γραφήν· ὅθεν καὶ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου χειροτονίαν δέχεται, καὶ μετὰ Γρηγορίου τοῦ Δεκαπολίτου τῇ Κωνσταντινουπόλει καταλαμβάνει. Ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσις αὖθις ἀνεφάνη, Λέοντος τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρμενίου [βασιλεύοντος], παρεκάλεσαν τὸν ἅγιον Γρηγόριον οἱ ὀρθόδοξοι, A στεῖλαι εἰς Ῥώμην τὸν Ἰωσὴφ, μηνύσοντα τοῖς ἐκεῖσε τὸ συμβάν. Καὶ ὁ μὲν ἐξέπλει· πλοῖα δὲ ἐπιστάντα βαρβαρικὰ δεσμώτην εἰς Κρήτην ἀπήγαγον Ἐν μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν ἐπιστὰς αὐτῷ τις ἱεροπρεπὴς τὴν ἰδέαν, Ἐκ Μύρων ἐνταῦθα πάρειμι, ἔφη· καὶ βιβλίον κρατῶν, διεκελεύστο λαβεῖν. Ὁ δὲ λαβὼν, ἀνεγίνωσκε καὶ ἔψαλλε· Τάχυνον, ὁ οἰκτίρμων, καὶ σπεῦσον ὡς ἐλεήμων εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν, ὅτι δύνασαι βουλόμενος. Καὶ τὸ ᾀδόμενον, ἔργον πρωΐας ἐγένετο. Τότε γὰρ τοῦ τῆς αἱρέσεως προμάχου Θεοφίλου ἐξ ἡμῶν γενομένου, ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τῶν σεπτῶν εἰκονισμάτων ἀπείληφε τὴν εὐπρέπειαν· καὶ ὁ τίμιος Ἰωσὴφ, ἐλευθερωθεὶς τῆς εἱρκτῆς πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν διεσώζετο. Ἐν δὲ τοῖς ὁρίοις τῆς Θεσσαλονίκης γενόμενος, λείψανον εὑρὼν B τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου [*ἐν ἄλλοις Συναξαρίοις λέγεται*, τοῦ Βαρθολομαίου λείψανον], ἔλαβεν, καὶ ναὸν ἐπ' ὀνόματι τούτου ἐδομήσατο· καὶ ἐν φροντίδι πλείονι καθεστήκει, μελῳδήμασι τὰς αὐτοῦ πανηγύρεις κατακοσμήσας, σὺν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς ἡξίου τοῦ ποθουμένου τυχεῖν· τοιγαροῦν καὶ ἐπέτυχεν. Ὁρᾷ γὰρ νύκτωρ ἄνδρα τινὰ φοβερὸν, ἐν ἀποστολικῷ τῷ σχήματι, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τραπέζης Εὐαγγέλιον ἀράμενον, καὶ τοῖς στέρνοις αὐτοῦ ἐνθέντα, καὶ εὐλογίας αὐτὸν ἀξιώσαντα. Καὶ ἐκ τότε ἔλαβε τὸ χάρισμα τῆς ὑμνῳδίας· καὶ οὕτως ἀπόνως καὶ μετ' εὐκολίας τὰς ἱερὰς ὑμνῳδίας δι' ἅπασαν τὴν Ἐκκλησίαν ἐφώτισεν ἐν ὕμνοις· ἐντεῦθεν τοῖς ἁπάντων στόμασι ᾄδεται, καὶ πᾶσι ποθεινὸς καὶ ἐπέραστος, οὐ μόνον ἰδιώταις καὶ ἄρχουσιν, ἀλλὰ καὶ C αὐτοῖς βασιλεῦσι γίνεται.

Καὶ πολλὰ ἐπὶ τῆς ὀρθοδόξου περὶ τῶν εἰκόνων πίστεως ἀγωνιζόμενος ἐξωρίσθη εἰς Χερσῶνα, παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρμενίου [*imo* Θεοφίλου], ὑπὸ Βάρδα τοὔνομα καταδικασθείς, καλῶς γε τοῦτον διελεγξάμενος. Καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἀναῤῥυσθεὶς ἐκ Χερσῶνος, παρὰ τῆς βασιλίδος Θεοδώρας, τῆ, πεισάσης τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας φύλαξ γενόμενος, Ἰγνατίου πατριαρχοῦντος τοῦ θείου. Οὗ μετὰ τὴν ἐκδημίαν, παρὰ Φωτίου στέργεται καὶ ἐκθειάζεται· οὗτος γὰρ μετὰ τοῦτον πατριάρχης ἀναδείκνυται. Ἐν τούτοις καλῶς διαρκέσας, καὶ ὁσίως καὶ ἀκάκως

Digitized by Google

πολιτευσάμενος ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ· λέγεται γὰρ, ὅτι ἡ ἁγία αὐτοῦ ψυχὴ, ὀψικευομένη παρὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων καὶ ἀγγέλων, ἀνῆλθεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἄνθρωπός τις, ἔχων δοῦλον χρήσιμον, ἐπείπερ ὁ δοῦλος ἔφυγεν, ἀπελθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εἰς τὸν Ἅγιον Θεόδωρον τὸν Φανερωτὴν, παρεκάλει αὐτὸν φανερῶσαι τὸν δοῦλον αὐτοῦ· προσμείνας δὲ ἱκανῶς καὶ μηδὲν μαθὼν, ἐβουλεύετο ἀναχωρῆσαι. Ὄρθρου δὲ ὄντος, καὶ λόγου ψυχωφελοῦς ἀναγινωσκομένου, μικρὸν ἀφύπνωσε, καὶ ὥρα τὸν μάρτυρα λέγοντα αὐτῷ· Ἵνα τί περίλυπος εἶ; Τοῦ ποιητοῦ Ἰωσὴφ κοιμηθέντος ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ὀψικεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ παρὰ πάντων ἡμῶν, οὓς κανόσιν καὶ ὕμνοις ἐτίμησεν καὶ ἐσυνοψίσθη εἰς Θεόν· καὶ νῦν πάρειμι πρὸς σέ. Τοῦ λοιποῦ τοίνυν δηλώσει· Ἄπελθε κατὰ τόνδε τὸν τόπον, τοὔνομα προσειπὼν, καὶ εὑρήσεις, ὃν ἐπιζητεῖς οἰκέτην σου.

2. « S. P. N. Joseph Hymnographus ex Siculorum provincia erat, parentibus Plutino atque Agatha : in depopulatione autem suæ patriæ cum matre fratribusque servatus, in Peloponnesum abiit, indeque se transtulit Thessalonicam; et decimum quintum agens ætatis annum, attonsus est in monasterio quodam : ubi totam sacram Scripturam tanto cum profectu decurrit, ut presbyter meruerit ordinari, et cum Decapolita Gregorio Constantinopolim transiit. Postquam autem sub Leone Armeno denuo resuscitata Iconomachorum hæresis extulisset caput, deprecati sunt sanctum Gregorium orthodoxi, ut Romam destinaret Josephum, fidelibus ibi degentibus nuntiaturum, quid accidisset. Navigavit igitur eo; sed a barbarorum navigiis interceptus, abductus in Cretam captivus est. Una autem noctium astans eidem quidam, speciem pontificalem præferens : Ex Myra, inquit, huc adveni; et librum sumens, jussit eum accipere. Accepit Joseph, legitque hæc verba : Accelera, misericors, et festina, miserator, in adjutorium nostrum : potes enim, si vis. Quod autem tunc decantavit, opere ipso completum vidit; quando Theophilo e vivis sublato, sancta Ecclesia sacrarum imaginum recepit ornatum. Interim divinus Joseph liberatus e carcere, Constantinopolim salvus perductus est.

3. « Invenerat, cum adhuc esset in finibus Thessalonicæ, sancti apostoli Bartholomæi reliquiam. Hanc igitur accipiens, sub illius nomine ædificavit sacellum; cœpitque multa cum sollicitudine versare animo, quomodo festivitatem ejus sacris canticis componendis ornaret; cum lacrymis atque singultibus supplicans, ut hujus desiderii sui compos effici mereretur. Et vero compos ejus effectus est. Noctu enim virum quemdam reverendum conspicatus est ad latus epistolæ, qui videbatur sacra e mensa Evangelium tollere, ipsumque Josephi imponens pectori, sua eum benedictione impertiri. Ex tunc autem gratiam componendorum hymnorum et facultatem habuit tam expeditam, ut quidam existimarent, eum melodias sacras non proferre ex seipso, sed aliunde acceptas et memoriæ commen-

datas pronuntiare, et præbere postulantibus. Itaque Ecclesiam universam suis illustravit hymnis, cœpitque omnium ore celebrari, et cunctis haberi amabilis, non tantum idiotis, sed etiam principibus et imperatoribus ipsis.

4. « Multum quoque orthodoxæ fidei causa decertans, in Chersonem est relegatus ab impio Armeno, eo quem Bardam vocabant condemnante, quod illum generose redarguisset. Post cujus mortem e Chersone liberatus est ab egregia illa imperatrice Theodora, quæ orthodoxiam celebravit; et sacrorum vasorum Magnæ Dei ecclesiæ custos effectus est, divino Ignatio sedem patriarchalem obtinente. Post hujus porro ex hac vita discessum, Photio quoque (hic enim post Ignatium patriarcha est declaratus) in amoribus fuit æstimationeque maxima. Inter hæc longum vitæ spatium laudabiliter implens, sancteque et innocenter suo versatus in munere, obdormivit in Domino. Dicitur autem, quod sancta illius anima, deducentibus sanctis martyribus angelisque, evecta in cœlum sit. Etenim homo quidam, servum utilem habens, cum hic se fuga proripuisset, abiit ad sanctum Theodorum, Phanerotem vulgo nuncupatum, rogaturus ut suum sibi servum revelaret. Exacto autem ibidem spatio non modico temporis, cum nihil didicisset de fugitivo, recedere voluit; recessissetque, nisi orto jam die detentus spirituali qui fiebat sermone, obdormisset tantisper. Atque ecce martyrem videt, et hæc ad se dicentem audit : Utquid mœstus es? Poeta Josepho hac nocte moriente, anima ejus ab omnibus nobis quos suis canonibus hymnisque honoravit, deducta est et ante Dei conspectum constituta. Nunc autem præsto sum, ostensurus deinceps, quod voles. Vade ad locum illum (et locum nominavit), ibi famulum tuum, quem requiris, invenies. »

5. Hactenus Synaxarium prædictum, recte et ordine omnia, nisi quod ad auctores indicti in Chersonem exsilii pertinet, adeoque et ipsius exsilii tempus. Etenim quamvis Leo Armenus, suæ adversus monachos orthodoxos sævitiæ ministrum facemque habuisse legatur Bardam quemdam, affinem suum; hic tamen nullam potuit partem sibi vindicasse in vexando Josepho : cum is sub ipsum initium persecutionis, anno 2 Leonis, suscitatæ, Romam legatus sit, et usque ad annum 820 manserit captivus in Creta. Theophilus igitur, impius passim ab auctoribus dictus, ob iconomachiam resuscitatam, scribi hic et intelligi debuit; sub quo Bardas, S. Theodoræ Augustæ frater, vir incestus atque nefarius, apud sororium, monachis orthodoxis infensissimum, facile potuit effectum dare, ut Josephum, vitia sua increpantem liberius, videret relegatum. Ita certe censuit is quis alterum e mss. Synaxariis Cryptæ-Ferratæ compilavit auctor, et conveniunt optime Vitæ Acta, quamvis nulla facta Bardæ mentione totam culpam in « pessimum illius temporis imperatorem, » scilicet Theophilum conferant. In dicto vero Synaxario sic legitur : « In-

Digitized by Google

vidi autem quidam cum eum calumniati essent de A iis, quæ adversus Bardam Cæsarem dicta fuerant, in Chersonem relegarunt, unde post aliquod tempus Constantinopolim regressus, sacrorum Magnæ Dei ecclesiæ vasorum custos factus est, Ignatio patriarcha. »

6. Graviora aliorum Synaxariorum errata hic non attingimus, tantum dicimus in eorum nullo notari nomen Leonis Isaurici, quod in Actis repertum ita torsit Octavium Cajetanum nostrum, in suis ad ea annotationibus, ut cum videret consequens esse, quod annis ut minimum 170 vixisset Josephus, ingenue fassus sit, « tam longinquam ætatem, inter tot rerum turbines, totque ærumnas et exercitationes asceticæ vitæ, negotium sibi facere. » Omnia nihilominus, quæ deinceps in Vita B dicuntur, ita digessit, ut « pessimum, » de quo supra, imperatorem, sub quo in exsilium ejectus est Joseph, haud dubie notet fuisse « Constantinum Copronymum, Leonis Isaurici filium, et imperii perinde atque impietatis successorem ; » et «orthodoxos imperatores, » sub quibus est Constantinopolim revocatus, Constantinum et Irenem interpretetur. Utque hæc concordet cum Menæis occasione Bardæ ejectum dicentibus ; concludit « rursus, sub Michaele Balbo pulsum Josephum, atque a S. Theodora restitutum videri. » Dubitat etiam « an Leo Isauricus, quem XIV Kal. Julii mortuum Theophanes scribit, potius dicendus sit in Natalitiis Domini obiisse, an vero post menses sex et totidem C dies de ejus morte fuerit sancto Josepho nuntiatum. » Quæ omnia facile potuisset discernere, si ex indicato mortis die, scivisset Leonem Armenum, Isaurico tanto posteriorem, intelligere; et illud, ἐν τῇ; Ἰσαυρίας, insertum Actis, suspectum habere, propter aliorum omnium silentium et enormem distantiam temporis.

7. Simili ratione non difficulter potuisset idem Cajetanus videre illius conjecturæ vanitatem, qua Syracusas fuisse Josephi patriam propterea asseveravit, quia in Actis dicitur Josephi patria, gloriosior reddita a Beati parentibus tam felici germine, quam a Dionysio, « qui olim in ea summis in deliciis regnavit. » Esto enim quod regiam Syracusis habuerit Dionysius, toti tamen imperitavit insulæ de D qua, non de peculiari aliqua ejus urbe loquuntur Acta. Non potest sane verosimile videri in tanto historicorum omnium silentio, quod Irene et Constantino regnantibus, potiti sint piratæ barbari, ea tempestate non admodum validi, munitissima urbe : quam iidem, Siciliæ reliquæ dominatum adepti sub Michaele Balbo, non potuerunt, nti nec Tauromenium, per annos 55 sui juris facere; usque dum veniret annus 878, quando die 21 Maii, victoria ipsis de eadem obtigit, et totius insulæ possessionem confirmavit, magna cum Ecclesiæ afflictissimæ calamitate : quam describit is qui interfuit Theodosius monachus, in epistola ad Leonem archidiaconum, ex ms. Græco Latine reddita et apud Rocchum Pyrrhum in notitia Ecclesiæ Syracusanæ impressa. Qui idem Pyrrhus interim asserit « et Basiliani ordinis monachum et Syracusanum fuisse Josephum ; istud ex sua, hoc ex Cajetani conjectura persuasus : additque illius festum Syracusis celebrari 3 Aprilis, utique postquam Cajetanus incepit sanctos Siculos ex Græcorum Menæis conquirere, et suis insulanis venerandos proponere : neque enim existimamus cultum eum Syracusis esse antiquum, aut in ulla majorum de Josepho traditione fundatum.

§ II. *Vitæ scriptores. Canones compositi, tempus mortis.*

8. Quod § superiori diximus de Barda, et circumstantiæ quædam aliæ, in Synaxariis expressius quam in Vita notatæ (ut quod decimo quinto ætatis anno attonsus in monachum sanctus Joseph sit, quod invasa a Saracenis patria cum matre ac fratribus servatus, quod extemporaneam pene habuerit canonum condendorum facultatem, quod locus exsilii Chersona fuerit, quod ante exsilium injecta sint sancto vincula et verbera, quod denique gloriose illius in cœlum deductionis visio, occasione fugitivi requisiti in templo sancti Theodori Phanerotæ seu Manifestatoris, obtigerit probo illi viro, qui ejus ad alios meruit testis exsistere), hæ, inquam, circumstantiæ, in prolixioribus Actis præteritæ, credibile nobis faciunt, Vitæ epitomen (quam supra ex Claromontano dedimus, quamque alia mss. fere sequuntur) ipsam esse, quam, a discipulo sancti Josephi Theophane scriptam, Joannes Magnæ Dei ecclesiæ diaconus et orator, præ oculis habuit, plenius ornatiusque exponendam, additis quæ desiderabantur multis. Hanc sic auctam ornatamque ex parte, ex parte vero, prædictarum circumstantiarum minutiis prætermissis, descriptam liberius, accepimus ex codice Græco Bibliothecæ Vaticanæ, auctoris nomen quale diximus præferente : contulimusque cum exgrapho alterius codicis, a Daniele monacho et sacrista in monasterio sancti Salvatoris Messanæ absque auctoris nomine descripti, ex pluteo 20, num. 52.

9. Ea primum, Latine reddita a P. Augustino Florito societatis nostræ, prodiit inter Vitas sanctorum Siculorum an. 1657 ; aliam deinde ejusdem Vitæ versionem adornavit Ludovicus Maraccius Lucensis, e Congregatione Clericorum Matris Dei, una cum Canonibus in omnia Beatæ Virginis Mariæ festa, et Theotocis per omnes Græcorum ecclesiasticos libros sparsis, et sancti Josephi nomen ut auctoris præseferentibus ; quæ omnia prænominati Ludovici conjunctione sanguinis et religionis professione frater, Hippolytus Maraccius, commentariis eruditis illustravit, vocans illa *Mariale sancti Josephi Hymnographi*, et publicavit Romæ anno 1661. Hanc versionem, Græci contextus verbis pressius inhærentem, prætuleramus tum priori illi, tum alteri a quodam hujus nostro provinciæ phi-

Digitized by Google

ellene claboratæ. Sed excerpta ex Maraccii libello folia, preloque ad nostrum morem parata, exciderunt nobis Amstelodami, quando post tristem Blavianæ typographiæ casum colligebamus sarcinas Antwerpiam revehendas : neque jam, cum primum defectus animadvertitur, promptius est aliquid quam ex Octavio Cajetano recipere Floriti versionem, eamque ad contextum Græcum denuo recognoscere, mutatis hinc inde pauculis ubi id exigere res videbitur.

10. Simon Wangnereckius noster, in Prolegomenis ad Marianam Græcorum pietatem, ex duodecim tomis Menæorum et septem reliquis Græcæ Ecclesiæ voluminibus excerptam, n. 22, de duobus sanctis Josephis, utroque hymnographo et confessore apud Græcos, agit : quorum alter fuerit S. Theodori Studitæ frater atque episcopus Thessalonicensis, 14 Julii recolendus, et habuerit in canticis suis pangendis hoc notabile, quod nomen suum sæpe omissum in titulo, per Acrostichidem sive primas stropharum litteras, circa ultimam odam sui ultimi canonis, semper accuratissime signarit : alter annis forte quadraginta junior, hic noster sit, cui adscribendos putat eos canones, quæ nudum Josephi nomen appositum habent. Quia vero etiam canones hujus posterioris, de quo nunc agimus, Josephi, fere acrostichidi alicui illigantur, existimat præcitatus Wangnereckius, ad ipsos utpote operosius compositos, extendi debere extemporalem illam dictandi facilitatem, quam supra ex Menæis laudatam vidimus. Cur tam operosum hoc sit, ut ab exercitato nequiverit ex tempore fieri? Certe nulli poetico metro astrictos Græcorum canones, potuisse non magna contentione animi ad certas litteras, in cujusque strophe principio inveniendas, astringi ab eo, cui liberum esset strophas singulas, nullo inter se ordine connexas, a quacunque liberet voce ordiri, ipsi didicimus experiendo; quando talium canonum aliquos Latine reddidimus, eadem acrostichidum lege servata, idque in versione, ad Græcorum verborum sensum exprimendum, obligata. An autem omnes illi canones, quas Mariali suo Maraccius inseruit, quosque supra trecentos inveniri in ritualibus Græcorum libris asserit Cajetanus, hujus ultimi Josephi sint, an aliqui relinqui priori debeant, non vacat nec operæ pretium est sollicitius examinare.

11. Placet interim discrimen a Wangnereckio supra nominato designatum, ut scilicet canones illi, qui nudum Josephi nomen præferunt absque alio titulo, Josephi hujus nostri sint : quem etiam intelligere videtur Leo Allatius in sua de Græcorum libris dissertatione, quando Josephum Melodum nominat. Episcopo Thessalonicensi imputari possunt alii qui dicuntur τοῦ κυροῦ Ἰωσὴφ, domini Josephi : hæc enim honoris appellatio denotat gradum aliquem eminentiorem. Fatemur tamen non ita firmam eam conjecturam videri, quin varia possint contra eam opponi, quæ ambiguum judicium faciant. Præter hos duos non videtur alius tertius Josephus fuisse, qui in titulo ms. Typici, Romæ in Bibliotheca Barberina asservati et a Leone Allatio, pag. 11 dissertationis præcitatæ, laudati, nominetur, cum dicitur, Typicum illud continere « ecclesiasticam constitutionem omnium festorum totius anni, secundum traditionem sanctorum Patrum, videlicet S. Sabæ, et Studitæ, et maxime Sancti Montis; necnon partem traditionis sanctissimi Patris nostri Josephi, possessoris sancti monasterii quod Divi Nicolai τῶν χασούλων dicitur. » Etenim si Joseph ille proprium ordinavit officium monasterio suo, cujus patronus erat D. Nicolaus, quis Paracleticon Græcorum legens (in quo ordinarium totius hebdomadæ officium octies secundum octo tonos variatum continetur) in eoque observans secundum feriæ 5 canonem (nam singulis feriis duo sunt canones, et feria 5 primus de apostolis est) cum cathismatis atque tropariis eodem spectantibus esse de S. Nicolao : quis, inquam, hæc legens et observans, non judicabit Josephum istum τῶν χασούλων esse auctorem illorum octo de S Nicolao canonum? Atqui etiam horum canonum acrostichides subjunctum habent nomen Ἰωσὴφ hoc modo : Ἦχος α'. Σοὶ, Νικόλαε, πρῶτον εἰσφέρω μέλος. Ἰωσὴφ. Et similiter in aliis, præterquam in canonibus toni secundi et octavi, qui nihilominus ejusdem auctoris manifeste sunt. Hunc igitur non esse a nostro Josepho distinguendum, tum illa styli similitudo suadere poterit, tum quod nostrum a Cretensi captivitate liberatum D. Nicolai miraculo, possimus prudenter opinari, ei quod Constantinopoli erexit monasterio patrocinium prætulisse S. Nicolai, in deserto illo loco, ad quem, haud procul positum a templo D. Joannis Chrysostomi, « sedem et curarum scholam n. 24, dicitur transtulisse, inibique discipulorum distribuisse multitudinem : » in casulis forsan extemporaneis, unde dictum sit monasterium *D. Nicolai Casularum*, vocabulo, ut alia multa Constantinopolitana, Ῥωμαϊκῷ · quamvis et monasterii a D. Nicolao dicti nusquam Acta meminerint, et adjectum postea oratorium S. Andreæ apostolo nuncupaverit sanctus, propter reliquias ejus istic collocatas, uti dicitur num. 25.

12. Quo anno Christianæ æræ et ætatis suæ mortuus sit hic, de quo agimus, Josephus, nusquam exprimunt Acta : tantum n. 37 inquiunt, diu illum in vita duravisse, et propter graves in ea labores diuturnum censeri debere sustinuisse martyrium. Num. autem 34 dixerant, quod Dominicæ Passionis magna ac venerabili Parasceve instante, discipulum suum, et ecclesiæ possessiones in libello descriptas obtulerit et commendarit Photio patriarchæ, nihil ulterius exprimens : quo facto imminentem sibi exitum præsignasse declaraverit mox vehementissima febris, quæ eidem fecerit vivendi finem, et (quantum ex contextu colligi datur) paucorum omnino dierum fuerit. Hinc porro animum

Digitized by Google

circum agentes per octo illos annos, quos Ignatio mortuo Photius in patriarchatu habuit, antequam anno 888 dignitate illa privaretur; et annum requirentes, qui Parasceven habuerit, neque post tertium diem Aprilis, quo mortuum credimus S. Josephum; neque tamdiu ante, ut inter ipsam et diem mortis longioris temporis statui debeat; nullus occurrit opportunior annus, quam 883, qui Parasceven 29 Martii habuit, et quarta feria Paschalis hebdomadæ diem 3 Aprilis. Nam, si anno 880 mortuus esset Josephus, mortuus esset ipso die Paschæ; talem autem tamque notabilem festivissimæ diei circumstantiam, nequaquam, si vera fuisset, omisisset exprimere auctor Vitæ.

13. Hinc porro de ætate conjectare possis, eum qui Leone Armeno persecutionem incipiente, id est anno æræ vulgaris 814 jam presbyter initiatus, Romanæ legationi judicabatur idoneus, atque adeo ut minimum tricenarius erat, haud multum abfuisse a centenario, quando a mortali hac vita ad immortales Superos transiit. Eadem ratione intelligi datur illam Barbarorum incursionem in Siciliam, quæ Josephum cum matre fratribusque in Peloponnesum A expulit e patria, non paucis annis priorem fuisse luctuoso illo tempore, quo post Leonis Armeni cædem, « Michaele adversus rebellem Thomam occupato, et omnem aliam curam huic unice postponente, Creta, Sicilia et insulæ Cyclades a Romano imperio rescissæ sunt, » ut scribit Leo Grammaticus. Nempe Barbari illi, piraticis excursibus prædas ante id tempus contenti agere, tunc etiam firmas novo dominatui sedes in iisdem insulis acquisiere. Quod autem Barbaricæ etiam naves fuisse dicantur, quæ vela Romam facientis cursum intercidere et captivum in Cretam avexere Josephum: id ita accipimus ut eam insulam non jam tunc tenuerint Barbari, sed ut a Leonis Armeni ministris conducti ad scelus piratæ, profugos Constantinopoli sacrarum cultores imaginum curaverint retrahere in manus Iconomachorum; et Josephum nominatim intenderint comprehendere, quem Romam legatum navigare, non potuit omnino clam haberi: ex Actis enim manifeste constat, non Saracenos, sed Iconomachos fuisse, in quorum custodia detentus ille apud Cretam est toto fere sexennio.

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΚΑΙ ΡΗΤΟΡΟΣ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΩΣΗΦ

ΤΟΥ ΥΜΝΟΓΡΑΦΟΥ.

—

JOANNIS

MAGNÆ DEI ECCLESIÆ DIACONI ET ORATORIS

SERMO

IN VITAM S. P. N. JOSEPHI HYMNOGRAPHI.

(Ex ms. codice biblioth. Vatic., collato cum ms. Siculo monasterii S. Salvatoris.)

Interprete Ludovico Marraccio, Lucensi.

—

1. Omnis quidem virorum virtute præditorum vita animum virtutis amantem ad imitationem invitat, et honestatis amicum ad eam pro viribus æmulandam compellit: si vero etiam sermo vitam exornet, et practicum cum speculativo intelligibiliter conveniat, perfectionis studiosum per hæc duo excitat ad sedulitatis expressionem: quanquam etiam vita sola illi, qui currit ad scopum supernæ voca- B α'. Καὶ ἅπας μὲν βίος τῶν ἐναρέτων, τὴν ἐρῶσαν ψυχὴν ἀρετῆς πρὸς μίμησιν ἐκκαλεῖται, καὶ ζηλοῦν ἀναγκάζει κατὰ δύναμιν τὸν φιλόκαλον· εἰ δὲ καὶ λόγος τὸν βίον καλλύνει, καὶ τὸ πρακτικὸν τῷ θεωρητικῷ νοερῶς συνδυάζεται τὸν ὀρεγόμενον τελειότητος, δι' ἀμφότερα ταῦτα διερεθίζει πρὸς τὴν τῆς ἀκριβείας ἐκτύπωσιν. Καίτοι γε καὶ βίος μόνος ἀρκεῖ τῷ κατὰ σκοπὸν τῆς ἄνω κλήσεως τρέχοντι, τὴν βασιλείαν

Digitized by Google

τῶν οὐρανῶν προξενῆσαι καὶ τὴν δι' αἰῶνος μακα- A
ριότητα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λόγος τῷ βίῳ συνημμένος
κατάλληλος, Λυδία λίθος ὁρᾶται τὰ τῶν ἄλλων ἤθη
βασανίζων καλῶς, καὶ διὰ τῆς χάριτος τὸν αὐτῷ μετὰ
τρόπου κοσμούμενον, κοινὸν προτιθεὶς τοῖς βουλο-
μένοις ἀρχέτυπον. Τοιοῦτον οἶδα καὶ Ἰωσὴφ, τὸν ἐν
πόνοις μὲν γενναιότατον, ἐν δ' ἀρεταῖς ἀπαράμιλλον,
τῷ δὲ περιόντι τοῦ λόγου τοῖς ἀνέκαθεν ἁγίοις, κατὰ
τὴν δεδομένην παρὰ τοῦ Πνεύματος δύναμιν, μελ-
ῳδικοὺς ὑμνητηρίους ἐμπαρενείροντα.

tionis, cœleste regnum atque æternam beatitudi-
nem sufficienter acquirit. Verumtamen sermo quo-
que mutuo nexu vitæ conjunctus, Lydio lapidi per-
similis est : nam aliorum qualitates optime probat
ac mores; et propterea gratiæ illius, quæ cum
certa ratione in eo refulget, archetypum commu-
nem volentibus proponit. Talem affirmo fuisse Jo-
sephum, in laboribus generosissimum, in virtutibus
insuperabilem, qui suavissimas cantiones, secun-
dum facultatem sibi a Spiritu sancto tributam, in
honorem præcedentium sanctorum ex sermonis
copia et ubertate composuit.

β'. Τοῦτον ἔδει μὴ παραδραμεῖν τὸν ἐραστὴν τοῦ
λόγου, καὶ τὸ περιὸν τῆς ἀρετῆς δυσωπούμενον,
ἀλλ' ὃ ἐκεῖνος ἐν ἄλλοις πολλοῖς ἐκτετέλεκε, τοῦτο
πάντως λαβεῖν παρὰ τῆς ἡμῶν ταπεινότητος. Εἰ γὰρ B
καὶ οὐχ ὡραῖος ὕμνος, κατὰ τὸν Ὑμνογράφον, ἐν
στόματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ, πλὴν ἀλλ' ἡ προθυμία καὶ
τὸ ζέον τῆς διαθέσεως ἕλξει τὸν εὐφημούμενον πρὸς
τὸ τὰ λιτὰ ταῦτα καὶ πενιχρὰ παραδέξασθαι· οὐ γὰρ
τὸ ἴσον ἀντιζητήσει παρὰ τῆς ἡμῶν οὐθενότητος·
οἷς γὰρ κατὰ τὴν ἀναλογίαν οἱ βίοι κατὰ διάμετρον
ἀφεστήκασι, τούτοις ἀναλόγως καὶ ὁ λόγος ἀποσχοι-
νίζεται. Λαλήσω γοῦν παρὰ μέλος τῷ τὰ τῶν ἄλλων
ἐμμελῶς μελῳδήσαντι· ὁ δὲ τὴν ἴσην χάριν εἰδὼς μὴ
παροῦσαν τῷ γράψαντι, γυμνὴν τὴν προθυμίαν τῆς
χάριτος ἀποδέξεται· ἐπεὶ μηδὲ τῷ τοῦ προσώπου
κάλλος κομιδῇ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔχοντι περισπούδαστα
τὰ ἔξωθεν ἐπιτρίμματα. Τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ
καταχραίνοι τὸ ὡραιόμορφον ὁ περιστιμμίζων τοῖς
χρώμασι. C

2. Hunc minime decebat præterire sermonis
amatorem, etiamsi quispiam ob virtutis abundan-
tiam confusus hæreret : sed quod ille in multis
aliis fecit, hoc omnino conveniebat eumdem a
nostra humilitate recipere. Licet enim juxta Hym-
nographi dictum, non sit speciosa laus in ore pec-
catoris, attamen promptus alacerque animus, et
fervens affectus alliciet eum, qui laudibus cele-
bratur ad hæc nostra exigua viliaque suscipienda.
Non enim paria exiget a nostra imbecillitate; etenim
eadem proportione debet singulis sermo dividi ac
distribui, qua eorum vita per diametrum differt ac
separatur. Loquar igitur inconcinne de eo, qui
aliorum facta suavissimo metro composuit. Porro
ille idem, qui novit non æqualem gratiam mihi
scribenti adesse atque ipsi aderat, nudam gratiæ
promptitudinem atque alacrem affectum suscipiet :
quandoquidem neque ille, qui a natura vultus pul-
chritudinem possidet eximiam, non in extrinsecis
expolimentis atque affricamentis laborat : qui vero opposito modo se habet, formæ decorem ap-
pingit, et circumpositorum colorum fucat ornamentis.

γ'. Θεοφάνει μὲν οὖν τινι, τοῦ ἱεροῦ πρεσβυτερίου
ἠξιωμένῳ καὶ τῷ καταλόγῳ ἐγγραφέντι τῶν μονα-
χῶν, ὁ βίος τοῦδε τοῦ μακαρίου πεπόνηται· οὐ μὴν
ἀλλὰ παρέδραμεν τοῦτον πολλά, ὅτι κατὰ σπουδὴν
ἐκείνῳ συν[ερ]υφάνθη τὸ πόνημα· ἀμέλει καὶ οἷς
ἐκεῖνος τοῦ μάκαρος τοῦδε τὸν βίον ἐσμίκρυνεν, ἐν
τούτοις ἡμᾶς ἐπὶ τὸ εὖρος τῆς διηγήσεως προεβίβα-
σεν. Ἀλλὰ τίς γένοιτο τῷ βίῳ τοῦδε ἀξιόχρεως ἔπαι-
νος; ποῖα δὲ γλῶσσα τὰ τούτου δυνήσεται διηγήσα-
σθαι κατορθώματα; Ἔδει γάρ, ἔδει τὰς γλώσσας
ἄρτι παρεῖναι τῶν παρ' αὐτοῦ ἀξίως ἐξυμνουμένων,
καὶ παρὰ τούτων τούτῳ ἀποπληροῦσθαι τὴν διὰ λό- D
γων ἀντίχαριν· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς, ὡς ἔχομεν,
σιωπήσομεν, τὰ ἐκείνου ἐκδιηγούμενοι.

3. Porro beati hujus vitam Theophanes quidam
sacra presbyterii dignitate insignitus, et mona-
chorum catalogo ascriptus, elaboravit : multa ta-
men hic auctor prætermisit, nam festinanter opus
confecit. Sed in iis in quibus iste beati hujus vitam
imminuit, nos ad narrationis amplitudinem pro-
vexit. Verum quæ tandem satis digna laus hujus
vita reperiatur? Et quæ lingua præclara illius gesta
recensere valeat? Oportebat sane, oportebat illorum
nunc linguas adesse, qui ab eodem pro dignitate
laudati sunt, et ab illis isti gratiam per sermones
rependi. Non tamen nos, quales sumus, tacebimus,
illius res gestas exponentes.

δ'. Πατρὶς τοιγαροῦν τῷ μεγάλῳ ἡ ἐν νήσοις τὸ εὐ-
δαιμον φέρουσα, ἡ περιφανὴς Σικελία, φημὶ, ἣν οὐχ
οὕτω περίδοξον Διονύσιος, ὁ ἐν αὐτῇ ποτε ἄρξας
ἀβρῶς ἀπειργάσατο, ὡς οἱ τοῦ μεγάλου γεννήτορες,
τὸ μέγα τῇ πατρίδι χαρισάμενοι ὄνομα, διὰ τοῦδε
τοῦ μακαρίου βλαστήματος. Πατέρες δὲ Ἀγάθη ἡ
περιώνυμος, καὶ Πλουτῖνος ὁ περιβόητος, ἄμφω μὲν
τῆς ἀρετῆς ζηλωταὶ, καὶ τῶν θείων θελημάτων
ἐκπληρωταὶ, διὰ δὲ τῆς ἀρίστης ὠδῖνος τὸ μέγα
κληρωσάμενοι ὄνομα· ἔδει γὰρ εὐχῆς ἔργον εἶναι τόδε
τὸ μέγα [χάριτος] καὶ ἀρετῆς ἀποκύημα. Ὁ μὲν γὰρ
ἐπλούτει πίστιν τὴν εἰς Θεόν· ἡ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ

4. Fuit igitur hujus magni patria illa, quæ inter
insulas felicitatis palmam refert, illustrissima, in-
quam, Sicilia, quam non ita Dionysius, qui in ea
olim summis in deliciis regnavit, gloriosam reddi-
dit, ut magni hujus genitores, qui celeberrimum
patriæ nomen per tam beatum germen acquisivere.
Illius mater Agatha nobilis, pater vero Plutinus ce-
lebris appellabatur : ambo sane virtutis zelo ar-
dentes, divinæque voluntatis complendæ studiosi.
Per optimam vero prolem magnum nomen hæredi-
tavere. Oportebat autem precum opus esse magnum
hunc virtutis fetum. Pater enim fide, quæ est in

Digitized by Google

Deum, dives erat, mater vero vitæ hujus bonis gaudere recusans, soli Deo intendebat animum, præsentis vitæ mare prudenter et continenter pertransiens, ita ut ambo juxta vitem illam Psalmistæ florerent, et maturis virtutis fructibus plurimos ad sui imitationem pertraherent. Non enim (quemadmodum facere consueverunt illi qui mundo vivunt, et carni inservientes communi naturæ legi obsequuntur) ad voluptates respiciebant, et delicias sectabantur, sed solis tantummodo necessariis rebus contenti, atque illis, sine quibus humilitatis nostræ corpus consistere nequit, superflua manibus pauperum dilargiebantur, ne forte superfluis ipsi ad voluptatem ac delicias utentes, a Dei participatione excluderentur, qui ut eosdem pro charitate ipsorum in se, ferventique amore remuneraret, illustrem Josephum pro quavis alia mercede illis donavit : cujus genitores hujusmodi vitæ decore refulgentes, magnum aliquid efficere cogitabant, si quo modo imitari potuissent.

A βίου χαίρειν εἰποῦσα μόνῳ προσεῖχε Θεῷ, σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς τοῦ βίου περῶσα τὴν θάλασσαν, ὡς θάλλειν καὶ ἄμφω κατὰ τὴν ψαλμικὴν ἄμπελον, καὶ τῷ πεπείρῳ τῆς ἀρετῆς πολλοὺς ἐφέλκεσθαι πρὸς τὴν μίμησιν. Οὐ γὰρ ὡς κόσμῳ ζῶντες, καὶ σαρκὶ δουλεύοντες, καὶ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ ὑπηρετούμενοι πρὸς ἡδονὰς ἐώρων, καὶ τὸ τρυφηλὸν κατεδίωκον· ἀλλὰ τοῖς ἀναγκαίοις μόνοις ἀρκούμενοι, καὶ ὅσοις τὸ σῶμα συνίσταται τῆς ἡμῶν ταπεινότητος, τὰ περιττὰ πενήτων χερσὶν ἐχαρίζοντο· ἵνα μὴ τοῖς περιττοῖς αὐτοὶ ἡδυνόμενοι, οὐκ ἔχοιεν κοινωνὸν τὸν Θεόν· ὃς αὐτοὺς τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης καὶ τοῦ ζέοντος ἀμειβόμενος ἔρωτος, τὸν κλεινὸν Ἰωσὴφ, ἀντὶ πάσης ἄλλης ἀμοιβῆς, ἐχαρίσατο· Ἰωσὴφ ὃν οἱ τεκόντες, καὶ ταῦτα βίου τοιαύτῃ ὡραιότητι λαμπρυνόμενοι, μέγα τι κατορθοῦν ἐλογίζοντο, εἰ ποσῶς ἀπομιμεῖσθαι δυνήσονται.

5. Non enim juxta puerorum morem primos crines molliter ac speciose alebat, neque, ut adolescentuli facere consuevere, ad parva hæc et fluxa intendebat animum, sed quamvis adhuc puer esset, quamdam tamen gravitatem maturitatemque præ se ferebat, quam in pueris nequaquam solemus recognoscere, lingua, nescio quid breve atque angustum subbalbutiens, divina eloquia vel discebat, vel docebat. Quia vero apud pueros senex mente et judicio incomparabilis inscribebatur, ex hoc illius prudentia tacite ostendebatur. Animus ejus virilis in affectionum imperio elucebat, cognitio vero, ac scientia ab iis, qui cum eo familiariter versabantur, clare cognoscebatur. Cum enim provinciam aliquam vir hic admirabilis aggrederetur, naturæ gratia ac sedulitatis studiique intentione universos superare cernebatur, ulna, juxta proverbium, regia, et valde recte. Non enim in sola sermonum copia ac dicendi facultate proficiebat, sed ante verba plures virtutis species sedulus præferebat, ex quo ad ipsam dicendi copiam felicior illi via aperiebatur. Solus enim panis, occidente sole, universas illi mensæ delicias supplebat, aqua vero tantum ad potum utebatur, propterea et dicendi facundia ditatus est. Anima enim scribendo et orando vacare assueta, ut in utroque mens et intellectus illustratur, non facilem habet ad pravas affectiones prolapsum : et corpusculi hujus sarcina alligata et macerata, tota fertur in Deum, divinoque illius amori immista, atque eidem perpulchre inhærens, ad humanarum disciplinarum auditum arida evadit.

ε'. Οὐ γὰρ κατὰ παῖδας αὐτῷ τὰ τῆς πρώτης τριχὸς οὔτε μὴν κατὰ μείρακας πρὸς τὰ μικρὰ ταῦτα καὶ ῥέοντα ἡ ῥοπή· ἀλλ' ἦν ἐκείνῳ, παιδὶ μὲν ἔτι ὑπάρχοντι, σεμνόν τι καὶ οὐ κατὰ παιδίον τὸ κίνημα· γλῶσσα δὲ, βραχύ τι ὑποψελλίζουσα, τὰ κατὰ Θεὸν ἐδιδάσκετο λόγια. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς μείρακας ὁ γεραιὸς τὸν νοῦν, καὶ τὴν φρόνησιν ἀπαράμιλλος, ἐνεγράφετο, τούτου τὸ σῶφρον ὑπεδεικνύετο, καὶ τὸ ἀνδρεῖον τὸ πρὸς τὰ πάθη διέλαμπε, καὶ ἡ γνῶσις καθαρῶς τοῖς ὁμιλοῦσιν ἀνεγνωρίζετο. Τὰ γὰρ ἐγκύκλια μετιὼν ὁ θαυμάσιος, φύσεως χάριτι καὶ σπουδῆς εὐτονότητι πάντας ὡρᾶτο νικῶν πήχει, κατὰ τὴν παροιμίαν, βασιλικῷ· καὶ μάλα εἰκότως· οὐ γὰρ λόγων ἐποιεῖτο μόνην ἐπίδοσιν, ἀλλὰ πρὸ τούτων ἀρετῆς ἐπεμελεῖτο πολυειδοῦς, ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὸν λόγον ἐγίνετο εὔοδα. Ὁ γὰρ ἄρτος ἐσπέραν ἐκείνῳ μόνος ἐπλήρου τὴν ἐπιτραπέζιον ἡδονὴν, καὶ τὸ ὕδωρ τὴν πόσιν, διὸ καὶ τὰ περὶ τοὺς λόγους ἐπλούτησε· ψυχὴ γὰρ ἐθισθεῖσα λόγοις σχολάζειν καὶ προσευχαῖς, ὡς ἂν ἐν ἀμφοῖν τό τε νοερὸν διαλάμποι καὶ τὸ ἐφόλκιον τοῦδε τοῦ σώματος καταδεσμούμενον καὶ τηκόμενον, οὐκ εὐχερῶς ἔχοι τὸ πρὸς τὰ πάθη εὐόλισθον, ὅλη δὲ φέρεται πρὸς Θεὸν, καὶ τῷ ἐκείνου κιρνωμένη ἔρωτι θείῳ, ξυρὸν ἐστιν, εἰς ἀκοὴν τῶν μαθημάτων ἀντεχομένη καλῶς.

6. Attamen horum etiam peritiam generosus hic vir habebat, sed in illa scientia, quæ fert ad Deum, magis quam in humana philosophia profecit. Verum non diuturnus fuit illi sine offendiculo vitæ cursus, quandoquidem magnis animabus a prima ætatis linea difficilia quædam ac aspera innascuntur. Nam multitudo permista barbarorum illius patriam cum obsedisset, eamque sibi subjecisset, quod cladis genus prætermisit, aut quam malorum Iliadem in eam non edidit? Alii ferro sublati sunt : alii miserabiliter facultatum jacturam sustinuerunt : nonnulli captivi facti sunt, atque in externas regiones

ς'. Ἀλλ' εἶχε μὲν οὕτω γνώσεως ὁ γενναῖος· εἶχετο δὲ πλέον τῆς φερούσης πρὸς τὸν Θεὸν, οὐ μὴν ἀνεπηρέαστος αὐτῷ καὶ ὁ βίος μέχρι πολλοῦ, ἐπεὶ καὶ ταῖς μεγάλαις ψυχαῖς ἀπὸ πρώτης γραμμῆς ἐπιφύεταί πως τὰ σκυθρωπά. Ἀμέλει καὶ πλῆθος μιγάδων βαρβάρων τὴν πατρίδα περικυκλῶσαν, καὶ αὐτὴν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, τί τῶν δεινῶν ἐν αὐτῇ οὐκ εἰργάσαντο; ποίαν δὲ Ἰλιάδα συμφορῶν τὰ ἐν αὐτῇ παρ' αὐτῶν οὐκ ἀπέκρυψαν; Οἱ μὲν γὰρ ἠδηδὸν ἀνῃροῦντο, οἱ δὲ ἀθλίως τῶν καιρίων ὑπέμενον στέρησιν, οἱ δὲ κατεδουλοῦντο καὶ εἰς ἀλλοτρίας ἐφέροντο, οἱ δὲ, ὅσοις ἄρα φιλάνθρωπον ἐπέβλεψεν ὁ

Digitized by Google

Θεὸς, τὴν ἐνεγκαμένην ἀπολιπόντες, φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο· ἐν οἷς ἦσαν καὶ οἱ τοῦ μακαρίου τούτου γεννήτορες, οἳ τὸν παῖδα παραλαβόντες, πρὸς τὴν τοῦ Πέλοπος ἔτρεχον, ξένοι πατρίδος, ξένοι χρημάτων, καὶ ἑταιρείας, καὶ συγγενείας. Οὐ μὴν οὗτος ὁ μέγας μετὰ τούτων τὴν Πελοπόννησον ἔστερξεν, οὐδ' ἠγάπα, ξένης πατρίδος γενόμενος, μὴ τὴν ἄνω πόλιν ζητῆσαι διὰ τῆς ἀληθοῦς ξενιτείας, καὶ τὸν Θεὸν εὑρεῖν διὰ τῆς ἀκριβεστέρας πολιτείας καὶ καταστάσεως. Διὸ καὶ τὸν ἶουλον μήπω φέρων χλοάζοντα, ἀποστέργει τὴν Πέλοπος, καὶ πρὸς τὴν πάσης Μακεδονίας ὑπερκειμένην πόλιν ἀπαίρει Θεσσαλονίκην· ἵνα μὴ τῇ σχέσει τῶν γεννητόρων δεσμούμενος, οὐκ ἔχοι εὐπετῶς, διὰ τῆς παντελοῦς ἐγκρατείας, πρὸς τὸν ἀληθῆ ἐραστὴν ἀναπετάννυσθαι, καὶ ὅλῳ φέρεσθαι τῷ πτερῷ. Καὶ ὅτι τοιοῦτος ἦν τῷ γενναίῳ σκοπὸς, καὶ πρὸς τοῦτο μόνον ἑώρα ἡ ἀναχώρησις, ἐδήλωσεν ἡ τοῦ πράγματος ἔκβασις.

A abducti : nonnulli vero, quos oculo magis benigno ac propitio respexit Deus, patria derelicta, fuga sibi salutem comparavere. Inter quos fuerunt etiam beati hujus parentes, qui eodem puero adhuc accepto, in Peloponnesum celeriter profecti sunt, extorres, sine pecuniis, amicis omnibus cognatisque privati. Non tamen magnus hic noster una cum illis Peloponnesi amore atque affectu captus est, peregrinus a patria, ita ut per veram peregrinationem supernam civitatem non requireret, et per studiosissimam politiam ac status tranquillitatem Deum non inveniret. Propterea antequam prima lanugine illius vultus vernaret, Pelopis terram, velut exosam, derelinquens, Thessalonicam, urbem totius Macedoniæ principem, proficiscitur, ne genitorum affectu B illigatus, non posset facillime per continentiam perfectam ad verum amatorem tendere, atque liberis amoris sui alis deferri. Quod vero talis fuerit genetosi hujus scopus, et ad hoc solum respexerit illius a Peloponneso recessus, rei ipsius eventus demonstravit.

ζ'. Ἅμα τε γὰρ τὴν Θεσσαλονίκην κατέλαβε, καὶ εὐθέως ἐπέδωκεν ἑαυτὸν ἀνδρί τινι τῶν ἄγαν ἐγκρατῶν καὶ ὁσίων, ὃς διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς περιὸν, τὴν φροντίδα τῶν ἀδελφῶν, οἳ κατὰ τὸ ἱερὸν φροντιστήριον τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἠσκοῦντο, οὐ διώξας, ἀλλὰ πνευματικῶς διωχθείς, ἀνεδέξατο· τοῦ Λατόμου νῦν, ἐκ τοῦ γεγενημένου θαύματος, τὸ φροντιστήριον ὀνομάζεται. Καὶ ἐν τούτῳ ὁ μέγας οὗτος τὰ τῶν μοναχῶν ἐνδὺς ὁ καὶ ἀπὸ πρώτης τριχὸς ἅπαν σαρκικὸν ἀποδυσάμενος θέλημα, ποίαν μὲν τῶν ἀρετῶν οὐ κατώρθωσε; ποῖον δὲ εἶδος ἀσκήσεως ὑπερβαλλόντως οὐκ ἐξησκήσατο; ὡς εἶναι τοῖς ὁρῶσι παράδειγμα, καὶ τοῖς ζηλοῦν βουλομένοις ἀκριβείας πάσης ἀρχέτυπον. Νηστεία γὰρ ἐπενοήθη τούτῳ καινὴ, ἵνα καὶ τὸν δεσμὸν κατέχῃ, καὶ διαλανθάνῃ τὸ σπουδαζόμενον· ἀγρυπνία μικροῦ δεῖν καὶ ἀπιστουμένη τοῖς λογιζομένοις τῆς σαρκὸς τὴν χαυνότητα· γλώσσης κατάσχεσις οὐκ εἰς τὸ [μὴ] πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια (τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἀπὸ παιδὸς μεμελέτητο), ἀλλ' ὥστε μὴ ἐξακούεσθαι τὴν φωνὴν τοῖς μὴ ἀκριβῶς πρὸς ἐκεῖνον προσέχουσιν, ὃ φιλοσοφίας ἐστὶν ἀρχὴ, μᾶλλον δὲ φιλοσοφίας τὸ τελειότατον· εἰ γὰρ ἀρχὴν σοφίας φόβον Θεοῦ μεμαθήκαμεν, Θεοῦ δὲ φόβος ἐντολῶν ἐπάγεται πλήρωσιν, κρατίστη δὲ τῶν ἐντολῶν τὸ τιθέναι θύραν τῷ στόματι, ἵνα μήτε νοῦς ἀλόγως ῥεμβάζηται, μήτε λόγος θυραυλήσας ἔξωθεν ἀπηχὲς εἰς πολυλογίαν μετακινήσῃ τῆς ἡσυχίας τὸν ἐραστὴν, εὔδηλον ἄρα, κατὰ τὸν θεῖον Δαβὶδ, ὡς ἡ φυλακὴ τῶν ὁδῶν τοῦ Θεοῦ τῷ ἀναμαρτήτῳ τῆς γλώττης κατευοδοῦταί τε καὶ πλατύνεται· ἣν κατορθώσας ὁ μέγας, τὰς ἄλλας εἶχε τῶν ἀρετῶν ἐφεπομένας αὐτῷ. Τὸ δὲ περὶ τὴν στρωμνὴν ἡμελημένον κομιδῇ καὶ λιτὸν, τίς οὕτως ἐστὶν ἀφυὴς περὶ τὰ καλὰ, ὃς μὴ τεθαύμακέ τε καὶ ἐξεπλάγη, καὶ τὸ πρὸς πόνους ἀήττητον ἐμεγάλυνεν; Ἔδαφος ἦν ἐκείνῳ ψιλὸν ἡ στρωμνὴ, ἐν ᾧ τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως διηλέγχετο, καὶ λίθος τὸ ποθεινὸν προσκεφάλαιον· ὕμνος ὁ πάντη βραχύτατος, καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἑδωδῆς, ἐν ᾧ πολλάκις καὶ

7. Statim enim atque Thessalonicam pervenit, tradidit seipsum curæ et moderationi cujusdam viri, qui abstinentia et pietate erat eximius, et propter virtutis excellentiam, non affectans, sed spiritualiter coactus, susceperat curam fratrum, qui secundum sacrum magni Dei ac Salvatoris magisterium ac disciplinam exercebantur. Nunc schola, seu præfectura Latomi, ex admirando quodam, qui evenit, successu, locus ille appellatur. Hoc in monasterio magnus C hic vir monachi habitum assumens, et a prima coma (ut aiunt) universas carnis exuens voluntates, in qua virtute progressus non fecit? et in qua asceseos specie sese eminenter non exercuit? Itaque erat intuentibus exemplum, et æmulationis studiosis universæ sedulitatis archetypus. Jejunium enim novum atque insolitum excogitavit, ita ut et vinculum retineret, et studium illius singulare cæteros lateret. Vigiliæ fere erant incredibiles considerantibus carnis imbecillitatem. Linguam cohibebat, ne aliena facta curiosius investigaret. In hoc enim a puero curam posuerat, nec vox ejus exaudiri poterat nisi ab iis qui attente aurem loquenti arrexissent, id quod philosophiæ est initium, imo summa philosophiæ perfectio. Si enim initium sapientiæ timorem Dei esse D didicimus; Dei autem timor, ut ejusdem mandata impleantur, facit, porro mandatorum præstantissimum est, ponere ori januam, ut neque mens irrationabiliter evagetur, neque ratio cui domus interioris custodia incumbebat, eadem relicta, in multiloquium absone commoveat silentii et quietis amatorem, manifestissimum est, juxta divini Davidis effatum, custodiam mandatorum Dei, ei, qui non peccat linguæ lapsu, prospero facilique cursu succedere, atque in amplitudinem commutari: quam quidem custodiam magnus hic sedulo observans, aliarum virtutum sequelam facile obtinuit. Quod vero attinet ad lectuli, in quo jacebat, neglectum, magnamque vilitatem, quis erat ita ad res honestas dispiciendas ineptus, ut non in admirationem stupo-

Digitized by Google

remque raperetur, atque illius in laboribus indefessum invictumque animum non extolleret? Erat illius lectus nudum pavimentum, in quo naturæ infirmitas monstrabatur : lapis vero pro pulvillo desiderabilis deserviebat. Porro somnus erat omnino brevissimus, et ad potus cibique mensuram ac proportionem : in eo autem sæpe sacra mysteria purissimæ illius menti denudabantur.

A μυστηρίων παραγυμνώσεις τῷ πανάγνῳ τούτου νῷ διεγράφοντο.

8-9. Alii sane lacrymas instar torrentis ex illius oculis emanantes admirentur, et genuum adeo frequentes incurvationes, ut nullo prope sermone possint recenseri, ita ut illius genua in lapidis naturam diriguerint, alternis ad Deum colloquiis, et motibus, ac stationibus per totam noctem adhibitis : palpebræ vero ac supercilia ex assiduo atque immenso lacrymarum imbre excavarentur ac depilarentur. Alii vero eminentissimam illius humilitatem, qua vel infimis venerandum caput ad terrram usque inclinabat, et erga cunctos æqualem charitatem custodiebat, nulla distinctione facta, servata semper erga omnes immutabili unione. Alii autem continentiam, ac nullis dissipatam evagationibus cogitationem. Etenim cum legi mentis legem carnis colluctantem ac repugnantem videret, juxta magni Apostoli dictum [1], toto animi conatu in legem Dei ferebatur, ne serpens ille, qui, juxta magnum veritatis agonistam Job, residet in umbilico ventris, passiones venereas in renibus excitans illis, qui circa exteriores sensus vagantur, in illius mentem ingressum reperiret.

η'-θ'. Ἄλλος μὲν οὖν τὸ καταῤῥέον ἐξ ὀφθαλμῶν θαυμαζέτω κρουνηδὸν δάκρυον, καὶ τὰς πάντα λόγον ὑπερβαινούσας γονυκλισίας, ὡς εἰς λίθου φύσιν κατεσκληκέναι τὰ γόνατα ταῖς ἀλλεπαλλήλοις πρὸς Θεὸν ἀδολεσχίαις, καὶ ταῖς παννύχοις κινήσεσί τε καὶ στάσεσι, τάς τε ψιλώσεις τῶν βλεφαρίδων μετὰ κοιλότητος, ἐκ τῆς ἀπείρου τῶν δακρύων ὁμβροβλυτήσεως. Ἄλλος δὲ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ταπεινώσεως, ὅπως καὶ τοῖς ταπεινοτέροις μέχρις ἐδάφους τὴν σεβασμίαν κάραν ὑπέκλινε · καὶ πᾶσιν ἐπίσης τὰ τῆς ἀγάπης ἐτήρησε, μηδεμίαν ποιούμενος διαστολήν, διὰ τὴν πρὸς πάντας ἀμετάπτωτον ἕνωσιν. Ἄλλος τὸ ἐγκρατὲς, καὶ τὸ τῆς διανοίας ἀνέμβατον · τῷ νόμῳ γὰρ τοῦ νοὸς ἀντιστρατευόμενον βλέπων τὸν νόμον τῆς σαρκὸς, ὅ φησιν ὁ μέγας Ἀπόστολος, ὅλος τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ ἀνεπτέρωτο, ἵνα μὴ σχαὶη παρείσδυσιν ὁ, κατὰ τὸν μέγαν τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴν Ἰὼβ, παρ' ὀμφαλῷ γαστρὸς ἐνιζάνων ὄφις, καὶ τὰ περινέφρια πάθη ἀνακινῶν τοῖς ῥεμβαζομένοις περὶ τὴν ἔξωθεν αἴσθησιν.

B

10. Alii intensum illius indefessumque in psalmis et hymnis concinendis laborem studiumque commendent, generosumque agonistam divinis laudibus extollant. Alii incomparabilem in loquendo scribendoque facundiam oratione concelebrent, quippe qui tanquam apis sacrarum Scripturarum prata circumvolitans, et pulcherrimos optimosque flores discrete colligens, omnem virtutum speciem in seipso mellificavit. Castitatis quidem ac temperantiæ exemplar habuit castissimum Joseph; cujus in affectionibus subigendis severitatem imitatus est, non adversus Ægyptiam feminam sese defendens ac repugnans, sed adversus peccatum, juxta divini Apostoli præscriptum [2], usque ad sanguinem resistens : non pallium exuens ac rejiciens, ut impudentissimæ mulieris sese ad turpia allicientis manus effugeret, sed carnem totam per continentiam mortificans, ut vel minimos impetus evaderet illius qui furtim per sensus ingreditur. Jacobi autem simplicitatem ac sinceritatem imitatus est, non furto arripiens patris benedictiones per suppositionem matris, neque fugiens ab Esau, qui etiam antequam nasceretur, odio habitus est, sed per Dei Ecclesiam a qua dilectus est, et quam ipse quoque mutuo dilexit, primogenita benedictionis assecutus, ut per suavissimam hymnodiam Deum benediceret, quam ipse primogenitis eorum, qui in cœlis conscripti sunt, dulcissimo ac festivissimo metro composuit : supplantans malignum, et ab eo procul fugiens, ut mente ab omni perturbatione libera Deum laudaret, eidemque se-

ι'. Ἄλλος τὸ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις ἀνένδοτόν τε καὶ σύντονον ῥητορευέτω, καὶ θειαζέτω τὸν γενναῖον ἀγωνιστήν · καὶ ὁ μὲν τὸ ἀμίμητον ἐκείνου περὶ τοὺς λόγους μεγαλυνέτω.., ὅπως ὡς μέλισσα τοὺς λειμῶνας τῶν Γραφῶν περιιπτάμενος, καὶ τὰ κάλλιστα τῶν ἀνθέων εὐκρινῶς ἐκλεγόμενος, πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἐν ἑαυτῷ ἐκεράσατο · σωφροσύνης μὲν εἶδος καὶ ἁγνείας ἔχων τὸν σώφρονα Ἰωσὴφ, οὐ τὸ πρὸς τὰ πάθη ἀνένδοτον ἀπομιμούμενος τέθηπεν, οὐ πρὸς Αἰγυπτίαν ἀπομαχόμενος, ἀλλὰ προς τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ὁ θεῖος διατάττεται Ἀπόστολος, μέχρις αἵματος ἀντικαθιστάμενος · οὐχ ἱμάτιον ἀποδυόμενος, ἵνα φύγῃ χεῖρας σοβάδος ἐφελκομένης εἰς ἄτοπα, ἀλλὰ σάρκα πᾶσαν διὰ τῆς ἐγκρατείας νεκρῶν, ἵνα καὶ μικρὰς εἰσβολὰς ἀποδράσῃ τοῦ δι' αἰσθήσεων παρακλέπτοντος. Ἰακὼβ δὲ τὸ ἄπλαστον καὶ ἀκέραιον, οὐ κλέπτων εὐλογίας πατρὸς δι' ὑποθήκης μητρὸς, οὐδὲ ἀποτρέχων Ἡσαῦ τὸν μεμισημένον καὶ πρὸ γενέσεως · ἀλλὰ διὰ τῆς αὐτὸν ἠγαπηκυίας ὡς ἀνταγαπωμένης Ἐκκλησίας Θεοῦ τὰ πρωτοτόκια τῆς εὐλογίας λαβὼν, ὡς εὐλογοίη Θεὸν διὰ τῆς ἐμμελοῦς ὑμνῳδίας, ἣν αὐτὸς τοῖς πρωτοτόκοις τῶν ἐν οὐρανοῖς ἐγγραφέντων εὐρύθμως ἆγαν ἀνέθηκε, πτερνίσας τὸν πονηρὸν καὶ ἀποτρέχων πόῤῥωθεν ἐξ αὐτοῦ, ἵνα τῷ ἀρεμβάστῳ νοῖ Θεὸν ὑμνοίη, καὶ τούτῳ ἑνοῖτο κατὰ τὴν ἀδιάτμητον κίνησιν. Ἀβραὰμ τὸ μεταβατικὸν, καὶ πρὸς ὑπακοὴν Χριστοῦ ἑτοιμό[τα]τον, οὐκ ἐκ Χαλδαίων ἀπαίρων, καὶ τὴν Παλαιστίνην ἐργαζόμενος οἴκησιν, ἀλλὰ σχέσιν γονέων δευτέραν Θεοῦ λογισάμενος, καὶ διὰ

C

D

[1] Rom. VII, 23. [2] Hebr. XII, 4.

Digitized by Google

τοῦτο τὰ περιπέζια πάντα θέμενος ὡς οὐδὲν, τὸν μονότροπον βίον ἐπ' ἀλλοτρίᾳ προκέκρικε.

cundum insecabilem atque inseparabilem motum uniretur. Porro Abrahamum sectatus est in paterni soli commutatione, et promptissima erga Christum obedientia, non quidem ex Chalda-orum regione discedens, et in Palæstinam proficiscens, ibidem suam sedem collocaturus; sed affectum erga parentes divino amori posthabendum existimans, et propterea tanquam nihilum universa hæc inferiora atque humilia ducens, simplicem vivendi sibi ipsi rationem alienis curis negotiisque præposuit.

ια'. Καὶ τί δεῖ τοὺς καθέκαστον ἐξετάζειν, καὶ παραβάλλειν τούτοις αὐτὸν, κατὰ τὸν μυστικώτερον λόγον τῆς ἀνυψώσεως; Οὐδέν ἐστιν ἐπαινούμενον τῇ Γραφῇ ὃ μὴ τούτῳ κατωρθοῦτο· οὐδεὶς ἐν παλαιαῖς ἱστορίαις ὑμνούμενος, ὃν οὐκ ἐκεῖνος ἐζήλωσε. Καὶ ἵνα συνέλω τὸ πᾶν, σύρροιά τις ἦν ἀρετῶν ὁ ἐκείνου βίος, καὶ οὐ μιμητὸν πρὸς ἀκρίβειαν ἀποτύπωμα τοῖς βουλομένοις κἂν ὀλίγα τῶν ἐκείνου ἀπομιμήσασθαι· ὅθεν καὶ τῷ προεστῶτι τῆς μονῆς τῆς πολλῆς σκληραγωγίας ἐπετιμᾶτο, παθοκτόνον λέγοντι τὴν νηστείαν, οὐ σωματοκτόνον, διὰ τὴν τῆς φύσεως οἰκειότητα. Ἀμέλει καὶ πάντα τρόπον ὑπείκειν μεμαθηκὼς, καὶ κατὰ μηδὲν ἀντιλέγειν τοῖς αὐτὸν ἐνάγουσιν εἰς ταπείνωσιν, τὸ προστεταγμένον ἐποίει, καὶ τῶν προσκειμένων ἐφήπτετο, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ συλλογιζόμενος καὶ ποιῶν. Ὅ καὶ αὐτὸς ὁ προεστὼς ἐγνωκὼς, καὶ πάσης ἀνθρωπίνης ἐννοίας ἄνω τὸν μέγαν καταλαβών, ἐπέτεινε μᾶλλον πρὸς τὴν ὁρμὴν τοῦ καλοῦ καὶ τῆς καλλίστης ὁρέξεως· ὡς καί ποτε συνηγμένοις τοῖς ἀδελφοῖς ἐν ταυτῷ, τούτου δὴ μόνου τοῦ μεγάλου ἀπόντος, προφητικώτατα ἐξειπεῖν, ὡς « Οὗτος ὁ μείραξ, Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἐστιν ἀληθὴς μαθητὴς, καὶ τῶν αὐτοῦ θελημάτων ἐκπληρωτὴς, καὶ ἐν αὐτῷ καταμένει Πνεῦμα ἅγιον, ὃ καὶ λαλήσει διὰ τοῦ στόματος μελῳδήματα, πάντα περιηχοῦντα τὰ πέρατα. »

11. Sed quid opus est singulos enumerare, et mystico arcanoque orationis genere eumdem efferendo illis comparare? Nihil est quod in sacris voluminibus laude dignum prædicetur quod ab hoc effectum ad amussim non sit. Nemo in antiquis historiis celebratur, quem hic æmulatus non fuerit. Et, ut omnia verbo complectar, cumulus quidam et congeries virtutum erat istius vita, et quantumvis aliquis sedulo conaretur, vel minime ipsius facta et virtutes, tanquam typum, propositas imitari, nullo tamen pacto id assequi poterat. Quamobrem, et ob eximiam vitæ asperitatem a monasterii præside quondam redargutus est, qui dicebat, jejunium debere esse interfectorem passionum, non corporis, propter naturæ conjunctionem atque affinitatem. Postremo, cum in omnibus semper cedere didicisset atque nulla prorsus in re aliis contradicere, qui illi humilitatis occasionem præbuissent, quæcunque imperata fuissent, sedulo exsequebatur, et quæ proponebantur, capessebat, omnia ad Dei gloriam et faciens et cogitans. Quod cum ille idem, qui cæteris præerat, agnovisset, et magnum hunc virum nihil humanum aut terrenum mente agitare comperisset, intentiori studio ad virtutis honestatem, atque ad optima quæque expetenda animum advertit. Itaque die quadam, fratribus in unum congregatis, uno tantum magno nostro absente futura proverus est Christi veri Dei discipulus, et divinæ

phetico spiritu vaticinans ait : « Adolescens iste ipsius voluntatis completor, et in eo residet Spiritus sanctus, qui per os illius suavissimos hymnos loquetur, qui per universos orbis terræ fines resonabunt. »

ιβ'. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὖν εἶχεν ἐκεῖνος ὁ θεῖος ἀνὴρ, καὶ οὕτω μία τις σύγκρασις ἦν ἀρετῶν, ἐξ ὧν καὶ βιβλίον τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς ἀπειργάσατο, κατὰ τοὺς εὐφυεῖς τῶν κηρῶν ἅπαν εἶδος μαθημάτων ἀποματτόμενος. Ψυχὴ γὰρ ἐκ πρώτης τῆς ἀρχῆς ἔνοικον σχοῦσα Θεὸν, τὰ ἐκείνου καὶ μελετᾷ καὶ φαντάζεται, ἀπρὶξ ἐναδολεσχοῦσα τοῖς αὐτοῦ δικαιώμασιν· ἐπεὶ καὶ ἄλλως τὸ φρούριον τῆς ψυχῆς, ἐγκρατείᾳ, καὶ νηστείᾳ, καὶ ἀγρυπνίᾳ ὀχυρωθὲν ἀσφαλῶς, ἀνεπίβατον παντάπασιν ἦν τοῖς ἔξωθεν ῥεμβασμοῖς. Ταύτῃ τοι καὶ θαῦμα ἦν Ἰωσὴφ τοῖς ὁρῶσιν αὐτόν· καὶ πᾶν μὲν ἄλλο ἠμέλει τι παράδειγμα· πρὸς ἄλλο δέ τι οὐδὲν ἀπέβλεπεν ἀποτύπωμα, ἀλλ' ἢ πρὸς μόνον τὸν Ἰωσήφ· οὗτος γὰρ καὶ ὁρώμενος, εἰκὼν ὡράτο τῆς ἀρετῆς, καὶ λαλῶν γλυκυτέραν μέλιτος ἠφίει φωνὴν, κἂν ταῖς αὐτοῦ παραινέσεσιν ἅπαν βιβλίον ἠμέλητο. Ἐπεὶ τί μὴ παρ' ἐκείνῳ ἡδύ; Εἰ σαφηνίζειν ἔδει βάθος Γραφῶν, τῷ ἠδεῖ τοῦ ῥυθμοῦ τὰς μυθευομένας Σειρῆνας ἀπέκρυπτεν· ἐν ἠθικὸν προέτεινε λόγον, ἅμα τῷ λόγῳ καὶ τὸ πάθος κατέστελλε. Χάριτες ἦσαν τῷ ἐκείνου ὑποκαθήμεναι στόματι· ἔστησαν πρώτως αἱ κρῆναι ῥέουσαι νάματα, ἢ τὸ ἐκείνου στόμα πελαγίζον τὰ δόγματα.

12. Ita quidem sese habebat divinus hic vir, atque ita una quædam erat illius virtutum contemperatio et conjunctio, ex quibus veluti quemdam spiritualem librum composuit, juxta apes, quæ ceras industriose fabricant, omne disciplinarum genus congerendo atque exprimendo. Anima enim ab ipsis exordiis Deum inquilinum habens, res divinas assidua meditatione et cogitatione revolvit, tenaciter mente inhærens illius justificationibus, quandoquidem, alias animæ præsidium continentia, jejunio vigiliisque munitum ac firmatum, impervium undequaque erat, et exterioribus evagationibus prorsus inaccessum. Itaque et miraculum erat Josephus sese intuentibus, et omne aliud exemplum negligebatur, neque erat qui ad ullum alium, quem imitaretur, oculos converteret, præterquam ad unum Joseph. Cum enim ille cerneretur, simul etiam virtutis simulacrum cernebatur, et dum loqueretur, melle suaviorem vocem emittebat, et præ illius adhortationibus, quivis alius liber parvi ducebatur. Nam quid non in illo dulce erat ac suave? Sacrarum Scripturarum profundam obscuritatem declarare opus erat? Rhythmi suavitate fabulosarum Sirenum can-

Digitized by Google

tum ita superabat, ut etiam occultaret. Moralem sermonem in medium proferebat? Animi affectus ac motus oratione componebat. Gratiæ ipsæ in illius ore insidebant, et prius fontium decurrentium fluenta stetissent immota, quam ex illius ore sacra dogmata profluere atque emanare cessassent.

13. Cum talis esset Joseph, tantisque virtutum ac cœlestium donorum charismatibus effulgeret, sacerdotii gradum avide non appetiit, aut invasit, sancti Spiritus dignissimum donum non affectavit, ac propinquam Deo dignitatem tempori non est suffuratus; quin potius a dignitate ipsa requisitus ac coactus est, universis fratribus reluctantem adhortantibus, et præterea, ut episcopi urbis precibus obsequeretur, presbyter ordinatus est. Tunc autem videre erat virtutis speciem, quæ intensionis majoris nequaquam capax erat, quam Joseph præferebat, undequaque amplissimam. Ipsum vero connitentem et contendentem, utpote generosissimum, ut quanquam mortali carne adhuc indutus, in cœlesti tamen choro iuhabitaret. Etenim, et lacrymæ ipsius indeficienter effluentes fluminum decursus imitabantur; et genua ejus per totum noctis cursum, quemadmodum supra dictum est, inclinata, in lapidis naturam commutata erant, et pectus illius crebro lapidis ictu percussum obcalluerat sane, sed tamen musculis circa thoracem læsis non poterat vox libera et soluta prodire. Ita magnus hic sese ad virtutem amabiliter habebat, tamque nullam carnis suæ curam unquam habuit, ut omnino ab illa solutus ac liber videretur. Totus erat mentis acie fixus in Deum, propter quem, una cum Paulo, a corporis vinculo dissolvi cupiebat, et cum dilecto atque amato suo copulari.

ιγ'. Τοιοῦτος ὢν καὶ τοσούτοις καταλαμπόμενος χαρίσμασιν, οὐκ ἐπιπηδᾷ τῷ βαθμῷ τῆς ἱερωσύνης, οὐ μεταδιώκει τὴν ἀξίαν τοῦ Πνεύματος, οὐχ ὑποκλέπτει τῷ χρόνῳ τὴν Θεῷ πλησιάζουσαν· ἀλλὰ διώκεται μὲν ὑπὸ τοῦ βαθμοῦ βίᾳ καὶ ἄκων, καὶ ὑπὸ πάσης παρακληθεὶς ἀδελφότητος, ἔτι δὲ τὴν δέησιν προσηκάμενος, ἦν ὁ τῆς πόλεως ἐποιεῖτο ἐπίσκοπος, χειροτονεῖται πρεσβύτερος. Καὶ ἦν ἰδεῖν τότε τὸ μὴ ἐπιδεχόμενον ἐπίτασιν εἶδος τῆς ἀρετῆς, ὅσον ἐπήγετο ὁ Ἰωσὴφ, ἐκτεινόμενόν τε καὶ ἁπλούμενον, καὶ φιλονεικοῦν μετὰ σαρκὸς τῷ οὐρανίῳ χορῷ ἐγκατοικῆσαι τὸν γενναιότατον. Τότε γὰρ δάκρυον αὐτοῦ ἀειῤῥύτως ῥέον, τὰς ἀμάρας ἐμιμεῖτο τῶν ποταμῶν· τότε γόνυ παννύχως, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἐπικλινόμενον, εἰς λίθου φύσιν μεταπεποίηται· καὶ τὸ στέρνον πυκνὰ τῷ λίθῳ κρουόμενον, τετύλωται τὰ ἄλλα· καὶ συγκακῶσαν καὶ τοὺς περὶ τὸν θώρακα μῦας, οὐκ εἶα τὴν φωνὴν ἀποτελεῖσθαι ἀπαρεμπόδιστον· οὕτως ὁ μέγας εἶχεν ἐρασμίως πρὸς ἀρετὴν, τοσοῦτον οὐκ ἐμέλησεν αὐτῷ ποτε τῆς σαρκὸς, ὅτι παντάπασιν αὐτοῖς ἀπολέλυτο· καὶ ὅλος ἦν πρὸς Θεὸν ἀφορῶν, δι' ὃν ἐπόθει λυθῆναι μὲν τοῦ δεσμοῦ, κατὰ Παῦλον, συνάπτεσθαι δὲ τῷ ἐρωμένῳ καὶ ἐραστῇ.

14. Quamobrem cum Deus illum etiam bonis præsentibus remunerare vellet (est autem bonum, imo bonorum omnium optimum, similem aliquem in virtutis stadio currentem reperire, et proposito sibi illius exemplo ejusdem virtutis cursum augere), pervenit in urbem Thessalonicensium, ita Deo volente, ætate provectus, et miraculis celeberrimus, Decapolitarum decus, et ut verius dicam, omnium civitatum ornamentum divinus Gregorius, qui ubi monasterium illud appulit, in quo generosus hic agonista, magnus inquam Joseph, adversus hostes invisibiles strenuissime depugnabat, videns stabiles et constantes illius mores, animæque ejus habitum agnoscens, ex gratia illa divina ac plenitudine, quæ in ejusdem facie refulgebat (cito enim, ac facile sanctorum animæ eorum, quos in virtutis æmulatione similes habent, habitus agnoscunt, ac veluti venerantur) cum illo familiaritatem contraxit, et corpore simul ac mente conjunctus est, nec ab eo separari volebat; quæ enim natura similia sunt facillime copulantur. Sed Gregorium negotia alio evocabant, et Thessalonicam relinquere cogebatur: iter tamen differebat amore erga divinum Joseph, ut ita dicam, impeditus ac retentus. Propterea cum in urbium reginam vellet proficisci, nec ferre posset, vel ad exiguum tempus a suo in virtute æmulo separari, perrexit ad monasterii præsidem, et omnem movit lapidem, innumeris precibus adhibitis, ut Joseph socium itineris sui posset obtinere, tandemque obtinuit. Jam enim didicerat Gregorio cedere atque obsequi propter virtutis eminentiam.

ιδ'. Ὅθεν καὶ Θεοῦ τοῦτον ἀμειβομένου καὶ τοῖς ἐνταῦθα καλοῖς (καλὸν δὲ ἄρα καὶ καλῶν κάλλιστον τὸ εὑρίσκειν τὸν ἀρεταίνοντα ὅμοιον, καὶ τῇ προθέσει συνεπαυξάνειν τὸν δρόμον τῆς ἀρετῆς), ἐπιδημεῖ τῇ Θεσσαλονικέων [οὕτω δόξαν αὐτῷ, ὁ πολὺς τὸν βίον, καὶ τοῖς θαύμασι περιβόητος, τὸ Δεκαπολιτῶν περιλάλημα, μᾶλλον δὲ πασῶν τῶν πόλεων ἐγκαλλώπισμα, ὁ θεῖος Γρηγόριος· ὃς ἐπεὶ παρέβαλε τῇ μονῇ], ἐν ᾗ [ὁ γενναῖος ἀγωνιστὴς] τὰ κατὰ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν ἐπετέλει ἀνδραγαθήματα, ὁ μέγας, φημὶ, Ἰωσὴφ, ἰδὼν ἧθος βεβηκὸς, καὶ ψυχῆς ἐπιγνοὺς κατάστημα, ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης τῷ προσώπῳ χάριτος θείας καὶ ὡραιότητος (ταχεῖαι γὰρ αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων πρὸς τὸ θηρᾶσαι τὰ τῶν ὁμοζήλων αὐτοῖς καταστήματα), οἰκειοῦται τούτῳ καὶ συνάπτεται σωματικῶς ἅμα καὶ νοερῶς, καὶ οὐκ ἐθέλει τούτου χωρίζεσθαι· φύσει γὰρ οἰκειοῦται τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. Ἀλλ' ἐκάλει τὸ πρᾶγμα, καὶ ἔμελλεν ὁ θεῖος Γρηγόριος τὴν Θεσσαλονικέων καταλιπεῖν· ἀνεδάλλετο δὲ τὸν δρόμον, τῇ πρὸς τὸν θεῖον Ἰωσὴφ ἀνακοπτόμενος, ὡς ἂν τις εἴποι, στοργῇ. Διὸ διά τινας ἀνάγκας ἐπιδημῆσαι θέλων πρὸς τὴν μεγάλην τῶν πόλεων, οὐ φέρων δ' οὐδ' ἐπολίγον τὴν τοῦ ὁμοζήλου διακοπὴν, προσελθὼν τῷ προεστῶτι τῆς μονῆς, καὶ πάντα κάλων κινήσας, λόγους τε μυρίους παρακλητικοὺς ποιησάμενος, λαμβάνει τὸν Ἰωσὴφ συναπόδημον· ἔμαθε γὰρ ᾧ τέως ὑπείκειν τῷ Γρηγορίῳ, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀρετῆς.

Digitized by Google

ιε'. Καὶ δὴ τῇ βασιλίδι παραβαλόντες τῶν πόλεων, ἐν τῷ τῶν καλλινίκων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου ναῷ τὴν παροικίαν πρὸς βραχὺ ἐποιήσαντο. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν ἱερὸν Ἰωσὴφ ὡς ἄρτι τῆς ἀρετῆς ἠργμένον, πᾶσαν μὲν ὑπακοὴν τηροῦντα τῷ Γρηγορίῳ, πᾶν δὲ εἶδος τῆς ἀσκήσεως ἐξ ὑπαρχῆς μετερχόμενον. Ἃ μὲν γὰρ κατωρθώκει, ὡς οὐδὲν ἐλογίζετο, πρὸς δὲ τὰ ἔμπροσθεν ἐπεκτείνετο, καὶ ἅμα ἐπιβεβαιῶν καὶ τὰ πρώτως κατορθωθέντα τῇ πρὸς ἐκεῖνον ἀκριβεστάτῃ διαμορφώσει, τὸν μέγαν λέγω Γρηγόριον, ὡς ἄρτι τῆς καλῆς ἀκορέστως ἀσκήσεως ἀπαρχόμενος, νεαλὴς ἐχώρει πρὸς τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὸν τῶν ἀσωμάτων ἀπεμιμεῖτο βίον ἐν σώματι, χαίρειν μὲν πᾶσιν εἰπὼν αἰσθητοῖς, τῷ ἀοράτῳ δὲ κάλλει ἐνηδυνόμενος. Καὶ δροφον μὲν εἶχε τὸν οὐρανόν, ἀντὶ δὲ πάσης γλυκείας στρωμνῆς τὸ σύντροφον ἐκείνῳ καὶ φίλον ἔδαφος, εἴ ποτε ἄρα διαναπαύειν ἔμελλε τὸ συνεργοῦν ἐκείνῳ πρὸς ἀρετήν· οὕτω γὰρ ὥρα διάγειν καὶ τὸν θεῖον Γρηγόριον, καὶ κάτοπτρον εἶχε τὸν ἐκείνου βίον· καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἑαυτὸν ἀπευθύνων, καθεκάστην ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ ἐτίθετο.

15. Cum igitur Constantinopolim pervenissent, in templo gloriosissimorum martyrum Sergii et Bacchi brevi temporis spatio moram fecerunt, Ibi vero videre erat sacrum Joseph, tanquam novitium ac virtutis tironem, omnibus in rebus exactam Gregorio obedientiam præstare, atque omnem religiosæ exercitationis speciem a principio repetere; quæ enim antea recte gesserat, tanquam nihil reputans, ad ulteriora sese extendebat, et ea, quæ prius præclare egerat, simul confirmabat, et per exactissimam conformationem ad illum (ad magnum, inquam, Gregorium) honestæ exercitationis, tanquam recenter susceptæ, insatiabili fame cruciatus ab exordio incipiebat, et novus atque integer miles ad certamina procedens, incorporeorum vitam adhuc in corpore positus imitabatur. Omnibus quidem sensibilibus gaudere recusabat, sola vero invisibili pulchritudine delectabatur. Et tectum quidem illius erat cœlum, pro universa vero lectuli dulcedine connutritum sibi ac dilectum pavimentum habebat, si quando cooperarium ejus ad virtutem, corpus scilicet, requiescere optaret. Ita enim etiam divinum Gregorium vitam agere videbat, atque illius vitam tanquam speculum ob oculos habens, eidemque seipsum componens et conformans, per singulas dies ascensiones in corde suo disponebat.

ις'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ (οἷα τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα!) Λέων ὁ θηριώδης, ὁ ἐκ τῆς Ἰσαυρίας [imo Ἀρμενίας], τῆς βασιλείας τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος, κυκᾷ μὲν ὅλην τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ταῖς παναγίαις εἰκόσι πάλαι προσωχθηκὼς, πόλεμον κατ' αὐτῶν τῶν πώποτε γεγενημένων ἐκίνησε τὸν σφοδρότατον· τὰ δὲ τῶν φιλοχρίστων στίφη, μὴ πεπεισμένα τῷ ἐκείνου θελήματι, ἄλλος ἀλλαχόθι διεσκορπίζοντο. Διὸ καὶ οἱ μὲν τὸν Βόσπορον κατελάμβανον, οἱ δὲ εὐθὺς τῆς Σικελίας ἀπέπλεον, ἄλλοι δὲ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων καταλαμβάνοντες, τοῦ δεινοῦ μονιοῦ τὰς συώδεις ὁρμὰς ἀπεδίδρασκον. Ἀλλ' οὐχ ὁ γενναῖος ἀγωνιστὴς, καὶ τῶν ἱερῶν μορφωμάτων προσκυνητὴς οὕτως ἐποίει Γρηγόριος· ἀλλὰ τὸν θεῖον ἐνδεδυμένος τῆς πίστεως θώρακα, περιέρχεται μὲν πανταχόθεν τῆς πόλεως, κηρύσσων ἐν ἀγυιαῖς, καὶ διδάσκων ἐν στενωποῖς, καὶ παῤῥησίαν ἐν ταῖς πλατείαις ἐπιδεικνύμενος, μὴ τῷ λαοπλάνῳ πείθεσθαι βασιλεῖ, μηδὲ τοῖς ἐκείνου ληρήμασι τὴν ἀκοὴν ἐνδιδόναι κἂν πρὸς μικρόν. Καὶ ἦσαν οἱ ἐκείνου λόγοι πρὸς τὰς τῶν εὐσεβῶν καρδίας ἐνστάζοντες δρόσος ἐωθινὴ καὶ ἴαμα πνευματικὸν καὶ σωτήριον· ᾧ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ τῶν πόλεων ἀσκητῶν συνελθόντες, κατὰ ταυτὸν προσάγουσι κοινὴν ἱκετηρίαν τῷ Γρηγορίῳ, τὸν γενναῖον ἐν λόγοις, καὶ στα-θηρὸν ἐν πόνοις, πρὸς τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ἐξαποστεῖλαι, διασημανοῦντα τῷ πάπᾳ καὶ τοῖς ἐκεῖσε τὰ νῦν συνέχοντα τὴν πόλιν δεινά, ἵνα τις

16. Haud multum vero temporis intercessit, cum (o qualia Dei judicia!) Leo ille immanissimus ex Armenia (1) egressus, atque imperii sceptra invadens, universam Ecclesiam cœpit exagitare, et sanctissimis imaginibus, quibus olim infensus fuerat, dirum atque atrocissimum bellum inferre. Christi autem amantium civium ordines, illius voluntati parere recusantes, per varias regiones, alii alio fugientes, dispersi sunt. Alii quidem in Bosporum profugerunt, alii vero recta in Siciliam (2) navigaverunt: alii demum ad montium cacumina sese receperunt, ut singularis feri illius immanissimi porcinos appetitus evaderent. At non ita se gessit generosus agonista, et sacrarum imaginum adorator Gregorius, sed divinum fidei thoracem induens, circuibat quaquaversus civitatem, prædicans in vicis, docens in angiportis, et in plateis libertatem fiduciamque præferens, ne minima quidem in re seductori plebis regi obtemperans, aut illius nugis ac deliramentis præbens auditum. Erant autem illius allocutiones in corda piorum stillantes, ros matutinus, ac medicamentum spirituale ac salutiferum. Igitur multitudo ascetarum, qui Constantinopolitana urbe morabantur, convenit in unum, et communem supplicationem detulit Gregorio, statuens eum mittere legatum (utpote efficacem in sermonibus, et constantem in laboribus) Romam veterem, ut significaret papæ (3) aliisque Romanis ea mala

(1) Hic ab audaci manu scriptum erat, ἀπὸ τῆς Ἰσαυρίας, cum Leo Armenus esset intelligendus. De persecutionis autem ab eo an. 414 moveri cœptæ acerbitate, vide Acta SS. Theophanis et Nicephori, 12 et 13 Martii. Menologium Basilii imp. hæc omnia ad Theophili tempora refert: minus recte.

(2) Cajetanus huc trahit, quod Gregorium Decapolitam Menæa dicant Syracusas venisse: non recte, quia patet hoc ibi factum dici antequam accederet Thessalonicam, adeoque ante persecutionis tempus. Quid quod hic expresse dicatur Gregorius non fugisse?

(3) Idem propter errorem de Leone Isaurico, quem

Digitized by Google

quæ Constantinopolitanam civitatem affligebant, quo aliquod auxilium Ecclesiæ Dei afferretur. Vides enim, aiebant, o Pater, quomodo res nostræ in Iliadem malorum sint commutatæ, et magnum Christi ovile periclitetur, eo quod non sit qui defendat illud.

17. Admittit advocationem magnus Gregorius, et magis rogans, quam rogatus, sermonem breviter absolvit, divinumque Josephum accersens : « Nunc, inquit, o fili, tempus est ostendendi eloquentiam tuam plurimam, et comprobandi incrementa amoris tui in Deum pro viribus. » Ille, qui semper subjectus esse didicisset, caput humiliter inclinat, et ne rerum quidem necessariarum minimum quid accipiens, navim conscendit, et Romam versus vela facit. Sed forte non erat hæc Dei voluntas, qui sæpe per res adversas admiranda disponit. Quid ergo accidit, et quid factum est ? Barbaricæ triremes piratarum supervenientes omnia navigia invaserunt, atque ad esse attraxerunt illud etiam in quo magnus Joseph ferebatur. Adducitur itaque captivus in Cretam, quo cum pervenisset, in carcerem conjectus, atque gravissimis catenis alligatus est. Tantum autem vinculis suis exsultabat ac gestiebat, ut cæteris quoque captivis afferret solatium dulcissimum ferre mala incurrentia, et doloribus afflictari.

18. Dulcia quippe sunt vincula quæ propter Christum tolerantur, quamvis ad tempus tristitiam afferant ac discrucient. Gratias igitur agamus, aiebat, magni Pauli exemplum præ oculis habentes[a], qui tanquam monilibus ferrea catena circa collum alligata decorabatur, et gaudebat quod pro Christi nomine flagella pati meruisset. Quin etiam Christus ipse Pauli Dominus cum malediceretur, non maledicebat ; cum pateretur, non comminabatur : tradebatur autem judicanti injuste, quemadmodum loquitur coryphæa apostolorum summitas magnus Petrus[b]. Sed videntur aliquibus aspera ac dolorifica, propter multam sensuum imbecillitatem, ea, quæ corporibus inferuntur tormenta. At quo pacto aliter possibile erit Christi jugum ferre, nisi quis incedat per omnes ætatis gradus sine macula, omnes etiam virtutes exercens, quas exercuit ille pro nobis, et quidem cum Deus esset, et voluntati potentiam conjunctam et concurrentem haberet, possetque aliter nobis ingratis salutem afferre? Verum illi, quod in virtute laboriosum est, subscribens (per quam iis, qui salvantur, cœli portæ antea occlusæ aperiuntur) per vitam laboribus plenam, tanquam Deus ac Dominus salutem omnibus demonstravit. Debemus igitur pro divina imagine Christi, ejusque immaculatæ ac purissimæ Matris, pericula subire, ut adversus moderatorem sæculi hujus usque ad sanguinem decertantes, gratiam invenire possimus, quemadmodum sacra loquuntur oracula, in auxilium opportunum. His aliisque hujusmodi multis sermonibus

ἐπικουρία γένηται τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ. Ὁρᾷς γάρ, ἔλεγον, ὦ Πάτερ, ὡς Ἰλιάς ἐστι κακῶν τὰ ἡμέτερα, καὶ κινδυνεύει τὸ μέγα ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τὸν ἐκδικήσαντα.

ιζ'. Δέχεται τὴν παράκλησιν ὁ μέγας Γρηγόριος καὶ ὡς μᾶλλον αἰτήσας, οὐκ αἰτηθείς, ἀπαρτίζει τὸν λόγον ταχύ· καὶ τὸν θεῖον μετακαλεσάμενος Ἰωσήφ, Νῦν, εἶπε, τέκνον, καιρὸς τοῦ τε λόγου τὸ πολὺ ἐπιδείξασθαι, καὶ τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα πολυπλασιάσαι ὡς ἐφικτόν. Ὁ δὲ μαθὼν ἀεὶ ὑποτάσσεσθαι, κλίνει μὲν ἠρέμα τὴν κεφαλήν, καὶ μηδὲ τῶν ἀναγκαίων μηδέν τι παραλαβών, νηός τε ἐπέβαινε καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπέπλεεν. Οὐκ ἦν δὲ ἄρα καὶ Θεῷ βουλητὸν, τῷ διὰ τῶν ἐναντίων πολλάκις οἰκονομοῦντι παράδοξα. Τί οὖν γίνεται, καὶ τί τελεῖται ; Νῆες ἐπιστᾶσαι βαρβαρικαὶ ἀνδρῶν πειρατῶν, ἄλλα τε πλοῖα συνεπισπῶνται, καὶ δὴ κἀκεῖνο, ὃ τὸν μέγαν ἔφερεν Ἰωσήφ. Ἤγετο οὖν αἰχμάλωτος εἰς τὴν Κρήτην· ἔνθα γενόμενος ἐντίθεται μὲν τῇ εἱρκτῇ ἀλύσεσι βαρείαις δεσμούμενος· τοσοῦτον δὲ τοῖς δεσμοῖς ἐνηγάλλετο, ὅσον καὶ τοῖς ἄλλοις δεσμώταις ἐποιεῖτο παράκλησιν ἡδέως φέρειν τὰ ἐπιόντα, καὶ μὴ δυσχεραίνειν τοῖς ἀλγεινοῖς.

λς'. Ἀμέλει καὶ πάλιν διηπόρει ὁ ἄνθρωπος, Τίς ποτε δὲ αὕτη ἡ τοσαύτης τῆς δόξης ἀπολαβοῦσα, καὶ τῆς ὑπὲρ λόγον τιμῆς; Καὶ ἀκούει τῶν φερόντων ἐκείνην ἀγγέλων διαπρυσίῳ φωνῇ· Οὗτός ἐστιν Ἰωσὴφ, Ἰωσὴφ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡ εὐπρέπεια, ὃς ἀποστόλων τὸν βίον καὶ τῶν μαρτύρων ἐν βίῳ καλῶς μιμησάμενος, ἀλλὰ καὶ πάντας τιμήσας τῇ δεδομένῃ τούτῳ παρὰ τοῦ Πνεύματος χάριτι, ᾄσματά τε θεῖα τούτοις ἀξίως τῆς οἰκείας σοφίας καὶ γνώσεως πλέξας, παρὰ τούτων αὖθις ἀντιτιμᾶται, ταύτην ὑπαντὴν πρὸς οὐρανοὺς εἰσιτήριον, οὕτω Θεοῦ διατάξαντος, ἵνα μηδεὶς τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων ἀπῇ, ὥστε πάντας ὁμοῦ συνδραμόντας τελέσαι τὸν ἐπιβατήριον τῷ γενναίῳ τούτῳ ζηλωτῇ τε καὶ μιμητῇ. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἔτι βλέπε καὶ τὰ τούτων παραδοξότατα· καὶ ἅμα ἔλεγον, καὶ ὅλος οὐρανὸς ἐξεκένωτο, καὶ τάξεις πᾶσαι τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἐντίμως ἄγαν καὶ εὐλαβῶς κατησπάζοντο. Καὶ οὐκ ἔτι δυνατὸς ὁρᾶν ἦν ὁ τῆς θεωρίας ταύτης καταξιωθεὶς τὰ ἐπέκεινα, ὑπὸ πολλῆς ἀγωνίας ἰδρῶτι λεπτῷ πανταχόθεν κατα-

36. Porro rursum homo cœpit ambigere, ac secum colloqui: Quænam hæc est, quæ tanta fruitur gloria atque ineffabili honore? Audivitque angelos ipsam ferentes dicere sibi voce perspicua: Hic est Joseph, Joseph Ecclesiarum decus et ornamentum, D qui apostolorum ac martyrum vitam vita sua præclare imitatus est, et insuper universos illos honoravit per gratiam sibi a Spiritu sancto tributam: et cantica divina sapientia ac scientia sua digna, in eorumdem laudem modulatus, nunc ab ipsis vice versa honoratur: ita Deo ordinante hunc occursum in primo illius ad cœlum ingressu, ut nullus sanctorum qui fuerunt unquam a sæculo, absit, sed omnes simul concurrentes, generosum hunc zelotem et imitatorem deducant, atque illi ad cœlos ascensum faciant. Verum, aspice præterea ad hæc summe maximeque admiranda. Hæc ait, et universum cœlum evacuatum atque exinanitum est, omnesque ordines cœlestium potestatum egressæ, illum magno cum honore ac reverentia am-

Digitized by Google

plexabantur. Neque ulterius vir ille videre potuit, qui hujusmodi spectaculo dignus factus fuerat, ob multam agoniam, animique angustiam minutissimo sudore undique stillante perfusus. Quænam sunt hæc? Ad sanctissimam Trinitatem admissio atque accessus ut eam adoraret; astare cum angelis ante illam: ineffabilis de eadem scientia illi sine medio infusa, propter communicationem sine ullo velamine.

37. Neque vero novum aliqua ex parte videri debet, si hujusmodi honore in ascensu suo ad cœlum dignus factus est. Ab illis enim honoratus est, cum quibus illum semper honorari justum est. Etenim illorum vitam sedulo descripsit atque elaboravit; cum apostolis tanquam apostolus connumerandus; cum martyribus tanquam martyr, qui licet cruorem non effuderit, graviorem tamen laborem toleravit in ea vita, quam sibi elegit et in qua diu duravit, lætus sustinens familiare martyrium, quod ipse tantum noverat: cum confessoribus tanquam confessor sanctam animam usque ad imaginationem castam puramque efficiens: cum iis qui futura prævident, tanquam non expers gratiæ prædictionis futurorum, plus habens quam omnes alii (ut aliquid plus beato huic gratificer); nam supra omnes alios ipse animum apposuit ad pangendas encomiasticas cantiones per suavissimam atque ornatissimam melodiam: ipse vero ab omnibus meruit in cœlestem thalamum cum honore, nulli alii concesso, ascendens deduci. Magis ergo et fruitur, et confruitur cum illis honore ac splendore a sanctissima Trinitate sibi communicato, cui astans, et pulchritudine, quæ lucem omnem superat, oblectatus, memor sane est nostri, qui illum honoramus, et assidue pro nobis precatur, ut nos etiam vitæ hujus mare salvis anchoris pertranseuntes ad tranquillissimum portum perveniamus.

38. Verum, o Dei famule fidelissime, compesce ac seda in nobis acerrimum carnis prælium, et impetra, nobis tuis apud Deum intercessionibus, mentem ab omni phantasmatum perturbatione semper immunem: habes enim confidentiam multam ac libertatem, quippe qui animam tuam beatam pro sancta illius imagine posuisti, sanctosque illius sanctis laboribus tuis honorasti, cum quibus intercedis pro nobis, qui semper protectorem ac præsidem te habere rogamus: et mentem nostram splendore perfundis, spiritaliter informans ad mystica spiritus melodiam, ut exteriorem cantum cum interiori conjungat, et beatissimum Deum suavissimo cantu collaudet secundum occultam atque intellectualem musicam ac modulationem, in loco quidem incolatus per typum et imaginem, in futuro autem sæculo intellectualiter atque arcane in ipso sæcula. Amen

σταζόμενος. Τίνα ταῦτα; Ἡ πρὸς τὴν ἁγίαν Τριάδα εἰσαγωγὴ καὶ προσκύνησις, ἡ μετὰ τῶν ἀγγέλων παράστασις, ἡ ἄῤῥητος γνῶσις αὐτῆς αὐτῷ κεχυμένης ἀμέσως, διὰ τὴν χωρὶς παραπετασμάτων ἀνάκρασιν.

λζ'. Καινὸν δὲ πάντως οὐδὲν εἰ τοιαύτης ἐν τῇ ἀνόδῳ τιμῆς κατηξίωτο· παρὰ γὰρ τούτων τετίμηται, οἷς ἀεὶ συντιμᾶσθαι δίκαιόν ἐστιν, ὅτι καὶ τούτων τὸν βίον ἀπηκριβώσατο, τοῖς ἀποστόλοις συναριθμούμενος, ὡς ἀπόστολος· τοῖς μάρτυσιν ὡς μάρτυς ἀναίμακτος, ὅτι τὸν πόνον μᾶλλον ἐπέτεινε τῇ τῆς ζωῆς ἀποκληρώσει, καὶ παρατάσει τῷ οἰκείῳ τοῦ συνειδότος μαρτυρίῳ ἐπαγαλλόμενος· τοῖς ὁσίοις ὡς ὅσιος, ἁγνὴν τὴν ἁγίαν ψυχὴν καὶ μέχρι φαντασίας ἀπεργασάμενος· τοῖς προορῶσι τὰ μέλλοντα, ὡς τῆς προῤῥήσεως οὐκ ἀμοιρῶν τοῦ χαρίσματος· πλέον ἔχων ἁπάντων (ἵνα τι πλέον τῷ μακαρίῳ χαρίσωμαι), ὅτι τοῖς ἄλλοις πᾶσιν αὐτὸς ἐπέθηκε διὰ τῆς ἐμμελοῦς μελῳδίας τὴν ψυχὴν, εὐκόσμως ἄγουσαν ἐγκωμιαστικὰ μελῳδήματα. Αὐτὸς δὲ παρὰ πάντων μίαν ταύτην τιμὴν εἰσβατήριον εἰσουρανίου παστάδος [ἀπεκεκλήρωτο], μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀπολαύει, καὶ συναπολαύει τούτοις τῆς παρὰ τῆς ἁγίας Τριάδος τιμῆς τε καὶ λαμπρότητος· ᾗ παριστάμενος, καὶ τῆς ὑπερφώτου κατατρυφῶν ὡραιότητος, μέμνηται μὲν ἡμῶν τῶν τιμώντων αὐτὸν, ἀντιβολεῖ δὲ διηνεκῶς ὅπως καὶ ἡμεῖς ἀβρόχως τὴν τοῦ βίου διαπεράσαντες; θάλασσαν πρὸς τὸν ἄκλυστον λιμένα καθορμισθείημεν.

λη'. Ἀλλ', ὦ Θεοῦ θεράπων πιστότατε, παῦσον τὸν ἐν ἡμῖν τῆς σαρκὸς ἰσχυρώτατον πόλεμον, καὶ δίδου ταῖς σαῖς πρὸς τὸν Θεὸν παρακλήσεσιν, ἀφάνταστον ἡμῶν διατηρεῖσθαι τὸν νοῦν· ἔχεις γὰρ παῤῥησίαν πολλὴν, ὡς τεθεικὼς τὴν σὴν μακαρίαν ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ἁγίας εἰκόνος αὐτοῦ, ὡς τιμήσας τοὺς ἁγίους αὐτοῦ τοῖς σοῖς ἁγίοις πονήμασι, μεθ' ὧν πρεσβεύοις ὑπὲρ ἡμῶν, τῶν σὲ προστάτην ἔχειν ἐπευχομένων ἀεὶ, καὶ ἐλλάμποις ἡμῶν τὸν νοῦν νοερῶς τυποῦν πρὸς μυστικὴν μελῳδίαν τοῦ Πνεύματος, ἵνα συμφωνοίη τὰ ἔξω τοῖς ἔνδοθεν, καὶ τὸ μακάριον ᾄδοι κατὰ τὸ κρυπτὸν καὶ νοούμενον ἐμμελῶς μουσούργημα καὶ μελῳδημα, ἐν μὲν τῷ τόπῳ τῆς παροικίας εἰκονικῶς τε καὶ τυπικῶς, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι νοερῶς καὶ τελεστικῶς, ἐν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ σε τιμήσαντι καὶ δοξάσαντι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Christo, qui te honoravit et glorificavit in sæcula. Amen.

Digitized by Google

SANCTI JOSEPHI

HYMNOGRAPHI

SICULI, SYRACUSANI, ORDINIS D. BASILII MONACHI

MARIALE

Quo ejusdem S. Josephi de augustissima cœli terræque Regina Deipara Virgine Maria opera quæ reperiri potuerunt omnia ex Græcis mss. codicibus collecta, Latine reddita * notisque illustrata, nunc primum publicantur studio ac labore P. HIPPOLYTI MARRACCII, Lucensis, ex congregatione Clericorum Regularium Matris Dei.

(Romæ, typis Ignatii de Lazaris MDCLXI.)

EMINENTISSIMO PRINCIPI
D. BENEDICTO ODESCALCO, SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALI AMPLISSIMO
HIPPOLYTUS MARRACCIUS FELICITATEM PRECATUR.

S. Josephi Hymnographi, Ecclesiæ Græcæ luminaris omnino clarissimi, Mariale, quo ejusdem S. Josephi, de augustissima cœli terræque Regina Deipara Virgine Maria, opera omnia, quæ reperiri potuerunt, ex Græcis manuscriptis codicibus collecta, Latine reddita, notisque illustrata continentur, in publicam mundi lucem, splendoremque deducturus, votis omnibus, ac toto cordis conatu, tuæ illud curæ ac patrocinio commendo, Princeps eminentissime; ut ipsum satis per se clarum, tui quoque nominis ac protectionis fulgentissimo jubare illustratum, Christianæ reipublicæ utilitati possit dignius, ac nobilius inservire. Non tibi offero vilem tenuemque ingenii mei opellam, tuæ purpuræ majestate ac dignitatis fastigio indignam; sed opus omnino eximium, ac prorsus egregium venerandæ antiquitatis monumentum, quod e latebris, in quibus per septem et amplius sæcula, alta obtivione sepultum jacuit, prodiens in apertum, sub tui tutissimi patrocinii ac clarissimi nominis auspiciis haud indecore sese asseret in lucem. Desint ei licet offerentis dignitas et meritum, opus est Josephi Hymnographi qui cum non solum a terræ regibus, sed a cœli civibus, miro modo fuerit honoratus : imo cum ab ipsa augustissima Dei Matre, ex indulgentissima pietate, suo fuerit amplexu dignatus : quis, quamvis magnus, sibi ducere potest inglorium, tanti viri operi in lucem publicam prodeunti, sui nominis, ac dignitatis auctoritate, tutelæ suæ gratiam, ac patrocinii favorem impartiri? Insuper opus est de Deipara Virgine, quæ cum sit Dei altissimi Mater, et creaturarum omnium Domina, quis, quamvis eximia dignitate refulgens, in summa felicitate, maximaque beatitatis parte repositum non arbitretur, rebus, quæ ad ipsam pertinent, et quæ ipsius cultum ac honorem tangunt, posse aliquod patrocinii genus impendere, ac servitutis specimen exhibere? præsertim cum certum omnino sit, ad summi Dei gloriam pertinere, quidquid Genitrici suæ fuerit impensum : atque augustissimam Dei hominis Parentem, patrocinium sibi exhibitum, munifica semper patrocinii sui exhibitione vicissim compensare. Nihil igitur dubito, Princeps eminentissime, te huic Josephino, simulque Mariano operi, quod tibi humiliter offero, tui suffragii ac patrocinii gratiam promptissime ac libentissime præstiturum; nam licet, prout est a me, mortalium infimo, summæ tuæ benignitatis argumentum ducat, si tu illud vel solum respicere digneris; attamen, prout est Josephi, qui talis ac tantus est, ut sit tuo favore atque honore dignissimus : et prout est de Deipara, quæ innumeris gratiis in te collatis, jam totum tuum ad se pertraxit affectum; totum, velut jure suo tuum sibi vindicat patrocinium. Pietatem erga Deiparam a majoribus tuis, Mariano cultui semper addictissimis, velut præclaram hæreditatem in te transfusam lætanter accepisti : et ab ipso inditæ rationis usu, tanto studio, et benevolentia augustissimam Dei Matrem amplexus es, ut in ejus obsequiis supra multos, etiam obsequentissimos, eminueris. Equidem quamvis in familia tua Odescalca, quæ in Germanorum oris antiquitus nata est, et postmodum in Italia fuit splendide propagata, avitæ nobilitatis tesseram, atque inclyti generis claritatem non parum suspiciam, magis tamen suspicio obsequentissimum studium, ac ardentissimum pietatis affectum, quo majores tui se totos Deiparæ Virgini addictos atque emancipatos declararunt. Quoniam vero epistolæ dedicatoriæ brevitati inserviendum, et volumen integrum non sufficeret, si omnes essent tuæ prosapiæ recen-

* Græca ex Menæis et Menologiis aliisque liturgicis Græcorum libris addidimus. Quæ vero Marraccius ex codicibus mss. expresserat, deficiente Græco, Latine et nos damus. EDIT PATR.

Digitized by Google

ndi, qui incredibili erga Dei Matrem ardore æstuarunt, et tenerrima prorsus erga eamdem pietate eni-erunt; duos solum e tuis, levi tantum calamo delibabo, erga augustissimam Dei Matrem flagrantissimo fectu conspicuos, a probæ notæ scriptoribus recensitos, ac summis etiam laudibus celebratos; nempe aulum Odescalcum, utriusque signaturæ referendarium, episcopum Pennensem, et Adriensem; qui auditor neralis cameræ apostolicæ, et apud multos principes Christianos (nominatim apud Hispaniarum regem) dis apostolicæ nuntius, et gubernator provinciarum, et totius ecclesiasticæ ditionis visitator generalis, ost multos pro Romana Ecclesia sumptos labores, et operam egregie navatam, obiit anno Domini 1585, Idus Februarii. Et Petrum Georgium Odescalcum, protonotarium apostolicum, utriusque signaturæ refe-ndarium, majoris præsidentiæ abbreviatorem, brevium justitiæ præfectum, Alexandriæ primum, deinde igevani episcopum, atque apud Helvetios sedis apostolicæ nuntium, virum omnino eximium, et complurius litterarum monumentis æternitati meritissime consecratum; qui majores honorum gradus meritus, quam adeptus, cursum vitæ consummavit anno post natum de Virgine Salvatorem 1620, die 6 Maii. Porro Paulus Odescalcus, cum esset augustissimæ cælorum Reginæ constantissima pietate, atque immutabili devotione devinctus (a), jussu Gregorii XIII Pontif. Max. electus est, ut Joannam Austriacam, Ferdinandi Cæsaris filiam, eamdemque Francisci, magni Etruriæ ducis, uxorem, Lauretum euntem, tota pontificia ditione, regio cultu exciperet, et ad optatissimam Virginis ædem deduceret: cum congruum omnino esset, heroinam præstantissimam, summa benevolentia, summoque erga Deiparam Virginem animi affectu prædicandam, a viro excipi, deducique, qui esset augustissimæ Dei Matris Virginis Mariæ cliens omnino eximius, ejusque cultui obsequioque penitissime addictus. Idem quoque Paulus, cum Rosarium B. Virginis a pueritia ipsa in amoribus habuisset, a Pio V Pontif. Max. ad Joannem Austriacum, Caroli V Cæsaris filium (b), et Catholici exercitus contra Turcas imperatorem, jure merito fuit Nuntius destinatus, ut inter alia pia munera, in classiarios omnes cum fausta victoriæ apprecatione distribuenda, ipsi Austriaco ejusdem B. Virginis Rosarium deferret. Quod porro Rosarium, dum de ejusdem pontificis mandato in tanti principis manus consignaret, his dictis, ex cordis penetrali intimo, ac e totius fiduciæ soliditate expromptis, usus est: « In hoc signo vinces. » Hæc autem verba, ut Constantino olim, ita tunc Austrio fuisse certam e cælo futuræ victoriæ sponsionem, rei postea demonstravit eventus. Nam Austrius, cum Rosarium ab Odescalco accepisset, divina quadam virtute et robore confortatus, Deo et beatissimæ Virgini confidens, omnes triremes et naves visitans, milites, duces et principes, qui ibi aderant, confirmavit, simulque ad pugnam strenue excitavit, et postmodum, ejusdem præsertim Rosarii virtute, de potentissima Turcarum classe ad Echinadas insulas gloriosissimum victoriam reportavit.

Petrus vero Georgius Odescalcus, vir ab eximia in Mariam Deiparam Virginem pietate et religione æternum prædicandus, inter alia plane innumera, quibus ardentissimum erga magnam Dei Matrem studium declaravit (c), litterarum monumentis ad posteros transmisit opus plane egregium, et ab omnibus Mariano cultui mancipatis assidue legendum, sub titulo (d): Institutum devotionis ad honorem beatissimæ Virginis Mariæ; atque insuper extra urbis Alexandrinæ mœnia, in ejusdem beatissimæ Virginis Mariæ honorem tria templa construenda dicandaque curavit. Hæc autem de tuis solummodo delibasse contentus (nam ut oratione de sua in presbyterum designatione verissime dixit Chrysostomus: « In pretiosis unguentis, non tantum si quis effundat lecythum, verum etiam si quis vel summis digitis superficiem attingat, et aerem novo odore tinxit, et quotquot adsunt fragrantiæ suavitate replevit. » Quid de te dicam, princeps eminentissime, qui omnium majorum tuorum pietatem erga Deiparam, una cum aliis præstantissimarum virtutum ornamentis, non solum æquare, sed etiam superare studuisti? Dicerem te Ecclesiæ S. Mariæ de Montibus, ob patentissima miraculorum signa, quæ ibi quotidie in Matris suæ gratiam demonstrat Deus, in urbe famigeratissimæ, non sine speciali divinæ providentiæ consilio, protectorem fuisse meritissime constitutum; cum eo exsistas erga Deiparam Virginem affectu, ut in omnia, quæ tantæ Matris honorem ac reverentiam tangunt, magis prono ac incenso animo rapiaris, quam ad magnetem ferrum, atque ad solis rotam rapiatur heliotropium. Prædicarem propensum voluntatis tuæ studium, ac cordi tuo insitam teneritatem erga augustissimum Lauretanæ Virginis sacrarium, in quo Deipara genita, et educata, et in quo Verbum caro factum est; cum illud non solum religiosissime inviseris, sed etiam in beneficiorum Lauretanæ Virginis erga te signum (ipsa enim votis tuis benigne annuente, fuisti a gravi gutturalis suppurationis ægritudine persanatus) aureis donis, tua pietate et magnificentia dignis, honestaveris. Celebrarem te, adjutum præsertim ope Deiparæ, quam singularibus obsequiorum generibus, magnisque devotissimi affectus significationibus tibi assidue demereri procurasti; Novariensem episcopatum, legationem Ferrariensem, atque alia munera a sede apostolica tuæ curæ commissa, summa semper cum prudentia, atque integritate administrasse: ac ejusdem Deiparæ tibi patrocinio favente, te in omnibus fuisse semper in judicio rectum, in moribus inculpatum, in gratiis et beneficiis promptum, erga subditos benignum, in pauperes munificum, animo candidum, corde sincerum, vita purum, et ut verbo dicam, in omnibus virum tui nominis benedictum: nisi hæc, et complura alia devotissimæ mentis tuæ erga Dei Matrem testimonia, et splendida ejusdem Dei Matris erga te Clementiæ monumenta, quæ solo veritatis affectu urgente, sine ulla assentationis nota scribere possem,

a) Tursell. in *Hist. Lauret.* lib. IV, cap. 25,
(b) Hyacinthus Choquettus in *Triumpho Rosar.* cap. 9.
(c) Ughellus in *Italia sacra*, tom. IV.
(d) Hieronymus Ghilinus in *Theatro Virorum literatorum*, et alii.

Digitized by Google

tacitus præterire omnino cogerer, ob singularem tui animi modestiam, quæ magnis tuis laudibus hanc adjunxit, laudis odium. Implere enim gloriose satagis inclytam tui cognominis Odescalci appellationem, quæ a calcatione odarum, id est laudum, non incongrue derivatur : atque ideo odas, id est laudes, quamvis tuæ virtuti omnino debitas, atque a sincera confessione laudantium tibi exhibitas, generoso humilitatis pede calcare non desinis. Omnia igitur tuæ modestiæ concedens, et ea, quibus de te meus calamus, a sola veritate impulsus, non unam paginam posset ornare, in intimo mentis recessu, ibidem æternatura, recondens : solum mihi a te concedi enixe peto, mihique nullo pacto denegari ardentissime desidero, posse scilicet in fine hujus epistolæ huic S. Josephi Hymnographi operi Mariano, ac tibi etiam ipsi, ex cordis intimo saltem breviter gratulari. Gratulor igitur huic operi, Princeps eminentissime, eo quod in mundi conspectum prodiens, ex providentissima Dei benignitate te sortitum sit patronum, quo in Deiparæ cultu, et cæteris etiam omnibus Christianarum virtutum ornamentis, vix majorem melioremque optare potuisset : et gratulor etiam tibi, quia Joseph meus (ut firmum apud me est) tuum suo operi exhibitum patrocinii honorem, grata sit semper memoria, et sollicita apud Deum prece, prosecuturus : atque augustissima cœlorum Regina, dum operi quod ejus laudes et encomia continet, protectionis tuæ favorem impendis, hoc valida vicissim protectionis suæ erga te exhibitione, et dignis e cœlo muneribus sit affluentissime compensaturi

Vale interim publico bono magnæ Dei Matris cliens amantissime, et me famulum tibi deditissimum, totamque congregationem meam, tuis obsequiis addictissimam, solita benignitate prosequere.

Romæ, ex ædibus S. Mariæ in Campitello, anno salutis 1661, *die* 6 *Januarii.*

LECTORI.

Pauca, amice Lector, de auctore hujus operis, ac de opere ipso tecum præfabor, audire si libuerit. Quis ac quantus fuerit S. Josephus Hymnographus, cujus Mariana monumenta nunc primo spectanda tuis oculis objicio, ex iis quæ de ipso in principio hujus operis appono (ne in hoc vestibulo te longius morer) erit, ut spero, tibi satis superque manifestum. Josephi Vita, per Joannem Magnæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconum ac oratorem composita, quam exhibeo, exstat Græce ms. in perantiquo codice amplissimæ bibliothecæ Vaticanæ, et inde excerpta, per P. Ludovicum Marraccium, meum conjunctione sanguinis, ac religionis professione, fratrem germanum Latine reddita est. Exstat eadem in Græco ms. codice monasterii S. Salvatoris apud Messanam, atque a Patre Augustino Floritio Soc. Jesu in Latinum translata, edita est Panormi, superiori anno 1657, una cum tomo secundo operis *De Vitis SS. Siculorum* P. Octavii Cajetani ejusdem Societatis. Vita Josephi, quam ex Menæis produco, per eumdem P. Ludovicum Marraccium est Latio illata (*a*).

De opere autem ipso quid dicam? Dico illud ex Menæis, ex Horologio, ex Paracletico, ex Triodio, ex Pentecostario, ex Rituali, aliisque Græcorum voluminibus, in quibus Josephi Canones hinc inde sparsi reperiuntur, fuisse collectum : et fere totum studio ac diligentia jam dicti P. Ludovici Marracci e Græco in Latinum sermonem fuisse translatum. Dico esse totum aureum, totum gemmeum, totum ex pietatis saccharo, ac devotionis melle compactum, ex quo, quam affectuosus fuerit auctoris in Mariam genius, quam ingeniosus affectus, et quam purus ac fervens amor luculentissime elucet. Dico esse omnium semper immaculatæ Virginis studiosorum manibus terendum, judiciisque probandum, cum in omnium animis pietatem erga semper et omnibus modis immaculatissimam Virginem Deiparam, non solum fovere sed augere non parum valeat; cum duri prorsus ac lapidei cordis sit, qui eo lecto non emolliatur, et ad Magnam Dei Matrem ardentius amandam non excitetur. Dico esse ditissimum Gazophylacium, innumeris Marianarum laudum et præconiorum talentis refertissimum : pretiossimam Aurifodinam sacris Deiparæ pro concione declamatoribus uberem virginalium encomiorum materiam ministrantem : atque incomparabilem Thesaurum, non ex magna auri vel argenti vi, rerumque pretiosarum copia, sed ex amplis summisque Deiparæ Virginis opibus affluentissime congestum. De quo quidem opere jure merito in ipsius Josephi Vita Joannes Magnæ Dei ecclesiæ diaconus et orator in hunc modum scripsit : *Est quispiam rigidus, ac durus, atque ad lacrymas effundendas ineptus? Suavissimas melodias a Josepho scriptas in Virginem ac Dei Matrem, quæ ineffabiliter Verbum concepit, assidue legens, et decantans, lacrymarum maria plenis oculis effundet, et mente collique factus immateriali sensu spiritualibus compunctionis deliciis perfruetur. Hæ autem melodiæ sexcentæ sunt, quæ ab eo variis commutationibus et sonorum concisionibus, variisque rhythmorum differentiis compositæ, dulcedinem quodammodo atque odorem suavitatis aromatizant.* Sic ille. Certe, amice Lector, si ad ea quæ a S. Josepho Hymnographo tibi in hoc opere exhibentur, legenda animum oculosque adjicies, certus omnino sum de tua post degustatam ibi latentem dulcedinem in legendo perseverantia, nec dubito te hujusmodi lectione in cultu amoreque Virginis augustissimæ Deiparentis pristinæ pietatis magnitudini semper aliquid additurum. Interim pro hoc S. Josephi opere, quod tibi in præsentia exhibeo, et pro aliis etiam SS. Patrum in laudem Deiparæ Virginis præclarissimis monumentis, quæ, si Deus vitam vires, atque otium dare pergat, tibi quantocius exhibiturus sum, preces tuas apud Deum et sanctissimam ejus Parentem Virginem Mariam, modestissime, sed instantissime requiro. Vale.

(*a*) Vide supra col. 931.

Digitized by Google

MARIALE

S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI.

I. A Α'.

In pervigilio Nativitatis SS. Deiparæ Canon I (1), *cujus acrostichis* (2) *hæc est : « Ortum puellæ Numinis natæ cano Joseph.*

Ode 1 (3).

1. Ovantes hodie cum lætitia hymnis canamus divinam Dei Matris nativitatem : gaudium enim peperit universo mundo, quod mœstitiam primæ parentis exterminavit.

Regina castissima, atque ab omni labe mundissima, nascitur ex sterili, futura ipsa peccati sterilitas, quam lex prædescripsit, et divinorum theolorum voces præmonstraverunt.

Templum et palatium Regis facta es, in quo faciens habitationem suam ille supersubstantialis, B efficiat fideles domicilium sanctissimæ Trinitatis.

Unicæ pulchritudinis thalamus, Dei thronus altis-

Ἐν προεορτίᾳ τῆς Γεννήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, Κανὼν Α', οὗ ἡ ἀκροστιχίς ἐστι· « Γέννησιν ὑμνῶ τῆς Θεόπαιδος κόρης Ἰωσήφ. »

Ὠδὴ α'.

Γηθόμενοι σήμερον μετ' εὐφροσύνης ὑμνήσωμεν τὸ θεῖον γενέθλιον τῆς Θεομήτορος· καὶ γὰρ τέτοκε χαρὰν τῇ οἰκουμένῃ, λύπην τῆς πρωτομήτορος ἐξαφανίζουσαν.

Ἐκ στείρας προσέρχεται τῆς ἁμαρτίας ἡ στείρωσις, ἣν νόμος προέγραψε, καὶ τὰ κηρύγματα προεδήλωσαν τῶν θείων θεηγόρων, ἡ πάναγνος Δέσποινα καὶ παναμώμητος.

Ναὸς καὶ παλάτιον τοῦ Βασιλέως γεγένησαι, ἐν ᾧ τὴν κατοίκησιν αὐτοῦ ποιούμενος, οἰκητήριον τῆς ἁγίας Τριάδος πιστοὺς ἀπεργάσηται ὁ ὑπερούσιος.

Νυμφῶν ὡραιότατος, θρόνος Θεοῦ ὑψηλότατος,

(1) Hic S. Josephi canon in pervigilio nativitatis sanctissimæ Deiparæ, qui Græce exstat in Menæis Græcorum sub die 7 Septembris, et in codice ms. bibliothecæ Vaticanæ n. 779, pag. 137, una cum aliis ejusdem S. Josephi de Deipara canonibus, præter canones de obdormitione et zona B. Virginis, Latine redditus est a P. Ludovico Marraccio nostræ congregationis Matris Dei. — Quid sit canon apud Græcos, exponit Zonaras in Commentario ad S. Joannis Damasceni Canones anastasimos, sive de Resurrectione, conscriptos, qui Commentarius exstat ms. in bibliotheca Bavarica. Canon autem sive hymnus, quem in divinis officiis canunt Græci, complectitur odas numero novem, C quia scilicet ecclesiasticus cantus imitatur novem ordines angelorum laudes divinas in cœlo canentium : vel etiam novenarius iste odarum ex triplici ternario constans, symbolice ter maximam Trinitatem designat, ad cujus laudem dirigitur omnis Ecclesiæ cantus. Forte canones S. Josephi inter alios Græcorum scriptorum canones insignem laudem merentur, adeoque excellunt ut nullam fere comparationem admittant : sunt enim venustissimi, ingeniosissimi, et sacris conceptionibus pleni, nec non tenerorum erga Deiparam affectuum copia redundantissimi. Unde in Typico Græcorum cap. 7 hæc habentur, ut refert Leo Allatius *De libris eccles. Græcor.* dissert. I, pag. 81 : « Sciendum est, si Menæum habet in memoriam alicujus sancti canones variorum poetarum, si canon aderit domini Cosmi, eum aliis anteponendum ; si domini Joannis, et aliorum, eum qui Joannis est, anteponi ; si domini Theophanis, et aliorum, domini Theophanis anteponi ; ille enim ante alios honorandus est : si domini Josephi, eum reliquis poetis præponi ; si cæteri defuerint, domini Joannis ; si hi quoque defuerint, domini Theophanis ; si hi etiam, domini Josephi cæteris omnibus præponi. » Hæc in Typico de Josephi nostri canonibus.

(2) In nostri Josephi canticis, seu canonibus, illud omnino notabile est, quod sæpe nomen suum omissum in titulo, per acrostichidem, sive primas stropharum litteras, circa ultimam semper odam sui musici canonis accurate signarit : quod ejus factum alii quoque Græcorum melodi sunt imitati. Id quod vel ideo monitum velim, ne aliquis in indagandis odarum auctoribus solos inspiciendos canonum titulos credat. Certe cum fateantur Menæa Josepho nostro hymnorum extemporalium gratiam divinitus datam fuisse, ut taceant de subitanearum acrostichidum dono (quas nemo nescit operosissimas esse), credit vir doctissimus P. Simon Vuagnereck in *Mariana Pietate Græcorum* in Prolegomenis n. 22, extemporalem hanc gratiam ad illos Josephianos in Menæis hymnos non trahendam, qui scatent acrostichidibus, quanquam asserat dici forte non incommode posse, ob id ipsum divinam hanc gratiam in eodem Josepho pro miraculo habitam esse, quod extemporaneas quoque acrostichides funderet.

(3) Scire forsan non nemo cuperet, an hæ Josephi odæ, et aliæ odæ etiam Menæorum, et librorum Græcorum ecclesiasticorum, constent certo genere carminum, an oratione soluta? Cui aliud cum Simone Vuagnerek in *Mariana pietate Græcorum* in Prolegomenis n. 31, respondendum non habeo, quam ideo vocari odas a Græcis, quod in strophas dividantur imitatione odarum, cum præsertim ex usu vulgari significet oda quidquid cantatur. Cæterum ex nullo ipsas metro constare nisi aliquando quoad senarios iambicos, quod raro contingit, deprehendere est. Unde Suidas scribit D S. Joannem Damascenum, uti et ejus collegam S. Cosmam Hierosolymitanum, condidisse canones musicos, tum carmine iambico scriptos, tum oratione soluta. Quapropter ambigendum non est, Menæorum innumeras odas, in quibus nullum iambi vestigium lucet, in suis omnibus strophis ex mera omnino prosa constare.

Digitized by Google

καθίσας σαρκὶ ὁ ὑπερούσιος τοὺς καθημένους ἐν σκότει ἀπωλείας, ἐγερεῖς πρὸς γνώσεως φῶς ἀγαθότητι.

A simus est, o Virgo; in quo ille sedens secundum carnem 2 eos qui in perditionis tenebris sedent excitabit ad lucem scientiæ propter bonitatem suam.

Ὠδὴ γ'.

Ἡ γῆ ἡ κατάκαρπος ἐκ γῆς ἀκάρπου γεννᾶται, ἥτις καρπογονήσει τὸν γεωργὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ζωηφόρον ἄσταχυν τὸν τρέφοντα πάντας θείῳ νεύματι.

Σήμερον ἐβλάστησε τῆς παρθενίας ἡ ῥάβδος, ἐξ ἧς ἀνθήσει ἄνθος ὁ φυτουργὸς ἡμῶν Θεὸς, τὰ πονηρὰ βλαστήματα ἀποτέμνων ἄκρα ἀγαθότητι.

Ἰδὲ τὸ ἀλάξευτον ὄρος ἐκ πέτρας ἀγόνου ἀποτεχθὲν τὸν λίθον καρποφορεῖ νοητὸν, ὃς συντριβὴν ἐργάσεται τῶν ξοάνων πάντων τοῦ ἀλάστορος.

Ode 3

Mira fecunditate prædita terra ex terra nascitur infecunda; et fecundissimum fructum gignet, agricolam scilicet bonorum; et spicam vitæ allatricem quæ nutrit omnes divina voluntate.

Pullulavit hodie virga virginitatis, ex qua flos efflorebit sator noster Deus, qui mala germina rescindit propter summam bonitatem suam.

Vide quomodo mons a lapicida intactus, et a petra sterili natus, intellectualem lapidem fructificat, qui universa superbissimi hostis simulacra confringet.

Νόμου προχαράγματά σε προεδήλωσαν, Κόρη· τὸν Νομοδότην σὺ γὰρ νομίμων δίχα ἐν γαστρὶ κυοφορεῖς, τηροῦντά σε ὑπὲρ λόγον ἄφθορον, ἀμίαντον.

B Expresserunt te ante legis præsignationes, o Puella: etenim præter consuetum morem Legislatorem in utero conceptum gestas, qui te supra rationis captum, incorruptam atque immaculatam conservat.

Ὠδὴ δ'.

Ὑπερτέρα τῶν ἀγγέλων ἐπὶ γῆς κόρη τίκτεται, ἐν ἁγιωσύνῃ οὖσα καὶ καθάρσει ἀσύγκριτος, ἥτις τὴν κάθαρσιν πάντων Χριστὸν τέξεται, ἁγιότητα, καὶ παντελῆ ἀπολύτρωσιν.

Μακαρία ἡ κοιλία ἡ τῆς Ἄννης γεγένηται· τὴν γὰρ ἐν κοιλίᾳ μέλλουσαν χωρεῖν τὸν μακάριον καὶ μὴ χωρούμενον Λόγον ἀπεγέννησεν, ἀναγέννησιν πᾶσι πιστοῖς παρεχόμενον.

Ode 4.

Longe angelis sublimior puella nascitur in terra; quæ in sanctitate et puritate est incomparabilis, et quæ Christum pariet, omnium purgationem, sanctificationem, et perfectam redemptionem.

Lætus ac beatus Annæ uterus effectus est; etenim illam generavit, quæ Verbum beatum, quod a nulla re capi potest, atque omnibus fidelibus regenerationem præstabit, in utero suo continebit.

Νῦν ὁ ζόφος τῆς κακίας ἐκμειοῦσθαι ἀπάρχεται· C ἡ γὰρ τοῦ ἡλίου ἔμψυχος νεφέλη ἀνέτειλε στειρωτικῶν ἐκ λαγόνων ἡ πανάμωμος, ἧς τὴν γέννησιν τὴν φωταυγῆ ἑορτάσωμεν.

Atra malitiæ caligo nunc incipit imminui; animata enim solis nubes orta ex sterilibus lumbis illa scilicet tota immaculata (4); cujus fulgentem nativitatem solemni ritu celebremus.

Ὡς κατάκαρπος ἐλαία, ἡ ἐκ ῥίζης βλαστήσασα Ἰεσσαὶ, Παρθένε, Ἄννα σὲ βλαστάνει βλαστάνουσαν τὸν ἐλεήμονα Λόγον, οὗ τὸ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ παντὸς προπορεύεται.

3 Es velut oliva fructifera, o Virgo, quæ ex radice Jesse germinasti: Anna te protulit, mox producturam Verbum misericors, quod semper misericordia et veritas præcedunt.

Ὠδὴ ε'.

Ode 5.

Τὸ ἐσφραγισμένον νῦν βιβλίον ἀποτίκτεται, ὅπερ ἀναγνώσεται οὐδόλως φύσεως νόμῳ βροτὸς, τηρούμενον Λόγου εἰς κατοίκησιν, καθὼς βίβλοι προεδήλωσαν θεηγόρων ἐν Πνεύματι.

Nunc liber signatus paritur, quam nullo modo secundum naturæ legem leget mortalis homo, cum reservatur ad Verbi habitationem, quemadmodum antea libri theologorum in Spiritu declaraverunt.

Ἡ ἄμπελος σήμερον ἐτέχθη ἡ σωτήριος, ἥτις τὸν ἀκήρατον ἀνθήσει βότρυν τὸν θεῖον γλεῦκος προχέοντα, ἐξ οὗ πᾶς ὁ πίνων μυστικῶς θείαν καὶ σωτήριον εὐφροσύνην καρπώσεται.

Vitis salutifera hodie data est, ex qua botrus ille D incorruptibilis efflorebit, qui divinum mustum profundit, de quo quisquis mystice bibit, divinæ ac salubris lætitiæ fructus percipiet.

Σκιρτήσατε, ἄγγελοι, ἀνθρώποις συγχορεύοντες· σήμερον ἐκ στείρας ἡ Παρθένος ἀποτεχθεῖσα τὴν λύπην ἔπαυσε, καὶ προοιμιάζεται χαρὰν τοῖς πανηγυρίζουσι τὴν αὐτῆς θείαν γέννησιν.

Movete choreas, o angeli exsultantes simul cum hominibus. Hodie ex sterili Virgo nata, mœrorem eliminavit, et principium dedit lætitiæ iis qui divinam illius Nativitatem concelebrant.

Θεῖος προδιέγραψε προφήτης προδηλότατα τόμον σε καινὸν, ἐν ᾧ δακτύλῳ Λόγος πατρῴῳ, Κόρη,

Indicavit te ante divinus propheta manifestissime, volumen novum te appellans, o Puella: in quo pa-

(4) Hæc est veluti propria B. Virginis nota, qua ipsa ab aliis Adæ filiis secernitur, scilicet quod sit tota immaculata. Et cum de hac voce *tota* quasi in proverbium abierit apud omnes: Qui totum dicit, nihil excludit, Josephus B. Virginem totam immaculatam appellans, in nulla vitæ parte eam fuisse maculatam profecto voluit. Maculæ enim nihil inesse debet illi, qui non in parte, sed in toto immaculatus est. Cum igitur B. Virgo sit tota immaculata, quoad totum vitæ suæ tempus, atque adeo etiam in ipso conceptu, qui est cujusque prima pars, debuit esse immaculata.

Digitized by Google

terno digito scribetur Verbum, quod in libro vitæ ascribit ex sua bonitate omnes obtemperantes imperio suo.

A γραφήσεται, βίβλῳ καταγράφων τῆς ζωῆς πάντα; ἀγαθότητι τοὺς αὐτῷ πειθαρχήσαντας.

Ode 6.

Natus est hodie pons transferens ad lucem genus humanum: Scala cœlestis, mons Dei clarissimus, videlicet Deipara puella, quam beatificemus.

Instar conchæ Anna protulit purpuram, quæ lanam incarnationis Regis tinctura est in posterum: quam omnes pro dignitate hymnis celebremus.

Scaturiit nunc tanquam fons ex parva gutta, illa tota immaculata (5), quæ abyssum salutis pariens, immensa idololatriæ fluenta desiccabit.

Nata es velut germen ex radice infecunda, et malitiæ spinas divino germine tuo quod supra naturam pullulavit, radicitus excidisti, o Puella Dei genitrix semper beatissima.

B

Ὠδὴ ϛ.

Ἐτέχθης σήμερον γέφυρα μετάγουσα πρὸς φῶς τὸ ἀνθρώπινον, κλίμαξ οὐράνιος, ὄρος Θεοῦ ἐμφανέστατον, ἡ Θεοτόκος κόρη, ἣν μακαρίζωμεν

Ὁ κόχλος Ἄννα προήγαγε πορφύραν, τὴν τὸ ἔριον βάψασαν τῆς σωματώσεως τοῦ Βασιλέως εἰς ὕστερον, ἣν ἐπαξίως πάντες ὑμνολογήσωμεν.

Πηγὴ νῦν προελήλυθε ῥανίδος ἐκ μικρᾶς ἡ πανάμωμος, ἥτις τὴν ἄβυσσον τῆς σωτηρίας κυήσασα πολυθείας παύσει ἄπειρα ῥεύματα.

Ἀκάρπου ῥίζης ἐβλάστησας, καὶ πρόῤῥιζον κακίας τὴν ἄκανθαν τῷ ὑπὲρ φύσιν σου θείῳ βλαστῷ ἐναπέτεμες, Θεογεννῆτορ κόρη, ἀειμακάριστε.

Ode 7.

Anna, et Joacim beatificantur, quia pepererunt beatam revera ac puram Dei Matrem, quæ beatum Verbum paritura est, quod universos fideles efficit beatos.

Tui genitores, donum pretiosum te, o castissima,

Ὠδὴ ζ.

Ἰωακεὶμ τε καὶ Ἄννα μακαρίζονται ἀποκυήσαντες τὴν μακαρίαν σαφῶς ἀγνὴν Θεομήτορα, τὴν τὸν μακάριον Λόγον τέξασαν, τὸν μακαρίους ἅπαντας τοὺς πιστοὺς ἀποτελοῦντα.

Δῶρον τίμιον ἐκτήσαντό σε, πάναγνε, οἱ σοῦ

(5) Denominatio immaculatæ absque alio addito restringente omnino fert, ut ipsa absolute, et simpliciter, atque adeo per totam vitam omni macula caruerit: quia videlicet vox immaculata non potest in Deiparam in universum cadere, si ipsi pro primo instanti non quadraverit. Nam ut opportune dixit Paschasius libro *De corpore et sanguine Domini:* « Non est ergo immaculata, quam nævi obscuritas dedecorat: » quippe attributum immaculatæ profert velut virginitatem animæ, per elongationem sive abscessum ab omni mortali peccato, quod animæ stuprum, et vim affert, ut proinde Chrysostomus homil. 24 in Epist. ad Ephesios peccatum appellaverit *animæ devirginationem*. Ergo sicut virginitas corporea sonat omnimodam corporis virginitatem nullo impuro commercio violatam, ita ut nullus virginem dixerit feminam, cujus corporis nitor non sit omnino illibatus, etiam si post carptum aliquando florem illum, omnimodam sanctitatem colat; et corporis munditiem accurato studio servet, quod nimirum virginitas omnia temporis spatia, sivi momenta complectatur; et in indivisibili (ut sic dixerim) consistat; ita prorsus non potest dici per antonomasiam immaculata (quemadmodum B. Virgo dicitur) quæ fuit aliquando maculata, quantumcunque postea niteat, emaculetur, atque sanctificetur: quod vox immaculata negationem alicujus contractæ maculæ singillatim denotet. Quod si aliquis objiciat infirmam ab hac voce immaculata pro Mariæ immunitate desumi argumentationem, cum in Scriptura sæpius dicantur immaculati, qui maculæ originali sunt obnoxii, ut psalm. XXXVI: *Novit Dominus dies immaculatorum;* psalm. XVIII: *Tunc immaculatus ero;* psalm. XVII: *Et ero immaculatus cum eo;* et alibi. Imo vero Exodi XXIX et Levitici IV, arietes, vituli, oves et agni dicuntur immaculati. Respondeo, nihil valere objectionem, cum eadem ratione homines Dii dici possint, quod in psalm. VIII (ipsomet Dei Filio locutionem firmante apud Joan. cap. X) dicatur: *Ego dixi: Dii estis;* cum tamen vox quæ se ipsa divinitatem præ se ferat, cum hominibus tribuitur, divinitatem minime significet, quod ipsis addicta, aliam a divinitate, a qua ipsi longe sunt, significationem habeat. Cui enim sit dubium nomina et epitheta, secundum personas quibus dantur, fore accipienda: et aliter dici Christus immaculatus ut ad Hebr. 9, *Semetipsum obtulit immaculatum Deo;* et I Petri II, *Sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi:* aliter B. Virgo immaculata, aliter homines immaculati. Ut enim Christus Dominus in divina persona subsistens natura sua immaculatus est, ita B. Virgini ex singulari privilegio immaculatam esse competit, ut Matrem Dei decet, ac proinde undequaque immaculatam juxta propriam vocis significationem per negationem cujuscunque maculæ pro quocunque instanti dici debere. Quod quidem, ut hominibus non competit, ita cum eos immaculatos dicimus, minime volumus significare, sed eam puritatem illis subesse, quæ humanæ naturæ peccato originali subditæ propria est. Sicut cum oves et arietes dicuntur immaculati, ea tantum extrinseca innuitur munditia, quæ in pecoribus desideratur. Ex quibus plane evincitur ex S. Josephi mente Deiparam eo sensu immaculatam dici, quod tota pulchra et sine macula actuali vel originali sit: nec aliud omnium fidelium auribus tinnire Mariam esse immaculatam, quam ipsius etiam conceptionem, immaculatam fuisse. Nonne appellatio Theotocos sive Matris Dei adeo B. Virginis Mariæ est propria, ut non sine insano errore alteri præter ipsam attribui possit, quod sola ipsa proprie et vere dicenda sit Mater Dei? Attamen plures ab officio sunt matres Dei, ipsomet Dei ac Mariæ Filio affirmante: *Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.* (Matth. XII). Ecce ergo qua ratione et justi dici possint, ac sint immaculati, et Maria dicatur immaculata. Illi quidem ad eum modum, quo per vocabuli et significationis ejus extensionem matres Dei etiam appellantur. Maria proprie unice et juxta nativam ac germanam significationem tum Mater Dei, tum immaculata appelletur ac sit, fide jubente divino Spiritu Cantic. VI. *Una est columba mea, perfecta mea*, seu ex Hebræo, *immaculata mea:* ubi cum dixit *una*, omnino expressit soli Mariæ convenire proprie immaculatam esse. Vide Velasquez *de Maria immaculate concepta* libr. IV. Dissertat. 3, Annot. unica

Digitized by Google

γεννήτορες, τὴν συλλαβοῦσαν Θεὸν, τὸν καταπλουτήσαντα δωρεαῖς κρείττοσι τοὺς κραυγάζοντας· Ὁ τῶν πατέρων Κύριος καὶ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Οἱ μασθοί σου ὑπὲρ οἶνον ἀγαθώτατον, Ἄννα θεόκλητε, ὅτι μασθοῖς ἀγαθοῖς τὴν τὸν ἀγαθώτατον Λόγον θηλάσασαν σὺ ἐθήλασας, τὸν χορηγὸν τοῦ γάλακτος καὶ πνοῆς τροφέα πάσης.

Σκίρτα, κροῦε τὴν κινύραν σου, θεόπνευστε Δαβίδ, καὶ χόρευε· ἡ κιβωτὸς γὰρ ἰδοὺ ἦν πάλαι προήγγειλας, ἐκ στειρευούσης γαστρὸς προελήλυθε, τῷ Βασιλεῖ τῆς κτίσεως καὶ Θεῷ τετηρημένη.

Ὠδὴ η'.

Κινήσωμεν γλῶτταν ὑμνῳδίας, τὸ θεῖον γενέθλιον γεραίροντες τῆς τὸν ὑπερύμνητον Λόγον καὶ ὑπέρθεον σωματωσάσης Πνεύματι, καὶ ἀνακράζωμεν· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Οἱ θεῖοι, σκιρτήσατε, προφῆται, τιμῶντες Παρθένου τὸ γενέθλιον· αὐτὴ γὰρ ἐπλήρωσε πάντα τὰ κηρύγματα, τὸν ὑφ' ἡμῶν δηλούμενον ἀποκυήσασα Χριστὸν, τὸν τοῦ παντὸς Βασιλέα, ὃν ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ῥήξατε, τὰ ὄρη, εὐφροσύνην, ἀπόστολοι, μάρτυρες, χορεύσατε, ὅσιοι καὶ δίκαιοι νῦν ἀγαλλιάσθητε τῷ γενεθλίῳ σήμερον τῆς τοῦ Κυριομήτορος, καὶ Κύριον ὑμνεῖτε βοῶντες καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἤνθησε τὸ μῆλον τὸ εὐῶδες, τὸ ῥόδον τὸ θεῖον πεφανέρωται, καὶ κατευωδίᾳ ἐπλήρωσε σήμερον τὰ πέρατα, καὶ τὸ δυσῶδες ἔπαυσε τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν ἡ πάναγνος καὶ μήτηρ τοῦ Λόγου, ἣν ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Στειρεύουσα φύσις τῶν ἀνθρώπων, σεπτῶν χαρισμάτων τῶν θείου Πνεύματος, σήμερον εὐφράνθητι στεῖρα, τὴν θεόπαιδα ἀποτεχθεῖσαν βλέπουσα, καὶ ἀναβόησον· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὠδὴ θ'.

Ἴδε τοῦ Θεοῦ ὁ τόπος ὁ ἅγιος προφανῶς δέδεικται, πόλις ἡ περίδοξος τοῦ Βασιλέως ἀνῳκοδόμηται, ὁ φωταυγὴς παράδεισος φαιδρῶς ἐξήνθησε, παραδείσου πρόξενος ὑπάρχουσα, πρὸς Χριστόν τε ἀνθρώπων οἰκείωσιν.

Ὤφθη ἡ λαμπὰς λυχνία τε σήμερον, ἡ χρυσαυγίζουσα φῶς τὸ προαιώνιον, ἐν ᾗ οἰκῆσαν τοὺς ἐν νυκτὶ τῶν δεινῶν καταφωτίσει, παύσει τε τῆς ἀθείας ἀχλὺν, καὶ ἡμέρας πάντας ἀπεργάσεται κοινωνοὺς ἀληθῶς διὰ πίστεως.

Σήμερον ἡ γῆ χορεύει· τὸν νέον γὰρ οὐρανὸν

A acquisierunt, quæ concepisti Deum ditantem melioribus donis eos qui clamant: Deus ac Dominus patrum, benedictus es.

A Deo vocata Anna, meliora sunt ubera tua vino; tu enim illam lactasti, quæ bonis uberibus lactavit optimum Verbum, auctorem lactis, et omnis spiritus nutritorem.

Exsulta, o David a Deo inspirate; percute cytharam tuam, et tripudia; ecce enim Arca, quam olim præsuntiasti, ex utero sterili processit, Regi creaturarum omnium ac Deo reservata.

Ode 8.

Cum hymnorum canticis linguam moveamus, illius nativitatem divinam venerantes, quæ Verbum superlaudatum, ac superdivinum per Spiritum corporavit, et exclamemus: Benedicite, opera, Dominum, et superexaltate in omnia sæcula.

Adeste exsultantes, o prophetæ divini, atque honorate natalem Virginis diem: ipsa enim omnes adimplevit prædictiones, pariens Christum pro nobis manifestatum, universi Regem, quem superexaltamus in omnia sæcula.

5 Nunc erumpite, montes, lætitiam; apostoli ac martyres, choreas ducite; sancti et justi, exsultate hodie in Natali Matris Domini, et Dominum laudate clamantes, et superexaltate in sæcula.

Odoris suavissimi pomum floruit; rosa divina apparuit (6), et universos terræ fines hodie replevit suavedolentia, ac peccati nostri fetorem eliminavit, castissima scilicet Verbi mater, quam superexaltamus in omnia sæcula.

Infecunda venerandorum charismatum divini Spiritus, lætare hodie, o hominum natura, videns divinam puellam ex sterili nascentem, et exclama: Laudate opera Dominum, et superexaltate in omnia sæcula.

Ode 9.

Ornatus sanctitate Dei locus ecce hodie manifeste monstratus est; civitas gloriosa Regis ædificata est; Paradisus refulgens splendide effloruit; et hominibus paradisum, et cum Christo reconciliationem acquisivit.

Splendida lampas, et lucerna hodie apparuit, quæ aureo æternæ lucis fulgore coruscat: in qua eadem lux inhabitans, eos qui in nocte malorum morantur illuminabit, et impietatis nebulam dissolvet, et omnes per fidem participes dici vere efficiet.

Exsultat hodie terra novum cœlum (7) Deo jucun-

(6) Bernardinus de Busto in Mariali serm. 5, de Concept. parte III, probans Mariam in rosa fuisse figuratam Eccles. XXIV, ubi in persona Virginis dicitur: *Et quasi plantatio rosæ in Jericho*, ait inter alia: « Rosa de spinis nascitur, et tamen spinam non habet; sic Virgo Maria quamvis de Juda, quæ utique peccatis spinosa erat, nata sit, nullum tamen spinæ, id est peccati, aculeum sensit. » Unde de ipsa Virgine canit Ecclesia in Officio Assumptionis ejusdem: *Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum.* In Missali etiam Romano antiquo, ut refert Balinghen in *Parnasso Mariano*, pag. 23, olim canebatur de B. Virgine:

Hæc concepta miro modo
est, ut rosa cum nitore
et ut candens lilium.
Ut fructus exit a flore
est producta cum puaore
prævenia per Filium.

(7) Quia non fuit a terrenis pristini flagitii contagiis coinquinatum, sed a conceptionis initio in

Digitized by Google

dissimum natum aspiciens ; in quo inhabitans secundum carnem, supra cœlos attollet homines, et deificabit omnes bonitate sua : quem laudantes fideliter magnificamus

Pulcherrimum binarium Joacim, et Anna genuerunt juvencam immaculatam, ex qua prodiens vitulus saginatus, pro mundo sacrificatus est, tollens peccata hominum, et cessare faciens hostias illas, quæ dæmonibus offerebantur.

6 Honorantes solemni conventu in spiritu luciferam nativitatem tuam, illumina nos, o Dei genitrix, quæ lucem peperisti : et fac nos, o casta, futuræ lucis participes, et pacem, et redemptionem a rebus malis concede maternis intercessionibus tuis.

II.

In pervigilio ingressus in templum sanctissimæ Deiparæ, Canon II (8), *ordine alphabetico.*

Ode 1.

Ad Sancta sanctorum Sanctissima atque integerrima progreditur, ibidem inhabitatura, ut sanctitate omni majoris Dei fiat templum sanctificatum ; et illi accurrunt adolescentulæ puellæ.

Æternum consilium Dei nostri qui est ante sæcula ad finem devenit, dum tu, o puella, tota pura in Sancta sanctorum, ibidem educanda, progrederis, ut fias habitaculum Verbi.

Bono Dei spiritu pleni genitores, te futuram Dei genitricem obtulerunt in Sancta sanctorum, ut ibidem educareris, o castissima, votum quod olim voverrant, persolventes.

Corrobora, o Domina, infirmitatem cordis mei, et confirma me passionibus exagitatum, ut cum fide et affectu beatificem te, semper beatissimam atque immaculatissimam (9).

7 Ode 3.

Deferentes lampadas puellæ Virginem præcedebant,

A ἔβλεψε Θεοῦ τὸν τερπνότατον ἀποτεχθέντα, ἐν ᾧ οἰκήσας σαρκὶ, τῶν οὐρανῶν ἀναβιβάσει βροτοὺς, καὶ θεώσει πάντας ἀγαθότητι, ὃν ὑμνοῦντες πιστῶς μεγαλύνομεν.

Ἡ περικαλλὴς δυὰς ἀνεβλάστησεν Ἄννα καὶ Ἰωακεὶμ δάμαλιν τὴν ἄσπιλον, ἐξ οὗ ὁ μόσχος ὁ σιτευτὸς προελθὼν ὑπὲρ τοῦ κόσμου τέθυται αἴρων τὰ πταίσματα τῶν ἀνθρώπων, τὰς προσαγομένας τε καταπαύων θυσίας τοῖς δαίμοσι.

Φώτισον ἡμᾶς, τὸ φῶς ἡ κυήσασα, τοὺς τὴν Φωσφόρου σου γέννησιν ἐν πνεύματι, Θεογεννῆτορ, πανηγυρίζοντας, καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ μέλλοντος δεῖξον, ἁγνὴ, κοινωνοὺς, καὶ εἰρήνην βράβευσον, καὶ λύτρωσιν τῶν δεινῶν μητρικαῖς ἱκεσίαις σου.

B′

B *Ἐν προεορτίᾳ τῆς ἐν τῷ ναῷ εἰσόδου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Κανὼν β′, κατὰ ἀλφάβητον.*

Ὠδὴ α′.

Ἁγίων εἰς Ἅγια ἡ Παναγία καὶ ἄμωμος οἰκῆσαι προέρχεται, ὑπεραγίου Θεοῦ ὅπως γένηται ναὸς ἡγιασμένος, καὶ ταύτῃ προτρέχουσι κόραι νεάνιδες.

Βουλὴ προαιώνιος τοῦ πρὸ αἰώνων Θεοῦ ἡμῶν εἰς πέρας προσέρχεται, προσερχομένης σου ἀνατραφῆναι εἰς Ἅγια ἁγίων εἰς Δόγου κατοίκησιν, κόρη πανάμωμε.

Γεννήτορες ἔνθεοί σε τοῦ Θεοῦ τὴν γεννήτριαν γενήσεσθαι μέλλουσαν ἀνατιθέασιν εἰς τὰ Ἅγια τραφῆναι τῶν ἁγίων, εὐχὴν ἣνπερ ηὔξαντο πληροῦντες, πάναγνε.

C

Δυνάμωσον, Δέσποινα, τὸ ἀσθενὲς τῆς καρδίας μου, καὶ στήριξον πάθεσι περιτρεπόμενον, ὅπως πίστει σε καὶ πόθῳ μακαρίζω τὴν ἀειμακάριστον καὶ παναμώμητον.

Ὠδὴ γ′.

Ἐξάρχουσαι κόραι τῆς Παρθένου, λαμπάδας

beatam Dei sedem erectum. Hinc Bernardinus de Busto in *Mariali* serm. 2, de Concep., initio, ait : « Per cœlum intelligi potest anima Virginis, quam Deus Pater, simul cum Filio, et Spiritu sancto, absque ulla corruptione aut macula fabricavit. » Et Georgius Nicomediensis serm. 3 de concept. Virginis in hunc modum scribit : « Hodie terra illustrioribus supra cœlum gratiæ fulgoribus latam faciem explicat, augustius cœlo spiritali claritate splendet, majori supra mundi cœlum decore pollet, quippe natum suscipit superius cœlum. Cœlum, inquam, eximie lucidum ac spatiosissimum, quod mundo non occidentem solem, sed eum prætendat, qui nescit occasum, cœlum plane non visibilibus stellis, sed spiritualium luminum accensione variam. » Sic ille. « Quid luculentius (inquit in suis Exceptionibus cap. 13, ubi ejus verba affert P. Joan. Eusebius Nierembergius), cum vocet Virginem in sua conceptione cœlum spiritualium luminum accensione varium, scilicet cum lumine gratiæ et virtutum? Nec enim hæc dixit propter solam nativitatem Deiparæ, sed potissime propter ejus conceptionem. Quamvis enim utramque celebret, id facit communibus utrique laudibus, et quidem maxime Conceptionis, quam primo loco commendat. »

Magnus quoque Albertus in tractatu quem inscripsit : *Biblia Mariana*, comparans B. Virginem

cœlo empyræo, in hunc modum loquitur : « Empyræum quam cito factum est, statim dispositum est, ornatum est, quod non alii Cœli, sic ipsa in gratia et sanctificatione. » Ubi supponit, conditam in conceptione Virginem cum ornatu gratiæ et simultanea sanctificatione.

P. J. Eusebius Nierembergius in suis Exceptionibus cap. 8. cum dixisset B. Virginem a synodo Francofordiensi sub Adriano papa I. in epistola D quam scripsit ipsa synodus ad præsules Hispaniæ, cœlum fuisse appellatam, subdit : « Vocavit cœlum sancta Synodus carnem sanctissimæ Virginis ob eximiam puritatem suam, et perpetuam Dei habitationem in illa. Cœlum enim nunquam maledictum fuit, sicut terra, in eoque a principio creationis suæ Deus inhabitavit; sic sanctissima Virgo nunquam fuit maledicta, sed purissimum Spiritus sancti habitaculum ab ipsa origine sua. Idcirco notavit synodus Christum cœlestem hominem de cœlo, id est, de purissima et nunquam maculata Matre. »

(8) Hic canon in pervigilio ingressus in templum sanctissimæ Deiparæ Græce habetur in Menæis Græcorum sub die 20 Novembr. et Græce ms. in codice Bibliothecæ Barberinæ n. 201, p. 125.

(9) Non fuisset B. Virgo semper immaculatissima, si in primo instanti sui esse, peccato originali, quod macula est, inquinata fuisset.

Digitized by Google

κατέχουσαι φαιδρῶς τὸ μέλλον ἀπογράφουσαι, ἐκ ταύτης γὰρ τεχθήσεται ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως λύων τῆς πλάνης τὴν ζόφωσιν.

Ζηλοῦσα τὴν πάλαι θεοφρόνως ἡ Ἄννα εὐχὴν ἀποπληροῖ, καὶ σε προσανατίθεται τῷ ἱερῷ, πανόμωμε, ἱερωτάτην σύλληψιν μέλλουσαν ἔχειν καὶ γέννησιν.

Ἥλιος ἐφήπλωσεν ἀκτῖνας, ὁρῶν τὴν νεφέλην τοῦ φωτὸς ἐφαπλουμένην Πνεύματι Θεοῦ ἔνδον εἰς Ἅγια, ἐξ ἧς ὁμβρήσει ἄφεσιν τοῖς χερσωθεῖσιν ἐγκλήμασιν.

Θεοῖ με Θεὸς ἐν σοὶ σκηνώσας δι' οἴκτον, πανάχραντε ἁγνή, κλαπέντα βρώσει πρότερον ἀπάτῃ τῇ τοῦ ὄφεως, καὶ τῆς φθορᾶς τὴν ἄφθαρτον πάλιν τρυφὴν ἀντιδίδωσιν. B

Ὠδὴ δ'.

Ἱεραὶ προήγγειλαν γλῶσσαι, σεμνή, ἔσεσθαι χωρίον σε φύσεως τῆς ἀχωρήτου· διὰ τοῦτό σε χοροὶ παρθενικοὶ προπέμπουσι λαμπαδηφοροῦντες εἰς Ἅγια.

Κλέος ἀπηνέγκατο Ἰωακεὶμ Ἄννῃ συμβαδίζων, καὶ φέρων σε σὺν εὐωχίᾳ εἰς τὸν ἅγιον ναὸν, ναὲ Θεοῦ πανάγιε, ἄχραντε πανάμωμε Δέσποινα

Λύεται ἀπόφασις προγονική· ἦνθησεν ἰδοὺ γὰρ ἡ ἄμπελος, ἥτις τὸν βότρυν τὸν ἀκήρατον ἡμῖν καρπογονήσει, φέροντα οἶνον εὐφροσύνης τοῖς πέρασιν.

Μόνην σε πανάμωμον ὁ πλαστουργὸς Λόγος εὗρηκὼς κατεσκήνωσέν σου ἐν νηδύϊ, ἐργαζόμενος ἡμῶν τὴν σωτηρίαν, ἄχραντε, χάριτι δι' ἄφατον ἔλεος. C

Ὠδὴ ε'.

Νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην σήμερον, ὡς ἐν οὐρανῷ γὰρ ἐφαπλοῦται θεία νεφέλη ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, ἥτις ἀποστάξει γλυκασμὸν, πᾶσαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν τὴν πικρίαν ἐξαίροντα.

Ξένη σου ἡ σύλληψις, ξένη σου ἡ γέννησις, ξένη σοῦ ἡ πρόοδος, Παρθένε, ἡ ἔνδον τοῦ ἱεροῦ ἀγωγή· ξένα καὶ παράδοξα τὰ σὰ λόγον ὑπερβαίνοντα καὶ διάνοιαν, ἄχραντε.

Ὅλην σε ἡγίασε τὸ Πνεῦμα τὸ πανάγιον ἔνδον D τοῦ ναοῦ διαιτωμένην καὶ τρεφομένην τροφὴν οὐράνιον· νύμφη τοῦ Πατρὸς περικαλλὴς, ὅθεν ἐχρημάτισας καὶ τοῦ Λόγου γεννήτρια.

manifesto id quod futurum erat subindicantes : ex ipsa enim nascitura erat illuminatio scientiæ quæ erroris tenebras dissolveret.

Divina sapientia prædita Anna, ac zelo plena antiquum votum suum complet, teque, o immaculatissima, præsentat in templo, quæ sacerrimam conceptionem, et partum habitura eras.

Explicuit sol radios suos, lucis nubem aspiciens expansam impulsu divino intra Sancta sanctorum, ex qua indulgentia desolatione plenis criminibus pluitura erat.

Facit me Deitatis consortem Deus, qui in te habitavit, o tota pura, et casta, propter suam misericordiam : cum prius deceptus essem per cibum serpentis fraude : et pro corruptione, incorruptibiles iterum delicias rependit.

Ode 4.

Genus sacrum prophetarum prænuntiaverunt, o veneranda, fore receptaculum naturæ incomprehensibilis ; propterea virginales chori te comitantur in Sancta sanctorum cum lampadibus.

Gloriam retulit Joacim una cum Anna incedens, et ferens te cum festivitate convivali in templum sanctum, o templum Dei sanctissimum, Regina tota pura, et immaculata (10).

Hodie primis parentibus irrogata sententia aboletur : ecce enim floruit vitis, quæ fructificabit nobis botrum incorruptibilem, afferentem vinum lætitiæ universis finibus terræ.

S (11) Invenit te solam omni macula carentem Verbum plasmator rerum, et ideo in utero tuo habitavit operans salutem nostram propter ineffabilem misericordiam suam.

Ode 5.

Large pluant hodie nubes justitiam ; etenim tanquam in cœlo expanditur in templo Dei divina illa nubes, quæ dulcedinem stillabit, universam animarum nostram amaritiem auferentem.

Labe omni carens Virgo, peregrina est conceptio tua ; peregrina est nativitas tua, (12) peregrinus ingressus, et vita acta in templo ; peregrina et admiranda, et sermonem et cogitationem transcendentia omnia quæ tua sunt.

Morantem te in templo atque ibidem cœlestibus escis vescentem, Spiritus sanctissimus totam sanctificavit : unde speciosissima sponsa Patris, et Verbi Genitrix facta es.

(10) Ergo si tota pura et immaculata, in nulla sui parte, nec in conceptione, quæ est uniuscujusque vitæ pars prima, fuit impura et maculata : Qui enim totum dicit, nihil excludit.

(11) Potestne pro immaculata B. Virginis conceptione testimonium clarius et luculentius inveniri? Quomodo enim B. Virgo sola caruit omni macula, si, cæterorum instar, originali macula in suo conceptu sorduit? Universa terra Ægypti Pharaoni tributum persolvebat, excepta terra sacerdotali, quæ immunis ab hoc onere fuit; sic quoque, licet homines reliqui noxam originalem contrahentes, quodammodo tributum dæmoni pendant, sola tamen terra sacerdotalis Maria, propter sacerdotem Christum ex ea gignendum, immunis ab hoc Stygii Pharaonis tributo permansit.

(12) Peregrina est conceptio tua : peregrina est nativitas tua ! Non enim decebat sanctuarium Dei, domum sapientiæ, reliquiarium Spiritus sancti, urnam mannæ cœlestis, aliquam in se habere peccati labem, atque ideo labe omni carens Virgo dicitur a Josepho. Vocavit autem Josephus conceptionem passivam B. Virginis peregrinam, quia non ut aliorum conceptiones in peccato, sed sola sine peccato originali.

Digitized by Google

Nunc omnem spem meam in te, o puella, repono ; ad misericordias tuas confugio : fac liberam a dæmonum nocumento animam meam dejectam, et ad languorem redactam a concupiscentiarum influxibus.

Ode 6.

Obfirmati gratia divina divini Virginis genitores, tanquam columbam immaculatam in Sancta sanctorum, ut ibidem educaretur, cum effectu illam obtulere.

Orientem ex luce lucem cum esses in te susceptura, venerandæ puellæ splendidam lucem accendentes et choreas ducentes, te ad divinum templum præcedebant.

Plenum gloriæ palatium, magna prophetarum circumsonatio, thronus sanctus in Sancta sanctorum collocatur omnium Regi præparatus.

Quibus possum laudibus effero, o Puella, conceptionem 9 tuam, et ineffabilem partum tuum : commendo profectionem tuam, per quam ab omni læsione liber evado, ego, qui adducor ad tuam serenitatem.

Ode 7.

Radiantem tanquam solem (13) excipit te templum sanctum intra se, effundentem inde salutares splendores in omnes fines terræ, o casta Virgo, sanctissimum templum facturum esse Filii Dei.

Sublatis manibus omnes plaudite videntes innuptam, quæ fert redemptionis signa ; etenim per manus angeli enutritur, quippe quæ paritura est nobis ineffabiliter panem cœlestem.

Tenebricosum sub terra domicilium incolentes animæ justorum universæ felix nuntium accipite : columba aurea apparuit quæ spiritualis diluvii cessationem adducit, et in Sancta sanctorum cum religioso tripudio ingreditur.

Utpote speciosa speciosum peperisti, qui deformitatem nostram in pristinam restituit effigiem, o Puella tota immaculata (14), propterea illi canimus. Patrum Dominus et Deus benedictus es, etc.

Ode 8. *Alphabetum.*

Audi, et intellige, venerande senex, dixit Anna Zachariæ :

Accepi voluntate divina Puellam venerandam.

Bono magnoque animo hanc tu suscipe.

Conceditur enim per illam redempt.o : et in Templo sancto offer illam, clamans : Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

Dominus solus benedictus, exclamavit sacerdos.

10 Dedisti nobis nunc aperte intueri ingressus vitæ.

Πρὸς σέ μου τὴν ἄπασαν ἐλπίδα, Κόρη, τίθημαι, πρὸς τοὺς οἰκτιρμούς σου καταφεύγω· βλάβης δαιμόνων δεῖξον ἀμέτοχον τὴν καταπτωθεῖσάν μου ψυχήν, καὶ ἐξάσθενήσασαν ἡδονῶν ἐπικλύσεσιν.

Ὠδὴ ϛ'.

Σωθέντες τῇ θείᾳ χάριτι οἱ θεῖοι τῆς Παρθένου γεννήτορες, ταύτην ὡς ἄμωμον περιστερὰν εἰς τὰ Ἅγια ἀνατραφῆναι πόθῳ ἀνατιθέασιν.

Τοῦ τῆς μελλούσης εἰσδέχεσθαι τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτὸς προερχόμενον φῶτα ὑφαπτόμεναι κόραι σεμναὶ προπορεύονται φωτοειδῆ πρὸς θεῖον ναὸν χορεύουσαι.

Τὸ πλῆρες δόξης παλάτιον, τὸ μέγα προφητῶν περιήχημα, θρόνος ὁ ἅγιος ἔνδον εἰς Ἅγια τίθεται τῷ Βασιλεῖ τῶν ὅλων ἑτοιμαζόμενος.

Ὑμνῶ σου, Κόρη, τὴν σύλληψιν, ὑμνῶ σου τὴν ἀπόῤῥητον γέννησιν, ὑμνῶ τὴν σκέπην σου, δι' ἧς βλάβης πάσης ῥύομαι, ὁ πρὸς τὴν σὴν γαλήνην κατεπειγόμενος.

Ὠδὴ ζ'.

Φωτοφόρον σε ὡς ἥλιον εἰσδέχεται ναὸς ὁ ἅγιος, ἔνδον ἀστράπτουσαν ἀκτῖνας τοῖς πέρασι σωτηριώδεις, ἁγνή, ὑπεράγιον ναὸν γενέσθαι μέλλουσαν τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ, Παρθένε.

Χεῖρας ἅπαντες κροτήσατε λυτρώσεως σύμβολα φέρουσαν τὴν ἀπειρόγαμον ὁρῶντες· ἀγγέλου γὰρ χερσὶν ἐκτρέφεται, τὸν οὐράνιον ἄρτον ἡμῖν ὡς μέλλουσαν ἀπορῥήτως ἀποτίκτειν.

Ψυχαὶ ἅπασαι δικαίων ὑποχθόνιοι εὐαγγελίζεσθε· περιστερὰ ἡ χρυσῆ κατάπαυσιν φέρουσα κατακλυσμοῦ νοητοῦ πεφανέρωται, καὶ εἰς Ἅγια ἁγίων εὐσεβῶς περιχορεύει.

Ὡς ὡραία τὸν ὡραῖον ἀπεκύησας, τὴν ἀμορφίαν ἡμῶν προσεπανάγοντα εἰς πρώτην ἐμφέρειαν, Κόρη πανάμωμε· ᾧ καὶ ψάλλομεν· Ὁ τῶν πατέρων Κύριος καὶ Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Ὠδὴ η', *κατὰ ἀλφάβητον.*

Ἄκουε, σύνες, πρεσβύτα σοφὲ, τῷ Ζαχαρίᾳ Ἄννα φησί.

Βουλήσει θείᾳ ἣν ἔσχον παῖδα σεμνὴν γενναίᾳ ψυχῇ ὑπόδεξαι.

Δι' αὐτῆς γὰρ ἔσται λύτρωσις, καὶ εἰς ναὸν τὸν ἅγιον ἀνάθου ταύτην βοῶν· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Εὐλογητὸς μόνος Κύριος, ἐδόησεν ὁ ἱερεύς, Ζωῆς εἰσόδους νῦν ὑποφαίνεις σαφῶς.

(13) Bernardinus de Busto in Mariali serm. 5, de concept. parte 3, probans Mariam in sole figuratam psal. 18, ubi dicitur : *In sole posuit tabernaculum suum*, ait inter cætera : « Per solem intelligitur B. Virgo, quia sicut sol clarior est omnibus sideribus, et est incorruptibilis : sic B. Virgo in sua conceptione fuit clarior, et purior omnibus creaturis, et fuit incorrupta ab omnibus peccatis. » Idemque loco citato serm. 8, non longe a principio, explicans de B. Virgine illud Eccles. 26, *Sicut sol oriens mundo*, etc., inquit : « Sicut sol creatus est plenus lumine, et sine ulla tenebra ; ita Mater Dei in conceptione sua procreata est fulgida lumine divinæ gratiæ, et nunquam obscurata fuit ulla peccati tenebra. »

(14) Quare tota immaculata, nisi quia, quoad omnem vitæ suæ partem, sine ulla peccati macula tota fuit ? Non fuisset autem tota, si in prima vitæ suæ parte, quæ conceptio est, originalis peccati macula sordidata apparuisset.

Digitized by Google

Ἡμῖν φανερώσας ὅπερ μέλλει οἰκεῖν θεοχώρητον παλάτιον Χριστὸς ὁ Βασιλεὺς τοῦ παντὸς, πρὸς ὃν βοᾷ πᾶσα γῆ· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Ἰδοὺ, πρεσβύτα σοφώτατε, ἡ Ἄννα ἔφησεν εὐλαβῶς.

Καλλίστην παῖδα ἣν δέδωκέν μοι Θεὸς
Λαμπρῶς ὑποδέχου καὶ προφήτευε.

Μόνην μέλλουσαν εἰς πράγματα προφέρειν τὰ κηρύγματα μεθ' ὧν βοᾷς προφητῶν· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Νῦν ἔγνων, γύναι, σαφέστατα, προφρόνως ἔφη ὁ γηραιὸς,
Ξύλον ἐν μέσῳ ὡς ἐκβλαστάνειν ἐκ σοῦ,
Ὅπερ ἐξανθήσει θεῖον ὄντως καρπόν.

Παραδείσῳ εἰσοικίζοντι τοὺς βροτοὺς ἐξωσθέντας φθορᾷ, ἀναδοῶντας χαρᾷ· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Ῥητῶν ἀῤῥήτων μυήσεων ἡ σὴ ψυχὴ, Κόρη σεμνή.

Σαφῶς ὑπάρξει, ὁ πρέσβυς ἔφη τρανῶς.

Τὸν θεῖον ἰδοὺ, Παρθένε, οἰκεῖ ναόν.

Ὑπ' ἀγγέλου τρεφομένη γὰρ βουλῆς μεγάλης Ἄγγελον κυήσεις, ᾧ μελῳδεῖ, εὐλογοῦντα πάντα τὰ ἔργα Κυρίου ὡς Κύριον.

Φωνὴν σου ᾄδομεν, Κόρη ἁγνὴ, περιχαρῶς τοῦ Γαβριήλ.

Χαῖρε, τῆς πάντων αἰτία μόνη χαρᾶς.

Ψυχῶν χαῖρε καθαρτήριον.

Ὡς τέξασα τὴν λύτρωσιν ἡμῶν καὶ τὴν ἀνάπλασιν τῶν μελῳδούντων αὐτῷ· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Ὠδὴ θ'.

Ἰδοὺ τοῦ Θεοῦ τὸ ὄρος τὸ ἅγιον μετὰ λαμπάδων φαιδρῶν ἔνδον εἰς τὰ Ἅγια βαδίζει, λίθος ἐξ οὗ τμηθήσεται καὶ τοὺς βωμοὺς καὶ ξόανα δαιμονικὰ λεπτυνεῖ, τοὺς βροτοὺς δὲ τούτοις ἀπεργάσεται καὶ ναοὺς καὶ σεπτὰ καταγώγια.

Ὤμοσε Θεὸς καὶ νῦν ἐκπεπλήρωκε, φυλῆς Ἰούδα ἡμῖν δοὺς τὴν Ἀειπάρθενον, ἧς ἡ κοιλία ξύλον βλαστήσει ζωῆς, θανατηφόρου βρώσεως ἀπολυτρούμενον τοὺς τὴν πτῶσιν βρώσει ὑποκύψαντας, καὶ κλαπέντας ἀπάτῃ τοῦ ὄφεως.

Στόματι λαμπρῷ ἡ Ἄννα ἐδόησεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ· Σοὶ προσανατίθημι ἣν μοι παρέσχου παῖδα, ὦ Δέσποτα, ἐξ ἧς δι' οἴκτον ἄφατον σωματοφόρος ὀφθεὶς, διασώσεις κόσμον ὃν περ ἔπλασας, μεγαλύνων αὐτὴν ὡς Μητέρα σου.

Ηὔγασεν ἰδοὺ ἡμέρα σωτήριος τοῖς ἐν νυκτὶ τῶν δεινῶν, πύλη ἐπουράνιος ναοῦ τὰς πύλας ἀναπετάσασα μετὰ λαμπάδων πρόεισιν ἔνδον εἰς Ἅγια, ὑφ' ἁγίας τρέφεσθαι δυνάμεως εἰς ἁγίαν Θεοῦ κατασκήνωσιν.

Φώτισον, ἁγνὴ, ψυχῆς μου τὰ ὄμματα, φῶς ἡ κυήσασα, μὴ καταλαβέτω με τῆς ἁμαρτίας σκότος βαθύτατον, μηδὲ βυθὸς καλύψῃ με τῆς ἀπογνώσεως·

A Etenim manifeste ostendisti palatium illud capax Dei, quod futurus est ut inhabitet Christus Rex universi: ad quem clamat universa terra: Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

Grande sapientiæ decus senex, inquit Anna religiose verecunda,

Gratiosissimam puellam quam dedit mihi Deus,
Hilariter accipe, et vaticinare,

Illam solam futuram quæ opere completura est oracula prophetarum, cum quibus exclamas: Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

Liquido nunc cognovi, mulier, respondit senex benevolo animo,

Lignum ex te germinasse, quod,
Medio veluti in paradiso, producturum est fru-
B ctum vere divinum.

Nosque homines per corruptionem expulsos, recipiendos iterum ab illo paradiso, clamantes ob gaudium: Benedicite, etc.

O puella veneranda, anima tua! manifeste, respondit clare senex.

Origo erit narrabilium, et inenarrabilium initiationum.

Perge nunc, habita, o Virgo, in templo divino.

Quo in loco ab angelo nutrieris, magni consilii Angelum paritura, cui suaviter canunt, et benedicunt omnia opera Domini, tanquam Domino.

Resonamus tibi lætis canticis, o casta Puella, vocem Gabrielis.

Salve, o causa unica lætitiæ omnium.

C Tibi salve dicimus, o animarum purificatorium.

Ut quæ redemptionem peperisti, et reformationem nostram, cui nos canimus suaviter: Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

11 Ode 9. *Joseph.*

Ingreditur in Sancta sanctorum cum splendidis lampadibus mons Dei sanctus, ex quo excidetur lapis, qui aras, et simulacrum dæmonum comminuet; homines autem templa et veneranda habitacula efficiet.

Olim juravit Deus, et nunc adimplevit, dans nobis de tribu Juda Virginem perpetuam, e cujus ventre lignum vitæ germinabit, quod liberabit a
D mortifero cibo eos, qui per escam subiere ruinam, et fraude serpentis decepti sunt.

Sermone clare exclamavit Anna in templo Dei: Offero tibi, Domine, puellam, quam mihi tradidisti, ex qua propter ineffabilem misericordiam tuam corporatus apparens, salvabis mundum quem formasti magnificans eam, tanquam Matrem tuam.

Ecce coruscavit dies salutaris commorantibus in nocte malorum: porta cœlestis templi portas expandens, cum lampadibus ingreditur in Sancta sanctorum a divina virtute nutrienda, ut sit Dei sancti habitaculum.

Purissima Virgo, illumina oculos animæ meæ, tu quæ lucem peperisti, ne deprehendant me profundissimæ peccatorum tenebræ: neque despera-

Digitized by Google

tionis abyssus cooperiat me. Habeam per te salutem: tu mihi gubernatrix esto ad portum divinæ voluntatis.

A ἀλλ' αὐτή με σῶσον καὶ κυβέρνησον πρὸς λιμένα τοῦ θείου θελήματος.

2 III.

In profestivitate obdormitionis beatissimæ Virginis Canon III (15), *cujus acrostichis hæc est: «Lætus dilaudo Genitricem Dei Joseph.*

Ode 1.

Læti cantemus Domino, qui suam incontaminatam et omni sanctitate præditam in carne Matrem transtulit ad terram viventium.

Accelerabas tu ipsa quoque profectionem istam magnis gressibus, o Virgo, ut tanto citius gloriose nunc Filii pulchritudinem cerneres, atque mira ejus amœnitate fruereris.

B

Et vero mortem quodammodo sustinuisti, tu quæ talis Filii Genitrix fuisti, qui mortem attulit inferno, quique mortuis hominibus per te nunc vitam elargitur.

Tu, o Virgo, demonstrata es omnibus creaturis purior (16), quia peperisti eum qui tollit peccata; et propter hanc sane causam te cum singulari fide glorificamus.

Ode 3.

Ubique cœlum et terra propter hunc tuum transitum lætantur, Mater Dei qui inexspectatum mutuæ conjunctionis vinculum, per tua in cœlis patrocinia consequuntur.

Suscipientes te a terris cœlestes angeli hac tui in C
13 altum deportatione exsultabant, o cunctorum laudibus celebrata Dei Genitrix.

Divina et adoranda tua in cœlum transmigratio non minus revera captum humanum superavit, o Virgo intacta quam eumdem superavit tua fecunditas in pariendo.

In cœlestia tabernacula fuisti tu sublata, o castissima et nullis subjecta Virgo maculis, quod eras nimirum multo maxime purum Dei templum.

Ode 4.

Letho exstinctam et omni privatam voce ipsius te vitæ Genitricem, dum aspiciunt Verbi divini mystæ (id est apostoli), ingens eos admiratio et velut ecstasis oppressit, o nunquam sordidata Virgo!

Ah funus! et simul o gratia! o item laus divina omnem excedens intellectum, quam tunc apostoli, nil nisi divinum sapientes, sunt auspicati, cum scilicet, o omni ex parte beatissima, te circumstarent.

D

Γ'.

Ἐν προεορτίᾳ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, Κανὼν γ', οὗ ἡ ἀκροστιχίς ἐστι· « Αἰνῶ γεγηθὼς τοῦ Θεοῦ τὴν Μητέρα Ἰωσήφ. »

Ὠδὴ α'.

Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ τῶν ἐν χώρᾳ ζώντων μεταστήσαντι τὴν ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα παναγίαν Μητέρα τὴν ἄχραντον.

Ἵνα τὸ κάλλος βλέπῃς καὶ καταπολαύῃς ὡραιότητος τοῦ Υἱοῦ σου, Παρθένε, πρὸς αὐτὸν μεταστᾶσα ἀνέδραμες.

Νεύρωσίν πως ὑπέστης, ἡ τὸν νεκρωτὴν ᾅδου κυήσασα, καὶ νεκροῖς τοῖς ἀνθρώποις διὰ σοῦ νῦν ζωὴν χαρισάμενον.

Ὤφθης καθαρωτέρα, πάντων τὸν καθαίροντα κυήσασα ἁμαρτίας, Παρθένε· διὰ τοῦτό σε πίστει δοξάζομεν.

Ὠδὴ γ'.

Γῆ καὶ τὰ οὐράνια τῇ μεταστάσει σου χαίρουσι, Μῆτερ Θεοῦ, διὰ σοῦ τυχόντα παραδόξου ἑνώσεως.

Ἔχαιρον οὐράνιοι ὑποδεχόμενοι ἄγγελοι σὲ ἀπὸ γῆς ἀναφερομένην, Θεοτόκε πανύμνητε.

Γέγονε παράδοξος ὥσπερ ἡ κύησις, ἄχραντε, σοῦ ἀληθῶς, οὕτω καὶ ἡ θεία καὶ σεπτή σου μετάστασις.

Ἦρθης πρὸς σκηνώματα τὰ ἐπουράνια, Πάναγνε, οὖσα Θεοῦ, ἄχραντε Παρθένε, καθαρώτατον τέμενος.

Ὠδὴ δ'.

Θάμβος εἶχε καὶ ἔκστασις τοὺς τοῦ Λόγου μύστας ὁρῶντας, ὄχραντε, σὲ νεκρὰν οὖσαν καὶ ἄφωνον, τῆς ζωῆς μητέρα χρηματίζουσαν.

Ὦ κηδείας! ὦ χάριτος! ὦ τῆς ὑπὲρ λόγον τότε ὑμνήσεως, ἧς προῆγον οἱ θεόφρονές σε περιεστῶτες, παμμακάριστε.

(15) Canonem hunc in profestivitate, seu in vigilia Obdormitionis B. Virginis, qui Græce exstat in Menæis tam impressis quam manuscriptis sub die 14 Augusti, una cum canone de pretiosa zona B. Virginis, Latinitate a se donatos, mihi Monachio Romam transmisit P. Simon Vuagnereck Soc. Jesu theologus, amicus meus.

(16) Purior omnibus creaturis non fuisset Deipara, si cum impuritate peccati originalis, ut cæteri omnes Adæ posteri, concepta fuisset. Igitur ut purior omnibus creaturis vere sit et dici possit, ex S. Josepho, hujusmodi est ab ea impuritas ableganda.

(17) Ergo nec subjecta maculæ originali: si enim huic aliquando subjecta fuisset, non nulli, sed alicui maculæ subjecta dici posset, quod non vult S. Josephus.

(18) Fuisset autem aliquando sordidata, id est in primo instanti sui, si contraxisset peccatum originale, quod animam inquinat, et divinis oculis abominabilem reddit.

Digitized by Google

Σὺ χωριον εὐρύχωρον γέγονας τοῦ Λόγου, ὅθεν μετῆρέ σε πρὸς εὐρύχωρον καὶ ἅγιον, Θεοτόκε, λῆξιν καὶ αἰώνιον.

Τὴν ἁγίαν σου κοίμησιν ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι μακαρίζουσι, πάντων πέλεις γὰρ βασίλισσα, Βασιλέα πάντων, Κόρη, τέξασα.

Verbi locus et sedes amplissima tu fuisti : unde et ab illo ad latissime patentem et sanctam atque nunquam desituram quietem translata es, o Deipara!

Dormitionem tuam sacram angeli simul et homines beatam fuisse profitentur. Es enim istorum omnium regina, o Virgo, ut quæ Regem universorum procreasti.

Ὠδὴ ε'.

Ὁ τάφος σου κηρύττει, πανάμωμε, τὴν ταφήν σου, καὶ τὴν μετὰ σώματος πρὸς οὐρανοὺς νῦν μετάστασιν.

Ὑμνήσατε, παρθένοι, δοξάσατε, νεανίσκοι, πρεσβύται καὶ ἄρχοντες, τῆς Θεοτόκου τὴν κοίμησιν.

Ode 5.

Omnibus tumulus iste tuus declaravit, aliquando te fuisse tumulatam : et is nunc quoque palam indicat corporis tui ad cœlos factam translationem.

Genitricis Dei obdormitionem hymnis celebrate, virgines, glorificate item, o juvenes atque senes, una cum principibus terræ.

Θανοῦσα ἀθανάτους μετέβης πρὸς κατοικίας ἐχθρὸν θανατώσασα τῷ τοκετῷ σου, πανάμωμε.

Ἐκύκλουν θεολήπτων ἀνδρῶν σε χοροστασίαι, ἐξοδίοις ῥήμασιν ὑμνολογοῦντές σε, Δέσποινα.

14 Excedens hac vita ad sedes transiisti immortales, quia per tuum partum, o undique intemerata, mortem affecisti morte.

Numine afflatorum hominum chori te cingebant, o Domina! collaudantes te hymnis, faustam tibi ad cœlum profectionem gratulantibus.

Ὠδὴ ς'.

Ὁ οἶκος τὸν τοῦ παντὸς συνοχέα ὁ χωρήσας μεταβαίνει οἰκῆσαι πρὸς οὐρανούς, οὐρανὸς δεδειγμένος Χριστοῦ καὶ θρόνος καὶ μέγα παλάτιον, ἡ πάναγνος περιστερά, ἧς θείαν ὑμνήσωμεν κοίμησιν.

Ode 6.

I la domus qua comprehenditur omnia comprehendens jam modo ad cœlos facit transitum ut illos inhabitet, ipsa quoque cœlum exsistens utpote Christi thronus et ejusdem magnum palatium, illa, inquam, castissima columba, cujus divinam celebramus dormitionem.

Ὑπόπτεροι ἐν νεφέλαις ἀρθέντες ἀετοί, ὡς ὑψηπέται τοῦ Λόγου Γεθσημανῆ συνελθόντες, Παρθένε, καὶ ἐπιφθάνειν ἀπαιρεῖν σε μέλλοντες, πανύμνητε, πρὸς οὐρανόν, οὓς ὡς τέκνα Υἱοῦ σου ηὐλόγησας.

Tanquam alarum remigio vecti in nubibus et ceu Verbi divini quædam altivolantes aquilæ in Gethsemane, uno repente cœtu abituræ ad cœlum tibi, o Virgo ab omnibus laudata, supervenerunt, quos tu ut filios Filii tui prosecuta es benedictione.

Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα πέλει κοσμικῶν ἀπὸ κοιλάδων; τίς αὕτη ἡ προπομπὴ καὶ προπόρευσις ξένη; τί τὸ ὁρώμενον μέγα μυστήριον; Ἡ πάντων ἐστὶ βασιλὶς, καὶ κυρία, καὶ δόξα, καὶ καύχημα.

Rogo, quænam ista quæ ascendit de mundi convallibus? Quænam hæc tam nobis incognita pompæ deductio procedens a terra in cœlum usque? Quam est immensum istud mysterium quod intuemur jam nunc? Nimirum ascendit modo nostra omnium domina et regina, decus item et gloriatio nostra.

Ἠλάλαξεν ἀποστόλων ὁ δῆμος καὶ δακρύων ἐπληρώθη, ἡνίκα σου τὴν ψυχὴν τὴν ἁγίαν λιποῦσαν τὸ θεοδόχον τεθέαται σκήνωμα, καὶ ὕμνησε θεοπρεπῶς σου τὴν θείαν, πανάμωμε, κοίμησιν.

Jubilavit apostolorum cœtus et simul tamen lacrymis perfusus fuit quando vidit tui corporis tabernaculum, in quo Deum suscepisti, a sancta anima tua derelinqui. Quare divinam hanc quietem tuam laudibus Dei majestate dignis prosecutus fuit, o omnibus omnino modis intemerata!

Ὠδὴ ζ'.

Νόμους τῆς φύσεως λαθοῦσα τῇ κυήσει σου, τῷ ἀνομίμῳ νόμῳ θνήσκεις, μόνη ἁγνὴ ζωώσασα τοὺς πάλαι νενεκρωμένους, ἄχραντε, ζωηφόρῳ τοκετῷ σου.

15 Ode 7.

Conceptione tua arcana legitimum quondam naturæ ordinem superasti, eadem nunc tamen lege rituque mortali, subis mortem : quantumvis partu tuo vivifico homines inveterata jamdiu morte exanimatos ad vitam reduxeris, o quæ sola vere es casta ac prorsus immaculata (19).

Μένει κενὸς ὁ θεῖος τάφος σου τοῦ σώματος, τῆς χάριτος δὲ πλήρης· ποταμοὺς γὰρ ἡμῖν πηγάζει ἰαμάτων, καὶ ἀποπαύει ῥεύματα, παναγία Θεοτόκε.

Exstat divinus ille tumulus corpore quidem tuo jam vacuus, sed is gratia tamen miraculorum scatet. Nam medicinarum nobis fundit flumina, malorum autem suffocat torrentes.

Ἦρθη τὸ σῶμα μὲν τοῦ τάφου, παραμένει δὲ ἡμῖν

Manet nobis benedictio saltem tua, licet corpus

(19) Fuissetne B. Virgo prorsus immaculata, si turpi ac detestanda originalis peccati macula aliquando conspurcata apparuisset?

Digitized by Google

tuum, o Virgo inviolata, sublatum sit e tumulo: hæc autem tua benedictio cæcos ad lucem perfruendam manuducit, ac divite simul fructu tuorum erga miseros humanitatem viscerum patefacit universis.

Dignatum est Verbum divinum in te conscribi, o novum plane volumen, idque conjunctione tecum facta, summe admiranda, roga, ut nos omnes libro vitæ inseramur, quicunque tuum venerabilem et nostro captu superiorem obdormiscentis obitum hymnis celebramus.

A ἡ εὐλογία σου, Παρθένε ἀγνή, τυφλοὺς φωταγωγοῦσα, καὶ σοῦ τὸ εὐσυμπάθητον ὑπεμφαίνουσα πλουσίως.

Τόμε καινὲ, ἐν ᾧ Λόγος ἀναγέγραπται συνόδῳ ξενοτάτῃ, βίβλου πάντας ζωῆς ἱκέτευε γραφῆναι τοὺς τὴν σεπτήν σου κοίμησιν καὶ παράδοξον ὑμνοῦντας.

Ode 8.

Ex finibus terræ convenerunt in Sion illustrissima finium orbis columina, ut tibi, o intemerata, vitæ finem facienti, curam adhiberent exsequiarum.

In unum collectæ omnes hominum linguæ, angelorum item omnium ora, non te digna possunt prosequi prædicatione. Nam incomparabiliter creaturis omnibus, o Domina, antecellis.

Igitur omnis exsultet creatura, et simul ad tanti transitus **16** divinam prope dignitatem celebrandam, ipsæ quoque cœlorum nubes stillent rorem justitiæ.

O vide! nunc Domini thronus qui eminet super Cherubinos et Thronos, incipit de terra elevari, ut in suprema Dei regia collocetur. Illa, inquam, creaturarum unica a nævis plane omnibus intacta (20).

Ὠδὴ η'.

Ἐκ τῶν περάτων ἐλθόντες οἱ περάτων φωτοειδέστατοι στύλοι πρὸς τὴν Σιὼν παρεγένοντο, πέρας βίου λαβοῦσαν κηδεῦσαί σε, ἄχραντε.

Ῥητορευόντων οὐ σθένει πᾶσα γλῶσσα οὐδὲ ἀγγέλων ἀξίως ἀνευφημῆσαί σε στόματα· ἀσυγκρίτως γὰρ πάντων ὑπέρκεισαι, Δέσποινα.

Ode 9.

Sicut cœlitibus illustrior universis, laudatores nos illustris tuæ obdormitionis tuarum splendore gratiarum illumina simul ac penitus illustra.

Exsultate, mentes omnium quotquot aliquid habent pietatis in celebranda ejus obdormitione, quæ solo Deum genuit, utpote cunctæ patrocinio ejus nunquam obdormituro conservandæ.

Panegyrice tibi gratulatur terra, et simul angeli tripudiant: aggaudent denique omnes qui sunt justi, obdormiscentem te, o virgo, hymnis celebrantes.

Haurire fac effuse omnes, o amatrix Virgo benignitatis, de tuarum flumine misericordiarum; et demum salutem nobis largire, tu, quæ Verbum omni summa bonitate præditum genuisti

Ὠδὴ θ'.

Ὡς πάντων φαιδροτέρα τῶν ἐπουρανίων τοὺς ὑμνητάς τῆς φαιδρᾶς σου κοιμήσεως τῶν σῶν χαρίτων τῷ φέγγει φαίδρυνον, φώτισον.

Σκιρτήσατε, καρδίαι πάντων εὐσεβούντων, ἐν τῇ κοιμήσει τῆς μόνης θεόπαιδος, τῇ ἀκοιμήτῳ πρεσβείᾳ ταύτης σωζόμεναι.

Ἡ γῆ πανηγυρίζει, ἄγγελοι σκιρτῶσιν, ἀγαλλιῶνται δὲ πάντες οἱ δίκαιοι, ἐν τῇ κοιμήσει σου, Κόρη, ὑμνολογοῦντές σε.

Φιλάγαθε Παρθένε, ῥᾶνον ἐπὶ πάντας τὰ ἀγαθά σου ἐλέη, καὶ σῶσον ἡμᾶς, ἡ τὸν πανάγαθον Λόγον ἀποκυήσασα.

17 IV.

De depositione pretiosæ vestis sanctissimæ Deiparæ in Blachernis. Canon IV (21), cujus acrostichis est: « *Vestem beatam Virginis diæ colo:* » *Joseph.*

Δ'.

Ἐν καταθέσει τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν Βλαχέρναις, Κανὼν Δ', οὗ ἡ ἀκροστιχίς ἐστιν· « Ἐσθῆτα τιμῶ τῆς παναγίου Παρθένου. » Ἰωσήφ.

Ode 1.

Vestem tuam venerandam largita es, o Virgo,

Ὠδὴ α'.

Ἐσθῆτά σου σεπτὴν, Θεοτόκε Παρθένε, τῷ τιμῶντί

(20) Annon nævus originale peccatum, quod animam quam tangit fœdat, polluit, contaminat, ac macula turpissima aspergit? Ab hoc igitur nævo plane libera Deipara, ut sit a nævis omnibus plane intacta: non enim est, ut dixi alias, in Deipara locus vulgari ac trito proverbio: *Nulla facies absque nævo.*

(21) Habes hunc canonem Græce tantum in Menæis Græcorum tam impressis quam manuscriptis sub die 2 Julii, et Græce ms. in codice bibliothecæ Barberinæ n. 110, pag. 74, et in antiquo Menologio ms. bibliothecæ monasterii Cryptæ Ferratæ. — Die 2 Julii apud Constantinopolim in Blachernis celebrabatur festum depositionis venerandæ vestis B. Mariæ Virginis, ut patet non solum ex Menæis, sed ex Kalendario Græcorum et Ruthenorum, ex Emmanuele Comneno imperatore in edicto de Feriis, necnon ex Molano in Additionibus ad Usuardum. Vocabatur autem ea solemnitas Depositio vestis; quia eo die reposita fuerat vestis seu tunica B. Virginis Mariæ in theca argentea in templo quod Leo Magnus imperator in loco dicto Blachernis in suburbio Constantinopolitano construxerat. Porro historia de veste B. Virginis a primo exordio, ut eam ex Menæis Græcorum refert Matthæus Raderus in suo *Viridario Sanctorum*, parte II, sub

Digitized by Google

σε λαῷ δεδώρησαι ἀεὶ ἱερὸν περιτείχισμα, ἅπασαν τῶν ἐναντίων ἐπανάστασιν πάντοτε ἐκτρεπόμεθα σθένει τοῦ πνεύματος.

Σαρκὶ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐξ ἁγνῶν σου αἱμάτων γνωρισθέντος ἐπὶ γῆς, ἐσθῆτα ἱερὰν ἐπαφῇ καθηγίασας, σώματός σου τῇ προσψαύσει, δι' ἧς πάντας τοὺς δούλους σου ἁγιάζεις, Παρθένε, ὑμνοῦντάς σε.

Θησαύρισμα σεπτὸν τοῖς πιστῶς σε τιμῶσι ἐδωρήσω, ἀγαθὴ Παρθένε, ἀληθῶς τὴν τιμίαν ἐσθῆτά σου, ἅπαντας καταπλουτοῦσα δωρεαῖς θείου Πνεύματος, καὶ θαυμάτων πολλαῖς ἐπιδείξεσιν.

Ἡ ἄσπιλος ἀμνάς, τὸν Ἀμνὸν ἡ τεκοῦσα τοῦ Θεοῦ ὑπερφυῶς, δεδώρησαι ἡμῖν τὴν τιμίαν ἐσθῆτά σου, σπίλον ὄντως καὶ ῥυτίδα ἐκκαθαίρουσαν πάντοτε τῶν αὐτὴν προσκυνούντων, πανάμωμε.

populo te colenti, quæ semper sit sacra munitio, per quam omnes adversariorum impetus spiritus robore perpetuo declinamus.

Ejus, qui propter nos ex castis sanguinibus tuis in carne super terram cognitus est, vestem sacram attactu sanctificasti, corporis scilicet tui contactu; per quam omnes servos tuos, qui te laudant, o Virgo, sanctificas.

Sicut thesaurum honorabilem, vestem tuam pretiosam donasti illis, qui te fideliter colunt, o Virgo vere benignissima, ditans omnes Spiritus sancti donis, multisque miraculorum ostensionibus.

Tota pura agna, quæ Agnum Dei supra naturæ modum peperit, largita est nobis pretiosam vestem suam, assidue emundantem omnes sordes ac maculas eorum, qui ipsam adorant; o immaculatissima.

Ὠδὴ γ'.

Τὸ τερπνὸν ἁγίασμα, τὴν ἐπουράνιον πύλην, τὴν τοῦ Θεοῦ Μητέρα ὑμνήσωμεν, καὶ αὐτῆς ἐσθῆτα θεῖα βρύουσαν χαρίσματα, ἣν πίστει ἀνυμνήσωμεν.

Ἀφθαρσίας ἔνδυμα τοὺς τῇ φθορᾷ γυμνωθέντας σου τῷ ἀφθόρῳ τόκῳ πάντας ἐνέδυσας, σεμνή, οἷς τὴν σεπτὴν ἐσθῆτά σου δεδώρησαι ὄλβον ἀναφαίρετον.

18 Ode 3.

Eam, quæ est jucunda sanctificatio, porta cœlestis, Deique Mater, laudemus; vestemque illius, ex qua divina charismata scaturiunt, hymnis cum fide celebremus.

Mediante partu tuo incorrupto, omnes per corruptionem nudatos, incorruptionis amictu induisti, o augusta (22); atque iisdem vestem tuam venerandam, stabiles ac perennes divitias largita es.

(22') Beatissima veste tua illum circumdedisti, o immaculata (23), qui nubibus cœlum induit universum: eam igitur adorantes cum fide, te glorificamus, o patrocinium animarum nostrarum.

Ἰατρεῖον ἄμισθον τοῖς ἀσθενοῦσιν ὑπάρχει ὁ θεῖος οὗτος οἶκος· τὴν γὰρ ἐσθῆτά σου, ἁγνή, πηγὴν

Est hæc domus tua, medicaminum gratuita officina morbo laborantibus: possidet enim vestem

die 2 Julii, hujusmodi est: « Galba et Candidus, gemini patricii, germani fratres, adorandi causa Hierosolymam profecti, in Palæstinam venerunt, quibusdamque Galilæis oris peragratis, apud quamdam Hebræam matronam B. Virginis venerandam vestem repererunt: quam ut acquirerent, hac arte usi sunt. Hierosolymam peregrinati omnia illic loca sancta venerabundi adierant, arculamque persimilem illi in qua Dei Matris multum honoranda vestis custodiebatur, fieri curarunt; reversique ad matronam suam illam vacuam ad speciem reliquerunt, illam vero, in qua sacrosanctum illud et divinum erat indumentum, sublatam secum apportarunt, et Constantinopolim regressi, in suburbio suo, cui Blachernæ nomen, condiderunt. Clam omnibus thesaurum servare conati cum frustra fuissent, imperatori rem aperiunt, qui allatæ vestis nuntio incredibili gaudio affectus est, dum eam exoscularetur, amplecteretur, temploque in ipsis Blachernis excitato, aream ibidem reposuit. » Hactenus Menæa apud Raderum. Eamdem historiam, et quidem uberiorem et prolixiorem habes apud Nicephorum lib. XV *Hist. Eccles.*, cap. 24; Metaphrastem in oratione de vita et obitu sanctissimæ Deiparæ apud Surium die 15 Augusti; Georgium Nicomediensem oratione in Depositionem pretiosæ vestis Deiparæ in Blachernis, aliosque.

(22) In l. *Princeps, C. De legibus* hæc habentur: « Princeps legibus subditus non est: Augusta vero, licet sit subdita, princeps tamen eadem privilegia illi concedit, quæ ipse habet. » Certe Patres arbitrati sunt, et vere, Christum solum fuisse solutum a legibus peccati originalis per se, et ex vi suæ naturæ, per hoc tamen non adimitur, B. Virginem, tanquam Augustam, ab iisdem exemptam fuisse per gratiam, et privilegium, et

ex vi meritorum Christi. Quapropter S. Ambrosius in psalm. CXVIII, quando Virginem attestatus est integram ab omni labe peccati, addidit, *per gratiam*. Et Eusebius Emissenus, quando Christum solummodo peccati originalis ærumnam declinasse asseruit, verba *per se* protinus adjunxit, significare volens beatissimam Virginem tanquam Augustam, quæ principis privilegiis gaudet, fulsse per Christum, ac ejus gratiam, ab ejusdem peccati inquinamento præservatam. Nam, ut luna a sole recipit claritatem, ita Dei Mater omnia sua privilegia, et præsertim hoc præservationis, recipit a Filio. Vide Nieremberg. in exceptionibus, cap. 4.

(22') Deest strophe una in Menæis impressis, et infra plures; quod semel monuisse sufficiat. EDIT.

(23) Ut verificetur quod purpura regia sit nitida, et omni prorsus sorde vacans, requiritur quod nullo sit aspersa pulvere, aut olei sit conspurcata labe, nec in aliqua etiam parte sui. Verumtamen, si quid cum ejus nitore aut munditia consistere posset, maxime modicus pulvis, qui facillime excutitur, non vero fœda proserpentis olei macula, ac in vicinas partes se insinuantis, ut totum contactu suo deturpet. Eodem modo dictio *immaculata* nullius peccati aut maculæ consortium admittit, et si cum aliquo cohærere pateretur, maxime cum modico venialium peccatorum nævulo, non vero cum peccati originalis gravitate, quod turpius omni labefactat oleo. Quapropter dum S. Josephus B. Virginem toties absolute immaculatam nuncupavit; conceptioni immaculatæ non solum suffragatus est, sed eidem suo suffragio insigne auctoritatis pondus addidit. Vide Nieremberg. in Exceptionib., cap. 3.

Digitized by Google

tuam, o castissima, atque immaculatissima, fontem ex quo medicamina indeficienter emanant.

A ἀπαύστως βρύουσαν ἰάματα κέκτηται, πανάμωμε.

Ode 4.

Ὠδὴ δ'.

Adeste : unicam benedictam magnificemus; et ad vestem illius cum fide accedamus, ut gratiam Spiritus hauriamus.

Μεγαλύνωμεν τὴν μόνην εὐλογημένην, καὶ τὴν αὐτῆς ἐσθῆτα προστησώμεθα πίστει, ὅπως ἀρρυσώμεθα τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος.

Tanquam pretiosissimum thesaurum, hæc civitas quæ te honorat, possidens vestem tuam, o puella, cum fide eam amplectitur atque osculatur, et gratiam inde reportat.

Ὡς πολύτιμον θησαύρισμα κεκτημένη, ἡ σὲ τιμῶσα πόλις τὴν ἐσθῆτά σου, Κόρη, πίστει κατασπάζεται, καὶ χάριν κομίζεται.

Adoramus vestem tuam, o laudabilissima, tanquam incorruptionis fontem, et gloriæ stolam exsistentem omnibus laudantibus te.

Munda ab omni labe et sola benedicta (24), quæ Cherubim sanctior apparuisti; animas nostras ab omni adversitate custodi, dum te cum fide honoramus.

Ἡ πανάμωμος καὶ μόνη εὐλογημένη τῶν Χερουβὶμ φανεῖσα, τὰς ψυχὰς ἡμῶν σῶσον πάσης περιστάσεως τῶν πίστει τιμώντων σε.

B

19 Ode 5.

Ὠδὴ ε'.

Undequaque purissima Domina (25), tu donasti servis tuis vestem ac pretiosam zonam tuam, ut sit illis robur ac divinum munimentum.

Σὺ, Δέσποινα ἁγνὴ, τοῖς σοῖς δούλοις δεδώρησαι κραταίωμα τὴν ἐσθῆτα, καὶ τιμίαν σου ζώνην, καὶ θεῖον περιτείχισμα.

Jucundissimum viridarium, suavem Spiritus odorem emittens factum est templum illud, o tota immaculata, in quo tua vestis conservatur.

Παράδεισος τερπνὸς εὐωδίαν τοῦ Πνεύματος, πανάχραντε, ἀποπέμπων ὁ ναὸς ὁ κατέχων τὴν σὴν ἐσθῆτα δέδεικται.

Repleta omni sanctitate, sanctifica animas et corpora nostra, dum vestem tuam sanctam honoramus, tanquam omni honore dignissimam.

Genitrix Dei, fac nos templa Dei qui habitavit in te, dum te in templo tuo divino cum fide glorificamus.

Ναοὺς ἡμᾶς Θεοῦ τοῦ ἐν σοὶ ἐνοικήσαντος ἀνάδειξον, Θεοτόκε, τοὺς τῷ θείῳ ναῷ σου πιστῶς σε μακαρίζοντας.

Ode 6.

Ὠδὴ ς'.

Inexpugnabilem tanquam murum, o Mater omnium Regis et Domini, dedisti civitatum omnium reginæ vestem tuam sanctam ac venerabilem.

C

Ἀνέδειξας τῇ πασῶν βασιλίδι τῶν πόλεων, ἡ τεκοῦσα Βασιλέα τῶν ὅλων καὶ Κύριον, ἀῤῥαγὲς ὡς τεῖχος τὴν σεπτὴν καὶ ἁγίαν ἐσθῆτά σου.

Nos gaudentes, Virginis gratiam glorificemus, ac sanctissimam illius vestem veneremur, ex qua omnis sanitas ac robur morbo laborantibus incessanter promanat.

Γηθόμενοι τῆς Παρθένου τὴν χάριν δοξάσωμεν, καὶ τὴν ταύτης παναγίαν ἐσθῆτα τιμήσωμεν, ἐξ ἧς πᾶσα ῥῶσις ἀσθενοῦσιν ἀπαύστως προέρχεται.

Inexhaustum aquarum vitalium fontem te novimus, o Deipara, tuamque divinam vestem veneramur, ex qua nos fideles quotidie medicamina haurimus.

Substantiam hominum sibi ipsi domesticam fecit Dominus, habitans in te, o Deipara, omnemque hostis læsionem ab eo exterminavit.

Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, Θεοτόκε, γενόμενος τῶν ἀνθρώπων ἑαυτῷ τὴν οὐσίαν ᾠκείωσεν, καὶ τοῦ ἀλλοτρίου ἐξ αὐτῆς πᾶσαν βλάβην ἐξώρισεν.

Ode 7.

Ὠδὴ ζ'.

Depresso atque humili corde, menteque sublimi, altissimum Regis thronum glorificemus ; sanctissimam scilicet et plenam gratia puellam.

D

Ὑψηλοτάτῳ νοὶ καὶ ταπεινῇ καρδίᾳ τοῦ βασιλέως ὑψηλότατον τὸν θρόνον δοξάσωμεν τὴν παναγίαν κόρην τὴν κεχαριτωμένην.

20 In hoc thalamo tuo venerando asservatam vestem tuam cum fide honoramus, tanquam arcam sanctam, et pietatem colentium protectionem, o Dei thalame electe.

Παστὰς Θεοῦ ἐκλεκτὴ, ἐν τῇ σεπτῇ σου ταύτῃ παστάδι πίστει τὴν ἐσθῆτά σου κειμένην σεβόμεθα, ὡς κιβωτὸν ἁγίαν καὶ εὐσεβούντων σκέπην.

A vetustate liberatur omnis qui cum fide accedit, et sanctam capsulam osculatur, quæ splendidam vestem tuam continet, o Virgo casta.

Ἀνακαινίζεται πᾶς ὁ προσιὼν ἐν πίστει, καὶ τὴν ἁγίαν ἀσπαζόμενος σορὸν τὴν κατέχουσαν τὴν σὴν, ἁγνὴ Παρθένε, φωτοειδῆ ἐσθῆτα.

(24) An hæc verba immaculatæ B. Virginis conceptioni faveant, judicet lector. Certe ego intelligere non possum, quomodo B. Virgo absolute dici possit munda ab omni labe, et sola benedicta, si labe originalis peccati fœdata aliquando apparuit, et communi maledictioni, ut cæteri omnes Adæ filii, subjecta fuit.

(25) Quid est esse undequaque purum, nisi ex omni parte, atque ex omni genere carere impuritate? Non fuisset igitur B. Virgo undequaque, id est ex omni parte, atque ex omni genere purissima, si ex parte conceptionis originali fuisset impuritate deturpata.

Digitized by Google

Emundat omnes animæ sordes, o Virgo mundissima, hæc arca, quæ continet vestem illam, qua corpus tuum venerandum coopertum fuit.

Θεογεννῆτορ ἁγνή, τὴν σὲ τιμῶσαν πόλιν λιμοῦ, σεισμοῦ τε καὶ κακώσεως ἁπάσης περίσωζε, καὶ ἐθνικῆς ἐφόδου, καὶ ἐναντίας βλάβης. A

Custodi, Dei Genitrix pura, hanc urbem quæ te honorat, a fame, terræmotu, atque omni afflictione: ab ethnicorum impetu, atque hostili læsione.

Ὠδὴ η'.

Εὐχαρίστοις φωναῖς ἀνυμνοῦμέν σε τὴν παντοίων καλῶν ἡμῖν πρόξενον, καὶ τὴν σεπτὴν ἐσθῆτά σου ἀσπαζόμενοι, Κόρη, ἀναβοῶντες· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.

Νοητὸν ὡς λαμπάδιον ἔχοντες ἐν λυχνίᾳ τραπέζης προκείμενον τὸ ἱερὸν μαφόριον τῆς πανάγνου Παρθένου, τὰς τῆς καρδίας φωτιζόμεθα κόρας ἑκάστοτε.

Οὐδαμῶς ἀμοιροῦντας κατέλιπες ἱερᾶς σου, Παρθένε, προσψαύσεως τοὺς ἀναξίους δούλους σου· ἀντὶ σώματος γάρ σου τοῦ ζωηφόρου τὴν ἐσθῆτά σου πᾶσι B δεδώρησαι.

Ὑμνῳδίαις ἐνθέοις τιμήσωμεν τοῦ Θεοῦ εὐρύχωρον σκήνωμα τὴν ἐν μητράσι πάναγνον τὴν οὐράνιον πύλην, δι' ἧς ἐκλείσθη ἡ πρὸς θάνατον πύλη εἰσάγουσα.

Ode 8.

O omnium nobis bonorum conciliatrix, cum gratiarum actione te laudamus: et vestem tuam venerabilem deosculantes, o Puella, exclamamus: Benedicite, opera, Dominum.

Lumine jugi fruuntur oculi cordis nostri, cum habeamus tanquam lampadem in lucerna mensæ prominentem, sacram vestem castissimæ Virginis.

O Virgo, licet indignos servos tuos, nullo modo reliquisti expertes sacri contactus tui; etenim pro vitali corpore tuo, vestem tuam omnibus donasti.

Illustremus divinis canticis amplissimum Dei tabernaculum, castissimam inter matres, portam cœlestem, per quam clausa est janua, quæ introducebat ad mortem.

Ὠδὴ θ'.

Ἰδού σε τὴν κλίνην Σολομῶν γεραίρομεν χαρμοσύνοις μελῳδήμασι, καὶ τὴν τιμίαν σου ἐσθῆτα ὡς ἄλλην κιβωτὸν ἁγιάσματος κυκλοῦντες, τὰς ἴασεις λαμβάνομεν τὰς σωτηρίους, ἀεὶ Παρθένε.

Ὥφθη νῦν ἡ θεία σου σορὸς κατέχουσα τὴν ἐσθῆτα τὴν τιμίαν σου, ὥσπερ πηγὴν φωτὸς, Παρθένε, ἀκτῖνας ἰαμάτων ἐκπέμπουσα καὶ σκότος νοσημάτων διώκουσα, ἣν μετὰ πόθου ἀσπαζόμεθα.

Σήμερον συγχαίρουσιν ἡμῖν, πανάμωμε, προσκυνήσει τῆς ἐσθῆτός σου πᾶσαι οὐράνιαι Δυνάμεις, ἀπόστολοι, προφῆται, καὶ μάρτυρες, καὶ ὅσιοι, καὶ δίκαιοι ἅπαντες, Δέσποινα μόνη ἀεὶ Παρθένε. C

Ἡγίασται ἅπασα ἡ γῆ, πανάγιον τοῦ Δεσπότου καταγώγιον, τῇ καταθέσει τῆς ἐσθῆτος τῆς σῆς, καὶ ὁ Δαβὶδ ἐπαγάλλεται τῆς πάλαι κιβωτοῦ προτυπούσης σε τῇ καταθέσει, ἀεὶ Παρθένε.

Φαιδρὸν περιβόλαιον τὸ σὸν μαφόριον ἐδωρήσω καὶ προτείχισμα τῇ σε τιμώσῃ βασιλίδι τῶν πόλεων πασῶν, ὡς βασίλισσαν ἁπάντων ποιημάτων τυγχάνουσαν, Θεοκυῆτορ μητροπάρθενε.

Ode 9.

O Virgo perpetua, ingentis lætitiæ canticis ecce veneramur te lectulum Salomonis: ac pretiosam vestem tuam tanquam aliam sanctificationis arcam circumdantes, salutares **21** medelas recipimus.

Sicut fons lucis visa est, o Virgo, arca illa divina, quæ continet vestem tuam pretiosam, emittens radios curationum, ac tenebras morborum depellens; ideo illam cum affectu deosculamur.

Exsultant nobiscum hodie, o immaculatissima, in adoratione vestis tuæ, Virtutes cœlestes, apostoli, prophetæ et martyres; et sancti ac justi universi; o Domina sola Virgo perpetua.

Propositione vestis tuæ, sanctificata est universa terra, o sanctissimum Domini habitaculum: et exsultavit olim David in expositione arcæ, quæ te, o Virgo perpetua, præfigurabat.

Hanc vestem tuam tanquam præclarum vallum ac munimentum donasti reginæ omnium urbium, quæ te colit, veluti Reginam omnium creaturarum, o Dei Genitrix Virgo mater.

Ε'.

Περὶ τῆς τιμίας ζώνης τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου Κανὼν Ε', οὗ ἡ ἀκροστιχίς ἐστι· « Ἰσχύν με τὴν σὴν ζῶσον, ἁγνὴ Παρθένε. » Ἰωσήφ. D

V

De pretiosa zona B. Virginis Constantinopoli olim asservata, Canon V (26), cujus acrostichis est: « Robore me accinge tuo, o casta Virgo. » Joseph.

Ὠδὴ α'.

Ἰσχύν με θείαν εὐσεβῶς περίζωσον ὑμνολογοῦντά σου τὴν ἱερὰν ζώνην θεῖον χρηματίζουσαν τῇ πόλει σου περίζωσμα καὶ κραταίωμα, Κόρη, καὶ ἀῤῥαγὲς

Ode 1.

Robore divino clementer me circumda et accinge, o intemerata Virgo! quando sacratam nunc zonam tuam hymnis celebro (27), quæ hanc civita-

(26) Exstat hic canon Græce in Menæis Græcorum, tam impressis, quam manuscriptis, sub die 31 Augusti; quo die olim Constantinopoli in Chalcoprateio celebrabatur festum Depositionis pretiosæ zonæ, seu cinguli sanctissimæ Dei Genitricis.

(27) Præter Josephum nostrum, sacratam Deiparæ zonam hymnis et laudibus celebravit S. Germanus patriarcha Constantinopolitanus, et Euthymius monachus Zigabenus, uterque in Encomio in adorationem venerandæ zonæ sanctissimæ Deiparæ; item Georgius Nicomediensis, canone de Depositione venerandæ zonæ sanctissimæ Virginis in Blachernis, qui canon Græce exstat ms. in codice Bibliothecæ monasterii Cryptæ Ferratæ: necnon

Digitized by Google

tem 22 tuam cingit ut vallum et forte quoddam propugnaculum ab ipso nobis Numine concessum : quæ item tuorum clientum gregem munit tanquam muri quidam ambitus nulla unquam vi rumpendus.

A περιτείχισμα, ἄχραντε Παρθένε, τῇ ποίμνῃ σου.

Omnipotentem peperisti Deum, o incontaminata ! qui omnes pios accingit virtute : unde beatam te nominantes, hanc cœlestem zonam tuam magna animorum lætitia deosculamur, ut ex qua tanquam fonte gratiam haurimus et misericordiam.

Σὺ τὸν Θεὸν τὸν δυνατὸν ἐκύησας περιζωννύοντα τοὺς εὐσεβεῖς πάντας δύναμιν, πανάμωμε· διό σε μακαρίζομεν, καὶ τὴν θείαν σου ζώνην περιχαρῶς ἀσπαζόμενοι χάριν ἀπαντλοῦμεν καὶ ἔλεος.

Bona hodie luce exorta cum tripudio magno exsultemus propter sacratæ zonæ, quæ castam Dei Parentem cinxit, apud nos hic depositæ solemnitatem (28) : ex qua nobis zona contextum est cingulum, quod non corrumpi, et indumentum, quod non lacerari, et denique pallium, quod non avelli a nobis potest.

Χαρμονικῶς τῇ καταθέσει σήμερον περιχορεύσωμεν τῆς ἱερᾶς ζώνης τῆς ἁγνῆς θεόπαιδος, ἐξ ἧς ἡμῖν περίζωσμα ἀφθαρσίας ὑφάνθη, καὶ ἀδιάρρηκτον ἔνδυμα, καὶ περιβολὴ ἀδιάσπαστος.

O extra omnem reprehensionis aleam collocata Virgo ! populus tuus magno cursu ad tuam potentiam contendit, et in cunctis adversitatibus ad protectionem se tuam recipit. Esto igitur cunctis loco præsidii, et quæcunque sibi ipsis postulant salutaria, ea illis omnia largire, tu quæ impertis animabus nostris liberationem a calamitatibus.

B Ὑπὸ τὴν σὴν ὁ σὸς λαός, πανάμωμε, προστρέχει δύναμιν, ὑπὸ τὴν σὴν σκέπην καταφεύγει πάντοτε· πᾶσι γενοῦ βοήθεια, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν τοῖς πᾶσι δίδου αἰτήματα σώζουσα δεινῶν τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ode 3.

Ὠδὴ γ'.

Renovatur cor nostrum, et novo quasi vigore hilarescit, dum sacram tuam, o Virgo, zonam fide ferventi apprehendit, qua item zona cor nostrum vim induit inexpugnabilem impuris appetitionibus debellandis, ac simul hinc perseverat idem cor nostrum penitus invulnerabile a spiritibus inimicis.

Νεουργεῖται καρδία, πίστει θερμῇ ψαύουσα ζώνῃ ἱερᾷ τῆς Παρθένου, καὶ περιζώννυται δύναμιν ἄμαχον, κατὰ παθῶν ἀκαθάρτων, δυσμενῶν, ἀσάρκων τε ἄτρωτος μένουσα.

Etiamnum manet incorrupta zona hæc sacrata, quæ olim corpus tuum nullis unquam sordibus, o Virgo, inquinatum circumcinxit, et magnam inde trahit hodieque efficaciam 23 ad hos omnes quodammodo sanctificandos, qui se pie conferunt ad eam venerandam, ipsosque ab interitu per morbos et alias calamitates imminentes liberat.

C Μένει ἄφθορος ἔτι ἡ ἱερὰ ζώνη σου, ἥτις σου τὸ ἄχραντον σῶμα, Κόρη, διέζωσε, καθαγιάζουσα τοὺς εὐσεβῶς προσιόντας, καὶ φθορᾶς ἐξαίρουσα, νόσων καὶ θλίψεων.

Maximæ pulchritudinis domus exstitisti tu ipsa quoque pro Verbo divino ex te incarnato, o Matér immaculata ! jamque sibi complacitum est item, ut hæc zona tua in sancta domo ista, quæ nomini tuo consecrata est, reponatur, quam et nos piis passim osculis frequentantes, inde fructum quemdam sanctitatis obtinemus.

Ἐχρημάτισας οἶκος περικαλλής, ἄχραντε, Λόγου τοῦ ἐκ σοῦ σαρκωθέντος, καὶ ἐν ἁγίῳ σου οἴκῳ εὐδοκήσαντος ζώνην τὴν σὴν ἐντεθῆναι, ἣν κατασπαζόμενοι ἁγιαζόμεθα.

Eminentis pretii zonam tuam, o Deipara, venerabundo cordis jubilo, omnes circumcirca amplexamur, tanquam decus Christianitatis universæ; quandoquidem illa sanctum corpus tuum, quod omne pretium et honorem superat, attingere digna fuit.

D Τὴν τιμίαν σου ζώνην τιμητικῶς ἅπαντες ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας περιπτυσσόμεθα τιμὴν ὑπάρχουσαν πάντων πιστῶν, Θεοτόκε, ὡς τῷ ὑπερτίμῳ σου ψαύσασαν σώματι.

Ode 4.

Ὠδὴ δ'.

Tu quidem in altum assumpta ad inaccessibile lumen accessisti : at cunctis interim beatam te dicentibus loco tui intemerati corporis, pretiosam

Ἧρθης πρὸς φῶς ἄδυτον μεταχωρήσασα, ἔλιπες δὲ τοῖς σε μακαρίζουσιν ἀντὶ τοῦ σώματός σου, ἁγνή, τὴν τιμίαν ζώνην, πηγὴν θαυμάτων ὑπάρχουσαν,

anonymus auctor antiquus Encomio in Depositionem zonæ S. Mariæ, quod ex Regio Græce ms. codice eruit, et Latine a se redditum anno 1648 una cum Historia hæresis Monothelitarum Parisiis edidit P. Franciscus Combefis, ordinis Prædicatorum.

(28) Sacrosanctam beatissimæ Dei Matris zonam usque adeo Ecclesia Græca venerata est, ut in ejus honorem festum quotannis die 31 mensis Augusti, solemni ritu celebrandum instituerit in regia urbe Constantinopolitana : ejusque festi non solum in præsenti canone S. Josephus, sed et Germanus et Euthymius supra relati, Emmanuel Comnenus imperator in suo edicto de feriis, et Kalendaria Græcorum, Ruthenorum et Syrorum expressis ac disertis verbis meminere. Vide Colvenerium in Kalendario Mariano die 1 Augusti, et notas nostras in Mariale S. Germani ad orationem de zona sanctissimæ Dei Matris.

Digitized by Google

καὶ τόπον σωτηρίας, καὶ χαράκωμα ταύτης τῆς τιμῶσί σε πόλεως, ἄχραντε.

tuam reliquisti zonam, tanquam scaturiginem miraculorum et ipsissimam salutis sedem, ac denique ut vallum hujus civitatis, quæ amore flagrat honoris tui.

Νέον ἡμεῖς ὡς οὐρανὸν ὑπερχόμεθά σου τὸν οἶκον, ἐν ᾧ τεθησαύρισται καθάπερ ἥλιος φωταυγής σου ἡ θεία ζώνη, βολὰς θαυμάτων ἐκπέμπουσα, καὶ πάντων τὰς καρδίας καταυγάζουσα, Κόρη, καὶ παθῶν τὴν ὁμίχλην διώκουσα.

Velut novum quoddam cœlum tuam domum ingredimur, o Virgo, in quo cœlo tanquam thesaurus quidam tua divina servatur zona (utpote quæ Deum olim in se circumdedit), illustres miraculorum radios emittens instar solis, nempe cordibus omnium illuminandis et effugandis inde malarum cupiditatum tenebris.

Σὺ κιβωτὸς τοῦ νοητοῦ ἁγιάσματος χρηματίζεις, ἄχραντε, πανύμνητε, καὶ τὴν τιμίαν ταύτην σορὸν ἔχουσαν τὴν ζώνην ἣν περιοῦσα ἐφόρεσας, παρέχεις τῷ λαῷ σου καταφύγιον πᾶσι, καὶ πηγὴν ἰαμάτων ἀκένωτον.

O sordibus intacta, et omni laudum genere certatim ab omnibus colenda! tu es arca sanctificationis intimæ, intellectu potius quam externo quodam sensu delibandæ, et simul hoc venerabile conditorium, quo asservatur zona tibi adhuc in terris vitam degenti usurpata, populo 24 tuo exhibes tanquam refugium omnibus paratum ac velut prodigiorum fontem nullis unquam conatibus exhauriendum.

Ἦκε τῇ σῇ πόλει πολύολβον δώρημα ἡ τιμία ζώνη σου, πανύμνητε, καὶ κατετέθη περιφανῶς ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τούτῳ θείῳ οἴκῳ σου, καὶ γέγονε μεγίστης ἑορτῆς, Θεοτόκε, τοῖς θερμῶς σε ποθοῦσιν ὑπόθεσις.

Advenit dono civitati huic tuæ multarum valde felicitatum cumulus, tuum nempe cingulum, o præconiis universorum decantata Virgo, idque hodierna luce in hac divina æde tua illustrem in modum est collocatum, evasitque omnibus ferventi te amore prosequentibus multo festivitatis instituendæ argumentum.

Νόμου σκιαὶ καὶ προφητῶν τὰ αἰνίγματα προεδήλουν ἔσεσθαί σε, πάναγνε, Θεοῦ Μητέρα παναληθῆ, δι' ἧς ἡ κατάρα ἀπεστειρώθη καὶ ἤνθησε τελεία εὐλογία, καὶ σωτήριος χάρις τοῖς ἐν πίστει καὶ πόθῳ ὑμνοῦσί σε.

Caligine scatentes legis umbræ ac simul ænigmata prophetarum te aliquando verissimam Dei Matrem futuram præsignificarunt, o castissima! sicque per te et peccati maledictio ad quamdam quasi sterilitatem redacta est, et vicissim vera ac perfecta benedictio una cum salutari quadam gratia efflorescere incepit, ad singularem omnium, cupida fide tibi servientium, utilitatem.

Ὠδὴ ε'.

Ode 5.

Ζώνης θείας τεθείσης σήμερον ἐν οἴκῳ σου, θεοχαρίτωτε, συνεπανετέθη ἀγαθῶν πᾶσα δόσις τοῖς χρῄζουσι, καὶ πληροῦται πᾶς τις ἁγιασμοῦ, ὁ προσπελάζων τὰς αἰτήσεις πιστῶς κομιζόμενος.

Cingulum istud tuum divinum, cujus hodie in hac domo tua depositionem celebramus, o singulari apud Deum gratia pollens Virgo! istud tuum, inquam, cingulum in suum huc comitatum, traxit liberalissimam omnium gratiarum copiam, prout cujusque postulat indigentia, et quicunque huc accesserit, ille impletur copioso dono sanctimoniæ, si nimirum preces suas corde obtulerit sincero ac fideli.

Ὡραιώθης, Παρθένε, Λόγον ὡραιότατον ἀποκυήσασα, καὶ τῷ σῷ ὡραίῳ ἐπευδόκησας οἴκῳ τεθῆσεσθαι τὴν ὡραίαν ζώνην, ἥτις τὸ σὸν ὡραῖον σῶμα, Θεοτόκε, ὡραίως διέζωσεν.

Inclytam ob Verbi a te geniti pulchritudinem, tu quoque inclyta es pulchritudine illustrata; simul et in hoc templo tuo inclyte speciosо, tu placide pati es dignata, ut reponeretur inclytæ item pulchritudinis zona tua, quæ et tuum inclyte pulchrum corpus, o Deipara, cinctu quodam inclyto perornavit.

Σοῦ ὁ ἅγιος οἶκος ἄλλος ὡς παράδεισος πᾶσι γνωρίζεται, μέσον κεκτημένος ὥσπερ εὔοσμον ῥόδον τὴν ζώνην σου, εὐοδίας θείας ἀποπληροῦσαν τὰς καρδίας τῶν πιστῶς προσιόντων, πανάμωμε.

Novus esse paradisus domus hæc tua creditur palam 25 ab universis, in cujus paradisi medio instar cujusdam fragrantis rosæ zona tua collocata cernitur, per cujus fragrantiam divinam, eorum corda, qui ad te pia quadam confidentia accedunt, voluptate olenissima inundantur, o a nævis omnibus intacta Virgo!

Ὄμβρου θείου νεφέλη γέγονας, πανάμωμε, ἐναποστάζουσα δωτηρίας ὕδωρ, καὶ πηγὴ χερσωθεῖσιν ἐγκλήμασιν πρὸς καρποφορίαν μεταγαγοῦσα εὐσεβείας· διὰ τοῦτο πιστῶς σε δοξάζομεν.

Guttatim salutarem pluviæ divinæ undam distillans nubes facta es, o culpæ omnis expers Virgo (29)! animabusque nostris propter vitiorum ariditatem penitus incultis exhibes te ut quamdam

(29) Culpæ igitur, quæ ex Adam per originem contrahitur, non fuit particeps B. Virgo, alioquin non absolute nec vere dici posset omnis culpæ expers, cum originalis expers non fuisset.

Digitized by Google

fontanam scaturiginem, qua nos irrigati ad faciendos fructus pietatis fecundamur, unde et singulari te conatu fidei nostræ glorificamus.

Ode 6.

Eum qui est ante omnia sæcula, ut novum nobis infantem progenuisti, et simul ad novum hunc tuæ adventum festivitatis, qua pretiosi hodie cinguli tui agitur depositio, innovas quoque corda nostra vetustis jam culpis depravata.

O virginea Dei Mater, sacrum hoc templum tuum jure merito gignit admirationem omnibus, utpote quod mirificam zonam tuam possidens, omnibus fidei dono præditis pelagus quoddam repræsentat remediorum.

Cunctæ exhilarantur animæ sanctum intrantes templum tuum, quia zonæ hujus tuæ id loci positæ fruuntur contemplatione : ista enim solis quamdam sereni habens faciem, omnipotentis illum divinique Spiritus fulgorem donis atque gratiis refertum, ceu quosdam ex se radios vibrare solet.

Animarum nostrarum vires quadam multiplicium peccatorum paralysi dissolutas, quasi nervis quibusdam corrobora, o Virgo! et tibi illos præterea virtute quadam singulari accingendos sume, quicunque eximia religione zonam tuam, ut multi gazam pretii asservant, nulla arte de piis eorum manibus extorquendam.

26 Ode 7.

Sublimis ad cœlestia tabernacula proficiscens rerum creatarum omnium regina, nostræ civitati cunctarum urbium reginæ magnas reliquit opes, zonam nempe suam, per quam urbs hæc nostra custoditur adversus incursiones hostium, tam qui videntur, quam qui non videntur.

Tam nobili fonti, ex quo ebullivit gratia et misericordia divina, propius nunc accedamus, nempe receptaculo huic venerando, in quo zona pretiosissima conservatur illius Matris simul ac Virginis, quæ massam generis humani adorando partu suo ad magnum evexit decus.

Adorate hymnis Dominum, Virtutes cœlorum universæ, cujus et Genitricem, linguæ omnes mortalium, glorificate : vobis quippe dono dedit zonam suam, in cujus vere tuto ac salutari ambitu, merito possunt refugium quærere fideles.

Urgeant nubes hodie imbrem justitiæ de supernis, quandoquidem nunc depositæ hic zonæ tuæ agitur festivitas, o quæ ipsa es quoque nubes vere Deo gratissima! simul omne quidquid vivit exsultando cantet : Benedictus Deus!

Ode 8.

In sanctuario profanis et impiis inaccesso, instar throni cujusdam sacri reponitur summa cum pompa et lætitia iste loculus, qui unicæ Dei Genitricis, et intemeratæ omnium reginæ zonam in sese collocatam tenet; ex qua quidem iis qui multis sunt peccatis fracti ac debilitati, plena tanti mali quies ac medicina in promptu adest.

Revera per sanctas manus tuas, illum ex te incarnatum **27** in terris Dominum, tuo accinxisti cingulo, qui omnes veræ pietati deditos quodam

A

Ὠδὴ ς'.

Νέον τέτοκας ἡμῖν ὡς παιδίον τὸν πρὸ πάντων αἰώνων, καὶ καινουργεῖς καρδίας ἁμαρτίας παλαίωσιν δεξαμένας, καινισμῶν τῆς καταθέσεως τῆς τιμίας ζώνης σου, Κόρη ἀειπάρθενε.

Ἅγιός σου ὁ ναὸς θαυμαστὸς δικαιοσύνῃ ὑπάρχει, ὥς τις τὴν θαυμαστήν σου ζώνην θαύματα βρύουσαν κεκτημένος, τοῖς πιστοῖς πέλαγος δείκνυται ἰαμάτων, Θεοκυῆτορ μητροπάρθενε.

Γέγηθε πᾶσα ψυχὴ συνιοῦσα ἐν ἁγίῳ ναῷ σου, καὶ ἐν αὐτῷ ὁρῶσα, Θεοτόκε, τὴν ζώνην σου, ὥσπερ ἥλιον φαιδρὸν φέγγος ἀστράπτουσαν χαρισμάτων τοῦ παντεργοῦ καὶ θείου Πνεύματος.

B

Νεύρωσον ἡμῶν, ἁγνή, τὰς καρδίας παρεθείσας παντοίων ἁμαρτιῶν ἰδέαις, καὶ περίζωσον δύναμιν τοὺς τὴν ζώνην σου πιστῶς ὡς πολυτίμητον κεκτημένους καὶ ἀναφαίρετον θησαύρισμα.

Ὠδὴ ζ'.

Ἡ πάντων βασίλισσα πρὸς οὐρανίους σκηνὰς ἀπαίρουσα καταλέλοιπεν ὄλβον τῇ βασιλίδι πασῶν τῶν πόλεων τὴν ταύτης ζώνην, δι' ἧς περιζώσεται ἐπιδρομῆς ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν.

C

Πηγῇ νῦν προσέλθομεν ἀποσταζούσῃ χάριν καὶ ἔλεος τῇ σορῷ τῇ τιμίᾳ, τῇ κατεχούσῃ ζώνην τὴν πάντιμον τῆς τιμησάσης ἀνθρώπων τὸ φύραμα τιμίῳ τόκῳ αὐτῆς, Παρθένου τε καὶ Μητρός.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, Δυνάμεις πᾶσαι αἱ ἐπουράνιαι· τὴν τοῦτον τεκοῦσαν, ἀνθρώπων γλῶσσαι πᾶσαι, δοξάσατε, ὅτι τὴν ζώνην αὐτῆς ἐδωρήσατο καταφυγὴν ἀληθῆ καὶ σωτηρίαν πιστοῖς.

Ῥανάτωσαν ἄνωθεν δικαιοσύνην νεφέλαι σήμερον καταθέσει τῆς ζώνης τῆς σῆς, νεφέλη θεοχαρίτωτε, καὶ μελῳδείτω ψυχὴ πᾶσα χαίρουσα· Εὐλογητὸς ὁ Θεός.

D

Ὠδὴ η'.

Θρόνος καθάπερ ἅγιος ἡ σορὸς ἀνατίθεται ἔνδον ἐν ἀδύτοις ἱεροῖς φαιδρότατα τῆς μόνης θεόπαιδος καὶ βασιλίδος πάντων ἁγνῆς, ζώνην κεκτημένη ἐπαναπαυομένην, ἐξ ἧς τοῖς κοπιῶσιν ἐν πολλαῖς ἁμαρτίαις ἀνάπαυσις τελεία προέρχεται ἀφθόνως.

Ἐπὶ τῆς γῆς τὸν Κύριον ἱερῶς ἐσωμάτωσας, καὶ χερσὶν ἁγίαις ἀληθῶς διέζωσας, τὸν περιζωννύοντα τοὺς εὐσεβοῦντας δύναμιν· νῦν δὲ ἀναβᾶσα οὐρανῶν

Digitized by Google

ὑπεράνω, κατέλιπες ἀνθρώποις τὴν τιμίαν ζώνην, Παρθένε Θεοτόκε, κραταίωμα καὶ σκέπην.] tuum istud venerabile cingulum hominibus reliquisti protegamur.

A singulari accingit robore. At nunc, o virginea Dei Mater, posteaquam super omnes cœlos ascendisti, tanquam potens quoddam munimentum quo

Νενοσηκόσιν ἴαμα, ὀλισθαίνουσι στήριγμα, καὶ τοῖς ῥᾳθυμοῦσιν εὐθυμία, ἔνθεος κυβέρνησις πλέουσι, πεπλανημένοις ἐπιστροφή, ἡ παρεπομένη τῇ τιμίᾳ σου ζώνῃ, ἀγνὴ Παρθένε, χάρις ἀληθῶς χρηματίζει, ἣν πίστει προσκυνοῦμεν εἰς πάντας αἰῶνας.

Gratia illa divina, quæ in nos ex tuæ zonæ venerando cultu redundare cernitur, hæc, inquam, gratia, o casta Virgo, est verissima ægrotantibus medela, jamjam item labentibus fulcimentum; præterea male animatis divinæ quoddam alacritatis donum, ad hæc moderamen et gubernaculum navigantibus, ac denique iis qui aberrarunt, auxilium plane ac lumen ad resipiscendum. Unde et cultu fideli te adoremus in omnia sæcula.

Ἐπιτελοῦντες σήμερον τὴν ἁγίαν κατάθεσιν ζώνης σου τῆς θείας, ἱερὰν πανήγυριν οἱ δοῦλοί σου ἄγωμεν, καὶ ἐν χαρᾷ βοῶμεν· Χαῖρε, Θεοτόκε, ἡ χαρὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν ἀνθρώπων τῶν πιστῶς μελῳδούντων· Λαὸς, ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ob tuæ divinæ zonæ depositionem hic olim peractam, nos servi tui sacram hodie panegyrin sive conventum celebramus, magnisque tibi vocibus hunc in modum cum lætitia gratulamur: Salve, Deipara, gaudium es angelorum et eorum præsertim hominum, qui religiose nunc jugiter decantant: Populus Domini, superexaltate Dominum in omnia sæcula!

Ὠδὴ θ'.

Ode 9.

Ἰδοὺ ἡ θεία κλίνη τοῦ Σολομῶν, δυνατοὶ ἣν κυκλοῦσιν ἑξήκοντα, ῥήσεις Γραφῶν, οἵπερ ἐν κλίνῃ βασιλικῇ σορῷ τιμίᾳ σήμερον ζώνην ἀνακλίνει τὴν ἑαυτῆς ἀνάκλισιν, εἰς πάντων τῶν τεταπεινωμένων καὶ εὐσεβούντων περιποίησιν.

Intuere, obsecro, nam iste divinus Salomonis lectulus, quem circumdant sexaginta fortes (ut aiunt Scripturæ), suam hodie zonam pretiosam in loculo tanquam in lectica regia quodam modo reclinat, idque in solatium et reconciliationem omnium, qui ut abjecti contemnuntur, ad illorum item omnium conservationem ac tutelam, quicunque veram pietatem cordi habent.

Ὡς πόλις βασιλέως τῶν οὐρανῶν, περὶ ἧς ἐλαλήθη παράδοξα· ἔθου τῇ σῇ πόλει δῶρον τίμιον καὶ σεπτὸν τὴν παναγίαν μνήμην σου πάντων εἰς κραταίωμα τῶν πιστῶν, δι' ἧς οἱ στεφηφόροι τροπῶνται πολεμίους ὀρθοδοξίᾳ διαλάμποντες.

O regis cœlorum civitas de qua dicta sunt gloriosa! Tu in hac tua civitate reposuisti augustum et adorandum munus, tuam nempe zonam sacratissimam, ut esset 28 omnibus vere credentibus quoddam potens plane propugnaculum, qua zona si se accingant quasi ac muniant nostra illustria principum orthodoxorum capita, hostilem mox impetum facillime profligant.

Σταλάξατε, τὰ ὄρη, νῦν γλυκασμὸν, καὶ βουνοὶ, εὐφροσύνην αἰώνιον· πατριαρχῶν δῆμοι, καὶ μαρτύρων πάντες χοροὶ, τῶν προφητῶν ὁ σύλλογος, θείων ἀποστόλων δῆμος σεπτὸς, εὐφράνθητε σὺν πᾶσιν ἡμῖν, τῇ καταθέσει τῆς θείας ζώνης τῆς Θεοπαίδος

Stillate, montes, dulcedinem, et colles, lætitiam sempiternam! Vos præterea, tribus patriarcharum, et chori martyrum universi, adhæc cœtus prophetarum, ac denique adoranda cohors apostolorum, vestram nobiscum omnes lætitiam cœlestem communicate ad divini hujus cinguli quo se olim Dei Genitrix accinxit, dignis hodie modis celebrandam festivitatem.

Ἰλάσας τὰ πάντα διὰ τῆς σῆς, παναγία Παρθένε, κυήσεως, καὶ νῦν ἡμῖν δέδωκας ὡς πλείονα φωτισμὸν τὴν παναγίαν ζώνην σου, ἧς τῇ καταθέσει πᾶσα ἡ γῆ χορεύει, καὶ γεραίρει σε τὴν χαρᾶς ἀῤῥήτου ἀποπληροῦσαν τὸ ἀνθρώπινον.

Exhilarasti omnia omnino quadam benedictione sancta per tuum sanctissimum, o Virgo, puerperium, et nunc quoque nobis, ut ope tua magis semper ac magis illustremur, zonam dedisti tuam sacratissimam, in cujus hic depositionis festivitate universa nobiscum exsultat terra teque summis animorum studiis honorat, ut quæ humanum genus totum ineffabili quodam gaudio complevisti.

Φιλίας δολίας τῆς τῶν παθῶν καὶ ἐχθροῦ καθ' ἑκάστην πειράζοντος ἁμαρτιῶν βάσει ῥᾳθυμίας τε χαλεπῆς ἀπαγωγῆς, πανάχρωντε, καὶ αἰχμαλωσίας καὶ προνομῆς, τῷ σῷ προσπεφευγότα ἐλέει διὰ τάχους, ὡς συμπαθὴς, ἀγνὴ, ἀπάλλαξον.

Præripe me ac libera, o summe intacta Virgo, ab omni insidiantium mihi cupiditatum amicitia, ab inimici item tentationibus quotidianis, quibus ille me, per peccata gravia vitæque dissolutionem maximam, abripere violenter in captivitatem prædamque suam nititur, ad tuam quippe nunc confugio misericordiam, o Virgo misericors!

Digitized by Google

29 VI. A Ϛ'.

Ad hymnum Acathiston. In sanctissimam Deiparam Canon VI (30), *cujus acrostichis est : « Gaudere te unam convenit, gaudii domus. Joseph. »*

Ode 1.

Gabriel magnus archangelus, cum te, o casta, librum Christi animatum, et Spiritu sancto sigillatum vidisset, exclamavit ad te : Gaude, o gaudii domus, per quam primæ parentis maledictio abolita est.

Adæ correctio, gaude, o Virgo Dei sponsa, quæ infernum interemisti : gaude, tota immaculata, palatium solius regis; gaude, throne ignee Omnipotentis.

Vigens semper rosa, gaude (31), quæ sola pomum suavissimi odoris protulisti : gaude, tu quæ peperisti olfactorium Regis omnium; gaude, nuptialis thalami ignara, mundi salvatio.

Domina, castitatis thesaurus, gaude, per quam a casu nostro erecti sumus ; gaude, suave redolens lilium, fideles odore recreans : thymiama suavissimum, unguentum pretiosissimum.

30 Ode 3.

Expers omnino araturæ ager, ex quo divina spica germinavit, gaude : mensa animata, quæ panem vitæ recepisti : gaude, Domina, fons aquæ viventis inexhaustus.

Remotum ab omni labe vitulum enixa fidelibus juvenca, gaude : gaude, agna, quæ peperisti Agnum Dei, qui totius mundi tollit peccata : gaude, fervens propitiatorium.

Emicans aurora, quæ sola solem Christum attulisti, gaude : lucis habitatio, gaude, quæ tenebras dissolvisti, et tenebricosos dæmonas omnino imminuisti.

Tu, Domina, porta unica, per quam Verbum so-

Εἰς τὸν ὕμνον ἀκάθιστον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου Καὶ Ϛ', οὗ ἡ ἀκροστιχίς ἐστι· « Χαρᾶς δοχεῖον, σοὶ πρέπει χαίρειν μόνῃ. Ἰωσήφ. »

Ὠδὴ α'.

Χριστοῦ βίβλον ἔμψυχον ἐσφραγισμένην σε Πνεύματι ὁ μέγας ἀρχάγγελος [Γαβριὴλ], ἁγνή, θεώμενος, ἐπεφώνει σοι· Χαῖρε, χαρᾶς δοχεῖον, δι' ἧς τῆς προμήτορος ἀρὰ λυθήσεται.

Ἀδὰμ ἐπανόρθωσις, χαῖρε, Παρθένε θεόνυμφε, τοῦ ᾅδου ἡ νέκρωσις, χαῖρε, πανάμωμε, τὸ παλάτιον τοῦ μόνου Βασιλέως, χαῖρε, θρόνε Πύρινε τοῦ παντοκράτορος.

Ῥόδον τὸ ἀμάραντον, χαῖρε, ἡ μόνη βλαστήσασα τὸ μῆλον τὸ εὔοσμον· χαῖρε, ἡ τέξασα τὸ ὁσφράδιον τοῦ πάντων Βασιλέως· χαῖρε, ἀπειρόγαμε, κόσμου διάσωσμα.

Ἀγνείας θησαύρισμα, χαῖρε, δι' ἧς ἐκ τοῦ πτώματος ἡμεῖς ἐξανέστημεν· χαῖρε, ἡδύπνοον κρῖνον, Δέσποινα, πιστοὺς εὐωδιάζον, θυμίαμα εὔοσμον, μῦρον πολύτιμον.

Ὠδὴ γ'.

Στάχυν ἡ βλαστήσασα τὸν θεῖον, ὡς χώρα ἀνήροτος σαφῶς, χαῖρε· ἔμψυχε τράπεζα ἄρτον ζωῆς χωρήσασα, χαῖρε· τοῦ ζῶντος ὕδατος πηγὴ ἀκένωτος, Δέσποινα.

Δάμαλις τὸν μόσχον ἡ τεκοῦσα τον ἀμωμον, χαῖρε, τοῖς πιστοῖς· χαῖρε, ἀμνὰς κυήσασα Θεοῦ Ἀμνὸν τὸν αἴροντα κόσμου παντὸς τὰ πταίσματα· χαῖρε, θερμὸν ἱλαστήριον.

Ὄρθρος φαεινός, χαῖρε, ἡ μόνη τὸν ἥλιον φέρουσα Χριστόν· φωτὸς κατοικητήριον, χαῖρε, τὸ σκότος λύσασα, καὶ τοὺς ζοφώδεις δαίμονας ὁλοτελῶς ἐκμειώσασα.

Χαῖρε, πύλη μόνη ἣν ὁ Λόγος διώδευσε μόνος, ἡ

(30) Exstat hic canon Græce tantum in Horologio Græcorum Venetiis impresso fol. 537, in Triodio Græcorum Sabbato quintæ hebdomadæ in Quadragesima, in codice Græce ms. bibliothecæ Barberinæ n. 118, pag. 116, necnon in aliis pluribus Græcorum voluminibus manuscriptis in bibliotheca Vaticana ac Cryptaferratensi asservatis. — Propter insigne miraculum a castissima Dei Genitrice sub Heraclio imperatore patratum, de quo vide, si libet, Cæsares nostros Marianos in Heraclio imperatore cap. 6, § 7, celebrabatur quotannis Constantinopoli dies festus, *Acathistus* nuncupatus, quo Dei amantissimus populus Constantinopolitanus totam noctem absque ulla intermissione hymnum pro gratiarum actione Deiparenti decantabat, tanquam illi, quæ pro omnium salute excubias egisset, et cœlesti sua virtute tam insigne tropæum contra hostes erexisset. Acathistum vero nominavit, quod tunc populus ac clerus universus eodem ardore idem facerent, nemine cessante, nemine a divinis laudibus conquiescente. Unde in Rituali Græcorum libro, apud Gretserum libr. III Commentarior. in cap. 12 Codini legitur : « Acathistos, quasi carens sessione dictus est, quod totus populus tota nocte stando hymnum Deiparæ concinuerit : quodque cum omnibus aliis in ædibus ex more sedere liceat, in istis divinæ Matris erecti omnes stantes auscultamus. Precibus propugnatricis et invictæ Matris tuæ, Christe Deus, ab omnibus nos libera calamitatibus, et miserere nobis tanquam solus clemens et humanus. » Sic ibi. Atque in bibliotheca Bavarica exstat de die Acathisto oratio hoc titulo : « Narratio utilis ex veteri historia collecta, et in memoriam revocans inexspectatum illud miraculum, factum quando Persæ et barbari regiam hanc civitatem obsederunt, qui perierunt divinam ultionem experti : civitas vero illæsa permanens intercessione Deiparæ quotannis ex illo tempore hymnum gratiarum agendarum causa concinit, diem illum Acathiston, quasi sessionis expertem nominans. »

(31) En pulchrum S. Josephi pro immaculata B. Virginis conceptione testimonium. Si enim ex Josepho B. Virgo fuit rosa semper vigens, ergo nunquam sine vigore divinæ gratiæ fuit, sed semper exstitit divina gratia vernans. Quid est enim semper vigens, nisi omnibus omnino temporibus vigens, etiam illo momento, quo sanctissima ejus anima creata fuit? Nam si sine vigore divinæ gratiæ aliquando, id est in primo suæ conceptionis instanti fuisset, quomodo tunc, malæ originis æstu arida cum esset, rosa semper vigens vere dici posset? Vide Velasquez *De Maria immaculate concepta*, libr. v, Dissert. 2, annot. 2, ubi quod B. Virgo in sua conceptione fuerit rosa fragrantissima.

Digitized by Google

μοχλοὺς καὶ πύλας ᾅδου, Δέσποινα, τῷ τόκῳ σου συντρίψασα· χαῖρε, ἡ θεία εἴσοδος τῶν σωζομένων, πανύμνητε.

Ὠδὴ δ'.

Ἐν φωναῖς ᾀσμάτων πίστει σοι βοῶμεν, πανύμνητε· χαῖρε, πῖον ὄρος καὶ τετυρωμένον ἐν πνεύματι· χαῖρε, λυχνία καὶ στάμνε μάννα φέρουσα, τὸ γλυκαῖνον τὰ τῶν εὐσεβῶν αἰσθητήρια.

Ἱλαστήριον τοῦ κόσμου, χαῖρε, ἄχραντε Δέσποινα· χαῖρε, κλίμαξ γῆθεν πάντας ἀνυψώσασα χάριτι· χαῖρε, ἡ γέφυρα ὄντως ἡ μετάγουσα ἐκ θανάτου πάντας πρὸς ζωὴν τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

Οὐρανῶν ὑψηλοτέρα, χαῖρε, γῆς τὸ θεμέλιον ἐν τῇ σῇ νηδύϊ, ἄχραντε, ἀκόπως βαστάσασα· χαῖρε, κογχύλη πορφύραν θείαν βάψασα ἐξ αἱμάτων σου τῷ βασιλεῖ τῶν δυνάμεων.

Νομοθέτην ἡ τεκοῦσα ἀληθῶς, χαῖρε, Δέσποινα, τὸν τὰς ἀνομίας πάντων δωρεὰν ἐξαλείφοντα, ἀκατανόητον βάθος, ὕψος ἄῤῥητον, ἀπειρόγαμε, δι' ἧς ἡμεῖς ἐθεώθημεν.

Σὲ τὴν πλέξασαν τῷ κόσμῳ ἀχειρόπλοκον στέφανον ἀνυμνολογοῦμεν, Χαῖρε, σοὶ, Παρθένε, κραυγάζοντες, τὸ φυλακτήριον πάντων, καὶ χαράκωμα, καὶ κραταίωμα, καὶ ἱερὸν καταφύγιον.

Ὠδὴ ʹ.

Ὁδὸν ἡ κυήσασα ζωῆς, χαῖρε, πανάμωμε, ἡ κατακλυσμοῦ τῆς ἁμαρτίας σώσασα κόσμον· χαῖρε, θεόνυμφε, ἄκουσμα καὶ λάλημα φρικτόν· χαῖρε, ἐνδιαίτημα τοῦ Δεσπότου τῆς κτίσεως.

Ἰσχὺς καὶ ὀχύρωμα ἀνθρώπων, χαῖρε, ἄχραντε· τόπε ἁγιάσματος τῆς δόξης, νέκρωσις ᾅδου, νυμφὼν ὁλόφωτε, χαῖρε, τῶν ἀγγέλων χαρμονή· χαῖρε, ἡ βοήθεια τῶν πιστῶν δεομένων σου.

Πυρίμορφον ὄχημα τοῦ Λόγου, χαῖρε, Δέσποινα, ἔμψυχε παράδεισε, τὸ ξύλον ἐν μέσῳ ἔχον ζωῆς τὸν Κύριον, οὗ ὁ γλυκασμὸς ζωοποιεῖ πίστει τοὺς μετέχοντας καὶ φθορᾷ ὑποκύψαντας.

Ῥωννύμενοι σθένει σου πιστῶς ἀναβοῶμέν σοι· Χαῖρε, πόλις τοῦ Παμβασιλέως, δεδοξασμένα καὶ ἀξιάκουστα περὶ ἧς λελάληνται σαφῶς· ὄρος ἀλατόμητον, χαῖρε, βάθος ἀμέτρητον.

Εὐρύχωρον σκήνωμα τοῦ Λόγου, χαῖρε, ἄχραντε, κόχλος ἡ τὸν θεῖον μαργαρίτην προαγαγοῦσα· χαῖρε, πανθαύμαστε, πάντων πρὸς Θεὸν καταλλαγὴ τῶν μακαριζόντων σε, Θεοτόκε, ἐκάστοτε.

Ὠδὴ ϛ'.

Παστὰς τοῦ Λόγου ἀμόλυντε, αἰτία τῆς τῶν πάν-

lum pertransivit; quæ vectes et portas inferni partu tuo contrivisti, gaude: gaude, divinus introitus eorum qui salvantur, o omni laude dignissima.

Ode 4.

Exclamamus ad te fideliter cum vocibus canticorum, o cunctis laudibus celebranda: gaude, mons pinguis et coagulatus spiritu: gaude, lucerna, et urna fereus manna, quod piorum sensus dulcedine perfundit.

Universi propitiatorium, gaude, o Domina immaculata: gaude, scala, quæ omnes per gratiam in altum extollis a terra: gaude, pons, qui vere transmittis a morte ad vitam omnes laudantes te.

Nobilior cœlis sublimitate, gaude, quæ sine ullo labore in tuo utero terræ fundamentum portasti, o immaculata: gaude, purpura, quæ virtutum Regi purpureis floribus contextam vestem tuis sanguinibus tinxisti.

Auctorem legis enixa vere, qui omnium iniquitates gratuito delet, gaude, Domina, inintelligibilis profunditas, 31 ineffabilis sublimitas; nuptialis tori ignara, per quam nos deificati sumus.

Mundo coronam non manu factam contexuisti, ideo te hymnis celebramus, tibi, Gaude, exclamantes, o omnium custodia, et vallum, et robur, et sacrum subsidium.

Ode 5.

(32) Carens omni macula, quæ viam vitæ peperisti, gaude: gaude, quæ mundum a diluvio peccati liberasti, o Dei sponsa: auditio et locutio horrore plena: gaude, mansio Domini omnium creaturarum.

O immaculata, fortitudo et munitio hominum, gaude: locus sanctificationis gloriæ, interitus inferni, thalamus totus lucidus, gaude, angelorum lætitia; gaude, auxilium eorum, qui te cum fide deprecantur.

Nitens ignea luce currus Verbi, gaude, Domina, paradise animate, in cujus medio est arbor vitæ Dominus, qui dulcedine sua vivificat omnes sui participes et corruptioni obnoxios.

Virtute tua roborati, cum fide clamamus ad te: Gaude, civitas omnium Regis, de qua manifeste gloriosa et digna auditu dicta sunt: mons a lapicida intactus: gaude, profunditas immensa.

Expers maculæ, gaude, amplissimum Verbi tabernaculum: concha, quæ divinam margaritam protulisti; gaude, tota admirabilis; cum Deo reconciliatio omnium illorum qui te, o Deipara, assidue beatificant.

Ode 6.

(33) Nullam habens maculam, thalame Verbi,

(32) Cum B. Virgo ex mente S. Josephi caruerit omni macula, non solum caruit maculis peccatorum actualium, sed etiam macula peccati nobis ab ortu congeniti, cum hæc sit vere macula turpis et deformis, ut animam inquinet, Deoque reddat omnino odiosam, alioquin non caruisset omni macula: et particula universalis *omnis* non omnem maculam comprehenderet, cum non comprehenderet maculam originalem. Certe cum nemo dubitet Dei Matrem actualis peccati venialis macula nunquam fuisse vel levissime afflatam, intelligere non possum, quomodo nihilominus aliquis contendat fœdatam macula longe turpiori, nempe originali.

(33) En quot modis. S. Josephus immaculatæ B. Virginis conceptioni suffragetur! Omnem absolute maculam a B. Virgine, quæ fuit divini Verbi

Digitized by Google

causa deificationis omnium, gaude, o tota purissima : gaude, prophetarum **32** circumsonatio, et apostolorum exsultatio.

(34) Ille ros ex te distillavit, qui idololatriæ incendium exstinxit : quamobrem ad te clamamus : Gaude, vellus roscidum, o Virgo, quod Gedeon prævidit.

Tibi ecce clamamus, Gaude : esto nobis in mari versantibus portus, et propugnaculum in pelago tribulationum, et omnium scandalorum hostis.

Gaudii causa, reple gratia mentem nostram, ut clamare possimus ad te : Gaude, rubus incombustus, nubes tota lucida, quæ assidue fideles obumbrat.

Ode 7.

Ad te cum vocibus laudis clamamus : Gaude, currus solis spiritalis, vitis vera, quæ botrum maturum protulisti, ex quo effluit vinum lætificans animas eorum, qui te cum fide glorificant.

(35) Universorum hominum medicum enixa, gaude, o sponsa Dei ; virga mystica, ex qua flos

A των θεώσεως, χαῖρε, πανάχραντε· τῶν προφητῶν περιήχημα, χαῖρε, τῶν ἀποστόλων τὸ ἐγχαλλώπισμα.

Ἐκ σοῦ ἡ δρόσος ἀπέσταξε φλογμὸν πολυθεΐας ἡ λύσασα, ὅθεν βοῶμέν σοι· Χαῖρε, ὁ πόκος ὁ ἔνδροσος, ὃν Γεδεών, Παρθένε, προεθεάσατο.

Ἰδού σοι Χαῖρε κραυγάζομεν· λιμὴν ἡμῖν γενοῦ θαλαττεύουσι, καὶ ὁρμητήριον ἐν τῷ πελάγει τῶν θλίψεων, καὶ τῶν σκανδάλων πάντων τοῦ πολεμήτορος.

Χαρᾶς αἰτία, χαρίτωσον ἡμῶν τὸν λογισμὸν τοῦ κραυγάζειν σοι· Χαῖρε, ἡ ἄφλεκτος βάτος, νεφέλη ὁλόφωτε, ἡ τοὺς πιστοὺς ἀπαύστως ἐπισκιάζουσα.

Ὠδὴ ζ'.

B Ἀνυμνοῦμέν σε βοῶντες· Χαῖρε, ὄχημα ἡλίου τοῦ νοητοῦ, ἄμπελος ἀληθινὴ τὸν βότρυν τὸν πέπειρον ἡ γεωργήσασα, οἶνον στάζοντα τὸν τὰς ψυχὰς εὐφραίνοντα τῶν πιστῶς σε δοξαζόντων.

Ἰατῆρα τῶν ἀνθρώπων ἡ κυήσασα, χαῖρε, θεόνυμφε, ἡ ῥάβδος ἡ μυστικὴ, ἄνθος τὸ ἀμάραντον, ἡ ἐξαν-

thalamus, et causa deificationis omnium, eliminavit, ut ab ea etiam originale peccatum, quod ex Thoma 3 p. q. 87 et 89, proprie maculæ nomen meretur, eliminatum intelligeremus. Quis etenim cum S. Josephus diserte scribat B. Virginem nullam habuisse maculam, ex ejus verbis recte inferat aliquam in ea fuisse maculam, scilicet, culpæ originalis, qua filii Adæ constituti sunt filii iræ, mancipia diaboli, servi gehennæ?

(34) Dicitur B. Virgo vellus, quia sicut vellus licet sit de corpore, nescit tamen corporis passionem, ita B. Virgo licet fuerit de corpore peccati, id est de massa peccatrice, fuit tamen a passione hujus corporis, in peccati præsertim originalis contractione immunis. Favet D. Hieronymus in serm. de Assumpt. dum de Maria loquens ait : « Cæteris per partes præstatur, Mariæ vero se totam infudit plenitudo gratiæ, quæ est in Christo, quamquam aliter. Hoc quippe est quod David canit : *Descendit sicut pluvia in vellus :* namque vellus cum sit de corpore, nescit corporis passionem. » Hæc ille. Cujus verba afferens Catharinus in suo Tract. de concept. ad Synod. Trident. parte II : « Adverte, inquit, quam egregie velleri comparatur, quod cum sit de corpore, nescit tamen corporis passionem. Quid est hoc, nisi quod licet Maria esset de corpore peccati, id est de massa peccatrice, tamen quasi vellus ignoravit corporis passionem? Tale erat Gedeonis vellus etiam antequam descenderet in illud pluvia, et ros æternæ nubis, id est Altissimi Filius, ne forte dicas hoc intelligi post Filii conceptionem : nam et angelus salutando, jam gratia plenam antea illam enuntiat. » Sic Catharinus.

Favet etiam Gulielmus Filiatrus episcopus Tullensis in Officio ordinis Velleris Aurei sive beatissimæ Virginis sub figura Velleris Roris et Victoriæ Gedeonis edito anno 1458, et in comitiis ejusdem Valentinianensibus, in Hannonia approbato, dum in hymno ad Vesperas, sic de beatissima Virgine canit :

Alba lana sanctitate, carens peccati macula,
Clarissima castitate, humilitatis regula
Hoc vellus absque læsura, repletum divo semine,
Tingitur, et fit purpura cruoris Nati flumine.

Et dum ibidem lect. v, sic loquitur : « Descendit ergo sicut pluvia in vellus, puram Virginem reddens puriorem, assumendo ab ea carnem purissimam, licet peccatrici similem. »

(35) Quid igitur mirum si hunc medicum enixa, ab eo fuit præservata, ne caeteret in infirmitatem peccati originalis? Cui enim congruentius hanc præservationis medicinam exhibere poterat quam Matri? Hinc Bernardinus de Busto serm. 6 de conceptione, parte I, ait in rem nostram : « Inquit Constantinus Africanus in prima Praticæ Pantegni de regimine sanitatis, c. de Disputatione regendorum sanorum, intentio medicorum non est nisi de sanitate custodienda, secundum Galenum in initio sui libri *De diversa intentione medicorum*, qui ait : Medicorum intentio ac voluntas non est nisi in sanitate regenda. Monstravit enim quod ultimitas medicinæ nihil sit aliud, quam sanitatis custodia. Antiqui enim dixerunt, quod melius est custodire sanitatem, quam morbis repugnare : quia sanitas in sanis reperitur, ab infirmis vero est absens. Et melius est rem inventam custodire, quam non inventam quærere. Sanitatis enim custodia prior est, quam infirmitatis curatio, quoniam homo naturaliter est sanus, et sanitas est temperamentum corporis. Hæc ille. Quibus præsuppositis, sic infero : Christus tanquam bonus medicus venit in mundum ad procurandum hominum salutem, et ideo Samaritanus vulnera originalis et actualis peccati curans appellatur a Magistro Sententiar. in princip. 4 libri. Sed boni medici triplici utuntur medicina, secundum Philosophum, III Ethic., scilicet, præservativa, conservativa et curativa, quarum excellentior est præservativa, scilicet, impedire, ne quis in infirmitatem labatur. Ergo debuit Matri suæ hanc medicinam exhibere, eam præservando, ne caderet in infirmitatem peccati originalis, quod quidem facere potuit, quia quidquid potest Deus ab aliquo removere, potest etiam illud infundi prohibere, quia facilius quid suspenditur, sive præservatur, quam inductum tollitur. l. *Patre furioso*, ff. *De his qui sunt*, etc. Sed peccatum originale multipliciter potest removeri, maxime per baptismum fluminis, aut flaminis, vel sanguinis, ut declarat Magister in 4, d. 4, et per suam gratiam remittitur, juxta illud ad Rom. III : *Justificati gratis per gratiam ipsius.* Ergo etiam potuit prohibere, ne in Matre sua benedicta infunderetur, quod et fecit, et sic ille digniorem exhibuit medicinam salutis. » Hactenus Bustus l. c.

Digitized by Google

θήσασα, χαῖρε, Δέσποινα, δι' ης χαρᾶς πληρούμεθα, καὶ ζωὴν κληρονομοῦμεν.

Ῥητορεύουσα οὐ σθένει γλῶσσα, Δέσποινα, ὑμνολογῆσαί σε· ὑπὲρ γὰρ τὰ Σεραφὶμ ὑψώθης, κυήσασα τὸν βασιλέα Χριστὸν, ὃν ἱκέτευε πάσης νῦν θλάβης ῥύσασθαι τοὺς πιστῶς σε προσκυνοῦντας.

Εὐφημεῖ σε μακαρίζοντα τὰ πέρατα καὶ ἀνακράζει σοι· Χαῖρε, ὁ τόμος ἐν ᾧ δακτύλῳ ἐγγέγραπται Πατρὸς ὁ Λόγος, ἁγνὴ, ὃν ἱκέτευε βίβλῳ ζωῆς τοὺς δούλους σου καταγράψαι, Θεοτόκε.

Ἱκετεύομεν οἱ δοῦλοί σου καὶ κλίνομεν γόνυ καρδίας ἡμῶν· κλῖνον τὸ οὖς σου, ἁγνὴ, καὶ σῶσον τοὺς θλίψεσι βυθιζομένους ἡμᾶς, καὶ συντήρησον πάσης ἐχθρῶν ἁλώσεως τὴν σὴν πόλιν, Θεοτόκε.

Ὠδὴ η'.

Νηδύϊ τὸν Λόγον ὑπεδέξω, τὸν πάντα βαστάζοντα ἐβάστασας, γάλακτι ἐξέθρεψας νεύματι τὸν τρέφοντα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, ἁγνὴ, ᾧ ψάλλομεν· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Μωϋσῆς κατενόησεν ἐν βάτῳ τὸ μέγα μυστήριον τοῦ τόκου σου· παῖδες προεικόνησαν τοῦτο ἐμφανέστατα μέσον πυρὸς ἱστάμενοι, καὶ μὴ φλεγόμενοι, ἀκήρατε ἁγία Παρθένε· ὅθεν σε ὑμνοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Οἱ πρώην ἁπάτῃ γυμνωθέντες στολὴν ἀφθαρσίας, ἐνεδύθημεν τῇ κυοφορίᾳ σου, καὶ οἱ καθεζόμενοι ἐν σκότει παραπτώσεων φῶς κατωπτεύσαμεν, φωτὸς κατοικητήριον, Κόρη· ὅθεν σε ὑμνοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Νεκροὶ διὰ σοῦ ζωοποιοῦνται· ζωὴν γὰρ τὴν ἐνυπόστατον ἐκύησας· εὔλαλοι οἱ ἄλαλοι πρώην χρηματίζοντες, λεπροὶ ἀποκαθαίρονται, νόσοι διώκονται, πνευμάτων ἀερίων τὰ πλήθη ἤττηνται, Παρθένε βροτῶν ἡ σωτηρία.

Ἡ κόσμῳ τεκοῦσα σωτηρίαν, δι' ἧς ἀπὸ γῆς εἰς ὕψος ἤρθημεν, χαίροις, παντευλόγητε, σκέπη καὶ κραταίωμα, τεῖχος καὶ ὀχύρωμα τῶν μελῳδούντων, ἁγνή· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὠδὴ θ'.

Ἵνα σοι πιστοὶ τὸ *Χαῖρε* κραυγάζωμεν οἱ διὰ σοῦ τῆς χαρᾶς μέτοχοι γενόμενοι τῆς ἀϊδίου, ῥῦσαι ἡμᾶς πειρασμοῦ, βαρβαρικῆς ἁλώσεως, καὶ πάσης ἄλλης πληγῆς διὰ πλῆθος, Κόρη, παραπτώσεων ἐπιούσης βροτοῖς ἁμαρτάνουσιν.

Ὤφθης φωτισμὸς ἡμῶν καὶ βεβαίωσις, ὅθεν βοῶμέν σοι· Χαῖρε, ἄστρον ἄδυτον εἰσάγον κόσμῳ τὸν μέγαν ἥλιον· χαῖρε, Ἐδὲμ ἀνοίξασα τὴν κεκλεισμένην, ἁγνή· χαῖρε, στύλε πύρινε εἰσάγουσα εἰς τὴν ἄνω ζωὴν τὸ ἀνθρώπινον γένος.

Στῶμεν εὐλαβῶς ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἡμῶν καὶ ἐκβοήσωμεν· Χαῖρε, κόσμου Δέσποινα· χαῖρε, Μαρία, Κυ-

A immarcescibilis efflоruit: gaude, Domina, per quam implemur gaudio, et accipimus hæreditatem vitæ.

Deficit lingua, dum de te loquitur, o Domina, in laudibus tuis: etenim supra Cherubim exaltata es pariens regem Christum, quem deprecare, ut ab omni læsione liberet nunc omnes qui te cum omni fide adorant.

Insigni laude te celebrant ac beatificant omnes fines terræ, clamantes ad te: Gaude, volumen, in quo scriptum est digito Patris Verbum; quod deprecare, o casta Deipara, ut in libro vitæ describat servos tuos.

Deprecamur te servi tui, et inclinamus genu cordis nostri: inclina tu, o purissima, aurem tuam, et salva nos, qui in profundo tribulationum demergimur; custodi, o Deipara, civitatem tuam ab omni inimicorum expugnatione.

33 Ode 8.

O casta, Verbum in utero suscepisti: portantem omnia portasti, nutristi nutrientem nutu suo universum terrarum orbem; cui psallimus: Dominum laudate, opera, et superexaltate in omnia sæcula.

Moyses intellexit in rubo magnum mysterium partus tui: pueri præfigurarunt illud apertissime stantes in medio ignis sine ulla læsione; unde te, o Virgo inviolata ac sancta, laudamus in omnia sæcula.

Versutia hostis antea nudati, stola immortalitatis induti sumus partu tuo: et cum sederemus in tenebris peccatorum, lumen aspeximus, o puella, luminis habitaculum: quare te laudamus in omnia sæcula.

Suscitantur per te ad vitam mortui; vitam enim subsistentem peperisti: facundi fiunt ac diserti, ii qui paulo ante loqui nesciebant: leprosi mundantur, morbi depelluntur, aereorum spirituum multiplices turbæ devictæ sunt, o Virgo salus hominum.

Innumeris benedictionibus cumulata, quæ mundo salutem peperisti, per quam a terra in sublime elevati sumus, gaude, o casta protectio, et robur, murus et munimen canentium: Dominum laudate, opera, et superexaltate in omnia sæcula.

Ode 9.

O Puella, ut tibi *Gaude* clamemus nos fideles, qui per te gaudii participes facti sumus, libera nos a perenni tentatione, a barbarorum expugnatione, et ab omni alia plaga, quæ propter multitudinem peccatorum, mortalibus peccantibus advenire solet.

Stabilimentum et illuminatio nostra facta es: quare ad **34** te clamamus: Gaude, astrum inoccidium, quod mundo magnum solem attulisti; gaude, o casta, quæ paradisum Edem clausum aperuisti; gaude, columna ignea, quæ humanum genus in supernam vitam introduxisti.

Et religiose stemus in domo Dei nostri, et clamemus: Gaude, mundi regina; gaude, Maria om-

Digitized by Google

nium nostrum Domina ; gaude, sola immaculata et pulchra inter mulieres (36) : gaude, vas quod unguentum inexhaustum in te evacuatum suscepisti

ρία πάντων ἡμῶν· χαῖρε, ἡ μόνη ἄμωμος ἐν γυναιξὶ καὶ καλή· χαῖρε, σκεῦος μύρου τὸ ἀκένωτον ἐπὶ σὲ κενωθὲν εἰσδεξάμενον.

Perpetua Virgo, columba quæ Misericordem peperisti (37), gaude ; gaude, confessorum omnium gloriatio; gaude, athletarum corona, omniumque justorum divina exsultatio, nostrumque fidelium salus.

Ἡ περιστερὰ ἡ τὸν Ἐλεήμονα ἀποκυήσασα, χαῖρε, Ἀειπάρθενε· ὁσίων πάντων, χαῖρε, τὸ καύχημα τῶν ἀθλητῶν στεφάνωμα, χαῖρε, ἁπάντων τε τῶν δικαίων θεῖον ἐγκαλλώπισμα, καὶ ἡμῶν τῶν πιστῶν τὸ διάσωσμα.

Hæreditatis tuæ, quæ nos sumus, peccatis omnibus ignosce, Christe Deus, non respiciens nunc ad illa, cum habeas deprecantem te eam, quæ sine semine genuit te super terram, quippe qui propter magnam misericordiam tuam voluisti formam alienam suscipere.

Φεῖσαι, ὁ Θεός, τῆς κληρονομίας σου τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν πάσας, παραβλέπων νῦν εἰς τοῦτο, ἔχων ἐκδυσωποῦσάν σε τὴν ἐπὶ γῆς ἀσπόρως σε κυοφορήσασαν διὰ μέγα ἔλεος θελήσαντα μορφωθῆναι, Χριστὲ, τὸ ἀλλότριον.

VII

B

Ζ'.

In sanctissimam Deiparam canon VII (38), *cujus acrostichis hæc est : « Deipara, senis te modis ego cano. » Joseph.*

Εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, Κανὼν ζ', οὗ ἡ ἀκροστιχίς ἐστι· « Ἕκτον προσάξω τῇ Θεοτόκῳ μέλος. » Ἰωσήφ.

Ode 1.

Ὠδὴ α'.

Decepta pravo bestiæ consilio, prima mater mortem adduxit in mundum : tu vero, o purissima, vitam enixa nos corruptione peremptos vivificasti.

Ἐκ πονηρᾶς συμβουλίας τοῦ δυσμενοῦς ἡ πρωτόπλαστος θάνατον ἐπεισῆξεν· ἀλλ' αὐτὴ τὴν ζωὴν κυήσασα, ἁγνὴ, νεκρωθέντας τῇ φθορᾷ ἡμᾶς ἐζώωσας.

35 Et cogitationibus prolabens, et maculis carnalibus sordescens, ad te vere (39) puram, immaculatam et castam confugio : esto adjutrix servo tuo.

Καὶ λογισμοῖς ὀλισθαίνων καὶ μωλυσμοῖς σαρκικοῖς σπιλούμενος, ἐπὶ σὲ τὴν καθαρὰν ἀληθῶς καὶ ἄσπιλον, ἁγνὴν καταφεύγω, βοηθὸς γενοῦ τῷ δούλῳ σου.

Infestas cordis mei passiones, o Deipara, tuis medicaminibus cura ; gravissimam cogitationum inconstantium tempestatem seda intercessione tua apud Deum, o Domina.

Τὰ τῆς καρδίας μου πάθη τὰ χαλεπὰ, Θεοτόκε, ἴασαι, τῶν ἀστάτων λογισμῶν τὸ δεινὸν κλυδώνιον τῇ σῇ μεσιτείᾳ πρὸς Θεὸν ἐκσπασον, Δέσποινα.

Ode 3.

Ὠδὴ γ'.

Per illam quæ peperit te, miserere mihi, et salva me, o Verbum, tu qui solus natura compatiens propter viscera misericordiæ tuæ effudisti pro me totum sanguinem tuum.

Ὁ μόνος φύσει συμπαθὴς, ὁ τὸ αἷμά σου, Λόγε, διὰ σπλάγχνα ἐλέους δι' ἐμὲ ἐπὶ σταυροῦ κενώσας, διὰ τῆς σε κυησάσης οἰκτειρον καὶ σῶσόν με.

Addictum Deo templum per divinam generatio-

Ναὸς γενόμενος Θεοῦ τῇ θεογεννησίᾳ, ἐκουσίως εἰς

(36) Non potuit S. Josephus immaculatum B. Virginis conceptum verbis clarioribus deprædicare. Quid enim est dicere B. Virginem solam inter mulieres fuisse immaculatam, nisi cum omnes mulieres post Adæ lapsum fuerint cum originali macula conceptæ, eam solam inter illas ab hac macula in suo conceptu liberam exstitisse, atque adeo solam inter omnes immaculatam fuisse?

(37) Ob puritatem originalem maxime appellatur Virgo nomine columbæ, quæ sine felle est, et typus puritatis : *Una est columba mea.* Cantic. cap. II. Nam sexaginta sunt reginæ, et multo plures concubinæ ; adolescentularum autem non est numerus, sed primaria Sponsa et omnibus longo intervallo anteposita, una est Maria, hoc est sola, quam singularitatem maxime habet in puritate justitiæ originalis. Est quippe amor munditiæ et puritatis velut nativus columbæ, ut propterea aquam, unde bibere et se lavare possit, mundam et puram esse admoneat Varro libr. III, c. 7 : *Sunt enim*, inquit, *permundæ hæ volucres.* Itaque apte consentit cum summo Virginis nitore nomen columbæ. Et nomen quidem Hebræum columbæ, a radice impurum quid et graveolens ferente deductum est, quia indidem derivatur unde cœnum et lutum, ut Sancius in cap. II Cantic., n. 58, ratiocinatur ; ipsum tamen columbæ nomen nihil nisi purum et illime præ se fert, quod in rem nostram apposite cadit. Nam B. Virgo, quamvis de cœnosa et fœda radice parentum generis nostri procreata, nihil tamen continet nisi sanctum et purum, ita ut etiam ipsum ejus primum initium fuerit intemeratissimum et omni prorsus labe carens, quod Galatinus libr. VII, *De arcanis*, cap. 5, expressum putat eo Spiritus sancti oraculo Cantic. II : *Columba mea in foraminibus petræ.* Nam petram ad principium generationis pertinere putat ex Isaiæ LV, ubi Hebræi jubentur attendere ad petram unde excisi erant, id est, ad suæ generationis principium. In ipsis ergo petræ foraminibus, inque ipso primo ortus ad vitam principio puritas Virginis commendatur. Vide Nieremberg. in Exceptionib. c. 13.

(38) Exstat hic canon Græce tantum in Paracletica Græcorum, Feria IV, sexti tomi seu secundi.

(39) Ne aliquis putaret B. Virginem false, inaniter et ficte dici puram et immaculatam, addidit Josephus, *vere*, significans ipsam in veritate puram fuisse atque immaculatam. Revera autem non fuisset pura, nec dici posset vere immaculata, si in primo instanti sui esse impuritate ac macula originalis criminis sordidata apparuisset.

Digitized by Google

πάθη ὠλίσθησα χαλεπά· διό σε, Θεοῦ νεὰ, ἱκετεύω, A Δέσποινα, βοήθει μοι.

nem effectus, voluntarie in molestissimas passiones prolapsus sum. Propterea supplex rogo te, o Domina, quæ es templum Dei, adjuva me.

Παστὰς Κυρίου ἐκλεκτὴ, οὐρανίου παστάδος ποίησόν με κληρονόμον τὸν τῇ θείᾳ σου σκέπῃ, ὡς ἐν παστάδι σεπτῇ καθ' ἑκάστην πόθῳ σε γεραίροντα.

Regis Domini thalamus electus, fac me cœlestis thalami consortem divina protectione tua; ego quippe in augusto thalamo quotidie cum affectu te honoro.

Ὠδὴ δ'.

Ode 4.

Ῥανίσιν, ἄχραντε, πλευρᾶς τοῦ τόκου σου τῶν παθῶν μου τὸν ῥῦπον καὶ τοὺς δεινοὺς σπίλους τῆς καρδίας μου ἐναποκάθαρον, ἁγνὴ, καὶ φωτί σου καταλάμπρυνον.

Absterge, o immaculata et pura, (40) guttis e latere Filii tui manantibus, sordes affectionum mearum, et pessimas maculas cordis mei; et luce tua illustra me.

Ὁδὸς εὐθεῖά μοι, ὁδὸς εἰσάγουσα σωτηρίας πρὸς τρίβους ἡ τὴν ὁδὸν τέξασα γενήθητι, ἀποπλανήσει πονηρᾷ καθ' ἑκάστην ὀλισθαίνοντι.

Sis mihi, tu, quæ viam ipsam peperisti, via recta; via quæ deducat me in semitas salutares; nam quotidie errore malo prolabor.

Σταγόνα δμβρισον ἐν τῇ καρδίᾳ μου κατανύξεως, B Κόρη, ἡ τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς κυήσασα, τὰς διεκχύσεις τῶν ἐμῶν παθημάτων ἀναστέλλουσα.

Effunde stillas compunctionis in corde meo, o Puella, quæ fontem vitæ peperisti, et passionum mearum effusiones compesce.

Ἁγία Δέσποινα, τὸν ὑπεράγιον ἡ κυήσασα Λόγον, ἁγιασμὸν τῇ ψυχῇ μου δώρησαι, καὶ τρικυμίας πειρασμῶν τὴν ζωήν μου ἐλευθέρωσον.

Nulli sanctitate secunda Domina (41), quæ omni sanctitate superius Verbum peperisti, sanctificationem largire **36** animæ meæ, et a tentationum procellis libera vitam meam.

Ὠδὴ ε'.

Ode 5.

Ξένον ὡς ἔσχηκας τοκετὸν, ξένον με γενόμενον Θεοῦ δι' ἁμαρτίας οἰκείωσον, ξένωσον ἐκ ταύτης, καὶ τῷ οἰκτίρμονι οἰκείωσον, Παρθένε, τῇ μεσιτείᾳ σου.

Ipsa, quæ partum peregrinum habuisti, me a Deo peregrinum effectum, eo quod peccati domesticus fuerim, ab eodem peccato peregrinum redde; et misericordi me domesticum effice, o Virgo, mediatione tua.

Ὡς ὄρος πάλαι σε Δανιὴλ βλέπει, τηλαυγῶς μαρμαρυγαῖς τῆς παρθενίας ἐκλάμπουσαν, ἐξ οὗ ἐτμήθη C λίθος συντρίβων, πάναγνε, τὰ εἴδωλα τῆς πλάνης σθένει θεότητος.

Sicut montem vidit te olim Daniel, virginitatis radiis splendide coruscantem, o tota immaculata: ex quo abscissus est lapis, qui robore divinitatis, erroris simulacra contrivit.

Truculentorum latronum invasionibus sauciatum in anima, et semimortuum in via hujus vitæ, gravique in discrimine positum, visita me, o Verbum, per eam quæ peperit te.

Ὠδὴ ς'.

Ode 6

Ἡ ῥάβδος ἡ ἔντιμος ἡ βλαστήσασα ἡμῖν ξύλον ζωῆς τὸν Κύριον, τὴν ταπεινὴν ψυχήν μου φθοροποιοὺς ἐννοίας βλαστάνουσαν τῷ σταυρῷ τοῦ Υἱοῦ σου ἀποκάθαρον

Emunda cruce Filii tui infelicem animam meam, cogitationes noxias pullulantem, o virga venerabilis, ex qua nobis lignum vitæ Dominus germinavit.

Θηρὸς ἁμαρτίας με, ὡς κυτώας ἐκ γαστρὸς τὸν Ἰωνᾶν, ἐξάγαγε σαῖς ἱκεσίαις, Λόγε, τῆς ἐν γαστρὶ ἀγνῶς χωρησάσης σε τὸν ἀχώρητον φύσει, πολυέλεε.

Me a fera peccati, tanquam Jonam a ventre ceti educ, o Verbum, multa præditum misericordia, per intercessionem illius, quæ te incomprehensibilem natura, in suo utero castissime comprehendit.

Ἐπλήθυναν, Δέσποτα, ὑπὲρ ἄμμον θαλασσῶν τὰ πονηρά μου πταίσματα· ὡς κεκτημένος πέλαγος D

O Domine, multiplicata sunt super arenam maris pessima peccata mea: tu, tanquam possidens

(40) Quando Patres, ut Origenes Homil. 1 de diversis in Matthæum; S. Bernardus serm. 13, de Cœna Domini; S. Leo papa epist. 38, S. Joan. Chrysostomus in cap. XI Epist. ad Hebræos, et alii, Christum vocant immaculatum, non solum a Christo peccatum actuale excludunt, verum etiam et originale, id quod expresse docuit Odo Cameracensis in Expositione Canonis, dist. 3, dicens: *Hostiam immaculatam, id est, sine omni macula culpæ, utpote concepta et nata sine peccato.* Eodem prorsus modo de Virgine censendum: nam quemadmodum Christus non diceretur revera immaculatus absolute et simpliciter, si aliquod admisisset peccatum actuale aut originale, æque minus Virgo immaculata nuncuparetur, si aliquod agnovisset. Meritoque Odo Cameracensis loco citato eodem modo copulavit Jesum Christum et Matrem ejus in Elogio nominis immaculati dum dixit: ab immaculata Matre sumptam esse hostiam immaculatam. Vide Nierembergium, in Exceptionibus cap. 2.

(41) Hoc Elogio Deiparam Virginem omnes omnino tam homines quam angelos in sanctitate excessisse proclamavit Josephus, quod verificari nullatenus posset contracto peccato originali; ex hac enim parte angeli et protoplasti in paradiso essent B. Virgine sanctiores. Nam si primos parentes, quod essent humanum genus propagaturi, visum est Deo sanctimonia ornatos in lucem educere (ex communiori sententia), an videri ipsi aliter potuit de hac altera Eva reparandæ salutis adjutrice, sociaque amplificandæ sanctitatis, et aliis insigni gloriis, quæ primigeniæ labis probrum aut excludant oportet, aut in dubium revocentur? Si angeli in sanctitate a Deo creati, cur non similiter eorum Regina?

Digitized by Google

pelagum misericordiarum, converte, et salva me, o Verbum, advocationibus Genitricis tuæ.

37 Ode 7.

Deificasti partu tuo, qui fuit supra naturam, naturam primi parentis. Me igitur qui supra naturam pecco, et Deum natura bonum ad iram provoco, maternis tuis reconciliationibus eidem domesticum redde.

Jugiter emanant a corde meo peccatorum flumina : tu ex qua aqua salutis fidelibus scaturivit, emunda illud, ut canere possim dulcisonis modis: Benedicta, quæ Deum in carne peperisti.

Supra terram tu fuisti cœlum Factoris cœli et terræ, quem supplex precare ut liberet me a terrenis malis, et dignum me faciat ut particeps sim bonorum cœlestium, o Dei Genitrix.

Ode 8.

Ego miser, quantumvis nolim, turpia perpetor, consuetudini deserviens, quæ me subjicit pessimis dominis, qui a Deo exciderunt; o Domina Virgo, libera me.

Genuisti, o Domina Virgo, botrum nullius manu agricolæ cultum, ex quo vinum salutiferum profluit universis; me peccati ebrietate obtenebratum, sobrietati ac saluti restitue.

O Domine, licet damnationis reus sim, ne statuas me cum damnatis, in hora judicii : sed exiguum suspirium meum susciplens, salvum me fac, o miserator, intercessionibus Matris tuæ.

Ode 9.

Conculcavi ego solus per summam amentiam legem tuam salutiferam, o Christe; et gravissimæ transgressioni **38** deservio, jamque damnationis reus factus sum : salva me, et miserere mei, per castam illam, quæ peperit te, tu quippe es omni bonitate superior.

A tempestate tentationum mihi graviter periclitanti esto portus, o Deo charissima Domina : et passionum mearum fluctus mitigans, peccatorum meorum pelagum desicca, ut pro debito laudem te omni laude dignissimam.

Notifica mihi viam rectam, o Virgo, per quam invenire possim portam ad regna superna ferentem, ad divina paradisi tabernacula, ad veram ac sempiternam beatitudinem.

Ordines angelorum sanctorum, exercitus martyrum, confessorum, hierarcharum, justorum, prophetarum atque apostolorum cœtus, una cum Genitrice tua, te, Christe, precantur : Tu tanquam multa præditus misericordia, salva nos, et miserere nostri.

VIII

In sanctissimam Deiparam Canon VIII (42) *cujus acrostichis est : « Octava do tibi, Maria, cantica. Joseph. »*

Ode 1.

O gloriosa et casta, quæ sola fidelium gloria

οἰκτιρμῶν, ἐπίστρεψον, σῶσόν με παρακλήσεσι, Λόγε, τῆς Τεκούσης σε.

Ὠδὴ ζ'.

Ἡ τὴν φύσιν τοῦ προπάτορος θεώσασα τῷ ὑπὲρ φύσιν τόκῳ σου, ἁμαρτῶντά με ὑπὲρ φύσιν, καὶ τὸν ἀγαθὸν τῇ φύσει πικράναντα Θεὸν, καταλλαγαῖς σου μητρικαῖς αὐτῷ οἰκείωσον.

Τὴν πηγάζουσαν ἑκάστοτε καρδίαν μου ἁμαρτημάτων ῥεύματα, ἡ πηγάσασα σωτηρίας ὕδωρ τοῖς πιστοῖς, καθάρισον μέλπειν ἐμμελῶς · Εὐλογημένη ἡ Θεὸν σαρκὶ κυήσασα.

Οὐρανὸς ἐπὶ τῆς γῆς σὺ ἐχρημάτισας τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς Ποιητοῦ, ὃν ἱκέτευε τῶν τῆς γῆς με ῥύσασθαι κακῶν, καὶ μέτοχον τῶν ἐν οὐρανοῖς καταξιῶσαι ἀγαθῶν, Θεογεννήτρια.

Ὠδὴ η'.

Καὶ μὴ θέλων, ὦ τάλας, πράττω τὰ ἄτοπα συνηθείᾳ δουλεύων καταδουλούσῃ με δούλοις πονηροῖς, ἐκ Θεοῦ ὀλισθήσασι · Δέσποινα Παρθένε, ἐλεύθερόν με δεῖξον.

Ὡς τὸν βότρυν τεκοῦσα τὸν ἀγεώργητον, τὸν πηγάζοντα οἶνον πᾶσι σωτήριον, μέθῃ με πικρᾷ; ἁμαρτίας σκοτούμενον, Δέσποινα Παρθένε, σωφρόνησον καὶ σῶσον.

Μή με στήσῃς ἐν ὥρᾳ, Δέσποτα, κρίσεως μετὰ τῶν κατακρίτων ὄντα κατάκριτον, ἀλλὰ τὸν μικρὸν στεναγμόν μου δεξάμενος, σῶσόν με πρεσβείαις τῆς σῆς Μητρὸς, οἰκτίρμο .

Ὠδὴ θ'.

Ἐμὲ τὸν μόνον καταπατήσαντα φρενοβλαβῶς τὸν νόμον σου, Χριστὲ, τὸν σωτήριον, καὶ δεινῇ παραβάσει δουλεύσαντα, καὶ κατακεκριμένον σῶσον, οἰκτείρησον διὰ τῆς τεκούσης σε ἁγνῆς, ὡς ὑπεράγαθος.

Λιμὴν ἐν ζάλῃ μοι κινδυνεύσαντι τῶν πειρασμῶν γενοῦ, θεοχαρίτωτε Δέσποινα, καὶ παθῶν μου τὸν σάλον πράϋνον, τὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου ξήρανον πέλαγος, ὅπως κατὰ χρέος σε ὑμνῶ τὴν πολυύμνητον.

Ὁδὸν εὐθεῖάν μοι καθυπόδειξον, δι' ἧς εὑρεῖν δυνήσωμαι τὴν πύλην τὴν φόρουσαν πρὸς τὰ ἄνω, Παρθένε, βασίλεια, πρὸς τὰ τοῦ παραδείσου θεῖα σκηνώματα, πρὸς τὴν δι' αἰῶνος ἀληθῆ μακαριότητα.

.... στρατὸς μαρτύρων, ὁσίων σύλλογος, ἱεραρχῶν, δικαίων, προφητῶν, ἀποστόλων τε, τῶν ἀγγέλων τὰ τάγματα, μετὰ τῆς σε τεκούσης ἐκδυσωποῦσί σε · Σῶσον ἡμᾶς, οἰκτειρον, Χριστὲ, ὡς πολυέλεος.

Η'.

Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, Κανὼν η', οὗ ἡ ἀκροστιχίς ἐστι · « Δέησίς ἐστιν ὀγδόη τῇ Παρθένῳ. » Ἰωσήφ.

Ὠδὴ α.

Δεδοξασμένα περὶ σοῦ λελάληται, δεδοξασμένη,

(42) Exstat hic Canon Græce tantum in Paracletico Græcorum edito feria IV octavi toni seu quarti plagii, et in Paracletico ms. Bibliothecæ monasterii Cryptæferratæ feria VI.

Digitized by Google

ἁγνὴ, ἡ τῶν πιστῶν δόξα μόνη χρηματίσασα· διὸ μελλούσης δόξης με κοινωνὸν σαῖς πρεσβείαις δοξάζοντά σε ἀνάδειξον, ἄχραντε πανάμωμε Δέσποινα.

Εὐλογημένος ὁ καρπὸς, πανάμωμε, ὁ τῆς κοιλίας σου, δι' οὗ βροτοὶ πάντες τῆς ἀρᾶς ἐλύθημεν, εὐλογημένη πάναγνε, ἀνερμήνευτον θαῦμα, ἀκατανόητον ὅραμα, πάντων τε βροτῶν τὸ διάσωσμα.

Ἡ τῶν ἀγγέλων δυσωπεῖ σε, Κύριε, πληθὺς ἑκάστοτε, τῶν μαθητῶν δῆμος, προφητῶν ὁ σύλλογος, μαρτύρων καὶ ὁσίων σου· διὰ τῆς Θεοτόκου, ἁμαρτημάτων συγχώρησιν δώρησαι ἡμῖν, ὡς φιλάνθρωπος.

Σὲ τὴν ἐν σπλάγχνοις δεξαμένην, ἄχραντε, τὸ φῶς τὸ ἄστεκτον ἐκδυσωπῶ πίστει· τῆς γεέννης ῥῦσαί με, καὶ τῆς ἀποκειμένης μοι διὰ πλῆθος πταισμάτων κολάσεως ἐλευθέρωσον, σοῦ ταῖς εὐπροσδέκτοις δεήσεσιν.

Ὠδὴ γ'.

Ἱερᾶς πολιτείας ἀποπεσὼν, ἄχραντε, παρασυνεβλήθην τοῖς κτήνεσι καὶ κατάκριτος ὅλος γεγένημαι· ἡ τὸν Κριτὴν τετοκυῖα πάσης, κατακρίσεως ῥῦσαι καὶ σῶσόν με.

Στεναγμοὺς ἀνενδότους, καὶ ψυχικὸν δάκρυον, καὶ διηνεκῆ μοι παράσχου, κόρη, κατάνυξιν, ὅπως πενθήσω μου τὰ συμφυέντα μοι πάθη ἐξ ἀπροσεξίας μου, Θεοχαρίτωτε.

Ἐπουράνιαι τάξεις, λειτουργικὰ πνεύματα, δῆμος προφητῶν, ἀποστόλων σου, καὶ μαρτύρων σου, σὺν τῇ τεκούσῃ σε, ἐκδυσωποῦσιν, οἰκτίρμον, τῷ λαῷ σου δώρησαι πταισμάτων ἄφεσιν.

Συμπαθείας με θείας, ὡς συμπαθὴς, ἄχραντε, νῦν καταξιῶσαι δυσώπει τὸν εὐσυμπάθητον, τρόπους ἀσπλάγχνους καὶ ἀσυμπαθεῖς κεκτημένον, μετανοίας τρόπους με νῦν ἀνακάλεσαι.

A facta es: gloriosa dicta sunt de te: propterea, dum te glorifico, fac me participem futuræ gloriæ intercessionibus tuis, o Domina immaculata, et ab omni labe aliena (43).

39 Carens omni macula Virgo (44), tota casta ac benedicta, inexplicabile miraculum, incomprehensibile spectaculum, omnium mortalium salus, benedictus sit fructus ventris tui, per quam nos homines universi a maledictione liberati sumus.

Turba angelorum copiosa, discipulorum conventus, prophetarum, martyrum et confessorum tuorum cœtus, te, Domine, semper precatur: per Deiparam largire nobis peccatorum veniam, utpote hominum amator.

B Ad te, o immaculata, quæ ignem intolerabilem intra viscera suscepisti, supplices cum fide preces fero: a gehenna eripe me, et a supplicio, quod propter multitudinem peccatorum meorum paratum est mihi, libera me acceptissimis precibus tuis.

Ode 3.

Ut a sacris vitæ institutis excidi, o immaculata, comparatus sum jumentis, et damnatus totus factus sum; tu quæ Judicem peperisti, ab omni damnatione libera me, et salva me.

Assiduam compunctionem, veros gemitus, ac lacrymas ex animo emanantes concede mihi, o puella, ut passiones quæ mihi ex mea negligentia inhæserunt, deflere possim, o Deo gratissima.

C Digestæ per cœlum angelorum acies, administratorii spiritus, turba prophetarum, apostolorum, ac martyrum tuorum, una cum Genitrice tua, te suppliciter exorant, o misericors, ut populo tuo peccatorum indulgentiam largiaris.

O immaculata, tanquam compatiens precare illum qui maxime omnibus compatitur, ut me divina compassione dignum efficiat: et cum mores immites, et compatiendi ignaros induerim, tu me nunc ad pœnitentiæ mores revoca.

(43) Hæc vox *immaculata*, adjuncta Dominæ nostræ Virgini Deiparæ, exserit omnes vires suas et plenitudinem puritatis significat, excludens omnem maculam sive actualem, sive originalem; nobilius significans exclusionem maculæ originalis in conceptione conjuncta Virgini, quam si conceptioni ipsi jungatur. Indicat enim originem et fontem, unde conceptioni provenit quod sit immaculata et ab omni labe aliena, nempe gratiam, quæ animæ Virginis inhæret. Virgo enim non est immaculata ex vi suæ conceptionis, sed ex beneficio Dei infundentis illi gratiam, in ipso conceptionis momento. Quare (ut more scholastico loquar) hæc causalis est vera: quia anima Virginis est immaculata in momento conceptionis, conceptio ipsa est immaculata non e contra. Ad hæc, Virgo est immaculata intrinsece per gratiam, et carentiam maculæ ipsi inhærentem; conceptio vero est immaculata solum extrinsece per denominationem a puritate quæ est in Virgine. Conceptio enim neque intrinsece potest habere gratiam, neque culpam, sed sancta dicitur a sanctitate animæ, maculata vero tum ab infectione seminis ex debito et quasi radicaliter, tum formaliter a macula inhærente animæ, quæ omnia conceptioni ipsi extrinseca sunt. Nobilius ergo significatur puritas conceptionis conjungendo cum Virgine epithetum immaculatæ, quam si cum conceptione ipsa conjungeretur. Vide Calderon, *Pro titulo immaculatæ conceptionis*, cap. 5, n. 197.

(44) Potuitne Virgo omni carere macula, si originalis peccati macula non caruit? Nonne mirum apparet, quod cum dubitet nemo Dei Matrem actuali peccato nunquam fuisse vel leviter afflatam, esse nihilominus qui velint fœdatam macula longe turpiori? *Is* sanctus, impollutus, segregatus a peccatoribus tam procul, ut sanctitatis notas populo sacrificiis et templo, sacerdotibus, throno, ac reliquis olim fabricandi sibi palatii nudis imaginibus atque umbris ab orbe condito impresserit, hoc ipsum palatium, nempe Matrem divinitatis corporandæ, æternum augustale, cum facile posset, non exemit, scilicet, a labe detestanda peccati nobis ab ortu congeniti? Et in illis ab sese plurimum remotis, fumique instar defecturis, ad se tamen utcunque spectantibus, puritatis summæ curiosus, copulandam sibi arctissimo omnium ac maxime intimo ac sempiterno vinculo neglexit? Passus exsecrandarum sordium contumeliis patere quam sibi Matrem delegerat? Passus dæmoni carnem semel mancipari, quam deinde secum esset in perpetuum juncturus? Vide Ludovic. Janinum Soc. Jesus in *Corona augustissimæ Virginis Matris Dei*, tract. 1, excellent. 7.

Digitized by Google

40 Ode 4.

Tota pura, discinde pessimum peccatorum meorum chirographum divina lancea, quæ pupugit divinum latus illius, qui ex te, o Virgo, homo fieri atque inter homines versari voluit, et precare, ut ego a Deo per meam insipientiam elongatus, salvandorum libro ascribar.

Συνῆψας τὰ πάλαι διεστῶτα, Παρθένε θεοχαρίτωτε, τῷ τόκῳ σου· ὅθεν ὡς αἰτίαν σε πάντων μακαρίζομεν τῶν ἀγαθῶν, κραυγάζοντες ψυχῆς εὐθύτητι· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα. B

Φώτισον, ἁγνή, ψυχῆς μου τὰ ὄμματα, παῦσον τὸν κλύδωνα τὸν ἐπιγινόμενον τῆς τῶν δαιμόνων παρενοχλήσεως, καὶ εἰς ὁδὸν κατεύθυνον τῶν θελημάτων Χριστοῦ τοῦ νοός μου, πάναγνε, τὴν στένωσιν, ὅπως πίστει ἀεὶ μακαρίζω σε.

Interemptus a passionibus et cogitationibus meis, o summe immaculata, ad miserationes tuas confugio, ad ferventem protectionem tuam et auxilium erga nos, accurro, o Domina sola a Deo summe glorificata : tu vivifica et salva me.

Portus esto mihi, o libera ab omni labe, dirigens me ad quietam stationem salutis, dum agitor marinis fluctibus vitæ, et ab hostis scandalis libera me.

Filius inintelligibilis qui sedet in sinu Patris, in tuo etiam sinu, o pura, tanquam infans residet ad revocandum nos; cui clamamus : Patrum Dominus et Deus, benedictus es.

Copulasti ea, quæ olim disjuncta erant, partu tuo, o Virgo Deo gratissima : quamobrem te tanquam omnium bonorum causam beatificamus, clamantes cum rectitudine animi : Laudate, opera, Dominum.

Illumina, o casta, oculos animæ meæ, seda tempestatem perturbationis dæmonum ingruentium, et in viam dirige voluntatum Christi, mentis meæ angustiam, ut te **118** semper cum fide beatificem, o castissima.

Ex Canone in SS. Theodulum, ac Therapondem, die 28 (63*).

Sacerrimus Prophetarum chorus præmonstravit a longe te futuram vere Dei Genitricem, o Virgo sublimior Cherubim, atque hominibus creaturis.

Arcanam atque inscrutabilem partus tui profunditatem humanus intellectus assequi nullo modo potest, o Augusta : Deus enim seipsum propter suam misericordiam exinaniens in utero tuo, me totum iterum plasmavit. C

Tanquam portam ferentem ad ingressum divinum, tanquam alium Paradisum, tanquam intelligibilem locum sanctificationis, tanquam speciem Jacob, Virginem beatificemus.

Post tremendum partum virgo, qualis ante fueras, perseverasti : Deus enim erat qui nascebatur, qui immutat omnia voluntate sua, o Maria innupta, Dei gratia plenissima.

Verbum intra viscera tua corpus factum sine semine, perfectus homo apparuit, innovans naturas, prout Deum decebat, quemadmodum solus ipse novit, o porta Deo charissima, ab omni nævo immunis.

Ille qui sedet in sinu Genitoris incircumscriptibiliter, in sinu tuo nunc residet, o intemerata, circumscriptibiliter, forma tua circumamictus, propter salvationem Adæ factus novus Adam.

A pristina maledictione redempti per partum tuum, o Puella omni benedictione cumulata, ac divina gratia plenissima, ad te vocem Gabrielis emittimus : Ave, causa salutis omnium.

Luce tua illustra me, quæso, o Virgo inter mulieres Deo gratissima, et ab igne perenni redime me, ut te magnificem, **119** ut te glorificem, ut debitis laudibus extollam magnalia tua.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἑρμεῖον, ἡμέρᾳ λα'.

Ἁγία Παρθένε, Μῆτερ Χριστοῦ, μαρτύρων ἡ δόξα, καὶ ἀγγέλων ἡ χαρμονή, σὺν τούτοις δυσώπει τὸν Υἱόν σου, τοῦ οἰκτειρῆσαι καὶ σῶσαι τοὺς δούλους σου. D

Στόματι καὶ γλώττῃ σε Θεοῦ πανάγιον τέμενος ὁμολογῶ, πάναγνε· διό με πάσης ῥῦσαι κολάσεως.

Ὑπερύμνητε Δέσποινα, τὸν ἐν τοῖς ἁγίοις ἀναπαυόμενον ὑπὲρ λόγον ἀπεκύησας· διὰ τοῦτο ὕμνοις σε γεραίρομεν.

Νοερὰν σε λυχνίαν πάλαι ὁ προφήτης κατεῖδεν ἐν Πνεύματι κεκτημένην, Κόρη, τὸ λαμπάδιον Χριστὸν τὸν Κύριον, τὸν φωτὶ ἀῤῥήτῳ πάντας ἡμᾶς φωταγωγοῦντα, τοὺς πιστῶς σε τιμῶντας, πανάμωμε.

Ex Canone in festo S. Martyris Hermei, die 31.

Sancta Virgo, Mater Christi, martyrum gloria, et angelorum lætitia, una cum illis supplex precare filium tuum, ut misereatur et salvos faciat servos tuos.

Ore et lingua te sanctissimum Dei templum confiteor, o tota casta : propterea ab omni supplicio libera me.

O Domina omni laude superior, tu eum qui in sanctis requiescit, ineffabili ratione peperisti; ideo te laudibus veneramur.

Olim vidit te, o Puella, propheta in spiritu candelabrum intelligibile habens lucernam Christum Dominum, ineffabili luce nos omnes perfundentem, qui te, o immaculatissima, fideliter honoramus.

(63*) Deest in Menæis impressis.

Digitized by Google

Lacte divinitus nutris eum qui nutu nutrit universos; ulnis contines et complecteris, o purissima Domina, eum qui continet omnia : quamobrem te fideliter pro debito glorificamus.

Speciosa facta es, o Virgo, speciosum forma Christum enixa, qui similis factus est nobis, atque omnes contritos, ad vitam reformavit : unde te semper fideliter hymnis glorificamus.

Latior cœlis facta es, o Virgo, cum contineris in utero Deum ; quem semper exora, ut liberet me nunc a peccato, a quo nunc in angustias redigor, ut pietatis operibus dilatatus, te fideliter beatificem.

Deus, qui gestavit me, processit ex te; induens me vestimento incorruptionis, cum ob pravas meas cogitationes divina stola nudatus fuissem ; o Dei Genitrix Domina, omnium hominum refugium, martyrum murus, et robur a quo coronantur, et angelorum exsultatio.

120 MENSIS JUNIUS.

Ex Canone in festo S. Dorothei martyris, episcopi Tyri, die 5.

Deplue super me, o Virgo, precor, compunctionis stillam, quæ inhærentes mihi sordes abstergat, ut glorificem te.

Totum cor meum illustra luce divina, o porta lucis, peccati tenebras depellendo.

A tentationibus, atque a mortifera vitæ tempestate salva me, ut cum fide te beatificem, o sanctissima Puella Mater Virgo.

Oriens Solis, qui ante Luciferum coruscavit, facta es, o immaculata ; per quem illi qui in tenebris malorum versabantur, lucem viderunt.

Deum, quem peperisti hominem factum supplex ora, o Virgo, ut liberet me ab igne et tormento.

O Dei Genitrix, eripe a vinculis peccati infelicem animam meam ; et mediante perfecta Christi charitate liberam redde eam, ut te, o Deipara, fideliter in sæcula glorificem.

Speciosissima facta es, o Virgo, speciosissimum in utero concipiens ac ferens Verbum, cui psallimus : Benedicite, omnia opera, Dominum.

O pura, quæ manibus portasti Christum, universa divino nutu portantem ; eumdem assidue deprecare, ut dirigat elevationes manuum nostrarum tanquam thymiama in conspectu suo.

121 *Ex Canone in festo S. Theodoti Ancyrani, martyris, die 7.*

Ob excessum misericordiæ Filius Dei inclinavit cœlos, et descendit, atque ex te incarnatus est, o casta, ut salvaret homines a seductione serpentis.

Intuitus a longe diviniloquorum prophetarum chorus profunditatem mysterii tui, multiformibus vocibus, te Dei Matrem castam prædicavit, o castissima Sponsa Dei.

Cum Creator conservasset te post partum virginem incorruptam, qualis fueras ante partum, ha-

Θηλάζεις θεοπρεπῶς τὸν νεύματι πάντας τρέφοντα, ἀγκάλαις περιχρατεῖς, πανάμωμε Δέσποινα, τὸν πάντας κατέχοντα· διὰ τοῦτο πίστει καταχρέως σε δοξάζομεν.

Ὡραιώθης, Παρθένε, τὸν ἐν κάλλει ὡραῖον Χριστὸν κυήσασα ἡμῖν ὁμοιωθέντα, καὶ πάντας συντριβέντας πρὸς ζωὴν ἀναπλάσαντα· ὅθεν πιστῶς σε ἀεὶ δοξάζομεν ἐν ὕμνοις.

Ὤφθης πλατυτέρα οὐρανῶν, χωρήσασα Θεὸν ἐν μήτρᾳ, ὃν ἀεὶ δυσώπει τῆς στενοχωρούσης με νῦν ἁμαρτίας ῥύσασθαι, Παρθένε, ὅπως πλατυνόμενος ἔργοις εὐσεβείας πιστῶς σε μακαρίζω.

Φορέσας με προῆλθε Θεὸς ἐκ σοῦ ἀφθαρσίας ἐνδύσας με ἔνδυμα τὸν πονηρᾷ γνώμῃ γυμνωθέντα θείας στολῆς, Θεογεννῆτορ Δέσποινα, πάντων τῶν ἀνθρώπων καταφυγή, μαρτύρων στεφηφόρων κραταίωμα, καὶ τεῖχος, καὶ τῶν ἀγγέλων ἀγαλλίαμα.

ΜΗΝ ΙΟΥΝΙΟΣ.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Δωρόθεον, ἐπίσκοπον Τύρου, ἡμέρᾳ ε'.

Ὄμβρισόν μοι, Παρθένε, δέομαι σταγόνα κατανύξεως, τὸν ἐνόντα μοι ῥύπον ἀποπλύνουσαν, ὅπως δοξάζω σε.

Ὅλην τὴν καρδίαν μου τῷ θείῳ φωτὶ λάμπρυνον, πύλη φωτὸς τὸν τῆς ἁμαρτίας σκοτασμὸν ἐκδιώκουσα.

Πειρασμῶν με διάσωσον, καὶ τοῦ ψυχοφθόρου τοῦ βίου κλύδωνος, ὅπως πίστει μακαρίζω σε, παναγία κόρη Μητροπάρθενε.

Ἀνατολὴ Ἡλίου πρὸ Ἑωσφόρου ἐκλάμψαντος γέγονας, δι' οὗ φῶς οἱ ἐν σκότει, ἄχραντε, δεινῶν ἐθεάσαντο.

Παρθένε, ὃν ἐκύησας Θεὸν ἄνθρωπον γενόμενον, τοῦτον ἱκέτευε λυτρωθῆναί με πυρὸς καὶ κολάσεως.

Ῥῦσαι δεσμῶν τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀθλίαν μου ψυχήν, Θεογεννῆτορ, καὶ ἀγάπῃ Θεοῦ ὑπόζευξον τελείᾳ, ἵνα πιστῶς δοξάζω σε, Θεοτόκε, εἰς αἰῶνας.

Ὡραιοτάτη, Παρθένε, ἀνεδείχθης τὸν ὡραιότατον Λόγον κυοφοροῦσα, ᾧ ψάλλομεν· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα, Κύριον.

Φέρουσα Χριστὸν ἐν χερσὶ φέροντα τὰ πάντα νεύματι τῷ θείῳ, ἀγνή, αὐτὸν ἀεὶ δυσώπει τῶν χειρῶν ἡμῶν τὰς ἐπάρσεις εὐθῦναι τούτου ὡς θυμίαμα ἐνώπιον.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Θεόδοτον Ἀγκύρας, ἡμέρᾳ ζ'.

Ὑπερβολῇ εὐσπλαγχνίας τοὺς οὐρανοὺς κλίνας καταβέβηκεν ὁ Υἱὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ σοῦ σεσάρκωται, ἁγνή, διασώζων τοὺς βροτοὺς πλάνης τοῦ ὄφεως.

Ἰδών σου πόρρωθεν χορὸς προφητῶν θεηγόρων μυστηρίου τὸ βάθος, πολυτρόποις ἐν φωναῖς Θεοῦ Μητέρα ἁγνὴν σε κηρύττει, πάναγνε Θεόνυμφε.

Φυλάξας ἄφθορόν σε μετὰ κύησιν, ὡς πρὸ τόκου παρθένον, ὁ πλαστουργὸς ᾤκησεν ἐν μήτρᾳ σου,

Digitized by Google

καὶ τοὺς φθαρέντας τῇ πλάνῃ ἐκαινούργησεν ὡς εὔσπλαγχνος.

Σωματωθέντα τὸν ἀληθῆ Λόγον τοῦ Πατρὸς ἐκ τῶν σεπτῶν, ἀγνὴ Παρθένε, αἱμάτων σου, τέτοκας ἐν δύο τελείαις φύσεσι, μιᾷ δὲ ὑποστάσει, θεοχαρίτωτε.

Ὁ πάσης ἐπέκεινα νοουμένης ἀληθῶς καὶ ὁρωμένης κτίσεως μήτραν τὴν σὴν ὑπέδυ παναληθῶς, καὶ σὰρξ ἐχρημάτισε, τοὺς βροτοὺς ἀναπλάττων, Ἀειπάρθενε.

Μίαν φέροντα ὑπόστασιν ἐκύησας τὸν Λόγον, Μητροπάρθενε, διπλᾶς ἔχοντα τὰς θελήσεις καὶ τὰ φυσικὰ αὐτοῦ ἰδιώματα σαφῶς· Θεὸς γάρ ἐστι καὶ βροτὸς ὁ δι' ἡμᾶς σαρκωθείς.

Ῥητορεύουσα γλῶσσα τοῦ μυστηρίου σου τὸ ἀπόῤῥητον βάθος εἰπεῖν οὐ δύναται. Λόγον γὰρ Θεὸν ὑπὲρ λόγον ἐκύησας, πάναγνε Παρθένε, εἰς πάντων σωτηρίαν.

Φωνῇ ἀγγέλου τέτοκας τὸν ἄναρχον Λόγον λαβόντα σάρκα ἔννουν τε καὶ ἔμψυχον, Παρθένε παναγία, ἐκ τῶν καθαρῶν αἱμάτων σου, καὶ τοὺς ἀσάρκους ἐχθροὺς καταβαλλόντα, καὶ σώσαντα ἡμᾶς πάντας τοὺς ἀληθῆ Θεοτόκον ὁμολογοῦντάς σε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Ἀλέξανδρον καὶ Ἀντωνίναν, ἡμέρᾳ ι'.

Ὁ δημιουργήσας ὡς Θεὸς τὰς ἀοράτους δυνάμεις βουλήματι, ἔσχεν ὡς αἰτίαν σε τῆς πρὸς ἡμᾶς, Παρθένε, ἀνακλάσεως· τοῦτον οὖν δυσώπει τὸν κόσμου σῶσαι, πανάμωμε.

Παρθένος κυήσασα Θεὸν ὡράθης μετὰ γέννησιν, καὶ σοῦ τὸ θεῖον, ἄχραντε, πρόσωπον χοροὶ παρθένων νῦν λιτανεύουσι, μεθ' ὧν ἡμῖν αἴτησαι ἱλασμὸν καὶ ἔλεος, καὶ δεινῶν παντελῆ ἀπολύτρωσιν.

Ὡς ἔχουσα, πανύμνητε, ἰσχύν σε καὶ στήριγμα ἡ Ἀντωνίνα, καρτερεῖ τὰ δυσαχθῆ καὶ θλιβερά, καὶ ῥίπτει τὸν τύραννον καὶ συμπατεῖ ποσὶν ὡραίοις, τῇ χάριτι τοῦ ἐκ νηδύος σου Λόνου ἐκλάμψαντος.

Κατάβαλε τοὺς ἀεὶ πολεμοῦντές με δαίμονας, καὶ ἄπρακτον τὴν βουλὴν αὐτῶν ποίησον, ἄχραντε, ἀτρωτόν με σώζουσα τῆς προσδοκίας τούτων, Κόρη, ὅπως ἀεὶ μακαρίζω σε.

Νενέκρωμαι ψυχὴν ταῖς παραβάσεσιν, ἐπίσκεψαί με, ζώωσον, τὴν ζωὴν ἀποκυήσασα Χριστὸν, ὃν οἱ εὐκλεεῖς μεγαλομάρτυρες πάντων Θεὸν, Παρθενομῆτορ, καθωμολόγησαν.

Ὅσπερ τοὺς τρεῖς παῖδας οὐ κατέφλεξε κάμινος ἡ Χαλδαϊκὴ, οὕτως, ἄχραντε, σὴν νηδὺν πῦρ τὸ τῆς Θεότητος ἄφλεκτον ἐτήρησεν, ἀλλὰ βοᾷ σοι· Κατάφλεξον ὕλην πικρὰν τῶν παθῶν μου, ἁγνὴ, ὅπως δοξάζω σε.

Ἀπειράνδρως τέτοκας Θεὸν ἡμῖν ὁμοιωθέντα, Παρθένε, ὃν ἐκδυσώπει, παναμώμητε, ἀεὶ σῶσαι τοὺς κραυγάζοντας· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, Κύριον.

bitavit in utero tuo; et tanquam plenus misericordia, eos qui fraude diaboli corrupti fuerant, instauravit ac renovavit.

Verum Patris Verbum, ex venerandis sanguinibus tuis, o Virgo casta, corporatum peperisti in duabus perfectis naturis, unica autem hypostasi, o Deo charissima.

Ille, qui vere est supra omnem creaturam, quæ intelligi aut videri possit; verissime uterum tuum ingressus est, et caro factus est, ut homines reformaret, o Virgo perpetua.

Verbum unicam habens hypostasim, duasque voluntates, et naturalia ipsius idiomata, manifeste, peperisti, o Mater Virgo: Deus enim est et homo, qui propter nos incarnatus est.

Lingua quantumvis eloquens ac diserta non potest ineffabilem mysterii tui profunditatem explicare: Verbum enim Dei supra verbum genuisti, o Virgo castissima, in salutem universorum.

Mediante voce angeli peperisti Verbum carens principio, quod carnem accepit mente atque anima præditam ex tuis puris sanguinibus, o Virgo sanctissima; hostesque carnis expertes devicit, nosque omnes salvavit, qui te veram Deiparam confitemur.

122 *Ex Canone in festo SS. martyrum Alexandri, et Antoninæ, die* 10.

Qui creavit tanquam Deus invisibiles potestates decreto suo, habuit te tanquam causam reformationis nostræ, o Virgo. Hunc ergo exora, o intemeratissima, pro mundi salute.

Cum Deum genuisses, post partum Virgo apparuisti, o impolluta; divinumque vultum tuum chori virginum nunc deprecantur, cum quibus postula pro nobis propitiationem et misericordiam, et omnimodam a malis liberationem.

Cum Antonina haberet te, o omni laude dignissima, fortitudinem ac fulcimentum, toleravit aspera ac dura supplicia; projecit tyrannum, conculcavitque eum pedibus speciosis, mediante gratia illius Verbi, quod ex utero tuo coruscavit.

Dejice, o immaculata, dæmones, qui me perpetuo oppugnant, et irritum redde consilium eorum; serva me illæsum a vulnere, præter spem eorum, o Puella, ut te semper beatificem.

Animam transgressionibus interemptam ac mortuam habeo: visita et vivifica me, tu quæ vitam Christum peperisti, quem illustres magnique martyres omnium Deum esse confessi sunt, o Virgo Mater.

Quemadmodum tres pueros non combussit fornax Chaldaica, ita uterum tuum, o inviolata, divinitatis ignis incombustum servavit. Ego vero clamo ad te: Comburе amaram sylvam passionum mearum, o casta, ut te glorificem.

Absque viri experientia Deum peperisti, o Virgo, factum similem nobis; quem suppliciter exora assidue, o libera ab omni macula, ut salvet eos, qui clamant: Benedicite, **123** omnia opera, Dominum.

Digitized by Google

O castissima, oriri fac mihi nunc in tenebris socordiæ jacenti, lucem, qua dissolvas nubes, exæcantes mentem meam, ac perpetuo altissimam quietem pacemque concedas animæ meæ, ut glorificare possim te, o mundissima.

A Φῶς μοι τῷ κειμένῳ, πάναγνε, ἐν ἀμελείας σκότει νῦν ἐξανάτειλον, τὰ τυφλοῦντά μου τὸν λογισμὸν νέφη λύουσα, καὶ εἰρήνην βαθεῖαν, πανάμωμε, δὸς ἐργαζομένῃ ἐν τῇ ψυχῇ μου, τοῦ δοξάζειν σε.

Ex Canone in SS. martyres, Meletium, Stephanum et Joannem, die 10(63**).

Venerandum virginitatis monumentum, montem vere a lapicidæ manu intactum, Spiritus sancti thuribulum, Dei matrem, orthodoxorum gloriam, fideles universi beatificemus.

Corporatum Patris Verbum ineffabili ratione genuisti, o pura Deipara, unitum hominibus propter summam bonitatem suam; quod enixe precare, ut servos tuos a periculis eripiat.

Leges naturæ in te innovantur; nam legis datorem vere peperisti, qui universis vitæ leges constituit, et peccatorum contra legem commissorum fluvios repressit, o Virgo omni ex parte illibata, martyrum gloria, et fidelium salus et gloriatio.

Solidissimam gloriam, regale sanctumque vehiculum, thalamum Dei, pontem, transmittentem omnes ad immateriales mansiones, mundi propitiatorium, Virginem Mariam laudibus celebremus.

Mortifica carnis meæ lascivientes motus, o intemeratissima, tu quæ vitam peperisti, et passionum tempestatem in tranquillitatem commuta, atque esto mihi adjutrix, ab hujus vitæ periculis eripiens me.

Peccati luto me nunc infixum erige, o Sponsa Dei, sola Dei Genitrix, et dirige ad impassibilitatem, intense **124** clamantem, etc.

Præfigurabat te rubus ille, qui olim Moysi ostensus est, dum arderet, et non combureretur: vere enim, o castissima, divinitatis ignem portasti, qui te nulla ex parte combussit; cui cum fide clamamus: Pueri, benedicite, etc.

Amica bonorum Virgo, quæ bonum Dominum ac dominatorem peperisti, animam meam nunc multitudine malorum vitiatam, tanquam bona bonam effice, et a duritie qua nunc detinetur, libera eam precibus tuis, ut te sine cessatione magnificet.

Ex Canone in festo S. Acylinæ martyris, die 13.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν ἁγίαν μάρτυρα Ἀκυλῖναν, ἡμέρᾳ ιγ'.

Qui cum Patre principii experte simul intelligitur, ingressus est uterum tuum, o Maria Deo desponsata, factus homo, et salvavit nos, qui succubueramus malitiæ, et servi facti fueramus seductione inimici: atque ideo te cum fide et affectu glorificamus.

Ὁ τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ συννοούμενος ὑπέδυ μήτραν τὴν σὴν ἄνθρωπος γενόμενος, καὶ ἔσωσεν ἡμᾶς κακίᾳ ὑποκύψαντας, καὶ πλάνῃ δουλωθέντας τοῦ ἐχθροῦ, Μαρία Θεονύμφευτε· διὰ τοῦτο πίστει σε καὶ πόθῳ μακαρίζομεν.

Te sponsam innuptam, purumque Creatoris tabernaculum, et Cherubinis sanctiorem, o casta, cognovimus.

Νύμφην σε ἀνύμφευτον, καὶ καθαρὸν, ἁγνὴ, σκήνωμα τοῦ Ποιητοῦ καὶ ἁγιωτέραν Χερουβὶμ ἐπιστάμεθα.

Dormitatione negligentiæ somnus peccati depressit me: tu vigilanti intercessione tua exsuscita me ad pœnitentiam.'

Νυσταγμῷ ἀμελείας με ὕπνος ἁμαρτίας, Κύριε, κατέλαβε, τῇ ἀγρύπνῳ ἱκεσίᾳ σου διανάστησόν με πρὸς μετάνοιαν.

Nos omnes a damnatione primorum parentum redempti per partum tuum, ad te clamamus: Ave, gratia plena, omni laude dignissima.

Λελυτρωμένοι πάντες προγονικῆς καταδίκης τῷ τόκῳ σου, Χαῖρε, σοὶ προσφωνοῦμεν, κεχαριτωμένη πανύμνητε.

Ut homo fieret Deus, Deus visus est ab hominibus, natus ex visceribus tuis, o Virgo, inexplicabili ratione, et permanens id quod erat absque ulla mutatione.

Ἵνα Θεὸς ὁ ἄνθρωπος γένηται, Θεὸς ὡράθη ἀνθρώποις, Παρθένε, ἐκ σῶν λαγόνων ἀνερμηνεύτως τεχθείς, καὶ ὅπερ ἦν μείνας ἀναλλοίωτος.

Peperisti, o Virgo, eum qui nos ab omni corruptione redemit, propterea universi te glorificamus.

Τὸν καταφθορᾶς ἡμᾶς πάσης ἀπολυτρούμενον τέτοκας· διὰ τοῦτό σε πάντες, Παρθένε, δοξάζομεν.

Angeli voce ad te, o castissima, clamamus: Ave, o omnium hominum salvatio, et gloriosissimorum martyrum corona divina

Φωνὴν σοι τοῦ ἀγγέλου, πάναγνε, βοῶμεν· Χαῖρε, ἀνθρώπων ἁπάντων διάσωσμα, καὶ πανενδόξων μαρτύρων θεῖον στεφάνωμα.

125 *Ex Canone in festo S. Tychonis thaumaturgi, die* 16.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον καὶ θαυματουργὸν Τύχωνα, ἡμέρᾳ ις'.

Erexisti nos, o casta, qui in perditionis profundum collapsi eramus, cum Christum ex immacula-

Ἀνώρθωσας ἡμᾶς ἀπωλείας εἰς βάθη πεπτωκότας τὸν Χριστὸν κυήσασα, ἁγνὴ, ἐξ ἀχράντων λαγόνων

(63**) Deest in Menæis impressis.

Digitized by Google

σου. Τοῦτον οὖν ὡς παῤῥησίαν κεκτημένη ἱκέτευε λυτρωθῆναι κινδύνων τοὺς δούλους σου.

Τὸν τῆς Τριάδος ἀπεκύησας ἕνα, πανάμωμε, ἀναπλάττοντα ἡμᾶς τοὺς συντριβέντας τὸ πρότερον κακίᾳ τοῦ ὄφεως τοῦ πολεμήτορος.

Ῥαθυμίᾳ συσχεθέντα, καὶ παθῶν ἀμαυρότητι ὅλον σκατισθέντα, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύσαντα, τὸν ἀναμάρτητον Λόγον ἡ κυήσασα, φωταγώγησον καὶ πρὸς ζωὴν χειραγώγησον.

Ῥυομένη φάνηθι ἐχθρῶν ἐπαγωγῆς καὶ Βαρβάρων ἐπιδρομῆς τοὺς σοὺς δούλους, ἄχραντε, τοὺς κεκτημένους σε κραταιὰν ἀντίληψιν, καὶ πρεσβείαν ἀκαταίσχυντον.

Ἁγία Παρθένε, τὴν ψυχήν μου ἣν ὁ ἐχθρὸς δολίως κατεσπίλωσε τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς ἀγαθή, δυσωπῶ, ἀγάθυνον καὶ φωτί σου καταλάμπρυνον.

Πάντων ὤφθης ἀσωμάτων, οἷα Μήτηρ τοῦ Θεοῦ, ὄντως ὑπερέχουσα, ὃν ἐκδυσωποῦσα, Παρθένε, ὑπέρτερόν μου δεῖξον τὸν λογισμὸν σαρκικῶν ἡδονῶν.

Ἱερεῖς καὶ λαὸς εὐφημοῦσί σε, παντευλόγητε κόρη πανάμωμε, τὴν εὐλογίαις ἅπαντας στεφανώσασαν, πίστει μελῳδοῦντες· Εὐλογεῖτε, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Φωτὸς οἰκητήριον ἡ σή, πανάμωμε, παναγία μήτρα γέγονεν, ᾧ φωτιζόμενοι τοῦ σκότους λυτρούμεθα τῆς πλάνης ὑμνοῦντές σε, καὶ πόθῳ ἀληθεῖ μακαρίζοντες, μόνη ἀνθρώπων ἐπανόρθωσις.

tis visceribus tuis peperisti: ipsum ergo tanquam liberam habens confidentiam deprecare, ut a periculis liberet servos tuos.

Unum Trinitatis peperisti, o purissima, qui nos antea malitia serpentis bellatoris contritos, restauravit.

Me negligentia occupatum, et passionum nigredine totum obtenebratum, peccatoque servientem, tu quæ Verbum impeccabile peperisti, illumina, et manuduc ad vitam.

Appare, o immaculata, et ab hostium invasione, et ab incursu Barbarorum libera servos tuos, qui habent te fortem defensionem, et intercessionem, quæ non confunditur.

Oro te, Virgo sancta, bonam redde animam meam, quam hostis dolose peccato inquinavit, tu namque bona es, et illustra eam lumine tuo.

Omnibus spiritibus incorporeis superior apparuisti, utpote vere Mater Dei: quem supplex deprecans, o Virgo, fac mentem meam superiorem carnalibus voluptatibus.

Sacerdotes et populus concelebrant te, o puella omni benedictione plena, et vacua ab omni macula, quæ benedictionibus coronasti omnes, cum fide concinentes, Benedicite et laudate Dominum.

Lucis habitaculum factus est sanctissimus uterus tuus, o summe immaculata (64); qua illuminati a tenebris erroris liberamur laudantes te veroque affectu beatificantes, o sola hominum restauratio.

126 *Ex Canone in S. Fortunatum martyrem, die* 19 (64').

Oriens fuisti tu, o immaculatissima, in occasu naturæ nostræ, propter benignitatem Solis justitiæ, qui apparuit.

Gignens, o Virgo, illum qui est Patri coæternus, hominibus similem factum: genuisti etiam apostolorum ornamentum, et martyrum coronam.

Per te nobis illuxit, o Deipara puella, Sol inoccíduus, sedentibus in umbra mortis.

Corpore indutus apparuit ex te, o inviolata, Deus qui a carne erat immunis, ut passione sua a carnalibus passionibus liberaret omnes, qui te cum fide assidue beatam appellant.

Rumpe, o Virgo puella, catenas peccatorum meorum, et illuminatione tua tenebrosam mentem meam illustra, o salus fidelium.

Cum mortuus fuisset Adam ob præcepti a Creatore impositi transgressionem, ad vitam verissime revocatus fuit vivificante partu tuo, et pristinam paradisi habitationem recepit, psallens: O Benedicta, quæ Deum in carne genuisti.

Puerum novum nobis vere peperisti in terra, o pura, qui ante omnia sæcula ab æterno Patre ineffabiliter genitus fuit, o inviolata; et nos corruptione inveteratos, ad novitatem revocavit.

Illum fers, qui fert omnia divina potentia sua; et nutris ab uberibus tuis, o castissima, illum qui nutrit omne in quo est spiritus vitæ. Miraculum tuum omni cogitatione superius angelos stupore percellit atque homines, qui te perpetuis laudibus celebrant, et cum affectu beatam appellant.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Ἰούδα, ἡμέρᾳ ιθ'.

127 *Ex Canone in festo S. Judæ apostoli, die* 19.

Πίστις ἡγείσθω μόνη καὶ μὴ ἀπόδειξις τῶν ὑπὲρ νοῦν θαυμάτων, Θεογεννῆτορ, πάναγνε, τὸν ἀκατά-

Fides sola, et non demonstratio sit dux ad miracula tua quæ sunt supra omnem mentem, o ca-

(64) Et quomodo B. Virgo non solum immaculata, sed summe immaculata, si ejus etiam non sit immaculata conceptio? Porro qui Virginem immaculatam appellari dignum existimant, non vero immaculatam conceptionem, fructum laudant, et arborem radicitus exscindunt. Si vero immaculata conceptio semper diceretur, et non etiam frequenter immaculata Virgo, servata arbore fructus invideretur: nam ex radice immaculatæ conceptionis pretiosum hunc honoris ac honestatis fructum Virgo decerpsit, ut Immaculata, imo summe immaculata, atque immaculatissima appellari mereatur. Vide Armamentarium Seraphicum pro titulo Conceptionis Immaculatæ pag. 156.

(64') Desideratur in Menæis impressis.

Digitized by Google

tissima Dei Genitrix : Deum Verbum, incomprehensibilem peperisti humano corpore indutum.

Ecce tu, o casta, super universas gratia repleta fuisti; sanctitate universas superasti : universas transcendisti, sublimior omnibus cœlestibus potestatibus manifeste apparuisti, mater Dei effecta.

Cum ineffabiliter factorem, et Deum tuum, o intemeratissima, conceperis, eumdem exora, ut nos a periculis servet illæsos, animarumque salutem laudantibus te, Domina, largiatur.

Mortifica passiones meas, o Dei Genitrix; et animam meam peccati morsu peremptam resuscita, o Mater veræ resurrectionis.

Sanctissima Domina Deipara, libera me a corruptione, et passionum tumultum compesce, tu quæ impassibilitatis fontem peperisti.

Ore et mente te universi Deiparam prædicamus, o tota casta; Deum enim genuisti, cui omnes concinimus : Benedictus es, Deus.

Venite, honoremus pulchritudinem Jacob, Mariam immaculatam, concordi voce clamantes : Omnia opera, Dominum laudate, et superexaltate.

Tanquam enixa creaturarum omnium Conditorem, o castissima, supra omne quod creatum est, geris principatum incomparabilem, ac præstantissimam habens excellentiam : quamobrem prolem tuam adorantes glorificamus.

128 *Ex Canone in festo S. Eusebii martyris episcopi Samosateni, die* 22.

O benedicta, quæ Deum peperisti, benedic nunc, o immaculata, benedicentibus te, et imple eos divinis virtutibus, ac tribue vires canendi iis, qui Domino psallunt, dicentes : Gloriose enim honorificatus est, etc.

Voluntate Patris, adveniente Spiritu sancto, Verbum peperisti, o sanctissima Mater Virgo, pontificum gloria ; quamobrem te hymnis celebramus.

Ore, lingua, et corde confiteor te, o casta, Matrem Creatoris, tibique supplico, irradia animam meam delictorum tenebris offusam.

Candelabrum illuminativum divinam ferens lucernam cognita es, o Dei Genitrix, quod illuminat omnes fines terræ.

Immensam mysterii tui profunditatem, o puella, prophetæ diviniloqui mente inspicientes, illud manifeste præmonstraverunt per ænigmata divinasque prædictiones. Etenim Verbum Patris, supra verbum corporasti, o casta.

Naturæ leges, o Virgo, mirabiliter innovas partu tuo, et nos pessima transgressione corruptos, in integrum restituis ac recudis : unde te pro debito celebramus.

Tanquam sublimior divinis celsitudinibus, altissimum Verbum peperisti, o laudabilissima ; quod exaltavit a terra substantiam hominum quæ corruerat.

Amica bonorum Virgo, bonam effice animam

A ληπτον Θεὸν Λόγον τέτοκας ἐνδυσάμενον τὸ ἀνθρώπινον.

Ἰδοὺ σὺ ὑπὲρ πάσας, ἁγνὴ, κεχαρίτωσαι, ὑπερέβης πάσας τῇ ἁγιότητι, πάσας ὑπερῆρας καὶ πασῶν ὤφθης ὑψηλοτέρα τῶν οὐρανίων σαφῶς δυνάμεων, μήτηρ τοῦ Θεοῦ χρηματίσασα.

Ἀφράστως συλλαβοῦσα, πανάμωμε, τὸν ποιητήν σου καὶ Θεὸν, δυσώπει σῶσαι κινδύνων ἡμᾶς, καὶ ψυχῆς σωτηρίαν βραβεῦσαι τοῖς ὑμνοῦσί σε, Δέσποινα.

Νέκρωσον τὰ πάθη μου, θεογεννήτρια, καὶ τὴν ψυχήν μου τὴν νεκρωθεῖσαν ἁμαρτίας δήγματι ἀνάστησον, μῆτερ τῆς ὄντως ἀναστάσεως.

Παναγία Δέσποινα Θεοτόκε, ῥῦσαί με φθορᾶς, καὶ παθῶν τὸν θόρυβον κατάπαυσον ἡ τὴν πηγὴν τῆς
B ἀπαθείας κυήσασα.

Στόματι καὶ γνώμῃ σε Θεοτόκον ἅπαντες κηρύττομεν, πάναγνε. Θεὸν γὰρ ἐγέννησας, ᾧ πάντες μελῳδοῦμεν· Ὁ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Δεῦτε, καλλονὴν τοῦ Ἰακὼβ τιμῶμεν Μαρίαν τὴν ἄχραντον συμφώνως κράζοντες· Πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε.

Ὡς τεκοῦσα, πάναγνε, τῶν κτισμάτων τὸν δημιουργὸν, κατὰ παντὸς γεννητοῦ φέρεις τὴν ἀρχὴν ἀσύγκριτον ἔχουσα ὑπεροχὴν καὶ ὑπερφερῆ· ὅθεν τὸν τόκον σου προσκυνοῦντές σε δοξάζομεν.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον Ἱερομάρτυρα Εὐσέβιον ἐπίσκοπον Σαμωσάτων, ἡμέρᾳ κβ'.

C Εὐλογημένη Θεὸν ἡ κυήσασα, τοὺς εὐλογοῦντάς σε νῦν, ἄχραντε, εὐλόγησον, καὶ ἔμπλησον ἐνθέων ἀρετῶν, καὶ ψάλλειν ἐνδυνάμωσον τῷ Κυρίῳ ψάλλοντας· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.

Βουλήσει Πατρὸς τὸν Λόγον τέτοκας, ἐπελεύσει Πνεύματος, παναγία Μητροπάρθενε, ἀρχιερέων δόξα, ὅθεν σε ὑμνοῦμεν.

Στόματι, ἁγνὴ, καὶ γλώσσῃ καὶ καρδίᾳ καθομολογῶ τοῦ Κτίστου σε Μητέρα, καὶ δυσωπῶ σε, καταύγασον τὴν ψυχήν μου ἐσκοτισμένην πλημμελήμασιν.

Φωτιστικῇ λυχνίᾳ, Θεοκυῆτορ, τὸ θεῖον λαμπάδιον φέρουσα ἐγνωρίσθης, πάντα καταυγάζον τὰ
D πέρατα.

Νοήσαντες θεηγόροι προφῆται μυστηρίου σου τὸ ἄπειρον βάθος, τοῦτο σαφῶς προεδήλωσαν, κόρη, δι' αἰνιγμάτων καὶ θείων προῤῥήσεων. Τὸν Λόγον γὰρ τὸν τοῦ Πατρὸς ὑπὲρ λόγον, ἁγνὴ, ἐσωμάτωσας.

Νόμους τῆς φύσεως, Παρθένε, τῇ κυήσει σου καινίζεις παραδόξως, καὶ φθαρέντας ἡμᾶς κακίστῃ παραβάσει ἀναχωνεύεις· ὅθεν σε καταχρέος εὐφημοῦμεν.

Ὡς ἀνωτέρα τῶν θείων ὑψωμάτων Ὕψιστον ἔτεκες Λόγον τὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνυψώσαντα τὴν πεσοῦσαν οὐσίαν ἀνθρώπων, πανύμνητε.

Φιλάγαθε Παρθένε, τὴν κεκακωμένην τῇ ἁμαρτίᾳ

Digitized by Google

ψυχήν μου ἀγάθυνον, ἡ τὸν πανάγαθον Λόγον σαρκὶ κυήσασα.

A meam peccati malitia depravatam, tu quæ Verbum omni bonitate præditum in carne peperisti.

129 *Ex Canone in festo S. Michaelis archangeli, die* 22 (64**).

O Virgo, universis celebranda laudibus, angelorum decus, hominum auxilium, tu mihi auxiliare in pelago fluctuanti, et peccatorum tempestate assidua jactato, atque periclitanti.

Ille qui immateriales mentes voluntate sua creavit, in utero tuo materiali voluntarie habitavit, o ab omni labe purissima; cum in carne cerneretur is qui erat invisibilis.

Partus tui paradoxum, o Virgo, significavit olim intellectualiter sacrorum mysteriorum magister, in spiritu montem umbrosum aspiciens te manifestissime, ex quo venit sanctus Deus incarnatus.

Intellectualium angelorum sublimiorem te Deus ostendit, ingrediens in uterum tuum, o inviolata, et ab omni macula immunis : quem assiduis precibus interpella pro salute animarum nostrarum.

Beatus populus, qui semper beatificat te, o beata, quæ beatum Deum perperisti, qui propter suam misericordiam homines ineffabili unione deificavit.

Mentis magnæ Verbum æternum videns Gabriel archangelus in te vere, o puella, inhabitasse ineffabiliter ac stupende, exclamavit : Ave, throne Altissimi, o benedicta.

Nuptiarum sequester divinus archangelus stans exclamavit tibi : Ave, o Sponsa Dei illibata, angelorum gloria, hominum salus, et munimentum.

Ad vocem angeli Gabrielis, concepisti, o tota B sine ulla macula, Deum Verbum, qui verbo cœlestes exercitus creavit, et verbum præstat quo laudare possimus sanctam ipsius humiliationem ac demissionem, quæ est super omne verbum et cogitationem.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Δαβὶδ τοῦ ἐν Θεσσαλονίκῃ, ἡμέρᾳ κς'.

Ὤφθης ὡραϊσμένη τῷ κάλλει τῶν ἀρετῶν, καὶ Χριστὸν τὸν ὡραῖον, Παρθένε, ἀπεκύησας βροτοὺς ὡραΐσαντα τοῖς ὡραίοις κάλλεσι τῆς Θεότητος, ἀειπάρθενε.

Ἀγγέλων τιμιωτέρα ὤφθης κυήσασα τὸν αὐτούς, Παρθένε, δημιουργήσαντα· ὅθεν ἱκετεύω σε, ἁγνή, ἁγίασον τὸν νοῦν μου, καὶ τὴν καρδίαν φωταγώγησον, νέφη τῶν παθῶν ἐκδιώκουσα.

C

Ὑμνοῦμέν σε, πανύμνητε Δέσποινα, τὸν ὑπερύμνητον Θεὸν ἀνερμηνεύτως κυήσασαν, τὴν τοὺς χοροὺς τῶν ἀγγέλων τῷ κάλλει ἀσυγκρίτως νικήσασαν.

Ἴθυνον τὸν βίον μου, καὶ τὰ κινήματα τῆς διανοίας, ἁγνὴ Παρθένε, πρὸς τὸ θεῖον βούλημα τοῦ ἐκ σοῦ ἀῤῥήτως ἡμῖν ἐπιδημήσαντος.

Ἐξ ἁγνῶν αἱμάτων σου ἐξυφάνθη σὰρξ ὑπερφυῶς τῷ δημιουργήσαντι τὸν ἄνθρωπον, Θεοτόκε· ὅθεν ἀξίως ὑμνοῦμέν σε.

Λέλυται τῷ τόκῳ σου ἀρᾶς τὸ ἀνθρώπινον, μόνη παντευλόγητε· διό σε δοξάζομεν ὡς κεχαριτωμένην, Θεοτόκε, εἰς αἰῶνας.

Σὲ τὴν καλλονὴν τοῦ Ἰακὼβ τιμῶμεν, Θεὸς ἣν D ἠγάπησεν, ἣν ἐξελέξατο, πάντως ὡς μόνην ἁγνὴν εὐλογημένην ἀνυμνολογοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φωτοφόρον πύλην σε προεώρα Ἐζεκιὴλ, δι' ἧς διῆλθε τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὃν ἐκτενῶς αἴτησαι, ἁγνὴ, τῆς μετανοίας μοι διανοῖξαι πύλας δέομαι.

130 *Ex Canone in Festo S. Patris David Thessalonicensis, die* 26.

Apparuisti decorata pulchritudine virtutum, et Christum decorum, o Virgo, peperisti, qui homines decoravit decoris pulchritudinibus divinitatis, o virgo perpetua.

Angelis honorabilior facta es, o Virgo, pariens illum, qui ipsos creavit : quamobrem precor te, o casta, sanctifica mentem meam, et cor meum illumina, depellens nubes passionum.

Laudamus te, o omni laude dignissima Domina, quæ omni laude superiorem Deum ineffabiliter genuisti, et angelorum choros pulchritudine incomparabiliter superasti.

Dirige vitam meam, et motus mentis meæ, o Virgo casta, ad divinum consilium illius qui ex te ad nos modo inexplicabili processit.

Ex purissimis sanguinibus tuis, supra naturæ morem compacta est caro illi, qui hominem creavit; unde te, o Deipara pro dignitate laudamus.

Liberatum est per partum tuum a maledictione humanum genus, o sola omni benedictione cumulata; propterea te glorificamus tanquam gratia plenam, o Deipara, in sæcula.

Te pulchritudinem Jacob honoramus, quam D Deus amavit, et elegit : omnino tanquam solam castam et benedictam te laudamus in omnia sæcula.

Luciferam portam prævidit te Ezechiel, per quam transivit lux vera Christus Deus noster, quem impense precare, o casta, te oro, ut mihi pœnitentiæ portas aperiat.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν ἀμψοκα τὸν ξεροδόχον, ἡμέρᾳ κζ'.

Σὲ τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπὲρ λόγον λοχεύτριαν, ὡς κραταιὰν ἀντίληψιν πάντων, πανάμωμε, τῶν καταπο-

131 *Ex Canone in festo S. P. Sampsonis Xenodochi, die* 27

Te Dei ineffabiliter Genitricem, tanquam validissimam defensionem omnium qui labore pre-

(64**) Menæa impressa non habent.

Digitized by Google

muntur, glorificamus incessanter, et beatificamus, o mundissima.

A νουμένων δοξάζομεν ἀπαύστως, καὶ μακαρίζομεν.

Animæ mentisque meæ tenebras dispelle, o pura, et da mihi, ut sicut in die, honeste ambulem atque converser, ac salutaria præcepta exsequar.

Ψυχῆς μου καὶ νοὸς, ἁγνὴ, ἀπέλασον τὸ σκότος, καὶ δίδου, ὡς ἐν ἡμέρᾳ, εὐσχημόνως πολιτεύεσθαι, τὰ σωτήρια πράττοντα προστάγματα.

Te, o tota munda Domina, lucidum Verbi palatium hymnis celebramus, ac beatam appellamus.

Σὲ, πανάμωμε Δέσποινα, τὸ φωτεινὸν παλάτιον τοῦ Λόγου ἀνυμνολογοῦμεν καὶ μακαρίζομεν.

Te, o sanctissima casta, speciem Jacob, fidei divinæ vocibus laudamus, quæ genuisti nobis Deum carnem ferentem, quem omnia contremiscunt.

Σὲ, παναγία ἁγνὴ, τὴν καλλονὴν τοῦ Ἰακὼβ, πίστεως θείαις φωναῖς ἀνυμνοῦμεν, κυήσασαν ἡμῖν Θεὸν σαρκοφόρον ὃν τρέμει τὰ σύμπαντα.

Cœlum sublime omnium regis Dei facta es, o undequaque purissima; mundumque illius palatium, et thalamus divina gratia coruscans.

Ὁ οὐρανὸς ὑψηλὸς ἐχρημάτισας τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ, παναμώμητε, καὶ καθαρὸν παλάτιον, καὶ παστὰς φωτεινὴ θείᾳ χάριτι.

Vellus olim prænotavit castissimum uterum tuum, o veneranda, qui excepit in se divinum B rorem irrorantem universos, qui siti peccati laborant, o omni laude digna ac benedicta, quæ Deum in carne peperisti.

¶ Ὁ πόκος ποτὲ προεδήλου τὴν ἁγνὴν, σεμνὴ, γαστέρα σου εἰσδεξαμένην τὴν οὐράνιον δρόσον τὴν πάντας δροσίζουσαν τοὺς κεκρατημένους τῇ δίψῃ τῆς ἁμαρτίας, πανύμνητε εὐλογημένη, ἡ Θεὸν σαρκὶ κυήσασα.

Seda nunc gravem passionum mearum tempestatem, o casta benedictaque puella; et oppugna omnes incorporeos hostes, qui immaniter insultant paupertati meæ, ut fideliter te laudem.

Στῆσον παθῶν μου τὸ δεινὸν νῦν κλυδώνιον, ἁγνὴ εὐλογημένη, καὶ πολέμησον πάντας τοὺς ἀφειδῶς τῇ ἐμῇ πτωχείᾳ, κόρη, ἐπεμβαίνοντας δυσμενεῖς ἀσάρκους, ὅπως πιστῶς ὑμνῶ σε.

Lucidissimis lampadibus illius qui ex te supra mentis captum incarnatus est, sanctissima Virgo, illuminemur nos, qui te Deiparam fideliter agnoscimus, et a passionum tenebris, atque a periculis cunctisque vitæ adversitatibus liberemur.

Φαεινοτάταις λαμπάσι τοῦ ἐκ σοῦ σαρκωθέντος, Παρθένε παναγία, ὑπὲρ νοῦν, οἱ Θεοτόκον εἰδότες σε φωτιζόμεθα πίστει, καὶ σκότους ἐκλυτρούμεθα παθῶν, καὶ κινδύνων καὶ πάντων τοῦ βίου περιστάσεων.

132 *Ex Canone in festo receptionis reliquiarum sanctorum Cyri, et Joannis, die* 28.

C Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων ἀναργύρων Κύρου καὶ Ἰωάννου, ἡμέρᾳ κη'.

Tanquam ea, quæ ob bonitatis excessum tibi nos familiares facis, o castissima, Deoque gratissima, ab omni obscuritate, tempestate ac periculo libera universos.

Ὡς τὰ ἡμῶν ὑπεροληῇ ἀγαθότητος οἰκειουμένη, πάναγνε θεοχαρίτωτε, ἀμαυρώσεως πάσης, καὶ ζάλης, καὶ κινδύνων πάντας διάσωσον.

Virgo illibatissima, quæ peperisti illum qui tollit morbos hominum, medicam adhibe manum contritionibus animæ meæ, carnisque meæ infirmitatibus.

Τὰς νόσους τῶν βροτῶν τὸν ἀφαιρούμενον τεκοῦσα, παναμώμητε Παρθένε, τῆς ψυχῆς μου τὰ συντρίμματα καὶ σαρκὸς τὰ νοσήματα θεράπευσον.

Opulentas misericordias tuas asperge super nos, o Virgo, juxta consuetudinem tuam, varios morbos curans animarum illorum qui cum fide ad te accedunt, quæ es causa bonorum, o plurimum D laudanda.

Συνήθως ἐφ' ἡμᾶς τὰ πλούσιά σου ἐλέη, Παρθένε, ῥᾶνον, νοσήματα παύουσα ποικίλα ψυχῶν, τῶν ἐν πίστει προσιόντων σοι τῇ τῶν καλῶν αἰτίᾳ, πολυύμνητε.

Ærumnosissimæ animæ meæ fluctus tranquilla, obsecro; et dolores carnis meæ seda, quæ sola absque doloribus Deum corporatum peperisti.

Κύματα πράϋνον τῆς παναθλίας μου ψυχῆς, δέομαι, καὶ τῆς σαρκὸς παῦσον τὰς ὀδύνας, ἡ μόνη τεκοῦσα ἀνευθεν ὀδίνων Θεὸν σωματούμενον.

Intellectualibus superior potestatibus, omni seductoris malitia superiorem me fac intercessionibus tuis, dum te cum gratiarum actione semper glorifico.

Ab hominibus infestis, a dæmonibus malignis, et ab omni alia adversitate, casu, omnique læsione libera me, Virgo sancta, et custodi me concinentem; Benedictus es, Deus Patrum.

Ἀνθρώπων δεινῶν καὶ δαιμόνων πονηρῶν καὶ πάσης ἄλλης κακοπραγίας καὶ συμπτώσεως καὶ πάσης κακώσεως ῥῦσαί με, ἁγία Παρθένε, καὶ συντήρησον ψάλλοντα· Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς ὁ τῶν Πατέρων.

In similitudine carnis ille, qui est superdivinus, ex te apparuit, o Virgo casta, quem incessanter deprecare, ut misereatur nostri, qui cum malitia

Ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ὁ ὑπέρθεος, ἁγνὴ, ἐκ σοῦ ὡράθη, ὃν ἀπαύστως δυσώπει ἐλεηθῆναι ἡμᾶς κακίᾳ

Digitized by Google

συζῶντας, καὶ τρέμοντας τῆς αἰωνιζούσης, Παρθένε, A τιμωρίας.

Φωτοειδὴς ὡς νεφέλη, τὸν τῆς δικαιοσύνης κατέχουσα ἀγκάλαις σου, ἀγνὴ, Ἥλιον ἄδυτον πέφυκας· διὸ σοὶ· Πολλοῖς ἐσκοτισμένον με κακοῖς φωταγώγησον, κόρη, ἀπαύστως σε γεραίροντα.

convivimus et æternum tormentum contremiscimus.

Facta es, o casta, velut nubes lucida, quæ justitiæ Solem inoccidiuum ulnis continuisti: ideo clamo ad te: Illumina me, o puella, multis malis obtenebratum, dum te incessanter honoro.

133 *Ex Canone in S. Hypatium, die* 28 (64***).

Salvatori ac Deo ex castis sanguinibus tuis corpus dedisti, o Virgo inviolata, qui dedit nobis sapientem Hierarcham suum, salutiferum ac ferventem defensorem, vere admirabilem Hypatium.

Esto mihi propitia in die Christi formidabili ac tremenda, o Dei Mater, Virgo genitrix Maria, quæ omnibus Filii tui creaturis es sublimior, quippe quæ sola ipsum supernaturaliter lactasti.

Virgo Mater, quæ Deum incarnatum peperisti graves et innumerabiles animæ meæ lapsus expians, salva me intercessione tua.

Gratiarum tuarum fluvii, et fontes curationum, et divinarum divitiarum distributiones dividuntur, o Dei Sponsa, ex manu illa, unde vita principium habuit, Omnipotentis qui ex utero tuo natus est.

Sapientiam Dei subsistentem peperisti, inviolata Virgo Deipara, quæ sanctos sapientissimos fecit, per quos malitiæ architecti cecidit fastus, et pessima machinamenta.

O miraculum omnium miraculorum maximum, quod Virgo concipiens sine virili opera in utero suo illum qui universa complectitur, illum non coarctavit.

O Dei sponsa Virgo, quæ absque nuptialis thalami experimento, et absque seminis corruptione Unigenitum Patris concepisti, et in carne peperisti, ex immaculatis sanguinibus tuis, ne cesses B preces effundere pro salute mundi.

Me multis periculis circumdatum, et peccatorum tempestate periculosissime jactatum, dirige nunc Spiritus sancti aura ad pacatissimam stationem, o Dei genitrix Domina, portus enim es Christianorum; quamobrem te **134** laudamus in omnia sæcula.

Mater Creatoris lucidissima mœstorum consolatio, periclitantium protectio, et laborantium auxilium, atque ægrotantium velox visitatio, tu me, quandiu vixero, custodi.

ΜΗΝ ΙΟΥΛΙΟΣ.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Κοσμᾶν καὶ Δαμιανόν, ἡμέρᾳ α'. C

Σὲ τοῦ Θεοῦ τὸ χωρίον, τὴν νοητὴν τράπεζαν, τὴν καλλονὴν τοῦ Ἰακὼβ, τὴν ἀδιάβατον γέφυραν, καὶ ἀδιάσειστον κλίμακα, ἄχραντε, αἱ γενεαὶ τῶν γενεῶν μακαρίζομεν.

Ὁ φοβερὸς ταῖς ἄνω στρατηγίαις ἐν σοὶ ἀῤῥάστως ᾤκησε, καθαρωτέραν εὑρηκὼς ὁρατῆς καὶ νοουμένης, ἁγνὴ Παρθένε, φύσεως· διὸ σε μακαρίζομεν.

Ἡ λαμπὰς τοῦ θείου φωτὸς, ἡ ἀνωτέρα πάντων τῶν ποιημάτων, ἡ τὸν ἄνθρωπον θεώσασα, ὡς Θεὸν κυήσασα, καὶ Θεοτόκος δοξάζεται.

Ἀνάτειλόν μοι, Δέσποινα, ἀκτῖνα θείας γνώσεως D τῷ ἐν τῷ σκότῳ τῆς ἀγνωσίας δεινῶς συνεχομένῳ, καὶ πρὸς φῶς ὁδήγησον μετανοίας, ἄχραντε, πύλη οὖσα τοῦ φωτός.

Σῶσόν με, ἡ τεκοῦσα τὸν Σωτῆρα· βυθὸς γὰρ συνταράσσει με ἁμαρτημάτων, καὶ χειμάζει με κλυδώνιον ἡδονῶν, καὶ ζάλη τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας ἐκθλίβει με.

Καταβήσεται Χριστὸς, ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, ἐν τῇ γαστρί σου, θεοχαρίτωτε, καὶ τοὺς χειμάῤῥους τῆς ἀνομίας καταπαύσει ὡς Θεὸς, καὶ ἀφθαρσίαν καὶ ζωὴν πηγάσει τοῖς μέλπουσιν, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν Πατέρων.

MENSIS JULIUS.

Ex Canone in festo SS. Cosmæ, et Damiani martyrum, die 1.

Te Dei sedem ac possessionem, mensam spiritalem, speciem ac pulchritudinem Jacob, pontem trajectu felicissimum ac facillimum, scalam stabilem atque immobilem, omnes hominum generationes cum affectu beatam nuncupamus, o immaculata.

Ille qui formidabilis est supernis exercitibus, in te inenarrabili modo habitavit, o casta Virgo, cum te omni natura visibili, atque intelligibili puriorem invenisset: propterea te beatam appellamus.

Lampas divinæ lucis, superior omnibus creaturis, quæ hominem deificavit, quippe quæ Deum pepererit, Deipara glorificatur.

Oriri fac super me, Domina, radium divinæ cognitionis, cum tenebris ignorantiæ graviter oppressus sim; et deduc me ad lumen pœnitentiæ, o immaculata, cum sis porta lucis.

Salva me, tu quæ Salvatorem peperisti; profundum quippe peccatorum conturbat me; et exagitat me tempestas concupiscentiarum, malignorumque spirituum procella affligit me.

135 Descendet Christus sicut pluvia in vellus, in uterum tuum, o Deo charissima; et torrentes iniquitatis cessare faciet, utpote Deus; atque immortalitatem ac vitam in modum fontis emanabit iis qui canunt: Benedictus Deus Patrum.

(64***) Desideratur in Menæis.

Digitized by Google

Ex sacris sanguinibus tuis incarnatus est Creator omnium, atque exivit ab utero tuo, virginem te conservans. O miraculum miraculorum! o novorum mysteriorum manifestatio, quæ in te facta sunt in omnia sæcula.

O virgo, quæ ipsis Cherubim superior apparuisti, effice mentem meam carnalibus concupiscentiis vitæque tentationibus superiorem; et concede mihi ut expedite facileque incedam pro semitas salutares, quæ ducunt ad supernam civitatem, o immaculata.

Ἐξ αἱμάτων σου ἱερῶν σεσάρκωται ὁ Πλαστουργὸς ὁ πάντων, καὶ σοῦ προῆλθεν ἐκ γαστρὸς, σὲ παρθένον διαφυλάξας· ὦ θαῦμα θαυμάτων! ὦ καινῶν μυστηρίων φανέρωσις ἐν σοὶ πεπραγμένων εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας!

Φανεῖσα, Παρθένε, τῶν Χερουβὶμ ἀνωτέρα, ἀνώτερον ἀπέργασαι τὸν νοῦν μου τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν, καὶ τοῦ βίου πειρασμῶν, καὶ δίδου βαδίζειν εὐσταλῶς τὰς σωτηρίους τρίβους, τὰς φερούσας, ἄχραντε, πρὸς τὴν ἄνω πόλιν.

Ex Canone alio in SS. Anargyros Cosmam, et Damianum (64****).

Salvatorem ac Deum ex castis sanguinibus tuis corporasti, o pura et inviolata, qui dedit nobis salutares medicos passionum nostrarum, et ferventes defensores, sapientes Anargyros in spiritu.

Te speciosissimam inter mulieres elegit Deus, et ex te corporaliter, o casta, nasci complacuit sibi, qui requiescit in sanctis suis.

Compassione tua dignum me fac, o Virgo inviolata, quæ peperisti Verbum unice compassivissimum, quod concessit universis finibus terræ Sanctos compatientes medicos, et miraculorum patratores.

Sapientiam Dei substantialem peperisti, o Virgo inviolata Deipara, quæ sanctos sapientissimos nobis concessit, per quos malitiæ architecti cecidit fastus, et gravissima stratagemata.

Templum mundum fecit te, Domina, mundissimum **136** Verbum, quod divinam Anargyrorum Ecclesiam signis ac prodigiis semper magnificat.

O Maria virga quæ germinasti ex radice Jesse, protulisti, inviolata, florem Christum, qui velut floribus, miraculis exornat famulos suos Anargyros.

Perempta est mors in te; vitam enim substantialem peperisti Christum Dominum, o inviolata, protectorem vitæ nostræ, qui Anargyros medicos dedit iis qui clamant: Benedicite omnia.

Facta es, o Virgo, domicilium lucis illius, quæ universa illuminavit, et luciferos sanctos nunc concessit, qui mortiferarum passionum tenebras in spiritu eliminant, o sola semper inviolata Virgo.

Ex Canone alio in SS. Anargyros Cosmam, et Damianum.

Effunde super nos, nunc, o casta, stillas miserationum tuarum, tu quæ bonum, et pium, et miseratorem ineffabiliter peperisti, atque universorum nunc præsidium exsistis.

Ille qui solus est bonus, solus intime misericors, immaculatam vulvam tuam ingressus est, o tota immaculata, volens nos passionibus pollutos reformare.

In te, o Virgo Dei Mater, spes meas reposui, me ab omni hostis malitia esse liberandum.

O Domina casta, quæ Deum incarnatum incomprehensibili modo peperisti, eumdem semper deprecare, ut me a carnalibus passionibus, et ab æternis tormentis eripiat.

Ille qui inferiora superioribus in supernaturali partu tuo conjunxit, o castissima, custodiat in tranquillo statu nos, qui te laudibus exaltamus.

Mons Dei, ex quo Veritas manifestatur, tu es, o Virgo **137** casta, in quo eum inhabitasset ille, qui est incomprehensibilis, hominibus voluit similis fieri propter excessum misericordiæ suæ: cui psallimus: Benedictus es, etc.

Ecce, o anima mea, porta lucis, quæ nunc aperit aditus pœnitentiæ: ecce species Jacob; unica hominum tutela ac defensio: festina per intercessiones illius consequi misericordiam.

Agnoscentes te, o Domina, vere lucidam esse nubem Solis justitiæ per tuam intercessionem ab obscurissimis tenebris, et ab æterno supplicio liberemur, o ab omni nævo libera.

Ex Canone in festo S. Thomæ Palæensis et S. Cyriacæ martyris, die 7.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον Θωμᾶν τὸν ἐν τῷ Παλαιῷ, καὶ τὴν ἁγίαν μάρτυρα Κυριακὴν, ἡμέρᾳ ζ.

Mortis impetum repressisti, o casta, Christum immortalitatis datorem enixa, quem cum infernus voluntario decreto mortuum vidisset, contremuit.

O Virgo, quæ subsistentem Dei Sapientiam peperisti, a sophista malitiæ libera me mediatione tua, o sola carens omni labe.

Libera, o Virgo castissima, ab omni hostis læsione, eos qui noverunt te veram esse Dei matrem.

Ῥύμην, ἁγνὴ, τοῦ θανάτου ἀνέστειλας ἀθανασίας πρόξενον Χριστὸν κυήσασα, ὃν ὁ ᾅδης θανέντα βουλήσει ἐκουσίᾳ ἰδὼν ἐτρόμαξεν.

Σοφίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνυπόστατον τεκοῦσα, Παρθένε, τοῦ σοφιστοῦ με τῆς κακίας ἐκλύτρωσον μεσιτείᾳ σου, μόνη παναμώμητε.

Ῥῦσαι πάσης κακώσεως τοῦ δυσμενοῦς, Παρθένε, τοὺς εἰδότας ἀληθῶς Θεοῦ σε μητέρα, πάναγνε.

(64****) Hic canon cum sequenti deest in Menæis impressis.

Digitized by Google

Ἔλυσας, ἄχραντε, τῶν προπατόρων τὴν ἀρὰν, A τέξασα ἄνευ σαρκὸς, σεμνὴ, θελημάτων τὸν πάντα τῷ αὐτοῦ θελήματι θείῳ σαφῶς οὐσιώσαντα.

Dissolvisti, o intemerata, primorum parentum maledictionem, cum peperisti sine voluntate carnis, o veneranda, illum qui voluntate sua divina manifeste universa produxit.

Βασιλέα κυήσασα Χριστὸν οἷάπερ βασίλισσα, θεοχαρίτωτε, τοὺς ἐπὶ σοὶ προστρέχοντας οὐρανῶν βασιλείας ἀξίωσον.

O Deo gratissima, quæ regem Christum peperisti, utpote regina, eos, qui ad te recurrunt, dignos fac regni cœlorum.

Ὁ μόνος Θεὸς μόνην εὗρε καθαρὰν τὴν σὴν γαστέρα, καὶ σωματοῦται καὶ γνωρίζεται ἄνθρωπος σώζων τὸν ἄνθρωπον· ὅθεν ὡς καλῶν σε αἰτίαν ἐπιστάμενοι ψάλλομεν· Εὐλογημένη ἡ Θεὸν σαρκὶ κυήσασα.

Deus, qui est solus, solum uterum tuum purum invenit, et corporatus est, et agnitus homo salvans hominem : unde te tanquam causam bonorum agnoscentes, psallimus : Benedicta tu, quæ Deum in carne peperisti.

Ὁ ὑπερούσιος Θεὸς οὐσιώθη καθ' ἡμᾶς ἐκ σοῦ, Παρθένε, καὶ ὡράθη ὡς βρέφος ὁ πρὸ αἰώνων Πατέρι καὶ θείῳ συνυπάρχων Πνεύματι· ὅθεν ὡς αὐτοῦ σε δοξάζομεν μητέρα. B

138 Supersubstantialis Deus substantia nostra factus est ex te, o Virgo, et apparuit tanquam infans, ille qui ante sæcula est cum Patre et Spiritu divino : quare tanquam illius matrem te glorificamus.

Φωτεινοτάταις λαμπάσι τοῦ ἐκ σοῦ σαρκωθέντος, Παρθένε παναγία, ὑπὲρ νοῦν οἱ Θεοτόκον εἰδότες σε φωτιζόμεθα πίστει, καὶ σκότους ἐκλυτρούμεθα παθῶν, καὶ πάντων κινδύνων καὶ πάσης περιστάσεως.

Lucidissimis lampadibus illius, qui ex te, o Virgo sanctissima, supra mentis captum incarnatus est, nos, qui te Deiparam fideliter agnoscimus, illuminemur, et a tenebris passionum, omnique periculo atque adversitate liberemur.

Ex Canone in SS. Patermutium, et Coprum, die 9 (64*****).

Mortifica cordis mei affectiones, tu, quæ vitam nostram Christum ineffabiliter peperisti, o Virgo nuptialis thalami nescia, spes eorum qui recurrunt ad te.

O porta salutaris, pœnitentiæ portas, utpote benigna protectrix, aperi mihi, et a peccati portis libera me, custodiens me divina potentia tua. C

Corpus accepit ex visceribus tuis Deus Verbum, o Dei genitrix puella, et ut infans visus est, exhibens universis admirandam ac stupore plenam regenerationem.

Ille qui erat perfectissimus, factus homo ex te, o Virgo innupta, corruptam hominum essentiam deificavit.

Incessabili voce ad te clamamus : Gaude, o intemeratissima : gaudium enim omnium Christum genuisti ; atque universum primæ matris Evæ mœrorem effugasti.

Ecce Arca illa legalis præfigurabat uterum tuum continentem Manna Christum escam nostram, o Dei genitrix sola casta, benedicta.

Cœlis sublimior apparuisti, dum Verbum Deum, qui nos ad sublimia evexit, peperisti, quem superexaltat omnis spiritus, tanquam Deum nostrum, in sæcula.

Lucis tuæ radiis illumina, o Sponsa Dei, animam meam, **139** in socordiæ profundo jacentem ; exsurge, atque hostes proturba ac dejice, qui semper divexant cor meum, et ad libidines meas sectandas impellunt me.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Πρόκλον καὶ Ἱλαρίωνα, ἡμέρᾳ ιβ'.

Γὸν τῶν ἀκοῶν τῆς προμήτορος Εὔας Γαβριὴλ σοὶ προσφωνῶν τὸ Χαῖρε ἀληθῶς ἐξετίναξε, Δέσποινα· μόνη γὰρ τὸν ἀναιρέτην τῆς κακίας τοῦ ὄφεως ὑπὲρ νοῦν τε καὶ λόγον ἐκύησας. D

Ex Canone in festo SS. martyrum Procli, et Hilarionis, die 12.

Venenum, quod prima mater Eva auribus audiendo imbiberat, Gabriel tibi, Ave, acclamans vere ejecit, o Domina : tu enim sola ablatorem malitiæ serpentis supra omnis cogitationis ac sermonis captum peperisti.

Λῦσον, Παρθένε, τὸν δεσμὸν τῶν κακῶν μου, συνδέουσα τῇ στοργῇ με τοῦ ἐκ σοῦ τεχθέντος Λόγου, πανάμωμε, καὶ σῶσόν με, Δέσποινα, ταῖς ἱκεσίαις σου.

Dissolve, o Virgo, catenam malorum meorum, colligans me amore Verbi, quod ex te, o mundissima, natum est : et salvum me fac, o Domina, precibus tuis.

Συντριβὲν τῇ παραβάσει τῶν χειρῶν σου τὸ ποίημα κατοικτείρων, Λόγε, μήτραν ἀπειρόγαμον ᾤκησας, καὶ ἐν δυσὶ ταῖς οὐσίαις προελήλυθας, ἀφθαρσίας καινίζων ὁδοὺς τοῖς εἰδόσι σε.

Confractum ob transgressionem, opus manuum tuarum commiserans, o Verbum, uterum virilis copulæ nescium habitasti, et in duabus substantiis processisti, renovans vias immortalitatis scientibus te.

Τίς δύναται τὸ σὸν ἑρμηνεῦσαι μυστήριον, ὦ Δέ-

Quis tuum valeat explicare mysterium, o Domina

(64*****) Menæa non habent.

Digitized by Google

Deipara? omnium enim Creatorem ineffabiliter corporasti.

Ecce Virgo concipiet (exclamavit olim Isaias) magni consilii angelum Emmanuel, Deum, et Dominum, et Salvatorem animarum nostrarum.

Tanquam sanctior omnibus creaturis, peperisti, o casta Virgo, o Virgo immaculata, benedicta Mater, semper glorificata, Creatorem et Dominum.

Incarnatus ex impollutis sanguinibus tuis Deus, qui fecit, et plasmavit me, o Dei genitrix Domina, recuperavit mundum, ita clamantem : Benedicite, et laudate Dominum.

Lucis domicilium facta es, o casta, sanctissima Mater Virgo, in materia visibili corporis, a qua omnes qui in **140** tenebris vitam trahunt, illuminantur : quamobrem te cum fide beatam appellamus.

A σποινα Θεοτόκε· τὸν γὰρ κτίστην τῶν ὅλων ἀφράστως ἐσωμάτωσας.

Ἰδοὺ ἡ Παρθένος, ἀνεβόα ὁ Ἡσαΐας πάλαι, βουλῆς ἄγγελον μεγάλης Ἐμμανουὴλ τὸν Θεὸν, καὶ Κύριον, καὶ Σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν συλλήψει.

Ὡς τῶν κτισμάτων πάντων ἁγιωτέρα, ἀγνὴ Παρθένε, ἀπεκύησας τὸν κτίστην καὶ Κύριον, Παρθένε ἁμίαντε, εὐλογημένη Μῆτερ ἀεὶ δεδοξασμένη.

Σαρκωθεὶς ἐξ ἀχράντων αἱμάτων σου ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας καὶ πλάσας με, Θεοκυῆτορ Δέσποινα, ἀνεκτήσατο κόσμον οὕτω βοῶντα· Εὐλογεῖτε, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Φωτὸς οἰκητήριον, ἁγνὴ, γεγένησαι, παναγία μητροπάρθενε, ἐν ὕλῃ ὁρωμένῃ τοῦ σώματος, καὶ πάντας τοὺς ἐν σκότει φωτίσαντος· ὅθεν σε πίστει μακαρίζομεν.

Ex Canone in Synaxim, seu collectam archangeli Gabrielis, die 13.

Ubi Gabriel, etc.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν σύναξιν τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ, ἡμέρᾳ ιγ'.

Ἄγνήν σε, κ. τ. λ.

(*Idem est cum Canone diei* 26 *Martii.*)

141 *Ex Canone in festo S. Golinduchæ martyris, die* 13.

A sordibus malitiæ volens Creator naturam nostram mundare, ex utero tuo mundo incarnatus est, o Deipara; propterea te omnes glorificamus.

Manifeste cognovimus Deum ex castis sanguinibus tuis incarnatum esse, o Virgo, nostramque C nunc formam misericordia adductum suscepisse; quamobrem te cum fide glorificamus.

Vinculum transgressionis dissolvisti, bonorum datorem cum excessu benignitatis enixa : propterea nos fideles te, Virgo Mater, glorificamus.

Cum sit mens mea multis transgressionibus inquinata ac deturpata, precor te, o Dei Mater, unice immaculata (65), miserere mei, et salva me mediatione tua.

Cum contexuisset Altissimus sibi ipsi amictum ex puris sanguinibus tuis, o immaculata, eos qui divinis vestibus nudati fuerant, exornavit; propterea cum affectu te beatam appellamus.

Propitiatorium apud Deum te semper habemus, o summe immaculata : erue nos a futuræ vitæ D terribilibus tormentis, ac libera nos ab omnibus minis et conatibus hostium tam visibilium quam invisibilium.

Tu quæ partu tuo universam seductoris malitiam sterilem reddidisti, o casta, cor meum omnium bonorum operum sterile, fructiferum effice, Deum mihi propitium reddendo.

142 Mediante voce angeli, concepisti, o casta,

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν ἁγίαν μάρτυρα Γολινδουχὴν, ἡμέρᾳ ιγ'.

Ῥύπου κακίας τὴν φύσιν ὁ Πλαστουργὸς τὴν ἡμῶν βουλόμενος ἐκκαθᾶραι, ἐκ τῆς σῆς καθαρᾶς σεσάρκωται γαστρὸς, Θεοτόκε· διό σε πάντες δοξάζομεν.

Γνωστῶς κατίδομεν Θεὸν σαρκωθέντα, Παρθένε, ἐξ ἀγνῶν σου αἱμάτων, δι' οἶκτον νῦν τὴν ἡμῶν ἀναλαβόντα μορφήν. Διὰ τοῦτο πίστει σε δοξάζομεν.

Δεσμὸν διέλυσας τῆς παραβάσεως τῶν καλῶν τὸν δοτῆρα ὑπερβολῇ τέξασα χρηστότητος, Παρθενομῆτορ. Διὰ τοῦτο οἱ πιστοί σε δοξάζομεν.

Μεμολυσμένος τὸν λογισμὸν καὶ ἠχρειωμένος ταῖς πολλαῖς, Μῆτερ Θεοῦ, παραβάσεσι, σὲ καθικετεύω, μόνη ἀμόλυντε, οἰκτεῖραί με καὶ σῶσαι τῇ μεσιτείᾳ σου.

Ὑφάνας Ὕψιστος ἑαυτῷ περιβολὴν ἐκ τῶν ἀγνῶν αἱμάτων σου, τοὺς γυμνωθέντας θείαις καταστολαῖς ἐφαίδρυνεν, ἄχραντε. Διὰ τοῦτό σε πόθῳ μακαρίζομεν.

Ἱλαστήριον κεκτημένους, πανάμωμε, πρὸς τὸν Θεόν σε πάντοτε, ἐξελοῦ ἡμᾶς τῶν ἐκεῖ βασάνων φοβερῶν, καὶ λύτρωσαι πάσης ἀπειλῆς καὶ ἐπιβουλῆς ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν.

Ἡ τῷ τόκῳ σου πᾶσαν ἀποστειρώσασα τὴν κακίαν τοῦ πλάνου, πάσης στειρεύουσαν πράξεως, ἁγνὴ, ἀγαθῆς τὴν καρδίαν μου δεῖξον καρποφόρον, Θεὸν ἱλεούμενη.

Φωνῇ ἀγγέλου, ἁγνὴ, συνέλαβες Λόγον Πατρὸς

(65) Hinc Joan. Trithemius abbas *de laud. S. Annæ* cap. 7, ait ad rem nostram : « Digna Dei Mater fuisse creditur sine originali macula concipi, quæ illum erat Virgo paritura, qui totius mundi deleret crimina. Nolo mireris Dei Genitricem præter naturæ consuetudinem ab originali præservatam crimine, quam sibi mansionem paraverat Deus infusor gratiæ. Considera natam Dei Genitricem, et non miraberis sine macula conceptionem. Magna sunt quæ dicuntur, sed vera, sed sancta, sed Genitricem Dei decentia, cujus conceptionem prævenit gratia, et hinc miratur natura. » Sic ille.

Digitized by Google

ἡμῖν ὁμοιωθῆναι θελήσαντα, ὃν δυσώπει εὑρεῖν ἡμᾶς ἔλεος, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων λύσιν, πανάμωμε· ὅθεν εὐχαρίστοις σε φωναῖς ἀεὶ δοξάζομεν.

A Verbum Patris, quod nobis voluit assimilari : illud idem nunc deprecare, o mundissima, pro nobis ut misericordiam, et peccatorum absolutionem invenire possimus, quamobrem gratis vocibus, te semper glorificemus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Ἀκύλαν, ἡμέρᾳ ιδ'.

Ex Canone in festo S. Aquilæ apostoli, die 14.

Λόγῳ, σεμνή, Λόγον ἐν μήτρᾳ συνέλαβες τὸν διὰ λόγου ἅπαντας δημιουργήσαντα· διὰ τοῦτο σὲ λόγοις ἐνθείοις ἀνυμνοῦμεν, Θεοχαρίτωτε.

Verbum mediante verbo in utero concepisti, o veneranda, quod per verbum universos creavit : ideo te verbis divinis collaudamus, o Dei gratia cumulatissima.

Ὁ μόνος καθαρὸς, ὁ μόνος Κύριος, σὲ μόνην ὡς ἔγνω καθαρωτέραν πάσης κτίσεως, πανάμωμε, ἐξ ἀγνῶν σου αἱμάτων σεσωμάτωται.

Solus mundus, solus Dominus, ut te agnovit solam, omni creatura mundiorem, o immaculatissima, ex castis sanguinibus tuis corporatus est.

Νοητόν σε παλάτιον, καὶ ὑψηλὸν τοῦ βασιλέως θρόνον, Θεοτόκε δέσποινα, ὀνομάζομεν.

B Te spirituale palatium, et altissimum Regis thronum, o Deipara Domina, nominamus.

Μήτηρ καὶ δούλη Χριστοῦ τοῦ σαρκωθέντος δι' ἡμᾶς γέγονας, ὃν ἐκτενῶς πάντοτε δυσώπει τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς τοὺς σε Θεοτόκον ἀγνὴν ὀνομάζοντας.

Mater es et ancilla Christi incarnati propter nos : quem semper impense deprecare ut salvos faciat nos, qui te Deiparam castam nuncupamus.

Κυριώνυμε κόρη πανάμωμε, τὸν ἀγαθοδότην Θεὸν ἡ κυήσασα, τοὺς σε ὑμνοῦντας πάντοτε πειρασμῶν πολυτρόπων διάσωσον.

O puella immaculatissima, cujus nomen dominium resonat; quæ Deum bonorum datorem peperisti; eos qui te collaudant assidue a multiformibus tentationibus salva.

Νεκροῦται τὸ πρὶν ὁ Ἀδὰμ φθοροποιῷ βρώσει, πανάμωμε, σὺ δὲ τεκοῦσα τὴν ζωὴν ἡμῶν, τοῦτον, Παρθένε, ἐζώωσας· ὅθεν ὡς καλῶν σε αἰτίαν ἀνυμνοῦντες κραυγάζομεν· Εὐλογημένη ἡ Θεὸν σαρκὶ κυήσασα.

Mortuus est olim Adam lethifero cibo degustato, o summe pura Virgo : tu autem enixa vitam nostram, eumdem vivificasti : unde te tanquam bonorum causam laudantes, clamamus : Benedicta tu, quæ Deum in carne genuisti.

Ὡς τὸν παναίτιον Θεὸν ὑπὲρ πᾶσαν ἀληθῶς, ἁγνὴ, αἰτίαν ἐν γαστρὶ συλλαβοῦσα, καὶ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς ὀφθέντα τεκοῦσα, πανάμωμε, τοῦτον ἐκδυσώπει ὑπὲρ τῶν σε ὑμνούντων.

Cum Deum rerum omnium causam, supra omnem causam vere, o casta, in utero conceperis, ac propter nos similem nobis effectum pepereris, eumdem, o intemeratissima, suppliciter exora pro illis, qui te laudibus exornant.

Σὲ φωτιστικὴν λυχνίαν προεώρα προφήτης τὸ φῶς τὸ ἀνατεῖλαν ἐκ φωτὸς, Παρθενομῆτορ, βαστάζουσαν, τὸ φωτίσαν πλουσίως τὰ πρὶν ἐσκοτισμένα ταῖς αὐγαῖς τῆς αὐτοῦ ἀνεκφράστου, πανάμωμε, θεότητος.

Te lucernam illuminativam prævidit propheta, o Virgo **143** mater, gestantem lumen ortum de lumine, quod ea quæ antea tenebris offusa erant, splendoribus ineffabilis divinitatis suæ copiose illuminavit, o immaculatissima.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Κήρυκον καὶ Ἰουλίττην, ἡμέρᾳ ιε'.

Ex Canone in SS. martyres Cericum et Julittam, die 15.

Κατήργηται θάνατος διὰ σοῦ, καὶ ᾅδου τὸ κέντρον ἠφανίσθη, Μῆτερ ἁγνὴ· σὺ γὰρ τὸν ἀθάνατον Δεσπότην θανατωθέντα σαρκὶ ἀπεκύησας.

Irriti facti sunt conatus mortis, et inferni stimulus exterminatus est per te, Mater casta : tu enim immortalem Dominum, qui secundum carnem mortuus est, peperisti.

Μὴ κενώσας τοὺς κόλπους τοὺς Πατρικοὺς, ἄχραντε, Λόγος ὁ τὸ πᾶν οὐσιώσας σου τὴν πανάμωμον γαστέρα ᾤκησε, καὶ σὰρξ ἀτρέπτως ὡράθη, καὶ βροτοὺς ἐθέωσεν ὁ ὑπερούσιος.

D Verbum illud supersubstantiale, quod omnem substantiam creavit, non deserens Paternum sinum, in utero tuo mundissimo habitavit, o immaculata, et caro sine ulla mutatione apparuit, hominesque deificavit.

Νόμοι φύσεως, πάναγνε, ἐν τῇ ὑπὲρ φύσιν κυοφορίᾳ σου ἐναλλάττονται· τὸν Πλάστην γὰρ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἀπεκύησας.

Naturæ leges in partu tuo, qui fuit supra naturam, mutatæ sunt, o castissima; etenim Creatorem modo ineffabili atque inexcogitabili peperisti.

Ὁ Θεοῦ Θεὸς Λόγος σάρκα ἀνελάβετο ἔννουν καὶ ἔμψυχον ἐκ σοῦ, παναγία, καὶ δι' οἶκτον ἐγένετο ἄνθρωπος, καὶ ἐθέωσέ με τῇ παραβάσει ἀπωσθέντα, ὃν ἱκέτευε σῶσαι τὰ σύμπαντα.

Deus Verbum Dei carnem mente atque anima præditam assumpsit ex te, o Sanctissima, et misericordia motus, factus est homo, meque deificavit, qui rejectus ac perditus eram, ob transgressionem. Hunc tu deprecare, ut omnibus salutem concedat.

Digitized by Google

Acutissima intercessionis tuæ falce, amputa, o puella, a radicibus pravas cogitationes animæ meæ; neque fructiferum redde, precor; omnium enim Satorem Deum, et Salvatorem peperisti. A

Προρρίζους τῷ τμητικῷ σου δρεπάνῳ τῆς πρεσβείας ἐναπόκοψον, κόρη, τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς τῆς ψυχῆς μου, καὶ καρποφόρον ἀνάδειξον, δέομαι· ἁπάντων γὰρ τὸν φυτουργὸν τὸν Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἐκύησας.

Verbis tuis inhærentes, omnes generationes te beatam dicimus, o puella, beati Dei matrem factam, qui credentes in se, facit esse beatos.

Ῥήμασι σοῖς ἀκολουθοῦντες μακαρίζομεν γενεαὶ πᾶσαι, κόρη, μακαρίου Θεοῦ Μητέρα σε δειχθεῖσαν, τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας μακαρίους ἐκτελοῦντα.

Verbum ex immaculatissimis sanguinibus tuis incarnatum, o puella immaculata, eos qui ad irrationabilissimas carnis passiones ante propenderant, divina scientia deificavit; ideo nos illud superexaltamus in omnia sæcula.

Σαρκωθεὶς ὁ Λόγος ἐκ τῶν παναχράντων σου αἱμάτων, κόρη, τοὺς προνενευκότας πρὸς τὰ ἀλογώτατα τῆς σαρκὸς πάθη, ἐπιγνώσει θείᾳ ἐθέωσεν, ἄχραντε, ὃν ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

144 Illumina, o porta lucis, animam meam ab affectibus excæcatam, pravisque cogitationibus obtenebratam, ac periclitantem; meque a tentationibus, periculis, ac tribulationibus eripe, ut glorificem te, fidelium spem ac fortitudinem. B

Φώτισον, πύλη τοῦ φωτὸς, τὴν τυφλώττουσαν ψυχήν μου τοῖς πάθεσι, καὶ πονηροῖς λογισμοῖς ἀμαυρωθεῖσαν καὶ κινδυνεύουσαν, καὶ ἐξελοῦ με πειρασμῶν, κινδύνων καὶ θλίψεων, ἵνα δοξάζω σε, τὴν ἐλπίδα τῶν πιστῶν καὶ κραταίωμα.

Ex Canone in festo S. Athenogenis martyris, die 16.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἀθηνογένην, ἡμέρᾳ ις'.

Verbum æternum, ex sanguinibus tuis, o innupta, carnem factum, supra mentis verbique comprehensionem, peperisti.

Σάρκα γεγενημένον ἐκ τῶν σῶν αἱμάτων, ἀπειρόγαμε, τὸν αἰώνιον Λόγον ὑπὲρ νοῦν τε καὶ λόγον ἐκύησας.

Cœlis sublimior facta es, o casta, et Seraphim sanctior, quippe quæ omnium Regem ac Dominum supra naturæ ordinem genueris.

Ὕψηρ! οὐρανῶν, ἁγνὴ, ὑψηλοτέρα, καὶ τῶν Σεραφὶμ ἀεὶ ἁγιωτέρα, ὡς τὸν ἁπάντων Δεσπότην καὶ Βασιλέα ὑπερφυῶς κυοφορήσασα.

Æqualis cum Genitore potestatis ac throni, supersubstantialem corporasti, o immaculatissima, qui cum hominibus propter suam misericordiam conversatus est. C

Ἰσοδύναμον, σύνθρονον τῷ γεγεννηκότι τὸν ὑπερούσιον ἐσωμάτωσας, πανάμωμε, τοῖς βροτοῖς δι' οἰκτον ὁμιλήσαντα.

Matrem ac Virginem te totam sanctam agnoscentes, concordi voce te veneramur, et devote beatam appellamus.

Μητέρα καὶ Παρθένον εἰδότες σε παναγίαν συμφώνως γεραίρομεν, καὶ εὐσεβῶς μακαρίζομεν.

Tanquam intelligibilis arca, legislatorem portasti: tanquam lucerna splendida lumen peperisti: tanquam radix nunquam irrigata vitæ racemum, o Deipara, protulisti.

Ὡς νοητὴ κιβωτὸς τὸν νομοδότην ἐβάστασας, λυχνὶς ὡς φωταυγὴς τὸ φῶς ἀπεκύησας, ὡς ῥίζα ἀπότιστος τῆς ζωῆς τὸν βότρυν, Θεοτόκε, ἀνεβλάστησας.

Verbum, quod supra verbi comprehensionem peperisti, o Dei genitrix Maria, pro nobis exora, qui te cum fide collaudamus, ac beatificamus, o immaculata.

Ὃν ἀπεκύησας Λόγον ὑπὲρ λόγον, Θεογεννῆτορ Μαρία, ὑπὲρ ἡμῶν ἐκδυσώπει, τῶν πιστῶς σε ὑμνούντων, καὶ μακαριζόντων σε, ἄχραντε.

Liberati per te, o intemeratissima, ab antiquo primorum parentum lapsu, tibi clamamus, Ave, et cum fide glorificamus eum, qui per te nos a corruptione liberavit. D

Λυτρωθέντες, πανάμωμε, διὰ σοῦ, τῆς ἀρχαίας τῶν προγόνων ἐκπτώσεως, τὸ, Χαῖρε, σοὶ βοῶμεν, καὶ πίστει δοξάζομεν τὸν διὰ σοῦ ἐκ φθορᾶς ἡμᾶς ῥυσάμενον.

Fers in ulnis Deum ferentem omnia; nutris nutritorem, **145** o casta, nobis similem effectum; quem deprecare, ut a cunctis asperis atque adversis liberet populum tuum.

Φέρεις ἐν ἀγκάλαις Θεὸν τὸν φέροντα πάντα, τρέφεις τὸν τροφέα ἡμῖν, ἁγνὴ, ὁμοιωθέντα· ὃν ἱκέτευε τῷ λαῷ σου δοῦναι πάντων δυσχερῶν τὴν ἀπολύτρωσιν.

Ex Canone in festo S. Marinæ martyris, die 17.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν ἁγίαν μάρτυρα Μαρίνην, ἡμέρᾳ ις'.

Receptaculum capax divinæ gratiæ facta es, o Dei genitrix immaculata: propterea Marina affectu virgineo te prosequens ac desiderans, Filio tuo adducta est post te.

Δοχεῖον χωρητικὸν γέγονας τῆς θείας χάριτος, θεογεννῆτορ ἄχραντε· διό σε Μαρίνα ποθήσασα παρθενικῶς ὀπίσω σου τῷ σῷ Υἱῷ προσαπενήνεκται.

Vere ac propric te Deiparam nos fideles venera-

Κυρίως καὶ ἀληθῶς σε Θεοτόκον οἱ πιστοὶ σέβο-

Digitized by Google

μεν, πανάμωμε· σὺ γὰρ Θεὸν τέτοκας σάρκα γεγο- A mur, o munda ab omni labe : tu enim Deum carnῳότα.

nem factum peperisti.

Fluxus corruptionis compescuit Virgo, incorrupte enim genuit illum qui corruptam hominum naturam a corruptione vindicavit.

Ἡ πανάμωμος καὶ μόνη ἁγιωτέρα τῶν Χερουβὶμ φανεῖσα, τὰς ψυχάς ἡμῶν σῶσον πάσης περιστάσεως, τῶν πίστει ὑμνούντων σε, ἄχραντε, Παρθένε θεόνυμφε.

O immaculatissima, quæ sola sanctior Cherubim apparuisti, salva animas nostras ab omni circumstanti adversitate, dum te cum fide laudamus, o immaculata Virgo, sponsa Dei.

Θάλασσαν σπαργανώσας ὁμίχλῃ βουλήματι κυοφορεῖται ὁ Κτίστης ἐκ παρθένου, κόρη, ἀπειρογάμου, ὥσπερ βρέφος, καὶ σπαργάνοις ἀῤῥήτως εἱλίσσεται.

Creator, qui nebula tanquam fascia mare circumdat, sua voluntate ex puella Virgine innupta gignitur tanquam infans, et fasciis modo ineffabili circumvolvitur.

Παρθένε μόνη ὡς καθαράν σε ἀδιάφθορον Λόγος καθαρὸς ἠγάπησε, καὶ ἐκ σοῦ ἀνεπλάσατο σαρκούμενος, κόρη, τὸν ἄνθρωπον, ὁ Μαρίνην δοξάσας B τοῖς θαύμασι.

O Virgo unica, te utpote puram et incorruptam Verbum illud purum dilexit, et ex te incarnatum, hominem reformavit; quod Marinam miraculis glorificavit.

Ὕφθης ὑπερτέρα οὐρανῶν Θεὸν οὐράνιον ἀποκυήσασα τὸν οὐρανώσαντα, πάναγνε, γηγενῶν ὅλον τὸ φύραμα, καὶ τῆς Μαρίνης τὴν σεπτὴν μνήμην φαιδρύναντα, ᾧ βοῶμεν· Πάντα τὰ ἔργα ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Altior cœlis apparuisti Deum cœlestem enixa, o castissima, qui cœlificavit universam massam terrigenarum, ac venerandam Marinæ memoriam illustravit; ad quem clamamus : Omnia opera, laudate Dominum.

Φῶς ἡμῖν ἀνέτειλας μήτρας ἐξ ἀπειράνδρου σου, Παρθένε, ἡ ταῖς φυκτωρίαις ἐνθέοις καταυγασθεῖσα φῶς ἐχρημάτισεν, ἡ τῆς χαρᾶς ἐπώνυμος, Θεοκυῆτορ Μητροπάρθενε.

Lucem nobis oriri fecisti ex inviolato utero tuo, o Virgo, qui splendoribus divinis illustratus, lux evasit, o Dei genitrix, Mater virgo, cujus nomen resonat lætitiam.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Αἰμιλιανὸν, ἡμέρᾳ ιη'.

146 *Ex Canone in festo S. Æmiliani martyris, die* 18.

Ἰσχύς μου, καὶ ὕμνησις, καὶ φωτισμὸς τῆς καρδίας μου ὑπάρχει, πανάμωμε, Χριστὸς ὁ Κύριος, C ὃν ἐκύησας ἐν δύο ταῖς οὐσίαις, μιᾷ ὑποστάσει δὲ κατανοούμενον.

Fortitudo mea, et laus mea, illuminatio cordis mei est Christus Dominus, quem peperisti, o summe illibata, qui intelligitur in duabus substantiis, una autem hypostasi.

Νόμους τοὺς τῆς φύσεως λαθοῦσα ἐν τῷ ὑπὲρ φύσιν τοκετῷ, παρθένος μετὰ γέννησιν, Παρθενομῆτορ, ἔμεινας· τὸν Πλαστουργὸν γὰρ, ἄχραντε, ἁπάσης κτίσεως τέτοκας.

Naturæ leges ignorans in partu tuo, qui fuit supra naturam, o Virgo Mater, post partum Virgo permansisti : omnium enim creaturarum Conditorem, o inviolata, peperisti.

Ἁγιάσματός σε τόπον τοῦ ἡμᾶς ἁγιάσαντος, παναγία κόρη, μόνην εὑρεθεῖσαν δοξάζομεν, δι' οὗ οἱ γῆν κατοικοῦντες οὐρανώθησαν, καὶ ζωῆς ἀληθινῆς ἠξιώθησαν.

Te, quæ sola sanctificationis sanctificantis nos locus esse inventa fuisti, o puella tota sancta, glorificamus; per quem, terram inhabitantes, cœlestes facti sunt, veraque vita digni redditi sunt.

Ῥομφαίᾳ τρωθέντα με τῆς ἁμαρτίας ἴασαι τῷ δραστικωτάτῳ σου φαρμάκῳ, ἡ τὸν Σωτῆρα Χριστὸν κυήσασα, λόγχῃ τὸν τρωθέντα δι' ἐμὲ, ὄχραντε, καὶ τρώσαντα τὴν καρδίαν τοῦ ὄφεως.

Me peccati gladio vulneratum sanasti efficacissima medicina tua, o immaculata, quæ Salvatorem Christum peperisti, qui propter me lancea vulneratus, cor serpentis ipse vulneravit.

Εὔα μὲν ἐτρύγησε τοῦ ξύλου καρπὸν θανατηφόρον· σὺ δὲ, πάναγνε, ζωῆς τὸ ξύλον καρποφορεῖς, οὗ ἡ γεῦσις ἅπαντας τοὺς θανόντας ἀνεζώωσεν. D

Eva quidem decerpsit fructum arboris mortiferum : tu autem, o castissima, vitæ arborem fructificasti, cujus gustus omnes, qui mortui erant, vivificavit.

Κυριώνυμε θεόνυμφε, τὸ, Χαῖρε, σοὶ πίστει κραυγάζομεν· καὶ γὰρ ἐκύησας χαρὰν ἀνεκλάλητον Χριστὸν τὸν Κύριον, ᾧ κραυγάζομεν· Ὁ τῶν Πατέρων Κύριος καὶ Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

O Dei sponsa, dominanti nomine ornata, tibi, cum fide clamamus, Gaude : etenim gaudium ineffabile Christum Dominum peperisti, ad quem vociferamur : Patrum Deus, et Dominus benedictus es.

Σταγόνα μοι ὄμβρησον ἐλέους, πηγὴν τοῦ ἐλέους ἡ κυήσασα, καὶ τῆς ἁμαρτίας μου ξήρανον ὀμβρήματα, καὶ τῆς ψυχῆς μου πράϋνον ἄγρια κύματα, Παρθένε Θεοτόκε Μαρία, ἵνα σε δοξάζω εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Deplue super me stillam misericordiæ, tu, quæ misericordiæ fontem peperisti; peccatique mei imbres exsicca, ac feroces animæ meæ fluctus tranquilla, o Virgo Deipara Maria, ut te in omnia sæcula glorificem.

Φωτί με καταύγασον τῷ σῷ, πανύμνητε, τὸν ἐν σκότει πορευόμενον· δίδου μοι χεῖρα βοηθείας· τὰ

Illustra me luce tua in tenebris ambulantem, o omni laude dignissima : porrige mihi manum

Digitized by Google

auxiliatricem : nubes animæ dispelle; passionum A νέφη τῆς ψυχῆς μου ἀπέλασον· παθῶν μου τὸ κλυmearum tempestatem seda, o refugium desperatorum. δώνιον κόπασον, ἀπεγνωσμένων καταφύγιον.

147 *Ex Canone in festo S. P. N. Dii confessoris, die 19.*

Solis spiritualis tabernaculum facta es, o ab omni labe pura, qui nos divinis splendoribus pietatis illuminavit, atque ignorantiæ nebulas dissipavit, o Virgo perpetua.

Habitavit in te, o immaculata, ille, qui habitat in cœlis; quem enixe roga, ut salvet animas laudantium te.

Candelabrum luciferum, te divinum splendorem in utero gestantem agnovimus, o Virgo: unde te supplices deprecamur, ut luce tua irradies animas B omnium qui te collaudant.

Interfice animæ meæ affectus, o inculpabilissima, quæ vitam omnium ineffabili Verbo peperisti : et mentem meam conturbatam pacifica, o puella.

Cherubim sanctiorem effecit te, o puella, Deus sanctus manifeste, qui sanctificat clamantes, Benedicta tu in mulieribus, o Domina immaculatissima.

Cœlis latior apparuisti, Deum in te capiens, o Maria castissima; quem deprecare ut liberet me a passionibus detinentibus me, atque a futura tremenda sententia eripiat me clamantem : Laudate, omnia opera, Dominum.

Parce mihi, Christe, quando veneris cum gloria ad judicandum mundum, cum habeas deprecantem C te, o Verbum, Deiparam semper Virginem, et angelorum ordines, sanctorumque concilium.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Δίον, ἡμέρᾳ ιθ'.

Ἡλίου τοῦ νοητοῦ, πανάμωμε, σκήνωμα γέγονας ταῖς θείκαῖς λαμπρότησιν ἡμᾶς εὐσεβείας καταυγάσαντος, καὶ τὴν ἄχλυν διώξαντος τῆς ἀγνωσίας, Ἀειπάρθενε.

Ἐνῴκησεν ἐπὶ σοὶ ὁ κατοικῶν τοὺς οὐρανούς, ἄχραντε, ὃν ἐκτενῶς αἴτησαι σῶσαι τὰς ψυχὰς τῶν ὑμνούντων σε.

Φωτοφόρον σε λυχνίαν τὸ θεῖον φέγγος ἐν τῇ γαστρὶ βαστάσασαν ἔγνωμεν, Παρθένε· ὅθεν δυσωποῦμέν σε, φωτί σου καταύγασον πάντων τὰς ψυχὰς τῶν ὑμνούντων σε.

Νέκρωσον τῆς ψυχῆς μου τὰ πάθη, πανάμωμε, ἡ τὴν ζωὴν τῶν ἁπάντων ἀπορρήτῳ λόγῳ κυήσασα, καὶ τὸν νοῦν μου ταρασσόμενον, κόρη, εἰρήνευσον.

Ἁγιωτέραν τῶν Χερουβὶμ σε ἀπειργάσατο, κόρη, ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος ἐμφανῶς, ἁγιάζων τοὺς κραυγάζοντας· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, πανάμωμε Δέσποινα.

Ὕψθης πλατυτέρα οὐρανῶν Θεὸν χωρήσασα, Μαρία πάναγνε· ὃν καθικέτευε ῥῦσαί με τῶν παθῶν τῶν συνεχόντων με, καὶ τῆς μελλούσης φοβερᾶς δίκης· με ῥύσασθαι τὸν βοῶντα· Πάντα τὰ ἔργα, εὐλογεῖτε τὸν Κύριον.

Φεῖσαί μου, Χριστὲ, ὅταν ἔλθῃς κρῖναι τὸν κόσμον μετὰ δόξης, ἔχων δυσωποῦσάν σε, Λόγε, τὴν Θεοτόκον τὴν ἀειπάρθενον, τὰ τῶν ἀγγέλων τάγματα, καὶ τῶν ὁσίων τὴν ὁμήγυριν.

Ex Canone in festo S. Eliæ Prophetæ, die 20.

Supersubstantialis Deus, ex te, o mundissima, incarnatus est, et propter nos homo factus est similis nobis : quem impense roga, o castissima, ut me, qui supra omnes **148** homines peccavi, salvet et liberet a supplicio.

O porta impervia, per quam transitur ad Deum, pœnitentiæ portas aperi mihi precor, abluens sordes peccatorum meorum imbribus misericordiæ tuæ, o puella Deo charissima.

Cum omnibus cœlestibus virtutibus, cum omnibus prophetis et martyribus, cum apostolis et confessoribus, preces effunde, o Domina mundissima, ut ego, qui multa peccavi, salutem consequar, et a futuris pœnis eripiar.

Super te tanquam imber descendit Verbum supersubstantiale, quod deprecare, o puella innocentissima, ut super me nunc mundas compunctionis stillas depluat, quibus omnes immensorum malorum meorum sordes abluantur.

O porta Dei, divinos ingressus ostende miseræ animæ meæ, quos ingrediar cum confessione, malorumque absolutionem recipiam, o Deipara.

Laudo te, o tota laudabilis, et magnifico, o Deo

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον προφήτην Ἠλιοῦ, ἡμέρᾳ κ'.

Ὁ ὑπερούσιος Θεὸς, πανάμωμε, ἐκ σοῦ σεσάρκωται, καὶ δι' ἡμᾶς ὤφθη καθ' ἡμᾶς ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἐκτενῶς ἱκέτευε ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, ἡμαρτηκότα με, πάναγνε, σῶσαι καὶ κολάσεως ῥύσασθαι.

Ἀδιόδευτε πύλη, ἡ πρὸς Θεὸν φέρουσα, πύλας μετανοίας μοι, κόρη, ἄνοιξον, δέομαι, ἀποκαθαίρουσα ἁμαρτιῶν μου τὸν ῥῦπον ὄμβροις τοῦ ἐλέους σου, D θεοχαρίτωτε.

Μετὰ πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων, μετὰ πάντων, Δέσποινα πανάμωμε, τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀθλητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ὁσίων, ἱκέτευε τυχεῖν με σωτηρίας τὸν πολλὰ ἁμαρτάνοντα καὶ ῥυσθῆναι μελλούσης κολάσεως.

Ἐπὶ σὲ ὥσπερ ὄμβρος Λόγος καταβέβηκεν ὁ ὑπερούσιος, ὃν δυσώπει, κόρη, ἐπομβρῆσαί μοι νῦν κατανύξεως καθαρὰς σταγόνας ἀποπλυνούσας πάντα ῥῦπον τῶν ἀμέτρων κακῶν μου, πανάμωμε.

Ἡ πύλη ἡ τοῦ Θεοῦ, εἰσόδους θείας ὑπόδειξον τῇ ταπεινῇ μου ψυχῇ, ἐν αἷς εἰσελεύσομαι ἐξομολογούμενος, καὶ κακῶν τὴν λύσιν, Θεοτόκε, ἀπολήψομαι.

Ὑμνῶ σε, πανύμνητε, καὶ μεγαλύνω, θεοχαρίτωτε,

Digitized by Google

τὴν ἀγνήν σου λοχείαν· βοήθησόν μοι βίου τοῖς κύμασι χειμαζομένῳ, καὶ δίδου κατάνυξιν τῇ ταπεινῇ μου ψυχῇ, καθαρτικὴν τῶν μολυσμῶν.

gratissima, castum partum tuum : adjuva me vitæ fluctibus exagitatum, et concede compunctionem miserabili animæ meæ, qua illius fœditates emundentur.

Νομοθετῶν εὐσέβειαν καὶ διδάσκων μετάνοιαν ὁ Ἐμμανουὴλ ἐκ σοῦ τεχθεὶς ἐπέφανεν, ὃν νῦν ἐκδυσώπησον, ὑπεραγία Δέσποινα, τῆς δικαιοσύνης ὑπανοῖξαί μοι πύλας, καὶ σῶσαί με βοῶντα· Ἱερεῖς, εὐλογεῖτε Κύριον.

Legislator pietatis, et magister pœnitentiæ Emmanuel ex te natus apparuit; quem nunc supplici exora, o supersancta Domina, ut justitiæ portas mihi desuper aperiat, et salvet me clamantem : Sacerdotes, benedicite Dominum.

Φωνὰς τῶν οἰκετῶν σου, ὡς ἀγαθή, μὴ παρίδῃς, πανάμωμε Δέσποινα, ἀλλ' ἐκτενῶς αἰτῆσαι τὸν πάντων Δημιουργὸν τῷ βασιλεῖ τὰ τρόπαια, καὶ τὴν εὐρωστίαν τὴν ψυχικὴν δωρήσασθαι, Παρθένε, καὶ θείας βασιλείας τὴν μετουσίαν καὶ λαμπρότητα.

Voces famulorum tuorum, utpote benigna, ne despicias, inculpatissima Domina : sed omnium Conditorem enixe roga, o Virgo, ut regi tropæa, animique fortitudinem, ac regni divini consortium, splendoremque largiatur.

149 *Ex Canone in S. Focam martyrem, die* 23 (65).

Soluta est primorum parentum pœna : Deum enim, qui est ante sæcula, peperisti, o illibata; qui factus novus infans, omnem humanam substantiam penitus renovavit.

Deus ex te incarnatus, propter viscera misericordiæ suæ, hominibus unitus est, ac sustulit maledictionem, o sola omni benedictione cumulata Domina.

Virgo a nuptiis immunis, Virgo benedicta, pontificum gloria, martyrum omnium corona, libera a periculis ac tribulationibus eos qui concinunt laudes tuas.

Sapientia Dei ædificavit sibi domum, prout sibi placitum fuit, ex puris sanctisque sanguinibus tuis, o Domina.

Tanquam imber salutaris, Verbum effusum est in incorrupto utero tuo, o puella sanctissima, et malitiæ torrentes divina potentia sua exsiccavit.

Conquassatam ac dirutam animæ meæ domum, tu, utpote benignissima, pœnitentiæ actibus renova, o castissima puella, quæ universam hominum naturam partu tuo reformasti.

Arca legis, et urna quæ manna continebat, figurabat te, o castissima; mensa divina, et lucerna auro colluceus, quæ lumen illud in revelationem gentium peperisti, quod divina scientia universum terrarum orbem illuminavit.

Illumina, o pura, animam meam, peccatorum tenebris involutam, et a flammis ac tenebris æternis libera me mediatione tua, ut cum animi exsultatione magnitudinem tuam concelebrem

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν ἁγίαν μάρτυρα Χριστίνην, ἡμέρᾳ κδ'.

150 *Ex Canone in festo S. Christinæ martyris, die* 24.

Συνέλαβες Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς σαρκὶ ἑνωθέντα καθ' ὑπόστασιν τὴν ἐκ σοῦ, ὃν ἐπιποθήσασα Χριστίνα τοῦ μαρτυρίου τὸ κλέος ἐκτήσατο.

Concepisti Verbum Patris carni unitum secundum hypostasin quæ erat ex te; quod ardenter amans Christina martyrii gloriam adepta est.

Στῆσόν μου τὸν τάραχον τῶν λογισμῶν, ἁγνὴ Δέσποινα, παῦσον ψυχῆς πᾶσαν ἀθυμίαν, τὸν Χριστὸν ἡ κυήσασα.

Seda, o casta Domina, cogitationum mearum tumultum, aufer omnem animi consternationem, tu quæ Christum peperisti.

Προφητῶν σε ὁ ἔνδοξος πάλαι Ἡσαΐας ῥάβδον ὠνόμασεν, ἄνθος φέρουσαν τὸν Κύριον, Θεοτόκε μῆτερ ἀειπάρθενε.

Prophetarum gloriosissimus Isaias olim te virgam nominavit, quæ florem Dominum protulisti, o Deipara mater semper virgo.

Νεκρόν με τῇ ἁμαρτίᾳ γενόμενον ζώωσον, ζωὴν ἀναμάρτητον, ἁγνὴ Παρθένε, κυήσασα.

Me propter peccata mortuum vivifica, o Virgo casta, quæ vitam immortalem peperisti

Νοήσαντες θεηγόροι προφῆται μυστηρίου σου, Παρθένε, τὸ βάθος, προφητικῶς προκατήγγειλαν θείῳ καταλαμπόμενοι πόῤῥωθεν Πνεύματι μητέρα σε παναληθῆ τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων γενήσεσθαι.

Mentis oculo inspicientes diviniloqui prophetæ mysterii tui profunditatem, o Virgo; prophetice a longe prænuntiaverunt, divino Spiritu illustrati, futuram te matrem verissimam Domini universorum.

Νόμους, Παρθένε, ὑπερβᾶσα τοὺς τῆς φύσεως τῇ θείᾳ σου συλλήψει ὑπὲρ φύσιν Θεὸν ἐκύησας βοῶσα· Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς εἰς τοὺς αἰῶνας.

Cum naturæ leges transcendisses, o Virgo, divina conceptione tua, Deum supra naturæ ordinem peperisti, clamans : Benedictus es, Domine Deus in sæcula.

Ἡ κραταιὰ βοήθεια τῶν πιστῶν, ἀειπάρθενε, ῥῦσαί με τῆς πλάνης τοῦ δολίου δράκοντος δεινῶς πολεμοῦντός με, καὶ ταπεινῶσαι σπεύδοντος· σὺ γὰρ

O Virgo perpetua, validissimum fidelium auxilium, libera me a seductione fraudulenti draconis, qui graviter oppugnat me, atque humiliare mise-

(65*) Decst in Menæis impressis.

Digitized by Google

rumque me reddere satagit: tu enim dux es infallibilis atque omni errore carens, eorum qui confidunt in te, atque incessanter clamant : Populi, superexaltate Dominum.

A ἁπλανὴς τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων ὑπάρχεις ὁδηγία τῶν βοώντων ἀπαύστως· Λαὸς, ὑπερυψοῦτε Κύριον.

O Virgo amica bonorum, animam meam peccatis malignatam, bonam effice, et ab æterna flamma libera me intercessionibus tuis.

Φιλάγαθε Παρθένε, τὴν κεκακωμένην ταῖς ἁμαρτίαις ψυχήν μου ἀγάθυνον, καὶ αἰωνίου φλογός με ῥῦσαι πρεσβείαις σου.

151 *Ex Canone in S. Fantinum mart. die* 24 (65**).

O Castissima, quæ lucem divinam atque immaculatam in lucem edidisti, tenebras, quæ in me sunt, dispelle, cordis mei nubes dissipa, illumina me, porta luminis, qui te cum fide magnifico, Deumque glorifico : gloriose enim glorificatus est.

Ille, qui duplici præditus natura intelligitur, Deus et homo, Paternum sinum nulla ex parte B derelinquens, in sinu tuo, o Virgo inviolata, resedit circumscriptibilis, cum sit incircumscriptus suapte natura.

Deus cœlestis intra viscera tua habitavit, o Puella, atque hominem deificavit, teque universorum patrocinium præsidiumque constituit.

Legales typi præfigurabant mysterium conceptionis tuæ, quorum nos intuentes exitum glorificamus te, o Virgo, quæ facta es omnium bonorum causa, et genus nostrum gratia replevisti.

Respice in me, o Deo gratissima Regina, et a pessimorum dæmonum, qui me conturbant, vexatione, et ab igne gehennæ libera me, qui te cum fide collaudo.

Quemadmodum non combussit olim ignis fornacis prudentissimos adolescentes; ita nec vulvam tuam, Deigenitrix Virgo, combussit nunc ignis Divinitatis, quæ in te naturæ terminos innovavit.

Morbo affectos, atque ad terram inclinatos, et peccato palam servientes, Dominus omnipotens, cum inhabitasset uterum tuum, salvavit; unde nunc firma fide clamant ad eum : Pueri, etc.

Corruptam terrigenarum substantiam partu tuo incorruptibili redintegrasti. Quamobrem vociferor : Redintegra me qui totus concupiscentiis pravis corruptus sum, **152** utpote benignissima, et semitas dirigentes ad vitam demonstra mihi; tu enim es dux omnium, qui recurrunt ad te, o purissima.

Ex Canone in festo SS. Hermolai, et sociorum martyrum, die 27.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἑρμόλαον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἡμέρᾳ κζ'.

Redde mihi Christum propitium, o Virgo tota C sine macula (66), liberans me in die Judicii a tremenda damnationis sententia.

Ἵλεών μοι, Παρθένε, τὸν Χριστὸν ἀπέργασαι, πανάμωμε, ἐν ἡμέρᾳ τῆς δίκης φοβερᾶς καταδίκης ἐξαίρουσα.

Libera me, o immaculatissima, a gravissima tempestate peccatorum, et cogitationum, quæ crudeliter invadunt cor meum.

Ῥῦσαί με, πανάμωμε, ἁμαρτιῶν δεινοῦ κλύδωνος, καὶ λογισμῶν τῶν ἐπεμβαινόντων ἀφειδῶς τῇ καρδίᾳ μου.

Tanquam thronus igniformis, Dominum fers, o divina gratia cumulatissima; quem deprecare ut salvos faciat nos in peccati salo periclitantes.

Ὥσπερ θρόνος πυρίμορφος φέρεις τὸν Δεσπότην, θεοχαρίτωτε, ὃν ἱκέτευε σωθῆναι ἡμᾶς ἁμαρτίας σάλῳ κινδυνεύοντας.

Habentes te, o Virgo, patrocinium, refugium, firmamque defensionem, per te liberemur ab omni tribulatione.

Σὲ προστασίαν, καταφυγὴν, καὶ βεβαίαν ἀντίληψιν κεκτημένοι, Παρθένε, ῥυσθείημεν, διὰ σοῦ, πάσης θλίψεως.

Tempestas immensorum peccatorum meorum conturbat me, et in profundum desperationis semper dejicit me, o Puella : at tu præveniens, porD rige mihi manum tuam, et da mihi, ut in tranquillo pœnitentiæ portu securus ingrediar.

Κλύδων με τῶν ἀμέτρων πταισμάτων συνταράττει καὶ βυθῷ παραπέμπει διηνεκῶς ἀπογνώσεως, κόρη· ἀλλὰ προφθάσασα χεῖρά μοι δρεξον, καὶ δίδου μοι πρὸς γαληνοὺς μετανοίας λιμένας ὁρμίζεσθαι.

Virgo omni sanctitate prædita, quæ Deum incarnatum peperisti, ab omni peccato, et tribulatione salvum fac populum tuum clamantem : Benedictus es, Deus Patrum.

Παναγία Παρθένε, ἡ Θεὸν σαρκοφόρον ἀποκυήσασα, ἐκ πάσης ἁμαρτίας καὶ θλίψεως βοῶντα τὸν λαόν σου περίσωζε· Ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

(65**) Menææ non habent.

(66) Consonat S. Amadeus Lausannensis antistes homil. 7 de B. V. dum inducens Christum Matri suæ in cœlum subeunti gratulantem, in hunc modum scribit : « Dominus assistens egressæ de corpore, ita prædicat laudes ejus : Tota pulchra es, Mater mea, et macula non est in Te. Tota, ait, pulchra es : pulchra in cogitatu, pulchra in verbo : pulchra in actu, pulchra ab ortu usque ad finem. » Sic ille. Ubi ortus non nativitatem, sed conceptum passivum sonat, a quo ortu, sive principio vitæ usque ad finem in morte, beata Virgo tota, juxta Amadeum, perpetuo nituit absque omni prorsus macula. Alioquin, si Amadeus significare voluisset ortum ex utero, nimirum nativitatem, diminutissimus fuisset, imo falsum dixisset, cum Deipara fuerit pulchra per gratiam ante nativitatem suam, ut omnes concedunt. Vide Nieremberg, in *Sacrosyllabo* 5, pag. 215.

Digitized by Google

Σὲ τὸ τερπνὸν παλάτιον καὶ φαιδρὸν ἐνδιαίτημα τοῦ παμβασιλέως, παναγία Δέσποινα, ὑμνοῦμεν, δεόμενοι, ναοὺς ἡμᾶς ἀνάδειξον τοῦ ἐκ σοῦ τεχθέντος, καθαρεύσαντας πάσης κακίας ἐναντίας, καὶ βοῶντας ἀπαύστως· Λαός, ὑπερυψοῦτε Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Φεῖσαί μου, Σῶτερ, ὁ τεχθεὶς καὶ φυλάξας τὴν τεκοῦσάν σε ἄφθορον μετὰ τὴν κύησιν ὅταν καθίσῃς κρῖναι τὰ σύμπαντα, τὰς ἀνομίας παρορῶν καὶ τὰς ἁμαρτίας μου, ὡς ἀναμάρτητος ἐλεήμων, ὡς Θεὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους Πρόχωρον, Νικάνορα, Τίμωνα, καὶ Παρμήναν, ἡμέρᾳ κη'.

Πορεῖαι αἱ τοῦ Θεοῦ, πανάμωμε, ἐν σοὶ ἐγνώσθησαν γεγενημέναι ξένῳ τοκετῷ ἀσυγκρίτῳ τε ἑνώσει· ὅθεν ὡς πάντων δέσποιναν τῶν ποιημάτων σε δοξάζομεν.

Σταλάζοντα γλυκασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν κακῶν τέτοκας τὸν ἀγαθὸν Κύριον, ἄχραντε παρθένε πανάμωμε.

Ἀπειρογάμως ἐκύησας Θεὸν Λόγον σωματωθέντα, πάναγνε, ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον· ὅθεν καταχρέως σε Παρθένον δοξάζομεν καὶ χρεωστικῶς μακαρίζομεν.

Ὑμνοῦμέν σε δι' ἧς τῆς φθορᾶς ἐλυτρώθημεν, πανάμωμε, τοῦ ἀδύτου, καὶ τῆς πρὶν τυραννούσης κακίας τοῦ ἀλάστορος.

Τάξεις σε ἀσωμάτων ἀγγέλων γεραίρουσι, καὶ ἀποστόλων χορεῖαι, καὶ μαρτύρων δῆμοι, Θεοκυῆτορ· τὸν γὰρ πάντων Βασιλέα ἀφράστως ἐκύησας.

Λόγῳ τὸν Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς, κόρη, τέτοκας, λόγῳ οὐρανὸν ποιήσαντα καὶ τὴν γῆν, καὶ δοξάζεις τοῦτον, πανάμωμε, λόγον παρέχοντα τοῖς καθαρῶς αὐτῷ νῦν πιστεύουσιν.

Ἰδοὺ θεηγόρων αἱ φωναὶ πέρας ἐδέξαντο, ἀποτεκούσης σοῦ τὸν ὑπερούσιον Κύριον, ὑπ' ἐκείνων τὸν δηλούμενον, εἰς σωτηρίαν τῶν πιστῶν, θεοχαρίτωτε, των βοώντων· Πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, εὐλογεῖτε τὸν Κύριον.

Φωνὴν σοι βοῶμεν, Παρθένε, περιχαρῶς τοῦ ἀρχαγγέλου· Χαῖρε, ἡ χαρὰ τῶν ἀγγέλων, τῶν ἀποστόλων τὸ σεμνολόγημα, καὶ προφητῶν τὸ κήρυγμα, καὶ τῶν μαρτύρων τὸ στεφάνωμα.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Σύλαν, Σιλουανὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, ἡμέρᾳ λ'.

Ὑπερύμνητον Θεὸν ἀῤῥήτως τέτοκας σάρκα ἐκ σοῦ φορέσαντα δι' ἀγαθότητα, ὑπερύμνητε ἁγνή· ὅθεν ἐν φωναῖς εὐχαριστηρίοις ὑμνολογοῦμέν σε καὶ μακαρίζομεν, ὡς πάλαι προεφήτευσας.

Εὑρὼν σε τῶν ἀγγέλων καθαρωτέραν ὑπέδυ τὴν γαστέρα σου τὴν ἁγίαν ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, Θεοτόκε, καὶ ὤφθη ἄνθρωπος ἐκ σοῦ σαρκούμενος, ἐν δυσὶ ταῖς φύσεσι γνωριζόμενος.

Te jucundum palatium, et splendidum domicilium omnium Regis, o sanctissima Domina, laudamus, obsecrantes, ut efficias nos templa Filii tui, purgatos ab omni adversante malitia, et incessabili voce clamantes : Populi, superexaltate Christum in sæcula.

Parce mihi, Salvator (qui natus, servasti Genitricem tuam incorruptam post partum), quando sedebis judicaturus **153** universa ; non respiciens iniquitates meas, et peccata mea, tanquam impeccabilis, et misericors ; tanquam Deus, et amator hominum

Ex Canone in festo SS. apostolorum Prochori, Nicanoris, Timonis, et Parmenæ, die 28.

Itinera Dei facta in te cognita sunt, o immaculatissima, per partum tuum peregrinum, atque unionem incomparabilem : unde tanquam omnium creaturarum Dominam te glorificamus.

Bonum Dominum stillantem dulcedinem, et redemptionem a malis, peperisti, o inviolata Virgo, carens omni macula.

Sine viri copula peperisti Deum Verbum corporatum, o castissima, supra omnem verbi cogitationisque comprehensionem ; unde pro debito te Virginem glorificamus, ac jure beatam appellamus.

Laudamus te, o libera ab omni labe, per quam a corruptione barathri, et a malitia hostis, qua prius tyrannice premebamur, liberati sumus.

Incorporeorum angelorum acies te venerantur, o Deigenitrix, una cum apostolorum choro, ac martyrum turba : omnium quippe regem ineffabiliter peperisti.

Per verbum peperisti Verbum Patris, o puella, quod verbo cœlum terramque creavit : et glorificas illud, o castissima, dum præbet verbum illis, qui nunc pure credunt sibi.

Ecce diviniloquorum voces finem acceperunt, pariente te supersubstantialem Dominum, ab illis declaratum ac demonstratum, o Deo gratissima, in salutem fidelium clamantium : Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

154 Archangeli voce ad te cum gaudio exclamamus : o Virgo. Gaude, gaudium angelorum, titulus honorificus apostolorum, præconium prophetarum, martyrumque corona.

Ex Canone in festo SS. Sylæ, et Sylvani, et sociorum mart., die 30.

Superiorem omni laude Deum incarnatum ex te propter suam bonitatem, ineffabiliter peperisti, o casta omni laude superior : quare cum vocibus gratiarum actionis te laudamus, dicimusque beatam, quemadmodum olim tu ipsa prophetasti.

Ille qui lucem habitat inaccessibilem, cum invenisset te, o Deipara, angelis sanctiorem, ingressus est in uterum tuum, et homo factus est incarnatus ex te, in duabus naturis notificatus.

Digitized by Google

Miraculorum omnium eminentissimum est miraculum factum in te : etenim præter consuetas naturæ leges, legislatorem Christum peperisti, qui primorum parentum transgressionem abolevit, o immaculatissima.

Θαυμάτων ὑπερέχον πέφυκε τὸ ἐν σοὶ γενόμενον θαῦμα· νομίμων γὰρ ἀνευθεν τῆς φύσεως τὸν νομοδότην Χριστὸν ἀποτίκτεις, τὴν τῶν προπατόρων παράβασιν λύοντα, παναμώμητε.

Te antea descripsit David montem coagulatam, montem Dei nostri, montem pinguem. In te enim, o puella, notæ factæ sunt illius viæ, dum carnem ex te emendicavit, nosque ad pristinam dignitatem reduxit.

Σὲ ὁ Δαβὶδ προδιέγραψεν ὄρος τετυρωμένον, ὄρος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὄρος πῖον· ἐν σοὶ γὰρ, κόρη, ἐγνωρίσθησαν τούτου αἱ πορεῖαι σάρκα πτωχεύσαντος, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἡμᾶς ἐπανάξαντος.

Cum Factor te decoram pulchritudine invenisset, in te posuit tabernaculum suum, et speciosus super omnes filios terrigenarum apparuit corporatus, o sanctissima Virgo, omni laude dignissima.

Ὡραίαν σε κάλλει ὁ Ποιητὴς εὑράμενος, ἐν σοὶ ἐσκήνωσε, καὶ ὡραίως ὑπὲρ ἅπαντας υἱοὺς τῶν γηγενῶν ὤφθη σωματούμενος, παναγία Παρθένε πανύμνητε.

Dissolve funes peccatorum meorum intercessione tua, o casta, et colliga me perfecte charitate boni Filii tui : nam in dies longius discedo ab eo per deformes cupidines.

Λῦσόν μου τὰς σειρὰς τῶν πταισμάτων τῇ μεσιτείᾳ σου, ἁγνὴ, καὶ τῇ ἀγάπῃ τελείως τοῦ ἀγαθοῦ Υἱοῦ σου πρόσδησον, μακρυνόμενον καθ' ἑκάστην ἐξ αὐτοῦ δι' ἡδονῶν ἀτόπων.

Parce mihi, qui iterum venturus es cum gloria divinitatis judicare orbem terrarum, o omnipotens Domine, **155** per intercessiones illius, quæ nesciens virum peperit te : et ne in ignem dejicias me, ob peccata desperatum.

Φεῖσαί μου, ὁ μέλλων ἐν δόξῃ πάλιν ἔρχεσθαι Θεότητος κρῖναι τὴν οἰκουμένην, παντοδύναμε, ἱκεσίαις τῆς ἀπειράνδρως, Δέσποτα, τεκούσης σε, καὶ μὴ εἰς πῦρ ἐκπέμψῃς με κατεγνωσμένον ἁμαρτήμασιν.

Ex Canone in festo S. Eudocimi justi, die 31.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον καὶ δίκαιον Εὐδόκιμον, ἡμέρᾳ λα'.

Tanquam animatum Dei thalamum, et thuribulum spiritalis vitalisque carbonis, Deiparam semper beatissimam hymnis celebremus, vociferantes : Ave, causa salutaris restaurationis.

Ὡς παστάδα ἔμψυχον Θεοῦ καὶ θυμιατήριον τοῦ νοητοῦ καὶ φωτοφόρου ἄνθρακος, τὴν ἀειμακάριστον ἀνυμνήσωμεν Θεοτόκον κραυγάζοντες· Χαῖρε, ἡ αἰτία τῆς σωτηριώδους ἀναπλάσεως.

Cum esses angelis honorabilior, angelorum Creatorem tuo gremio tulisti, ac peperisti, o Dei mater in redemptionem hominum concinentium tibi : Non est sanctus, o immaculata, præter te, Domina.

Ὑπάρχουσα ἀγγέλων τιμιωτέρα τὸν Κτίστην τῶν ἀγγέλων τῇ σῇ νηδύϊ ἐϋάστασας· καὶ τέτοκας, Θεομῆτορ, βροτῶν εἰς λύτρωσιν τῶν μελῳδούντων σοι· Οὐκ ἔστιν, ἄχραντε, ἅγιος πλήν σου, Δέσποινα.

O omni laude dignissima Virgo perpetua, tu peperisti Deum, vere hominem factum, quem superni laudant exercitus. Eumdem pro servis tuis suppliciter exorare ne cesses.

Πανύμνητε τὸν ἄνω στρατηγίαις ὑμνούμενον Θεὸν ἀπεκύησας ἄνθρωπον ὄντως γενόμενον, ὃν ὑπὲρ τῶν δούλων σου ἐκδυσωποῦσα μὴ παύσῃ, ἀειπάρθενε.

Illum, qui ex te incarnatus est, o Virgo Mater, semper deprecare pro nobis laudantibus te, ut a passionibus et periculis mortiferis, a malis ac tribulationibus, ab æterna flamma, ac pœna liberemur.

Ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἐκ σοῦ σαρκωθέντα, Παρθενομῆτορ, πάντοτε δυσώπει τῶν σε ὑμνούντων, τοῦ λυτρωθῆναι ἐκ παθῶν καὶ κινδύνων, ψυχοφθόρων κακῶν καὶ θλίψεων, καὶ αἰωνιζούσης φλογὸς καὶ κολάσεως.

Electa a Deo fuisti, utpote speciosissima, o Virgo, factaque ea ejusdem sedes ac possessio spatiosissima, et thalamus, et lucerna, et mensa.

Ἐκλεκτὴ τῷ Θεῷ ἐχρημάτισας, ὡς ὡραιοτάτη, χωρίον εὐρύχωρον τούτου, Παρθένε, γέγονας, καὶ παστὰς καὶ λυχνία καὶ τράπεζα.

Illum, quem peperisti, deprecare semper, o Virgo, ut liberet me a servitute passionum damnationis, a gravi duritie quæ detinet me, et ab imperio eorum, qui semper tribulant me, o Deo charissima.

Ὃν ἔτεκες, Δέσποινα, ἀεὶ δυσώπει, δουλείας ῥυσθῆναί με παθῶν τε κατακρίσεως, καὶ τῆς συνεχούσης με δεινῆς πωρώσεως, καὶ τῆς τῶν θλιβόντων με ἀεὶ ἐπικρατείας, Θεοχαρίτωτε.

Adæ Formator, ex sanguinibus tuis, o casta, formatus est, lacteque tuo nutritus, qui nutrit omne quod spirat, o Deipara Virgo; unde te tanquam Dei Matrem glorificamus.

Ὁ τοῦ Ἀδὰμ Δημιουργὸς ἐξ αἱμάτων σου, ἁγνὴ, δημιουργεῖται, καὶ γαλακτοτροφεῖται ὁ διατρέφων πᾶσαν πνοὴν, Παρθένε Θεοτόκε, ὅθεν ὡς Θεοῦ σε δοξάζομεν Μητέρα.

Lucis illuminantis omnes habitaculum et tabernaculum ejus, et pons et scala in excelsum terri-

Φωτὸς ἐνδιαίτημα τοῦ πάντας καταυγάσαντος, καὶ σκηνὴ καθωράθης, Θεοχαρίτωτε, γέφυρα καὶ κλίμαξ

Digitized by Google

πρὸς ὕψος τοὺς γηγενεῖς ἀνάγουσα, κόρη, διό σε γεραίρομεν καὶ πιστῶς σε μακαρίζομεν.

A genas deducens apparuisti, **156** o puella Deo charissima; ideo te veneramur, et cum fide beatificamus.

ΜΗΝ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν κατακομιδὴν τοῦ τιμίου σταυροῦ ἀπὸ τοῦ σκευοφυλακείου, ἡμέρᾳ α'.

Ἔλεγεν ἡ πάναγνος κλαίουσα· Ὅτε σε, τέκνον ἀπορρήτως ἔτεκον, ὠδῖνας ἔφυγον, καὶ πῶς νυνὶ ὅλη ὀδυνῶν πεπλήρωμαι; ὁρῶ γάρ σε κρεμάμενον ὡς κακοῦργον ἐν ξύλῳ, τὴν γῆν ἀσχέτως κρεμάσαντα.

Νενεκρωμένην τὴν Ζωὴν ἐπὶ σταυροῦ θεωροῦσα, καὶ μὴ φέρουσα τῶν σπλάγχνων τὸν πόνον, ἐδονεῖτο ἡ σεμνὴ Παρθένος ἀνακράζουσα· Οἴ μοι, Υἱέ μου, τί σοι δῆμος ἀνόμων πεποίηκεν;

Παρθενικῆς, Τέκνον, ἐκ μήτρας σε ἔτεκον, καὶ ὁρῶσα ξύλῳ νῦν κρεμάμενον, ἐπαπορῶ καὶ οὐ συνορῶ ὕψος μυστηρίου, καὶ βάθος πολλῶν κριμάτων σου, ἡ πάναγνος· ἐβόα, ἣν φωναῖς ἀσιγήτοις ὡς Μητέρα Θεοῦ μακαρίζομεν.

Ἐν σταυρῷ καθορῶσα τὸν δι' ἀγαθότητα ἐκ σοῦ, πανάμωμε, ὑπὲρ νοῦν τεχθέντα, ἐδονήθης τὰ σπλάγχνα καὶ ἔλεγες· Οἴ μοι, θεῖον τέκνον! πῶς ὑπὲρ πάντων ὀδυνᾶσαι, προσκυνῶ σου τὸ εὔσπλαγχνον, Κύριε.

Νηστεύειν ἡμᾶς, ἁγνή, κακίας πάσης ἐνίσχυσον, καὶ φαύλων καὶ πονηρῶν ἀπέχεσθαι πράξεων ἀεὶ ἐνδυνάμωσον, προστασία πάντων τῶν ἀνθρώπων χρηματίζουσα.

Νοός μου τὴν στένωσιν τῇ σῇ πρεσβείᾳ πλάτυνον, Δέσποινα, ἡ στενώσασα πάσας τὰς μεθοδείας τοῦ πολεμήτορος, καὶ δι' ὁδοῦ με στενοῦ κατευόδωσον πρὸς πλατυσμὸν τῆς ζωῆς βαδίζειν, Μῆτερ Θεοῦ.

Νῦν ὡς ἀρνίον ἄκακον καθορῶσα κρεμάμενον καὶ ὑπὸ ἀνόμων τῷ σταυρῷ πηγνύμενον, Υἱέ μου προάναρχε, καὶ ὀδυρμοῖς συγκόπτομαι, καὶ ταῖς μητρικαῖς περιστατοῦμαι ὠδῖναις, ἡ πάναγνος ἐβόα, ἣν φωναῖς ἀσιγήτοις ὑμνοῦμεν θεοφρόνως εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φθορᾶς σε δίχα τέτοκα ἐκ γαστρὸς, πρὸ αἰώνων Πατὴρ ὃν ἐγέννησεν, καὶ πῶς φθοραῖς ἄνθρωποι σπαράττουσί σε, Υἱὲ, καὶ τὴν πλευρὰν ὀρύττουσι λόγχῃ, καὶ τὰς χεῖρας σὺν τοῖς ποσὶν ἠλοῦσιν ἀπανθρώπως; ἡ πάναγνος ἐβόα, ἣν ἐπαξίως μεγαλύνομεν.

MENSIS AUGUSTUS.

Ex Canone in Translationem sanctæ crucis a loco, in quo sacra vasa asservantur, die 1.

Dicebat castissima cum fletu : Cum te, o Fili, ineffabiliter peperi, dolores non sensi : et quomodo nunc tota doloribus plena sum? Video enim te suspensum, tanquam facinorosum in ligno, te, inquam, qui terram vi insuperabili suspendisti.

Cum vitam in cruce mortuam veneranda Virgo intueretur, non sustinens viscerum dolorem, commovebatur, atque exclamabat : Hei mihi, Filiam (inquiens), quid tibi fecit populus iniquorum?

Ex utero Virginali peperi te, o Fili, et nunc videns te in ligno suspensum, anceps hæreo, nec intelligo altitudinem mysterii, et profunditatem judiciorum tuorum : sic exclamabat castissima, quam incessabilibus vocibus tanquam Dei Matrem beatificamus.

Cum aspiceres in cruce illum, qui propter bonitatem suam ex te, o immaculatissima, supra mentis conceptum natus est, commovebantur viscera tua, ac dicebas : Hei mihi, divina proles; quomodo pro omnibus dolore afficeris. Adoro, Domine, intimam misericordiam tuam.

Da nobis vires, o casta, ut ab omni malitia jejunemus; et corrobora nos ut a pravis ac perversis actibus **157** semper abstinemus, cum sis omnium hominum patrocinium.

Dilata mentis meæ angustiam intercessione tua, o Domina, quæ in angustias redegisti et coarctasti insidiosas vias hostis; et per viam angustam fac me feliciter incedere, ut ad latitudinem vitæ perveniam, o Dei Mater.

Nunc tanquam Agnum innocentem videns te suspensum, et ab iniquis cruci affixum, o Fili mi, omni principio carens, atque omnia antecedens, et fletibus querelisque conficior, et doloribus maternis circumdor. Ita castissima exclamabat, quam irrequietis vocibus, divina cum orudentia laudamus in omnia sæcula.

Sine corruptione peperi te ex utero, quem Pater ante sæcula generavit : et quomodo corruptores homines nunc te dilacerant, o Fili, ac latus tuum lancea perfodiunt, manusque cum pedibus crudeliter affigunt? Sic castissima exclamabat, quam nos pro dignitate magnificamus.

Ex Canone in SS. Septem pueros, die 2 (66).*

Ille qui suapte natura purus est, cum invenisset te, o castissima, omnibus creaturis puriorem, inhabitavit in te, volens, tanquam hominum amator, eliminare culpam, quæ habitaverit in Adamo.

Cum me ex divinis sanguinibus tuis Christus tanquam vestimentum suscepisset, o inviolata, olim nudatum gratiæ vestibus induit.

Novum infantem peperisti, o Virgo, qui mundum jam diu senio confectum, divina scientia renovavit; propterea te glorificamus.

Dissolve, o Virgo, animæ meæ duritiem : et concede mihi prompte ac faciliter divinis Filii tui sanctionibus obtemperare, atque inhærere.

Mortifica carnis meæ fastum ac ferociam, o pu-

(65*) Deest in Menæis.

Digitized by Google

rissima, **158** quæ Vitam illam peperisti, quæ morte mortem sustulit, et pueros admiranda suscitatione vivificavit.

Angelis excellentior apparuisti, o Deigenitrix : apparuisti revera Athletarum robur, apparuisti salus omnium illorum, qui te verissimam Domini Genitricem agnoscunt.

Animæ meæ ægrotanti medicam manum adhibe, o Virgo, et passionum sordes mihi inhærentes

Ex Canone in festo SS. PP. NN. Isaacii, Dalmati, et Fausti, die 3.

O gloriosa, quæ Deum peperisti, a passionum dedecore libera me, et concede mihi, o Virgo pura, cogitationes compunctionis, et pœnitentiæ fulgore illustra mentem meam, ut magnificem te, quæ omnes magnificasti.

Te spiritalem lucernam, ac splendidissimam agnovimus, quæ ignem intolerabilem in te recepisti, o Virgo : te divinum palatium, ac thronum altissimum, in quo cœlestis ille supersubstantialis requievit.

Dormitatione socordiæ peccati somnus ad terram dejecit me; tu vero, o casta, vigili intercessione tua, ad pœnitentiam exsuscita me.

Omnes generationes te veram Deiparam glorificant, o immaculata, quæ angelis sanctior manifeste fuisti; propterea vociferor ad te, o puella sanctissima; sanctifica animam meam passionibus inquinatam.

Animam meam peccatis, atque omnibus hostium vexationibus **159** ægrotantem, visita, o sanctissima Virgo, celeriter salutifera visitatione tua, et cura me, utpote benigna, o Deipara, spes mea, omni laude dignissima.

Mortis impetum retudisti ac repressisti, immortalem Deum enixa, o sola casta Deipara, quem cum fide collaudantes dicimus : Benedictus es, Domine Deus.

Dominus, qui habitavit in utero tuo impolluto, totam te puram ac lucidam effecit : propterea me venenosis morsibus, noxiisque invasionibus adversariorum inquinatum emunda, o Virgo; et fac me dignum ut psallere possim : O populi, superexaltate Dominum in omnia sæcula.

O porta lucis, illumina cor meum a malitia excæcatum; et ne sinas me nunc obdormire in mortem, qui semper impurarum cogitationum tenebris obvolvor; ut te cum gratiarum actione glorificem, o Deipara tota immaculata.

Ex Canone in festo S. Eusignii martyris, die 5.

Abolita est maledictio, cessavit tristitia, per partum tuum; o puella omni benedictione cumulata, fidelium lætitia, ab omni labe immunis.

Omnia desideria mea erga te moveo, o casta Regina : a carnalibus concupiscentiis quantocius libera me.

O sanctissima puella, Virgo perpetua, tu peperisti

ablue, et statue me ante omnipotentis Dei tribunal cum omnimoda salute, ut possim cantare : Omnia opera, etc.

Fers ulnis tuis, qui divina manu sua continet universa, quem suppliciter ora, o Virgo, ut me, qui omnium maxime damnatus sum, propter viscera immensæ pietatis suæ amplectatur, et salvum faciat.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ὁσίους Πατέρας ἡμῶν Ἰσαάκιον, Δάλματον καὶ Φαῦστον, ἡμέρᾳ γ'.

Δεδοξασμένη Θεὸν ἡ κυήσασα, τῆς ἀδοξίας με τῶν παθῶν ἀπάλλαξον, καὶ δός μοι λογισμὸν, Παρθένε, κατανύξεως, καὶ λάμψον μετανοίας φωτισμὸν, ἁγνὴ, ἐν διανοίᾳ μου, ὅπως μεγαλύνω σε τὴν πάντας μεγαλύνασαν.

Νοητὴν σε λυχνίαν καὶ φωταυγῆ ἐγνωμεν, ἔνδον δεξαμένην, Παρθένε, τὸ πῦρ τὸ ἄστεκτον, θεῖον παλάτιον, καὶ ὑψηλότατον θρόνον, ἐν ᾧ οὐράνιος ἀνεπαύσατο ὁ ὑπερούσιος.

Νυσταγμῷ ἀμελείας με ὕπνος ἁμαρτίας, ἁγνὴ, κατέβαλε, τῇ ἀγρύπνῳ ἱκεσίᾳ σου διανάστησόν με πρὸς μετάνοιαν.

Ἀληθῆ Θεοτόκον πᾶσαι γενεαί σε δοξάζουσιν, ἄχραντε, τὴν ἁγιωτέραν τῶν ἀγγέλων σαφῶς χρηματίσασαν, παναγία κόρη. Διὸ βοῶ σοι, Ἁγίασόν μου τὴν ψυχὴν μολυνθεῖσαν τοῖς πάθεσι.

Νοσοῦσάν μου τὴν ψυχὴν ἁμαρτίαις καὶ παντοίαις τῶν ἐχθρῶν ἐπηρείαις ἐπίσκοπῆ, παναγία Παρθένε, σωτηριώδει σου τάχος ἐπίσκεψαι, καὶ ἴασαι, ὡς ἀγαθὴ, Θεοτόκε, ἐλπίς μου, πανύμνητε.

Ἔστησας ῥύμην τοῦ θανάτου τὸν ἀθάνατον τεκοῦσα Θεὸν, μόνη Θεοτόκε ἁγνὴ, ᾧ πίστει μελῳδοῦμεν· Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεός.

Ὁ κατοικήσας Κύριος τὴν ἀμόλυντον μήτραν σου, ὅλην καθαρὰν καὶ φωταυγῆ σε ἔδειξεν. Διὸ μολυνθέντα με τοῖς ἰοβόλοις δήγμασι καὶ ταῖς βλαβεραῖς τῶν ἐναντίων ἐφόδοις καθάρισον, Παρθένε, καὶ ἀξίωσον ψάλλειν· Λαὸς, ὑπερυψοῦτε Κύριον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φώτισον, πύλη τοῦ φωτὸς, τὴν καρδίαν μου κακίᾳ τυφλώττουσαν, καὶ μὴ εἰς θάνατον παραχωρήσῃς νῦν ἀφυπνῶσαί με, τὸν ἀκαθάρτοις λογισμοῖς ἀεὶ σκοτιζόμενον, ἵνα δοξάζω σε εὐχαρίστως, Θεοτόκε πανάμωμε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Εὐσίγνιον, ἡμέρᾳ ε'.

Λέλυται ἡ κατάρα, πέπαυται ἡ λύπη τῇ κυήσει σου, παντευλόγητε κόρη, τῶν πιστῶν εὐφροσύνη, πανάμωμε.

Ὅλην μου τὴν ἔφεσιν πρὸς σὲ κινῶ, ἁγνὴ Δέσποινα, τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν με διὰ τάχους ἀπάλλαξον.

Ἰσοδύναμον σύνθρονον τέτοκας τὸν Λόγον Πατρὶ

Digitized by Google

καὶ Πνεύματι, ὃν ἱκέτευε σωθῆναί με, παναγία κόρη ἀειπάρθενε.

Ὁ Λόγος ἐν νηδύϊ σου, ἄχραντε, σωματοῦται, ἀλόγων τοῦ σώματος παθῶν τὸν κόσμον ῥυόμενος.

Ξηράνασα τὰ φυτὰ τῆς κακίας τῇ ἐν σοὶ ἀναβλαστήσει τοῦ Λόγου, Μῆτερ ἀγνή, ἐκ ῥιζῶν τῆς ψυχῆς μου τὰς πονηρὰς ἐνθυμήσεις ἀπόκοψον, καὶ φύτευσον τῶν ἀρετῶν τὰ ὡραῖα, Παρθένε, βλαστήματα.

Νέον ἐκύησας παιδίον ὃν ἐγέννησε Πατὴρ πρὸ τῶν αἰώνων, Θεοτόκε ἁγνή, ᾧ πάντες μελῳδοῦμεν· Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε.

Συμπαθὴς Παρθένε, Θεὸν συμπαθέστατον ἀποτεκοῦσα, συμπαθείας θείας πάντας καταξίωσον τοὺς μελῳδοῦντας· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα, Κύριον.

Φώτισον, πύλη τοῦ φωτὸς, τῆς καρδίας μου τὰ δμματα, δέομαι, ταῖς ἀμαυρότησι τῆς ἁμαρτίας ἀποτυφλούμενα, καὶ δεκτικὰ τῶν θείων δείξον ἐπιλάμψεων, ἵνα γεραίρω σε ἐν φωναῖς ἀγγελικαῖς, παναμώμητε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Εὔπλον, ἡμέρᾳ ια'.

Λαμπρύνας σου Χριστὸς τὴν νηδὺν τὴν φωσφόρον, τῇ καθόδῳ τῇ φρικτῇ ὡς ἥλιος, ἁγνὴ, τοῖς ἐν κόσμῳ ἀνέτειλε, λύων τῆς πολυθείας τὴν ἀχλὺν τὴν κακέσπερον, καὶ φωτίζων τοῦ κόσμου τὰ πέρατα.

Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ σου κατασκηνώσας οὐδ' ὅλως τῆς παρθενίας κλεῖθρα τῆς σῆς ἐσάλευσεν, ἁγνὴ, ὃν ἐκτενῶς ἱκέτευε στηριχθῆναι πάντας τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

Λιτανεύουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ σου σὲ τὴν τεκοῦσαν, κόρη, τὸν πλουτίσαντα πάντας θείαις ἐπιγνώσεσι Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν.

Ὑπερτέρα πέφηνας ἀγγέλων ἀληθῶς, τῶν ἀγγελων τὸν Ποιητὴν ὑπὲρ νοῦν κυήσασα τὸν δοξάσαντα τοὺς ἁγίους μάρτυρας, παναγία μητροπάρθενε.

Ὦ θαῦμα παράδοξον! πῶς; τίκτεις πεῖραν ἀνδρὸς μὴ γνοῦσα; πῶς θηλάζεις δὲ, Παρθενομῆτορ, τὸν χορηγὸν ἀληθῶς τοῦ γάλακτος, καὶ τροφέα πάσης κτίσεως,

Ἵνα σου τὴν θείαν μήτραν κάμινος ἡ Περσικὴ τυπώσῃ, πανάμωμε, σώζει νεανίας ἀφλέκτους ἀναβοῶντας· Κύριε ὁ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ὡραιώθης, ἁγνὴ παναμώμητε, ὑπὲρ πᾶσαν ἀγγέλων εὐπρέπειαν, τὸν ποιητὴν κυήσασα τῶν βροτῶν καὶ ἀγγέλων, ᾧ μελῳδοῦμεν· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.

Φωτός σου ἐν σοὶ μαρμαρυγαῖς, Θεόνυμφε, τὴν ψυχήν μου φωταγώγησον. Κείμενον βόθρῳ ἀπωλείας ἀνάστησον, ἐχθροὺς καταισχύνουσα τοὺς ὀλίβοντας ἀεὶ τὴν καρδίαν μου, καὶ πρὸς τὰ πάθη συνωθοῦντάς με.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Φθίον καὶ Ἀνίκητον, ἡμέρᾳ ιβ'.

Παρθένος καὶ πρὸ τοῦ τόκου, ἄχραντε, καὶ μετὰ

A Verbum eadem potestate eodemque throno præditum cum Patre ac Spiritu sancto: illud ipsum deprecare pro salute mea.

Verbum in utero tuo corpus assumpsit, o inviolata, quod mundum ab irrationalibus corporis passionibus liberat.

O casta Mater, quæ per germinationem Verbi in te, **160** malitiæ plantas arefecisti; abscinde a radicibus pravas cogitationes animæ meæ, et planta ibidem, o Virgo, speciosa germina virtutum.

Novum puerum peperisti, o casta Deipara, quem Pater ante sæcula genuit, cui omnes concinentes dicimus: Benedictus es, Domine.

O Virgo compatiens, quæ Deum summe compatientem peperisti; divina compassione dignos fac
B omnes, qui concinunt: Benedicite, omnia opera, Dominum.

Illumina, o porta lucis, obsecro, oculos cordis mei, peccati tenebris obcæcatos; et capaces fac eos divinarum illustrationum, ut te vocibus angelicis honorem, o summe pura atque immaculata.

Ex Canone in festo S. Eupli martyris die, 11.

Cum ventrem tuum luciferum Christus illuminasset, o casta, exitu horroris ac venerationis pleno, tanquam sol habitantibus in mundo exortus est, idololatriæ nebulam dissolvens quæ malorum vesperam inducebat, ac mundi fines illuminans.

C Cum Deus in medio tui habitasset, nullo modo virginitatis tuæ claustra commovit: quem enixe precare, o casta, ut te laudantes confirmet et stabiles efficiat.

Divites plebis tuæ te deprecantur, o puella, quæ peperisti Christum Deum nostrum, qui divina scientia universos ditavit.

Sublimior angelis vere apparuisti, cum angelorum Factorem supra mentis captum peperisti, qui sanctos martyres glorificavit, o sanctissima Mater Virgo.

O stupore plenum miraculum! Quomodo paris sine viri experientia? quomodo lacte nutris, Virgo Mater, illum qui vere lactis est auctor, et omnium creaturarum enutritor?

D **161** Ut divinum gremium tuum fornax illa Persica figuraret, adolescentes sine combustione servavit, clamantes: Domine Deus, benedictus es.

Speciosa facta es, o tota casta, atque immaculata super omnem angelorum decorem, angelorum hominumque Factorem enixa, cui hymnos modulantes dicimus. Benedicite, omnia opera, Dominum.

Lucis, quæ in te est, splendoribus, o Dei sponsa, illumina animam meam: in fovea perditionis jacentem exsuscita, pudore suffundens hostes, qui semper divexant cor meum, et me ad passiones sectandas impellunt.

Ex Canone in festo SS. Phtii, et Aniceti martyrum, die 12.

Et ante partum et post partum Virgo verissime

Digitized by Google

comprobata es, o immaculata, Deum enim supra rationis captum peperisti, qui sanctos martyres post confectum certamen coronavit.

Habitavit in te, o Deipara, Dominus ille, qui habitat in cœlis, atque a nobis omnem fraudem erroremque eliminavit.

Tanquam speciosa, speciosum peperisti, o Virgo Mater inviolata, qui speciosissimos fecit martyres, qui constanter decertáverunt, atque impietatem deminuerunt.

Quis tuum valeat explicare mysterium, o Domina Deipara? Etenim supra rationis orationisque conceptum, Deum ineffabiliter peperisti.

Præter naturæ leges, verum legislatorem, o immaculatissima, peperisti : quem supplex exora, ut animæ meæ, peccati legibus obnoxiæ, misereatur, et salvet me.

Tanquam cœlis latior, o casta, Verbum, quod a nulla re comprehenditur, supra quam mente concipi possit, suscepisti, o tota immaculata ; quod ambulantes per viam **162** angustissimam, ad latitudinem divinæ vitæ perducit.

O Virgo sancta quæ Deum supersanctum peperisti, qui gratia sanctos martyres suos coronavit, salva et sanctifica nos, qui animo prompto atque alacri concinimus : Benedicite, omnia opera, Dominum.

Illumina nos, o Virgo, tu quæ lucem inaccessibilem peperisti ; reple nos lætitia, animique alacritate, ac divina scientia, dum te puro corde religiose ac prudenter beatam appellamus.

Ex Canone in festo S. Myronis martyris, die 17.

Sola Deum nuptialis tori nescia peperisti, quem decertatores martyres confessi, similem nobis factum, seductoris astus irritos reddiderunt, o Domina intacta.

Impietatis atque infidelitatis morbo laborantem omnem creaturam, tu, o Virgo, Deum medicum enixa admirabiliter curavisti. Propterea gratias agentes ad te clamamus : Nemo est sine macula præter te, o Domina (67).

Magnum ac tremendum partus tui mysterium, o casta, stupore percellit omnem mentem, quia Deus ex te homo fieri sibi complacuit propter bonitatem suam, in salutem ac restaurationem mundi.

Illum, qui ex te incarnatus est verbo ineffabili, pro nobis deprecare, o benedicta, ut ab omnibus hostibus tam visibilibus, quam invisibilibus liberemur nos qui te castam Deiparam pronuntiamus, o immunis ab omni labe (68).

(67) Ut nihil pro conceptione immaculata manifestius, ita nihil dici potest illustrius. Nam quid illustrius atque expressius istis verbis : « Nemo est sine macula præter te, o Domina? » Quibus verbis omnino affirmatur Deiparam solam inter omnes creaturas fuisse sine macula. Aut enim ista S. Josephi auctoritas est neganda vel concedenda. Non neganda, ergo concedenda. Hujusmodi autem auctoritate concessa, nulla alia explicatione opus est ad cognoscendum ex Josephi mente, B. Virginem solam sine macula conceptam esse.

A τὸν τόκον ὡς ἀληθῶς ἐδείχθης · τὸν Θεὸν γὰρ ὑπὲρ λόγον ἔτεκες, τὸν τοὺς ἁγίους μάρτυρας ἐνηθληκότας στεφανώσαντα.

Ἐνοίκησεν ἐπὶ σοὶ ὁ οἰκῶν τοὺς οὐρανοὺς Κύριος καὶ ἐξ ἡμῶν ἅπασαν πλάνην, Θεοτόκε, ἐξῴκισεν.

Ὢ; ὡραία ἀπεκύησας τὸν ὡραῖον, Παρθενομῆτορ ἄχραντε, τὸν ὡραιοτάτους δείξαντα τοὺς μάρτυρας στερρῶς ἐναθλήσαντας, καὶ τὴν ἀθεΐαν μειώσαντας !

Τίς δύναται τὸ σὸν ἑρμηνεῦσαι μυστήριον, ὦ Δέσποινα Θεοτόκε· ὑπὲρ νοῦν γὰρ καὶ λόγον Θεὸν ἀφράστως τέτοκας.

Νομίμων ἀπεκύησας δίχα, πανάμωμε, τὸν ἀληθῆ νομοθέτην, ὃν δυσώπει νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τὴν B ψυχήν μου τροπουμένην οἰκτεῖραι καὶ σῶσαί με.

Ὢ; πλατυτέρα τῶν οὐρανῶν, ἁγνή, ὑποδέδεξαι Λόγον μηδαμοῦ χωρούμενον ὑπὲρ νοῦν, στενωτάτην τοὺς ὁδεύοντας ὁδὸν, πανάμωμε, πρὸς πλατυσμὸν εἰσάγοντα θείας ζωῆς.

Ἁγία Παρθένε, ἡ Θεὸν τὸν ὑπεράγιον ἀποκυήσασα, τὸν στεφανώσαντα χάριτι τοὺς ἁγίους τούτου μάρτυρας, σῶσον, ἁγίασον ἡμᾶς προθύμως μέλποντας · Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, Κύριον.

Φώτισον ἡμᾶς ἡ τεκοῦσα φῶς τὸ ἀπρόσιτον, Παρθένε, ἔμπλησον ἡμᾶς εὐφροσύνης, καὶ θυμηδίας, καὶ θείας γνώσεως τοὺς καθαρᾷ καρδίᾳ σε εὐσεβοφρόνως μακαρίζοντας.

C *Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Μύρωνα, ἡμέρᾳ ιζ'.*

Μόνη Θεὸν ἀπειρογάμως ἐκύησας, ὃν ἀθλοφόροι μάρτυρες ὁμολογήσαντες ἡμῖν ὁμοιωθέντα, κατήργησαν τὴν πλάνην, ἄχραντε Δέσποινα.

Νοσοῦσαν ἀθεΐᾳ τὴν πᾶσαν κτίσιν Θεὸν κυοφορήσασα ἰατῆρα, Παρθένε, ἐθεράπευσας παραδόξως · εὐχαριστοῦντές σοι διὸ κραυγάζομεν, ὡς Οὐκ ἔστιν ἄμωμος πλὴν σοῦ, Δέσποινα.

Τὸ μέγα καὶ φρικτὸν μυστήριον τῆς λοχείας σου καταπλήττει πᾶσαν, ἁγνή, ἔννοιαν, ὅτι Θεὸς ἐνανθρωπῆσαι ἐκ σοῦ ἀγαθότητι εὐδόκησεν, εἰς σωτηρίαν κόσμου καὶ ἀνάπλασιν.

D Ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἐκ σοῦ σαρκωθέντα ἀῤῥήτῳ λόγῳ δυσώπει, εὐλογημένη, ὅπως ῥυσθῶμεν ὁρωμένων καὶ πάντων ἀοράτων ἐχθρῶν, πανάμωμε, οἱ σὲ Θεοτόκον ἁγνὴν καταγγέλλοντες.

(68) Ergo immunis etiam ab originali labe, alioquin ab omni labe non fuisset immunis. Probe Joannes de Agaciis doctus auctor et perantiquus in *Tractatu de conceptione Virginis* apud Novarinum in *Umbra Virginea* n. 209 : « Sicut, inquit, Eva fuit similis Adæ ad corruptionem, ita B. Virgo Maria similis fuit Christo ad reparationem, et sic necesse fuit ut esset a peccato immunis, sicut et ipse Christus. » Sic ille. Non fuisset autem immunis ab omni labe, sicut ipse Christus, si peccati originalis labe fuisset infecta.

Digitized by Google

Νόμοι ἐν σοὶ καινίζονται, Παρθένε, τῇ φύσεως· ὑπὲρ γὰρ φύσιν σου τὸν τῇ φύσει ἀκατάληπτον Θεὸν Ἐμμανουὴλ παραδόξως τέτοκας, εἰς ἡμῶν τῶν πιστῶν ἀναγέννησιν.

Χωρίον Θεοῦ καὶ παλάτιον τερπνὸν καὶ θεῖος θρόνος, ἐν ᾧ καθίσας ἡτοιμάσατο πᾶσι καθέδραν οὐράνιον, ὤφθης, παναγία Παρθένε· διὰ τοῦτό σοι κράζομεν· Εὐλογημένη ἡ Θεὸν σαρκὶ κυήσασα.

Νυγεὶς τῷ βέλει τοῦ ἐχθροῦ τὴν ψυχὴν, ὁλοτελῶς ἐτραυματίσθην, καὶ ἀνίατα πάσχω· ἡ τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ἀῤῥήτως τεκοῦσα, πανάμωμε, ἴασαί με, σῶσον, ἐλπὶς ἀπηλπισμένων.

Φωνὴν βοῶμέν σοι πάντες τοῦ ἀγγέλου, Παρθένε, παλάτιον καὶ θρόνε τοῦ Θεοῦ· Χαῖρε δι' ἧς ἠξιώθημεν οὐρανῶν βασιλείας, οἱ πάλαι ἀπωσθέντες τῇ φθορᾷ, καὶ τὸ κάλλος τὸ πρῶτον ἀφρόνως ἀπολέσαντες.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Φλῶρον καὶ Λαῦρον, ἡμέρᾳ ιη'.

Παρθενικῆς ἀπὸ γαστρὸς ἐβλάστησας, ῥίζα ἀπότιστε, τὸν φυτουργὸν πάντων ἄνθρωπον γενόμενον, καὶ πάθη ὑπομείναντα, ὃν πεθοῦντες οἱ θεῖοι πιστῶς ἐνήθλησαν μάρτυρες, ἄχραντε Παρθένε πανύμνητε.

Ἀπειρόγαμε κόρη, δι' ἧς ἡμῖν ἔλαμψε Λόγος ὁ ἐπέκεινα πάσης ἀρχῆς νοούμενος, σῶζε τὴν πόλιν σου, καὶ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν πάσης περιστάσεως, θεοχαρίτωτε.

Ὡς καθαρὰν τῶν γενεῶν ἐξελέξατο, Θεοτόκε, σὲ τὴν Ἀειπάρθενον ὁ πλαστουργὸς πάντων καὶ Θεὸς, καὶ τὴν σὴν γαστέρα παλάτιον ἀπειρόγαμον ἀμόλυντον ὁ μόνος Βασιλεὺς τῶν αἰώνων, καὶ ἐκ σοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐπεφάνη.

Τὸ πρὸ πάντων αἰώνων, κόρη, ἀποκείμενον μέγα μυστήριον, ὅπερ οὐκ ἐγνώσθη γενεαῖς προλαβούσαις, πανάμωμε, διὰ σοῦ ἐφάνη, Λόγος Πατρὸς, ὁ πρὸ αἰώνων σαρκωθεὶς καὶ γενόμενος ἄνθρωπος.

Νοσοῦσάν μου τὴν ψυχὴν τῇ ἁμαρτίᾳ θεράπευσον, τὸν ἰατρὸν τῶν ψυχῶν κυήσασα, πάναγνε, ὃν οἱ θεῖοι μάρτυρες καθομολογοῦντες, ἰατροὶ παθῶν ἐδείχθησαν.

Ὡς ῥόδον κοιλάδων σε τοῦ βίου, Κόρη, Θεὸς ἐκλέγεται, καὶ ἐν σοὶ κατοικήσας σαρκὶ προῆλθεν εὐωδιάζον ἡμᾶς θεογνωσίας πνοαῖς, παναμώμητε, τοὺς Θεοτόκον ἀεί σε ὁμολογοῦντας.

Ἁγιωτέρα πέφυκας τῶν ἀγγέλων, κυήσασα, Κόρη παναγία, τῶν ἁγίων Ἅγιον δι' οἰκτον γενόμενον ἄνθρωπον, ὥσπερ ἐσμὲν, ἀφύρτως, σῶσαι τοὺς αὐτῷ ἀναβοῶντας ἀπαύστως· Οἱ παῖδες, εὐλογεῖτε, ἱερεῖς, ὑπερυψοῦτε Κύριον.

Φρικτή σου ἡ λοχεία, Μῆτερ ἁγνή· οὐρανῶν γὰρ ὃν τρέμει τὰ τάγματα, Λόγον Θεοῦ ἄνθρωπον γενόμενον ἐπὶ γῆς ὑπερφυῶς ἐκύησας, μείνασα

A Naturæ leges in te innovantur, o Virgo : etenim tu supra naturam peperisti admirabiliter Emmanuel Deum, qui a natura comprehendi non potest, ut nos fideles regeneraret.

Regio ac possessio Dei, illiusque palatium jucundum, **163** ac thronus divinus, in quo residens, omnibus cœlestem sedem præparavit, apparuisti, o Virgo sanctissima; ideo ad te clamamus : Benedicta tu, quæ Deum in carne genuisti.

Percussus in anima hostili jaculo, totus undique vulneratus sum, et incurabiles patior dolores : tu o purissima, quæ Salvatorem Christum ineffabiliter peperisti, sana, et salva me, o spes desperatorum.

Angelicis vocibus ad te clamamus omnes, o Virgo, palatium, ac thronus Dei : Salve, o tu per B quam digni facti sumus cœlorum regno, qui olim propter corruptionem procul repulsi eramus, et primum decorem insipienter amiseramus.

Ex Canone in festo SS. Flori, et Lauri martyrum, die 18.

A Virginali gremio protulisti, o radix nunquam irrigata, plantatorem omnium, hominem factum, passionibus tolerandis obnoxium, cujus amore allecti divini martyres, fideliter decertaverunt, o Virgo intemerata, omni laude celebranda.

O puella, nuptialis thalami nescia, per quam Verbum, quod superius omni principio intelligitur, nobis illuxit, salvam civitatem tuam, omnemque aliam civitatem ac regionem ab omni circumstante adver-C sitate, o Deo charissima.

Creator omnium ac Deus, te tanquam mundam ex omnibus generationibus elegit, semper virginem, o Deipara : tuumque ventrem palatium fecit immaculatum solus Rex sæculorum, et ex te hominibus apparuit.

Magnum mysterium, ante omnia sæcula absconditum, quod nequaquam cognitum fuit a generationibus præcedentibus, per te, o inculpatissima, manifestatum est : Verbum **164** scilicet Patris, quod erat ante sæcula, incarnatum, et homo factum.

Ægrotantem peccatis animam meam, medica manu cura, o castissima, tu quæ animarum medicum genuisti, quem divini martyres confitentes, D medici passionum facti sunt.

Tanquam rosam convallium, te Deus elegit ex vita, o puella; cumque in te inhabitasset, secundum carnem processit, afflans suavissimo divinæ scientiæ halitu nos, qui te Deiparam semper confitemur, o purissima.

Sanctior angelis fuisti, o puella sanctissima, Sanctum sanctorum enixa, propter suam misericordiam hominem factum, quales nos sumus, sine ulla permistione, ut salvaret eos, qui incessanter clamant illi : Pueri, benedicite ; sacerdotes, superexaltate Dominum

Tremendus est partus tuus, o casta mater; Verbum enim Dei, quod cœlorum acies contremiscunt, hominem factum, in terra, supra naturæ ordinem

Digitized by Google

peperisti, virgo permanens, quemadmodum antea fueras. Propterea te Deiparam, et lingua et corde confitentes, magnificamus.

Παρθένος ὥσπερ τὸ πρίν· διό σε Θεοτόκον καὶ γλώσσῃ καὶ καρδίᾳ ὁμολογοῦντες μεγαλύνωμεν.

Ex Canone in festo SS. Mart. Andreæ ducis exercitus, et sociorum ejus duorum millium, quingentorum nonaginta trium, die 19.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Ἀνδρέαν τὸν στρατήλατον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δισχιλίους πεντακοσίους ἐννενήκοντα τρεῖς, ἡμέρᾳ ιθ'.

Qui ex superabundantia benignitatis suæ, ex te, o immaculatissima, vere carne indutus est, propter salutem omnium fidelium, Deus simul et homo, duplex naturis notificatur.

Ὁ σάρκα ὑπερβολῇ χρηστότητος ἐκ σοῦ, πανάμωμε, εἰς σωτηρίαν πάντων τῶν πιστῶν ἀληθῶς ἐνδυσάμενος, Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος διπλοῦς ταῖς φύσεσι γνωρίζεται.

O Domina, Virgo, Dei sponsa, tu universi Dominum peperisti, qui homines ab hostis tyrannide liberat.

Ῥυόμενον τοὺς βροτοὺς τῆς τυραννίδος τοῦ ἐχθροῦ τέτοκας, τὸν τοῦ παντὸς Κύριον, δέσποινα Παρθένε θεόνυμφε.

Omnes hominum linguæ celebramus te gloriam martyrum, et salutem fidelium, o immunis ab omni macula : 165 Deum enim peperisti, ac Virgo inviolata permansisti.

Εὐφημοῦμέν σε, τὸ καύχημα τῶν μαρτύρων, καὶ τῶν πιστῶν διάσωσμα, πᾶσαι τῶν ἀνθρώπων γλῶσσαι, πιναμώμητε· Θεὸν γὰρ ἐκύησας μείνασα Παρθένος ἀμόλυντος.

Inimici defecerunt nunc frameæ in finem, cum tu, o Deipara, peperisti eum qui lancea vulneratus est, ac mundum reformavit.

Ῥομφαῖαι τοῦ ἐχθροῦ νῦν εἰς τέλος ἐξέλιπον, τεκούσης σου, Θεοτόκε, τὸν τῇ λόγχῃ τρωθέντα καὶ κόσμον ἀναπλάσαντα.

Peperisti inexplicabiliter coæternum Patri, similem factum hominibus, supra rationis atque orationis conceptum : quem exora, o Dei genitrix, ut a periculis liberet servos tuos.

Τέτοκας ἀπορρήτως Πατρὸς τὸν συνάναρχον ὁμοιωθέντα ἀνθρώποις ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, Θεογεννήτορ, ὃν δυσώπει λυτρωθῆναι κινδύνων τοὺς δούλους σου.

Tu, quæ homines supernaturali ac divino partu tuo manifeste deificasti, quippe quæ Deum ineffabiliter corporasti, benedicta es in mulieribus, o puella Domina, tota pura.

Ἡ τοὺς ἀνθρώπους τῷ ὑπὲρ φύσιν θείῳ τόκῳ σου, Κόρη, πρόφανῶς θεώσασα, ὡς Θεὸν ἀπορρήτως σωματώσασα, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ ὑπάρχεις, πανάμωμε Δέσποινα.

O Virgo sancta, quæ supersanctum Deum ineffabiliter peperisti ; quem sanctissimi martyres in stadio confessi sunt ; sanctificationem atque illuminationem demitte populis clamantibus : Omnia opera, benedicite Dominum.

Ἁγία Παρθένε, ἡ Θεὸν τὸν ὑπεράγιον ἀῤῥήτως τέξασα, ὃν οἱ πανάγιοι μάρτυρες ἐν σταδίῳ ὡμολόγησαν, ἁγιασμὸν καὶ φωτισμὸν κατάπεμψον τοῖς λαοῖς, τοῖς βοῶσι· Πάντα τὰ ἔργα, εὐλογεῖτε τὸν Κύριον.

O Domina, quæ Christum nutu suo omnia portantem, in ulnis tuis portasti ; eumdem supplex exora, ut ab alieni manu eripiat me, qui orthodoxa fide te incessabiliter magnifico.

Φέρουσα Χριστὸν ἐν ἀγκάλαις νεύματι φέροντα τὰ πάντα, τοῦτον ἐκδυσώπει χειρός με τοῦ ἀλλοτρίου ῥύσασθαι, Δέσποινα, τὸν ὀρθόδοξον πίστει σε ἀκαταπαύστως μεγαλύνοντα.

Ex Canone in festo S. Samuelis prophetæ, die 20.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον προφήτην Σαμουήλ, ἡμέρᾳ κ'.

Qui erat cum Patre tanquam Filius ante sæcula, novissimis temporibus incarnatus, Filius tuus vere factus est, o Immaculata (69) ; faciens filios Dei per fidem, omnes qui sævissimi hostis servitio premebantur.

Ὁ ὢν σὺν τῷ Πατρὶ ὡς Υἱὸς πρὸ αἰώνων, ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθείς, Υἱός σου ἀληθῶς ἐχρημάτισεν, ἄχραντε, πάντας τε υἱοθετήσας τῷ Θεῷ διὰ πίστεως δουλωθέντας δεινῷ πολεμήτορι.

Ex te processit Jesus Christus corporatus, et

Ἐκ σοῦ προῆλθεν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς σωματούμε-

(69) Si Virginis conceptio vere maculata diceretur, ipsa etiam B. Virgo maculata nuncuparetur in propria persona (inquit in suis Exceptionibus cap. 3. Joan. Eusebius Nierembergius) : nam macula parti inexsistens, in totum, saltem quod denominationem, valet redundare. Si sola aliqua sacrorum corporalium extremitas, atramento aut aliqua alia sordè aspersa esset, ipsa corporalia dicerentur immunda ac plane indigna ac indecentia, ut in eis corpus Christi collocaretur, vel ob unius partis maculam aut nigrorem : pari igitur ratione etiam persona Virginis maculata diceretur ob maculam, qua ejus conceptio deformaretur, ac consequenter minime idonea, ut in ejus visceribus Filius Dei vivi incarnaretur. Eamdem etiam proportionem retinet ad suas partes totum successivum, quale est vita, comparata ad omnes successus ac gressus sui stadii, quam totum permanens ad suas habet partes. Porro si nomen positivum ac limitatum, semel parti applicatum, se porrigit ad denominandum totum ; quanto magis nomen negativum « Immaculatæ, » universalius ac quasi nescium coarctari, uni toti attributum, ad denominandam partem se diffundet? Ig tur ratio « immaculatæ, » quæ tribuitur Virgini ac totius vitæ suæ decursui, poterit denominare conceptionem immaculatam, utpote partem principalem istiusmodi totius successivi inchoativam. Sic Nierembergius.

Digitized by Google

νος, καὶ ἐθέωσεν ἡμᾶς σαρκὸς προσλήψει· ὅθεν, πανάμωμε, ὡς Μητέρα σε τούτου γεραίρομεν.

Ὁ τοὺς κόλπους μὴ κενώσας τοῦ Πατρὸς ἐν τοῖς κόλποις σου, νέον ὥσπερ βρέφος, ἐπανακλιθῆναι εὐδόκησεν, ἐπ' ἀνακλήσει, Παρθένε, τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ᾧ κραυγάζομεν· Δόξα, Χριστὲ, τῇ δυνάμει σου.

Μεθ' ἡμῶν γενόμενος δι' οἰκτον ὁ Σωτὴρ ἐξ αἱμάτων σου ἱερῶν ὑπὲρ νοῦν, πανάμωμε, σεσωμάτωται, καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ φιλάνθρωπος γνωρίζεται.

Ἀελύτρωται τῶν ὠδίνων ἡ Εὔα, πανάμωμε, ἀνωδίνως σοῦ τεκούσης Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τὸν τὰ πάθη πάντων καὶ ὀδύνας σαφῶς θεραπεύσαντα.

Ὤφθης ἄφλεκτος τεκοῦσα, πάναγνε, ὡς ἀληθῶς τὸ πῦρ τῆς Θεότητος· διὸ τὰ ὑλώδη μου πάθη, Θεοκυῆτορ, φλέξον, ὡς συμπαθὴς καὶ φιλάγαθος.

Συμπαθείας τῆς σῆς με ἀξίωσον, συμπαθὴς καὶ φιλάγαθε Δέσποινα, καὶ τῆς γεέννης ῥῦσαί με, καὶ τοῦ σκότους ἐκείνου τοῦ ἐξωτέρου, ἵνα πίστει καὶ πόθῳ γεραίρω σε.

Φθορὰν μὴ γνωρίσασα ἀνδρὸς, τὸν ἄφθαρτον ἐν νηδύῖ ὑποδέδεξαι Λόγον ἡμᾶς καταφθαρέντας ῥυόμενον πολλοῖς παραπτώμασι, τῷ πάθει τῆς ἀφθάρτου σαρκὸς αὐτοῦ, ἄφθορε μόνη παναμώμητε.

A deificavit nos carne nostra accepta, o immaculatissima : quare tanquam illius Matrem te veneramur.

Paternos sinus non derelinquens, in sinu tuo reclinari tanquam novus infans sibi complacuit, o Virgo, ut animas nostras ad se revocaret : quamobrem nos eidem clamantes **166** dicimus : Gloria, Christe, virtuti tuæ.

Nobiscum factus Salvator, propter suam misericordiam, ex sacris sanguinibus tuis, supra mentis captum, corporatus est, o immaculatissima ; et amator hominum, Deus et homo cognoscitur.

Liberata est Eva a doloribus, pariente te, o purissima, sine ullo dolore Christum Deum nostrum, qui passiones et dolores omnium manifeste
B curavit.

Incombusta permansisti, o castissima, verissime Deitatis ignem enixa ; propterea passionum mearum sylvam combure, o Deigenitrix, tanquam compatiens, ac bonorum amatrix.

Compassione tua dignum me fac, o Domina compatiens, ac bonorum amatrix, et a gehenna atque a tenebris illis exterioribus libera me, ut cum fide et affectu venerer te.

Viri corruptionem ignorans, Verbum incorruptibile in utero suscepisti, quod nos multis peccatis corruptos, passione incorruptibilis carnis suæ liberat, o incorrupta sola omni laude dignissima.

167 *Ex Canone in S. Andream ductorem exercitus, die* 20.

Idem est cum superiori, ad diem 19.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Θαδδαῖον, καὶ τὴν ἁγίαν μάρτυρα Βάσσην, ἡμέρᾳ κα'.

C *Ex Canone duplici in festo S. Thaddæi apostoli, et sanctæ Bassæ mart., die* 21.

Δέσποινα τῶν ἁπάντων ὤφθης τῶν κτισμάτων, τὸν δεσπόζοντα ἀπορρήτως τεκοῦσα, Θεοτόκε Παρθένε πανύμνητε.

Συνέλαβες Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς ἀνευθεν ὠδίνων, παναγία, τῶν μητρικῶν, καὶ τοῦτον ἀῤῥήτως ὑπὲρ λόγον εἰς σωτηρίαν ἡμῶν ἀπεκύησας.

Νόμου προχαράγματα καὶ προφητῶν φωναὶ, Δέσποινα, σοῦ τὸν φρικτὸν τόκον ἀριδήλως, Θεομῆτορ, ἐδήλωσαν.

Νεκρωθέντα με βρώσει παρακοῆς ἔσωσας, μόνη τὴν ζωὴν τετοκυῖα τὴν ἐνυπόστατον, Κόρη πανάμωμε·

O Deipara Virgo, omni laude celebranda, omnium creaturarum Domina facta es, cum Dominum ineffabiliter peperisti.

Verbum Patris sine maternis doloribus concepisti, o sanctissima ; atque illud ineffabiliter supra verbi conceptum in salutem nostram peperisti.

Præcedentes legis figuræ, et prophetarum voces, tremendum partum tuum manifeste declarabant, o Domina, Dei Mater.

Me ob gustatum inobedientiæ cibum jam mortuum salvasti, **168** o puella innocentissima (70),

(70) Gabriel Biel scholastica doctrina et antiquitate celebris, In serm. 2, de conceptione, scribens de B. Virgine tanquam de muliere forti, his verbis ejus innocentiam lectoribus repræsentat : « Procul de ultimis finibus pretium ejus. » Proverb. ultimo. « Innocentia finis est humani generis, nam ab innocentia principium sumpsit. In innocentia enim creatus est Adam, ad innocentiam etiam reducetur, cum omnes prædestinati illuc assumentur, quo nihil ingreditur inquinatum. Ab his itaque terminis, sive finibus, a quo et ad quem, id est innocentia, qui procul sunt a cæteris hominibus, pretium hujus fortissimæ mulieris cæterorum hominum peccatum non de innocentia, quia » *omnes peccaverunt, et egent gloria Dei*, Rom. II, « sed justificatione post lapsum. Hujus solius de ultimis finibus, id est innocentia, recte pretium attollitur, quam nulla unquam, nec originalis, nec actualis culpa maculavit. Propter quod etiam angelus a Deo ad hanc theotocon missus, ab ejus innocentia laudes exorsus est : *Ave* · quod interpretatum est, sine væ, utique maculæ culpæ. » Sic Biel. Qui et Serm. 3, subdit : « Opponitur Evæ Maria quantum ad personalia, et quantum ad propagationis principia. Quantum ad personalia, id est propria personarum, sive actus personales, Evæ Maria opponitur, tam in earum productione, quam in conversatione, quoniam Eva de massa innocentiæ, costa videlicet

Digitized by Google

quæ sola subsistentem vitam peperisti; quamobrem te semper beatissimam nunc pro debito beatam appellamus.

Tanquam Creatorem enixa; creaturarum omnium Regina facta es: propterea te glorificamus, o Deipara, sola semper Virgo (71).

A διό σε ἀξιοχρέως τὴν ἀειμακάριστον νῦν μακαρίζομεν·

Ὡς τὸν Κτίστην κυήσασα πάντων ποιημάτων ὤφθης βασίλισσα· διὰ τοῦτό σε δοξάζομεν, Θεοτόκε μόνη ἀειπάρθενε.

innocentis viri Adæ formata, sibi innocentiam perdidit, nobis originale peccatum invenit: Maria vero de massa perditionis, sine perditione concepta peccatum originale perdidit, primo innocentiam invenit, eumque, qui omnium diluit peccata, immaculatum edidit immaculata. » Hæc ille.

Sanctius etiam a Porta ord. Prædic. in suo Mariali serm. 13, de hac Virginis innocentia locutus dixit: « Eva habuit duo nomina: primum, in statu innocentiæ virago: secundum in statu naturæ B corruptæ, Eva. Sed de *virago* tolle A, scilicet Adam, qui illum statum perdidit, et remanet virgo, ad inventum, quod status innocentiæ, perditus per Adam, recuperatur et reducitur per Virginem. » Hinc P. Hortensius Pallavicinus Soc. Jesu in suis Elogiis parte 1, elogio 4, de illibata conceptione, de Maria loquens, ait inter alia: « Monstrum esset, innocentem non esse ejus (B. Virginis) genituram, quæ sola sub horoscopio concipitur innocentiæ. Eva nocens prima peccatum concepit: Eva innocens prima sine peccato concipitur. » Sed de eadem Virginis innocentia præclare omnino Petrus Pazmany S. R. E. cardinalis in sua concione de immaculato B. Virginis conceptu, dum ait: Eo majori asseveratione dici potest beatissimam Deiparam non tantum ab omni originali labe fuisse innocentem, quo originale peccatum est deterius ac magis exitiabile, quam omnia mundi totius venialia peccata. Illud est fons et radix actualium. C Quo etiam ex capite argumentatus Augustinus contra Julianum cap. 9, sub finem, probat Christum nunquam peccasse, eo quod originali labe infectus non fuerit, et adjungit: Profecto peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. » Sic ille. Qui et infra addit: « Magnum tribunalium axioma est, quod si de quopiam quæstio suboriatur, reusne sit, an innocens, innocens debeat censeri, donec indubitatis indiciis et luce clarioribus demonstrari possit illum esse reum. Vide Aristotelem Probl. 29, p. 13: « Reum liberare volumus potius nocentem, quam condemnare innocentem. » Idcirco cum beatissimam Virginem originalis noxæ ream esse indubitatis et clarioribus luce indiciis ostendi non possit, imo illam defendere sine ullo errore liceat per Ecclesiam, id nos illi non negare tenemur. Porro in die judicii non videretur decens minus esse completam in hoc omnipotentiam et misericordiam divinam, nec gloriosum Judici Christo, qui de divinis præceptis rationem tunc accipiet ab hominibus, si ita Matrem ipse non honoravisset, ut minimus angelorum cœli innocentior, quam illa, appareret in illo die, cum hi in toto ævo suo apparebunt innocentissimi sine ulla culpa, eorum tamen Regina, et Mater summi sancti et omnipotentis, aliquando cum macula fuisset. Plane non videtur magis decens minus in hoc curasse Christum de honore Matris et ostentatione suæ omnimodæ puritatis et misericordiæ, tum arcendo a Matre hanc minorem prærogativam, quod possent angeli in publicatione illius diei dicere, innocentiores esse ipsa sua Regina, tum exaltando suam misericordiam, quod non defuerit in excellentissimo redemptionis modo etiam a peccato originali eam præservans. Nam, ut Antonius Navarrus ex Dominicana familia in sermone de conceptione B. Virginis ait: « Si Deus angelos fecit spiritus mundissimos, cur non eorum reginam puriorem faceret? Vas mundum elegit Eliseus, in quo mitteretur sal sanaturum aquas Jericho; ita et vas mundissimum et ornatum omni lapide pretioso fuit B. Virgo, in quo reconderetur Christus salus vera populorum, qui in aquis figurantur, juxta illud Joannis: *Aquæ multæ, populi multi.* In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, alioquin derideret et subsannaret diabolus in voce exsultationis, quod prius possederit in suam, quam postea Deus in Matrem elegit. Non sivit Deus, ut dæmon columbam assumeret ad decipiendam Evam (sub columbina enim specie, sicut sub vestimentis ovium, melius contegeretur simulata fraus, quam sub serpentina pelle), quia columbam assumpturus erat Spiritus sanctus in baptismo Christi; ita nec illam, de qua nasciturus erat Filius Dei, decebat sedem fuisse unquam Satanæ. » Sic ille. Ne igitur in die judicii cœlestes spiritus eorum Regina apparerent innocentiores, hæc sine aliqua peccati macula fuit concepta, atque hoc forsitan intuitu a S. Josepho titulo innocentissimæ compellata.

(71) Quia sola tam in corpore quam in anima ab omni contaminatione aliena. Favet S. Anastasius Sinaita dum libro II *in Hexaemeron* Deiparam appellat: « Lunam plenam, quæ nunquam minuta aut defecit, aut privata fuit essentiali lumine, nempe sua virginitate. » Lumen namque essentiale explicans virginitatem, non loquitur de virginitate solius corporis, hæc enim non potest dici lumen essentiale gratiæ et sanctitatis, nam potest ejus carentia componi cum eximia sanctitate ex lumine gratiæ, sicut accidit S. Annæ; sed loquitur de integra virginitate seu puritate virginis, corporis scilicet et animæ, cujus puritatem omnimodam vocarunt etiam Patres integritatem et virginitatem. Itaque Virgo sacratissima non est passa deliquium aut defectum in integritate sua, tum corporis, tum animæ, quæ cum in sanctitate creata fuisset, nunquam fuit orba lumine essentiali gratiæ in anima, nec splendore superadicto incorruptionis in corpore, nimirum omnimoda virginitate et puritate. S. Augustinus et alii Patres dixerunt prius concepisse Virginem Verbum mente, quam carne, denotantes fidem ejus et voluntatem requisitam ad assumptionem humanitatis in ejus ventre. Itaque virtus animæ ad conceptionem divinam requisita fuit. Quapropter decebat ut non D minus fuisset pura, et integra, et virgo ab omni contaminatione culpæ anima Mariæ, quam ejus caro pura et incorrupta. Et ne quis intelligeret ipsum Anastasium loqui solum de perpetua virginitate corporis, ipse S. Anastasius se explicat subdens: « Perseverat Maria virgo quoad animam: » perpetua autem virginitas quoad animam, est perpetua integritas, quoad peccatum, vel actuale, vel originale. Vide Nierembergium in Exceptionibus cap. 13.

B. Albertus Magnus cap. 181, super *Missus est*, definiens essentiam propriissimam virginitatis, sic inquit: « Virginitas est recessus ab omni malo, » tam malum animæ, quam corporis comprehendens. Et quidem major ratio habita fuit a Deo puritatis spiritualis, quam integritatis corporalis, quia, ut docuit Augustinus libr. x, *De mendacio ad Consent.*, cap. 20: « Minus est quidquid in corpore, quam quidquid in anima violari potest. »

Digitized by Google

Ἀλατόμητον ὄρος σε πάλαι Ἀββακοὺμ προεῖδεν ἐν πνεύματι, ὁ Θεὸς ἐξ οὗ ἐπέφανε, καὶ ἡμᾶς, Παρθένε, διεσώσατο.

Σεσαρκώμενον Λόγον διπλῆν ἐνέργειαν φέροντα τέτοκας, ἀπειρόγαμε Κόρη, μείνασα παρθένος ἀμίαντος.

Τῆς προμήτορος Εὔας νῦν ἀνεκαλέσω τὴν ἧτταν, κυήσασα Λυτρωτὴν τῶν ὅλων, καὶ Σωτῆρα καὶ Κτίστην καὶ Κύριον, Θεομῆτορ μόνη, ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη. Διὰ τοῦτό σε πίστει δοξάζομεν.

Νέον ἡμῖν βρέφος ἀπεκύησας Πατρὸς τὸν ὁμοούσιον, φθαρεῖσαν φύσιν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ ἀρχαῖον, ἁγνὴ, κάλλος αὐτὴν πάλιν ἐπανάγοντα.

Πελάγη ἁμαρτιῶν καὶ κύματα ἀπογνώσεως χειμάζουσί μου τὸν νοῦν· σπλαγχνίσθητι, Δέσποινα, καὶ χεῖρά μοι ἔκτεινον, καὶ διάσωσόν με, τὸν Σωτῆρα ἡ κυήσασα.

Γνώμῃ οἰκείᾳ ὀλισθαίνων, καὶ πράξεις ἀτόπους περικείμενος, ἐπὶ σὲ καταφεύγω· βοήθει μοι, Δέσποινα, μετανοίας τρόπους παρέχουσα τῇ ταπεινῇ μου ψυχῇ, ἵνα δοξάζω σε.

Ῥῆξον τὰς πολυπλόκους τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων σειρὰς, θεόνυμφε, τὸν αἴροντα τοῦ κόσμου Θεὸν τὴν ἁμαρτίαν, ὑπὲρ λόγον κυήσασα, εὐλογημένη ἁγνὴ, ἀεὶ δεδοξασμένη.

Νόμου τὸ σκιῶδες ἀπεπαύθη, Δέσποινα, σοῦ κυησάσης νόμου τὸν δοτῆρα, χάριτι φωτίζοντα τὴν οἰκουμένην, ὃν ἀεὶ δυσώπει, νόμῳ με τροπεύμενον τῷ τῆς ἁμαρτίας οἰκτεῖραι διὰ τάχους.

Ὁ οὐρανοὺς τῷ νεύματι, καὶ τὴν γῆν τῷ βουλήματι Λόγος τοῦ Πατρὸς δημιουργήσας, ἄχραντε, καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, ἐκ σοῦ σαφῶς ἠνέσχετο σάρκα ἑαυτῷ, οἰκοδομῆσαι τὴν φύσιν ἡμῶν ἀναχωρεύων συντριβεῖσαν ἀπάτῃ τοῦ ὄφεως, Παρθένε, ὁ μόνος ἐλεήμων.

Φιλάγαθε Παρθένε, τὴν κεκακωμένην ταῖς ἁμαρτίαις ψυχήν μου ἀγάθυνον, ἡ τὸν πανάγαθον Λόγον ἀποκυήσασα.

Φιλάνθρωπον τεκοῦσα καὶ λυτρωτὴν, θαυμαστὴ καὶ φιλάγαθε Δέσποινα, ἁμαρτιῶν λύτρωσίν μοι δίδου σαῖς προσευχαῖς, καὶ τὴν ψυχήν μου, πάναγνε, τὴν κεκακωμένην τοῖς λογισμοῖς ἀγάθυνον, καὶ δεῖξον παθῶν θανατηφόρων λελυτρωμένην, παναμώμητε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος διπλοῦ εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Ἀγαθόνικον, καὶ Λουππον, ἡμέρᾳ κβ'.

Θαυμάτων ἐπέκεινα τὸ μέγα θαῦμα, σεμνὴ τῆς λοχείας σου καθορᾶται· τίκτεις γὰρ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς γενόμενον Χριστὸν δίχα τροπῆς καὶ φυρμοῦ.

Ὡς ὄρθρος εὐπρεπὴς ἐκ λαγόνων ἀνέσχεις Ἰησοῦν τὸν φωτισμὸν ἁπάντων καὶ Θεὸν, ἀπειρόγαμε Δέσποινα, νύκτα τε πολυθεΐας ἐκμειοῦντα, ταῖς λάμψεσιν ἀνεσπέροις καὶ κόσμον φωτίζοντα.

Montem a lapicidæ manu immunem prævidit olim te, o Virgo, Abbacuc in spiritu, ex quo Deus manifestatus est, nobisque salutem dedit.

Verbum incarnatum duplici operandi virtute prælitum in lucem protulisti, o puella innupta, et Virgo impolluta permansisti.

Primæ Matris Evæ cladem nunc restaurasti, Redemptorem, Salvatorem, Creatorem, ac Dominum omnium enixa, o Dei Mater, sola inter mulieres benedicta: ideo te cum fide glorificamus.

Novum nobis infantem peperisti, consubstantialem Patri, o casta, qui humanam naturam corruptam ad antiquam suam pulchritudinem iterum reducit.

Pelagi peccatorum, fluctusque desperationis exagitant mentem meam: ad misericordiam moveantur viscera tua, o Domina, manumque tuam extendens mihi salvum me fac, tu quæ Salvatorem peperisti.

Mea sponte collapsus, fœdisque actibus circumdatus, ad te confugio: adjuva me, Domina, habitum pœnitentiæ præbens miseræ animæ meæ, ut possim te glorificare.

Rumpe implicatissima delictorum meorum vincula, o Dei Sponsa benedicta, et casta, semperque gloriosa; quæ Deum, qui tollit peccatum mundi, supra sermonis conceptum genuisti.

Legis umbrositas cessavit, pariente te, Domina, datorem legis, qui gratia illuminat orbem terrarum; quem semper precare, ut me peccati legi obnoxium, misericordia sua celeriter dignetur.

169 Verbum Patris, quod cœlum nutu, terramque voluntate creavit, atque hominem plasmavit, ex te, o immaculata Virgo, manifeste corpus carneum sibi ædificare non est dedignatus, ut naturam nostram, serpentis fraude contritam, restauraret, unice misericors.

O Virgo bonorum amatrix, bonam redde animam meam peccatorum malitia depravatam, tu quæ Verbum optimum peperisti.

Amatorem hominum et redemptorem enixa, o Domina admirabilis, et bonorum amatrix, redemptionem a peccatis concede mihi precibus tuis, et animam meam cogitationibus pravis vitiatam, bonam redde, atque a mortiferis passionibus redime eam, o tota casta, et immaculata.

Ex Canone duplici in festo SS. Martyrum Agathonici, et Lupi, die 22.

Magnum partus tui miraculum, o veneranda, miraculorum supremum apparet; peperisti siquidem in similitudine carnis factum Christum sine mutatione, aut permistione.

Tanquam aurora pulcherrima, e visceribus tuis, o Domina innupta, educis Jesum illuminationem et Deum omnium; qui idololatriæ noctem splendoribus inocciduis immiquit, ac mundum illuminat.

Digitized by Google

Qui secundum naturam est incircumscriptus, formam nostram ex te, Domina, accipiens, circumscriptionem quoad corpus suscepit, cognitus in duabus substantiis, ac voluntatibus.

Cum Deus in medio tui tanquam in tabernaculo habitasset, eo modo quo ipse novit, virginitatis claustra non commovit, o casta : atque in immobili fidei petra universos **170** stabilivit ac fundavit.

Qui ascendit supra humeros Cherubim, incarnatus tanquam homo ex te, eo modo, quo Deum decebat, tuis insedit ulnis velut infans, et infantis in morem se gessit, ut primum parentem, qui olim infantiliter sapuit, salvaret.

In te descendit tanquam imber, abyssus sapientiæ Jesus, cum te solam puram invenisset, o Dei genitrix Virgo; et gravissimos impietatis torrentes divina gratia repressit, atque cohibuit.

Prævidens in spiritu divino Isaias mirabilia tua, exclamabat : Ecce, o Immaculata (72), in utero habebis incarnatum illum, qui a nullo capi aut comprehendi potest.

Castam casta mente veneremur, decorem Jacob divinis actibus decoremus, ac religiose laudemus, utpote Dei nostri Matrem.

Virgo permanes postquam Christum peperisti, sicut eras antea; lacte nutris eum, o casta, ac veneranda, qui escam præbet universis. O stupore plenum atque incomprehensibile miraculum.

Genuisti illum, o casta, quem Pater ante sæcula ab æterno generavit : et uberibus lactasti ipsum nutritorem. O miraculum excedens omnem mentem! o mysterium superans omnem sermonem!

Deus ex te factus est homo : hominum massam deificasti, o inviolata; naturæque divinæ consortes effecisti eos, qui te beatam appellant, o vere benedicta inter mulieres, et casta.

Te speciem Jacob solam elegit solus qui habitat cœlos; cumque in medio tui habitasset, o intacta ac benedicta, nequaquam labefactavit claustra virginitatis tuæ.

Tabernaculum, et mensam, et arcam divinam, et urnam manna vitæ continentem, et montem sanctum te **171** nominamus; o Virgo Maria semper benedicta (73).

Ὁ κατὰ φύσιν ἀπερίγραπτος μορφωθεὶς ἐκ σοῦ τὸ ἡμέτερον περιγραφὴν σωματικῶς ὑπεδέξατο, Δέσποινα, ἐν οὐσίαις καὶ θελήσεσι διττοῖς γνωριζόμενος.

Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ σου κατασκηνώσας ὡς οἶδε, τῆς παρθενίας κλεῖθρα οὐ παρεσάλευσεν, ἀγνὴ, ἐν ἀσαλεύτῳ πέτρᾳ δὲ τῆς πίστεως πάντας ἐστερέωσε.

Ὁ νώτοις ἐπιβαίνων, ἁγνὴ, χερουβικοῖς σαρκωθεὶς ὡς ἄνθρωπος ἐκ σοῦ θεοπρεπῶς, σοῦ ἐν ἀγκάλαις καθέζεται ὥσπερ βρέφος, καὶ νηπιάζει νηπιόφρονα τὸν πάλαι σώζων γεγονότα πρωτόπλαστον.

Ἐπὶ σὲ καθάπερ ὄμβρος τῆς σοφίας ἡ ἄβυσσος Ἰησοῦς κατῆλθε μόνην καθαρὰν σὲ εὑράμενος, Θεογεννῆτορ Παρθένε, καὶ κατέκλυσεν ἀσεβείας χειμάρρους δεινοὺς θείᾳ χάριτι.

Σοῦ τὰ θαυμάσια προορώμενος θείῳ ἐν Πνεύματι Ἡσαΐας ἀνεκραύγαζεν· Ἰδοὺ ἐν μήτρᾳ ἕξεις τὸν ἀχώρητον σαρκούμενον, ἄχραντε.

Τὴν ἁγνὴν ἁγνεύοντι τιμήσωμεν νοῖ, καλλονὴν τὴν τοῦ Ἰακὼβ ταῖς ἐνθέοις πράξεσι καλλυνόμενοι, εὐσεβῶς ὑμνήσωμεν ὡς Μητέρα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Παρθενεύεις ὡς τὸ πρὶν, καὶ τεκοῦσα τὸν Χριστὸν, γαλουχεῖς πᾶσι τροφὴν τὸν παρέχοντα, ἁγνή. Παράδοξον, σεμνὴ, τὸ θαῦμα καὶ ἀκατάληπτον.

Γεγέννηκας ὃν Πατὴρ πρὸ αἰώνων γεγέννηκε προανάρχως, καὶ μαστοῖς τὸν τροφέα ἐθήλασας· ὑπὲρ νοῦν τὸ θαῦμα, ὑπὲρ λόγον, ἁγνὴ, τὸ μυστήριον.

Θεὸς ἐκ σοῦ ἐγένετο βροτὸς, τὸ φύραμα, ἄχραντε, θεώσας τῶν βροτῶν, καὶ κοινωνοὺς φύσεως θείας ἐκτελέσας τοὺς σε μακαρίζοντας, ἐν γυναιξὶν ἀληθῶς εὐλογημένη ἁγνή.

Σὲ καλλονὴν τοῦ Ἰακὼβ μόνην ἐξελέξατο μόνος ὁ κατοικῶν τοὺς οὐρανοὺς καὶ οἰκήσας ἐν μέσῳ σου, ἄχραντε, οὐδαμῶς παρεσάλευσε παρθενίας σου τὰ κλεῖθρα, εὐλογημένη.

Σκηνὴν σε, καὶ τράπεζαν, καὶ θείαν κιβωτὸν, καὶ στάμνον χωρήσασαν τὸ μάννα τῆς ζωῆς, καὶ ἅγιον ὄρος ὀνομάζομεν, Παρθένε Μαρία ἀεὶ εὐλογημένη.

(72) Per titulum *immaculata* magis excluditur peccatum originale, quam veniale, ex vi et significatione epitheti *immaculata* : quippe macula venialis non est adeo notoria, ut animæ spiritualem pulchritudinem demoliri contendat, adeoque nec tantam repugnantiam habet cum voce elogii *immaculata*. Cæterum peccatum originale, cum penitus omnem gratiæ ornatum explodat, cum decore immaculata minime potest consistere. Magis igitur verificatur significatio hujus verbi *immaculata*, per expulsionem peccati originalis, quam per expulsionem venialis, juxta sententiam angelici Doctoris 1:2. q. 8. 9. a. 1. in c. dicentis : « Proprie loquendo peccatum veniale non causat maculam in anima. »

(73) Cum fuerit B. Virgo Maria semper benedicta, fuit etiam talis in sua creatione, et consequenter tunc maledictionem peccati originalis evitavit. Favet Ecclesia in Responsorio v festi Circumcisionis, dum ait : « Et benedicta in æternum, Deum nobis protulit et hominem. » Quasi dicat Ecclesia : Quia B. Virgo nobis Deum protulit et hominem, fuit benedicta in æternum. Quid autem est benedicta in æternum, nisi semper benedicta, id est, ab initio suæ creationis et deinceps? æternitas enim respicit omnem temporis differentiam, et nullum momentum temporis excludit, sed omne omnino et totaliter comprehendit. Ergo Maria benedicta fuit semper, et in omni differentia temporis, non potuit ergo incurrere peccatum originale, obstante gratia benedictionis, quæ illam prævenit.

Digitized by Google

Εὐλογεῖ πᾶσα κτίσις τὸν τόκον σου, εὐλογίαις, ἡμᾶς στεφανώσαντα, καὶ τὴν ἀρὰν ἐξάραντα, παντευλόγητε μόνη δεδοξασμένη, ἡ τὸ γένος ἡμῶν χαριτώσασα.

Φιλαμαρτήμονα γνώμην, καὶ ἀδιόρθωτον βίον, καὶ πλημμελήσασαν ψυχὴν, καὶ καρδίαν ῥυπῶσαν ἔχων ἄσωτος ἐγὼ, προσπίπτω σοι, Δέσποινα, βοήθει μοι καὶ διόρθωσιν δίδου, πρίν με φθάσῃ τοῦ θανάτου ἡ τομή.

Φωτὸς τοῦ ἐν σοὶ μαρμαρυγαῖς, Θεόνυμφε, τὴν ψυχήν μου ψωταγώγησον, κείμενον βόθρῳ ἀπωλείας ἀνάστησον, ἐχθροὺς καταταράσσουσα τοὺς θλίβοντας ἀεὶ τὴν καρδίαν μου, καὶ πρὸς τὰ πάθη συνωθοῦντάς με.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Εὐτυχέα, ἡμέρᾳ κδ'.

Ἐν σοὶ, Παρθένε, τὴν ἐλπίδα τίθημι τῆς σωτηρίας μου, ἁμαρτιῶν ῥύπου ὅλον με ἀπόπλυνον, καὶ καθαρὸν ἀπέργασαι τῷ Υἱῷ σου ἀρίστως εὐαρεστοῦντα, καὶ πράττοντα τούτου τὸ πανάγιον θέλημα.

Χαῖρε, ἡ μόνη τὴν χαρὰν ἀνερμηνεύτως τεκοῦσα· χαῖρε, ἅρμα καὶ νεφέλη τοῦ Λόγου· χαῖρε, θρόνε τοῦ Θεοῦ, Παρθένε ἀπειρόγαμε· χαῖρε, ὁσίων δόξα· χαῖρε, μαρτύρων στεφάνωμα.

Ἐν γυναιξὶ μόνη παρθένος διέμεινας, καὶ πρὸ τόκου, καὶ μετὰ τὴν γέννησιν· Θεὸς γὰρ ἦν ὁ καινοτομῶν φύσεις ὑπὲρ λόγον ἐκ σοῦ ἀῤῥήτως σαρκούμενος, ὁ ἄνω πρὸ αἰώνων, καὶ ἐν γῇ εἰς τὰ τέλη γεννηθεὶς τῶν αἰώνων, πανάμωμε.

Μητροπάρθενε κόρη, ἡ τὸν ἀπερίληπτον Λόγον κυήσασα, τῶν ἀγγέλων δόξα, καὶ δαιμόνων τὸ τραῦμα Θεόνυμφε, τὴν ἐμὴν καρδίαν τραυματισθεῖσαν ἁμαρτίαις θεραπεία; ἐνθέου ἄξίωσον.

Νοός μου τὰς ἐκτροπὰς, καὶ τῆς ψυχῆς τὰ κινήματα τὰ ἐμπαθῆ καὶ δεινὰ, Παρθένε, διόρθωσον, καὶ σῶσόν με, φύλαξον ἐκ τῶν καθεκάστην ἀφειδῶς ἐπεμβαινόντων μοι.

Νοήσαντες πόῤῥωθεν σεπτοὶ προφῆται τοῦ μυστηρίου σου τοῦ ἀπορῥήτου βάθος, ποικιλοτρόπως πᾶσιν ἐφάνωσαν τὴν σὴν λοχείαν, Παρθένε, κραυγάζοντες· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν Πατέρων.

Νενεκρωμένην δήγματι τὴν ψυχήν μου τοῦ ὄφεως, μόνη προφανῶς ἡ τὴν Ζωὴν κυήσασα, πανάμωμε, ζώωσον, καὶ ἐνεργεῖν εὐόδωσον τὰ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐκ σοῦ τεχθέντος, Παρθένε, θελήματα, βοῶσα· Ἱερεῖς εὐλογεῖτε Κύριον.

Φωνὴν σου προσφωνοῦμεν τοῦ Γαβριὴλ· Χαῖρε, γῆ ἐκλεκτὴ, χαῖρε, τράπεζα χρυσοειδὴς, χαῖρε, τῶν ἀνθρώπων καταφυγὴ, χαῖρε, μαρτύρων καύχημα, χαῖρε, τῶν ἀγγέλων ἡ χαρμονὴ, ἁγία Θεοτόκε, κραταίωμα τῶν πίστει μακαριζόντων σε.

ΜΗΝ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΟΣ.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἄνθιμον, ἡμέρᾳ γ'.

Ὁ Κύριος ἐκ σοῦ ἀνατείλας ὡς οἶδε, τοὺς χοροὺς

A Benedicunt omnes creaturæ partum tuum, qui nos benedictionibus coronavit, atque abstulit maledictionem : O omni benedictione cumulata, sola gloriosa, quæ genus nostrum gratia replevisti!

Ego ille prodigus, ac luxuriosus habens mentem peccatorum amicam, et vitam pravam, animamque delictis oneratam, et cor coinquinatum, ante te procido, o Domina; adjuva me, et correctionem concede mihi, antequam a mortis falce secante præveniar.

Lucis in te habitantis radiis, illumina, o Dei sponsa, animam meam : jacentem in barathro perditionis excita, perterrefaciens hostes, qui semper tribulant cor meum, et ad passiones sectandas compellunt me.

B *Ex Canone in festo S. Eutychis martyris, die 24.*

In te, o Virgo, repono spem salutis meæ; absterge me totum a sordibus peccatorum, ac purum effice, Filio tuo optime complacentem, sanctissimamque illius voluntatem facientem.

Gaude, o tu, quæ sola gaudium ineffabiliter peperisti : gaude, currus, et nubes Verbi; gaude, thronus Dei, Virgo viri nescia : gaude, confessorum gloria : gaude, martyrum corona.

Sola inter mulieres virgo ante partum, et post partum, permansisti : Deus enim erat qui naturas innovabat supra sermonis conceptum, ex te ineffabiliter incarnatus : qui in supernis ante sæcula, in terra autem in fine sæculorum natus est, o tota

C immaculata.

O Mater Virgo puella, quæ Verbum incomprehensibile genuisti : o Dei sponsa, angelorum gloria, et dæmonum vulnus : cor meum peccatis vulneratum, divina **172** curatione fac dignum.

Mentis meæ evagationes, animæque motus molestos, atque affectibus perturbatos corrige, et salva et custodi me ab iis, qui per singulos dies crudeliter invadunt me.

Inenarrabilem mysterii tui profunditatem a longe intuentes mentis oculo prophetæ venerandi, variis figuris ac modis universis partum tuum manifestaverunt, o Virgo, clamantes : Benedictus Deus Patrum.

D Mortuam ob serpentis morsum animam meam, tu, quæ sola Vitam manifeste peperisti, o immaculatissima, vivifica : et deduc me feliciter per viam, qua voluntates illius, qui propter nos ex te natus est, efficere possim, o Virgo, clamans : Sacerdotes, benedicite Dominum.

Voce Gabrielis ad te clamamus : Ave, terra electa; ave, mensa aurea; ave, hominum refugium; ave, martyrum gloriatio; ave, angelorum gaudium, Deipara sancta, robur eorum qui te cum fide sincera beatificant.

MENSIS SEPTEMBER.

Ex Canone in festo S. Anthimi martyris, die 3.

Dominus, qui ex te ortus est, eo modo, quem

Digitized by Google

ipse novit, o casta, athletarum choros illustravit; exprimentes in seipsis omnes illius passiones vitales, mortemque injustam, quæ nos peccatores justificavit.

Speciosa facta es, o castissima, speciosum super omnes terrigenas enixa Filium ac Verbum Patris, quem generosi martyres amantes, gloria illustrati sunt.

173 Verbum, non relinquens vacuum sinum Paternum, in sinu tuo reclinatum est, o puella, tanquam infans, volens restaurare me corruptioni subjectum.

Legis umbræ declaraverunt splendorem illum, qui ex te ortus est, o puella illibatissima, et athletarum choros te celebrantes illustravit.

O innupta, quæ malitiæ plantas germine tuo arefecisti, passionum mearum stirpes evelle, divinasque cogitationes germinare fac ex anima mea.

Propter excessum humanitatis ac benignitatis erga homines apparuit Verbum ex te corporatum, o Virgo, salvans eos qui modulantes canunt: Benedictus es, Deus Patrum nostrorum.

Sacris vocibus beatificemus impollutum Dei tabernaculum, arcam animatam, martyrum gloriam, subliniorem Cherubim, atque omnibus rebus creatis.

Gladius flammeus, qui olim Paradisi ingressum prohibebat, nunc recedit, ac terga vertit iis, qui venerandas passiones Christi lancea vulnerati voluntarie in se exprimunt: et te, o Virgo, honorant, omni honore superiorem.

Ex Canone duplici in memoria miraculi facti Colossis, vel Chonis per S. Michaelem archangelum, die 6.

O Virgo tota pura, angelorum decor, et hominum auxilium; tu adjuva me in mari versantem, atque in tempestate peccati semper concidentem ac periclitantem.

O miraculum inintelligibile, quomodo hominibus unitus est incomprehensilis Deus, natus ex te in carne secundum hypostasin, o innupta, ut salvaret me ob serpentis fraudem corruptioni obnoxium.

Qui inmateriales mentes voluntatis nutu condidit, in **174** utero tuo materiali, o purissima, voluntarie habitavit, secundum carnem patens aspectibus qui erat invisibilis.

Daniel te montem magnum descripsit, o inviolata, Abbacuc vero montem umbrosum virtutibus. David autem montem coagulatum: ex te enim Deus incarnatus est, ut mundum redimeret.

Docuit olim partus tui miraculum intellectualiter in spiritu ille sacrorum præses, intuens te montem umbrosum manifestissime, ex quo sanctus venit, Deus incarnatus.

Gabriel ab altissimis venit, deferens tibi Ave, o castissima: cum ipso ergo clamamus: Ave, o

A τῶν ἀθλητῶν ἐλάμπρυνεν, ἁγνή, τὰ αὐτοῦ εἰκονίζοντας πάθη πάντες ζωηφόρα, καὶ τὸν ἄδικον θάνατον δικαιοῦντα ἡμᾶς ἁμαρτήσαντας.

Ὡραιώθης, Ἰπάναγνε, τὸν ὑπὲρ πάντας ὡραῖον τοὺς γηγενεῖς τεκοῦσα Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Πατρός, ὃν οἱ γενναῖοι μάρτυρες ποθήσαντες δόξῃ ἐλαμπρύνθησαν.

Μὴ κενώσας τοὺς Πατρῴους ὁ Λόγος κόλπους, σοῦ ἐν τοῖς κόλποις, κόρη, ἀνεκλίθη ὡς βρέφος, θέλων ἀναπλάσαι με φθορᾷ ὑποκείμενον.

Νόμου σκιαὶ ἐδήλωσαν τὸ φέγγος τὸ ἐκ σοῦ ἐξανατεῖλαν, πανάμωμε κόρη, καὶ τῶν ἀθλητῶν κατελαμπρῦναν τοὺς χοροὺς εὐφημοῦντάς σε.

B Μαράνασα τὰ φυτὰ τῆς κακίας, ἀνύμφευτε, τῷ βλαστῷ σου, τῶν παθῶν μου τοὺς σκόλοπας ἔκτιλον, καὶ βλαστάνειν θεῖα τὴν ψυχήν μου νοήματα ποίησον.

Ὑπερβολῇ, Παρθένε, φιλανθρωπίας ὤφθη ἐκ σοῦ Λόγος σωματούμενος, καὶ σώζει τοὺς μέλποντας· Ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Ἱεραῖς ἐν φωναῖς μακαρίσωμεν τοῦ Θεοῦ τὴν σκηνὴν τὴν ἀμόλυντον, τὴν κιβωτὸν τὴν ἔμψυχον, τῶν μαρτύρων τὴν δόξαν, τὴν ἀνωτέραν Χερουβὶμ καὶ ἁπάσης τῆς κτίσεως.

Φλογίνη ῥομφαία, ἡ τὸ πρὶν τὴν εἴσοδον τοῦ παραδείσου ἐναπείργουσα, νῦν νῦν δίδωσι, Παρθένε, τοῖς πάθη τὰ σεπτὰ εἰκονίσασι Χριστοῦ τοῦ C λογχευθέντος θελήματι, καὶ σὲ τιμῶσι τὴν ὑπέρτιμον.

Ἐκ τοῦ Κανόνος διπλοῦ εἰς τὴν ἀνάμνησιν τοῦ γεγονότος θαύματος ἐν Κολοσσαῖς, ἢ ἐν Χωναῖς παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ, ἡμέρᾳ ς'.

Παρθένε πανάμωμε, ἡ τῶν ἀγγέλων εὐπρέπεια, ἀνθρώπων βοήθεια, σύ μοι βοήθησον θαλαττεύοντι, καὶ ζάλῃ ἁμαρτίας ἀεὶ περιπίπτοντι καὶ κινδυνεύοντι.

Ἀκατανόητον θαῦμα, πῶς τοῖς βροτοῖς ἥνωται ὁ ἀκατάληπτος Θεὸς, ἐκ σοῦ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἀποτεχθείς, ἀπειρόγαμε, σῶσόν με τὸν ὑπαχθέντα τῇ φθορᾷ κλοπῇ τοῦ ὄφεως.

D Ὁ τοὺς ἀΰλους συστησάμενος νόας βουλήματι, τῇ ἐνύλῳ σου γαστρὶ οἰκεῖ βουλήσει, πανάμωμε, σαρκὶ καθορώμενος ὁ ἀθεώρητος.

Ὁ Δανιὴλ σε ὄρος γράφει μέγα, ὁ Ἀββακοὺμ δέ, ἄχραντε, ὄρος κατάσκιον ἀρεταῖς, καὶ Δαβὶδ τετυρωμένον, ἐξ οὗ ὁ Θεὸς σεσάρκωται τὸν κόσμον λυτρούμενος.

Νοερῶς τοῦ σοῦ, Παρθένε, τοκετοῦ τὸ παράδοξον ἐνοεῖτο πάλαι ὁ ἱεροφάντωρ ἐν πνεύματι, ὄρος κατάσκιον βλέπων σε τρανώτατα, ἐξ οὗ ἅγιος ἦλθε Θεὸς σωματούμενος.

Ὁ Γαβριὴλ σοὶ τὸ Χαῖρε ἐκ τῶν ὑψίστων, πάναγνε, κομίζων ἦλθε· σὺν αὐτῷ οὖν ἐκβοῶμεν· Χαῖρε,

Digitized by Google

πύλη, μόνος ἦν διώδευσε Χριστὸς ὁ Θεὸς σώζων τὸ ἀνθρώπινον.

Νοερῶν ἀγγέλων σε ἀνέδειξε Θεὸς ἀνωτέραν, καθυποδὺς τὴν σὴν μήτραν, ἄχραντε, τὴν Παναμώμητον, ὃν δυσώπει πάντοτε οἰκτειρῆσαι τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

Ἀγγελικῶν δυνάμεων, Παρθένε, ὑπερέχουσα καὶ τετοκυῖα τὸν ἁπάντων Θεὸν καὶ βασιλέα, σὺν αὐτοῖς ἱκέτευε, παναγία Δέσποινα, διασώζεσθαι ἡμᾶς.

Μακάριος ὁ λαὸς ἀεὶ μακαρίζων σε, μακαρία, ἡ Θεὸν τὸν μακάριον τέξασα, τοὺς βροτοὺς δι' οἰκτον ἀπορρήτῳ ἑνώσει θεώσαντα.

Τόμον σε προεώρα ὁ προφήτης, ἐν ᾧ Λόγος γέγραπται δακτύλῳ Πατρὸς, Παρθένε, ὃν ἱκέτευε βίβλῳ τῆς ζωῆς ἡμᾶς καταγραφῆναι τοὺς εὐσεβῶς σε δοξάζοντας.

Νοῦ τοῦ μεγάλου Λόγον τὸν ἄϋδιον, κόρη, ἀληθῶς ἐν σοὶ ἀῤῥήτως καὶ φρικτῶς κατοικήσαντα βλέπων ἐβόησε Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος· Χαῖρε, θρόνε τοῦ Ὑψίστου, εὐλογημένη.

Τὸν Σωτῆρα καὶ Θεὸν, καὶ Λυτρωτὴν καὶ Δεσπότην σαρκὶ τεκοῦσα, πάναγνε Δέσποινα, τοῦτον ἀεὶ, ἄχραντε, δυσώπει, ὅπως λύσιν τῶν δεινῶν, καὶ πολλῶν ἁμαρτιῶν τὴν ἄφεσιν λάβωμεν, ὑμνολογοῦντες αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ νοῦν οἰκτιρμούς.

Νυμφοστόλος ὁ Θεῖος ἀρχάγγελος ἐπιστὰς προσεφώνησε, τὸ Χαῖρε σοὶ, Νύμφη Θεοῦ ἀνύμφευτε, τῶν ἀγγέλων ἡ δόξα, καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ διάσωσμα καὶ περιτείχισμα.

Πῦρ ἐκύησας οὐδαμῶς φλογίσαν σου, Παρθένε, νηδὺν, Λόγον ἐγέννησας Πατρὸς, ἐξαιρούμενον ἀλογίας τοὺς λόγους τοῦ πλάνου ὑπακούσαντας, καὶ παρακούσαντας τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ τοῦ φιλανθρώπου.

Φωνῇ τοῦ ἀγγέλου Γαβριὴλ συνέλαβες Θεὸν Λόγον, παναμώμητε, λόγῳ τὰς ἄνω στρατηγίας ποιήσαντα, καὶ λόγον παρέχοντα ὑμνεῖν τὴν ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν τούτου ἁγίαν συγκατάβασιν.

Φανεῖσα, Παρθένε, πλατυτέρα οὐρανῶν ἐχώρησας Θεὸν ἀνερμηνεύτως, ὃν ἀσωμάτων χοροὶ ἀνυμνοῦσι μυστικῶς· αὐτὸν οὖν ἱκέτευε, ἁγνὴ, πάντας ἡμᾶς σωθῆναι τοὺς σε μακαρίζοντας φωναῖς ἀσιγήτοις.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὰς ἁγίας μάρτυρας Μηνοδώραν, Μητροδώραν, καὶ Νυμφοδώραν, ἡμέρᾳ ι'.

Ὡς ἔμψυχον θάλαμον, ὡς ἀδιάφθορον σκήνωμα, ὡς πύλην οὐράνιον, ὡς θείαν τράπεζαν, ὡς παλάτιον, καὶ θρόνον τοῦ Δεσπότου Μαρίαν τὴν ἄχραντον ὕμνοις τιμήσωμεν.

porta, per quam solus Christus Deus pertransivit, salvans genus humanum.

Intellectualibus angelis sublimiorem te fecit Deus descendens et ingrediens in uterum tuum purissimum, o inviolata. Illum igitur semper deprecare, ut eorum qui te laudant, misereatur.

O Virgo, quæ angelicas Potestates superemines, et peperisti omnium Deum, et Regem, una cum illis preces effunde, o Domina sanctissima, pro salute nostra.

Beatus populus, qui beatificat te, o beata, quæ Deum beatum peperisti, qui propter suam misericordiam homines ineffabili unione deificavit.

Volumen prævidit te propheta, o Virgo, in quo Verbum scriptum est digito Patris : quod supplex exora, ut ascribat in libro vitæ nos, qui te religiose glorificamus.

Magnæ mentis Verbum æternum in te, o puella, ineffabiliter ac formidabiliter vere habitasse intuens Gabriel archangelus, clamabat: Ave, thronus Altissimi, o benedicta.

Cum Salvatorem et Deum, Redemptorem et Dominum perpereris, o castissima Domina, eumdem semper deprecare, o immaculata, ut ab eo recipere possimus gravissimorum malorum depulsionem, plurimorumque **175** peccatorum remissionem, laudantes misericordias ejus, quæ excedunt omnem cogitationem.

Nuptialis auspex divinus archangelus prope astans, exclamavit tibi, Ave, o sponsa Dei innupta, angelorum gloria, et hominum salus, et munimentum.

Ignem concepisti, qui nequaquam uterum tuum, o Virgo, flammis combussit; Verbum Patris genuisti, quod liberat ab irrationalitate eos qui seductoris verbis obedierunt, et Deo factori suo humanissimo inobedientes fuerunt.

Per vocem angeli Gabrielis, o mundissima, concepisti Deum Verbum, qui verbo supernos exercitus creavit, et verbum præbet, quo sanctam illius descensionem ac demissionem, quæ superat omne verbum et cogitationem, laudare possimus.

O Virgo, latior cœlis apparuisti, continens in te ineffabiliter Deum, quem incorporeorum chori mystice collaudant. Ipsum ergo deprecare, o casta, pro salute omnium nostrum, qui te irrequietis vocibus beatificamus.

Ex Canone in festo SS. martyrum Menodoræ, Metrodoræ, et Nymphodoræ, die 10.

Tanquam thalamum animatum, tanquam tabernaculum incorruptum, tanquam portam cœlestem, tanquam mensam divinam, tanquam palatium et thronum Domini, Mariam immaculatam, hymnis honoremus (74).

(74) Idem apud me est immunem esse Virginem a peccato originali et actuali, ac esse immaculatam. Licet enim homines concepti in peccato immaculati nuncupentur, ut cum dicitur in psalmo, *Beati immaculati in via*, parum refert, quoniam non loquor de qualibet nuncupatione nominis immaculati, sed de absoluta et antonomastica, et speciali, personæque particularis, et in Novo Testamento,

Digitized by Google

Appare, o Virgo casta, et animæ meæ tenebras dispelle; peccati vincula disrumpe; salva me tu, quæ omni misericordia præditum, omniumque miserentem peperisti.

Me dolosi malitia interemptum vivifica, o illibatissima, quæ vitam ipsam peperisti; ad te enim confugi; et in profunda peccatorum prolapsum erige, atque extrahe, tanquam **176** compatiens, o tota immaculata (75).

Cum te solam electam, et pulchram, et carentem macula, divinissimum Verbum invenisset, ex te incarnatum est, o divina gratia plenissima.

Sanctus est Deus, qui habitavit in utero tuo, cum te omnibus creaturis sanctiorem ac puriorem invenisset (76), o Dei Mater immaculata Regina, cujus nomen dominationem sonat.

Supra naturæ ordinem, Creatorem in utero tuo conceptum gestare digna facta fuisti, o puella, qui reformavit nos, cum fide canentes : Benedictus es, Christe.

Tanquam templum Dei immaculatum, o puella, eumdem suscepisti humano corpore indutum, et in, duabus naturis cognitum : cui concinimus : Benedicite, opera, Dominum.

Parce mihi, Christe, dum veneris judicare mundum cum gloria : dissolve nebulas passionum mearum precibus Genitricis tuæ, ac venerandorum martyrum tuorum, tanquam bonus, plurimaque misericordia plenus.

Ex Canone in festo S. Cornelii Centurionis martyris, die 13.

Allicis fidelium corda ad te semper cum insatiabili desiderio glorificandam, o Domina Dei genitrix immaculata : tu enim es hominum gloria, quæ Dominum gloriæ peperisti.

Ἐπιφανεῖσα τῆς ψυχῆς μου τὸ σκότος ἀπέλασον, ἁμαρτίας τὰς σειρὰς, ἀγνὴ Παρθένε, διάρρηξον, σῶσόν με, κυήσασα τὸν πανοικτίρμονα.

Νεκρωθέντα με κακίᾳ τοῦ δολίου, πανάμωμε, ἡ Ζωὴν τεκοῦσα, ζώωσον, πρὸς σὲ γὰρ κατέφυγα, καὶ ἐμπεσόντα εἰς βάθη παραπτώσεων ἐπανάγαγε, ὡς συμπαθὴς, παναμώμητε.

Σὲ μόνην ἐκλεκτὴν, καὶ καλὴν, καὶ ἀμώμητον εὑράμενος σωματοῦται ὁ ὑπέρθεος Λόγος ἐκ σοῦ, Θεοχαρίτωτε.

Ἅγιος ὁ σκηνώσας ἐν μήτρᾳ σου Κύριος ἁγιωτέραν εὑρών σε καὶ καθαρωτέραν κτίσεως πάσης, Θεομῆτορ, κυριώνυμε ἄχραντε Δέσποινα.

Ὑπερφυῶς τὸν Κτίστην τῇ γαστρί σου, κόρη, κυοφορῆσαι κατηξίωσαι ἡμᾶς ἀναπλάττοντα τοὺς μελῳδοῦντας πίστει· Χριστὲ, εὐλογητὸς εἶ.

Ὡς Θεοῦ ἀκηλίωτον τέμενος ὑπεδέξω αὐτὸν σωματούμενον, καὶ ἐν δυσὶ ταῖς φύσεσι γνωριζόμενον, κόρη, ᾧ μελῳδοῦμεν· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.

Φεῖσαί μου, Χριστὲ, ὅταν ἔλθῃς κρῖναι τὸν κόσμον μετὰ δόξης, λῦσον τὴν ἀχλὺν τῶν παθῶν μου ταῖς ἱκεσίαις τῆς κυησάσης σε, καὶ τῶν σεπτῶν μαρτύρων σου, ὡς ἀγαθὸς καὶ πολυέλεος.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Κορνήλιον τὸν ἑκατόνταρχον, ἡμέρᾳ ιγ'.

Θέλγεις πιστῶν καρδίας ἀεὶ δοξάζειν σε ἀκορέστῳ ἐφέσει, Θεογεννῆτορ Δέσποινα· δόξα γὰρ χρηματίζεις τῶν ἀνθρώπων, τέξασα τὸν τῆς δόξης Κύριον, ἄχραντε

nam in Veteri non exstiterat Christus et beatissima Virgo, quæ personæ vere, et proprie, et omnino, et antonomastice immaculatæ sunt; at vero cum in Veteri Testamento tales personæ non essent, non mirum, si attribueretur sanctioribus nomen immaculati, maxime cum nec absolute illis tribuatur. Sic cum dicitur : *Beati immaculati*, additur, *in via*, id est, in modo operandi, non absolute et omnino. David etiam dixit, *Immaculatus ero*, hoc ipsum indicat aliquando non fuisse talem. Job quoque, qui agnoverat, et supposuerat se in peccato conceptum, postea se dixit immaculatum de præsenti, non de præterito, sicut alii significantur immaculati de futuro in Scriptura. Modus autem quo Josephus et alii Patres vocant Virginem immaculatam, absolute, antonomastice; et passim non invenitur similis in aliis sanctis, et specialissimum et grandius aliquid supra omnes filios Adæ indicat, ut in suis Dissertationibus epistolicis epist. 8, observat Nierembergius.

(75) Concinit Josepho nostro S. Ildephonsus archiepiscopus Toletanus, in aureo tractatu *De corona B. Virginis*, quod opus, ut testatur Petrus de Alva in *Bibliotheca Virginali*, fetum esse hujus sanctissimi præsulis verisimile putatur, dum ibi cap. 13, hoc habet : « Tu, Domina, semper fuisti clara et serena, sincera, mundissima et amœna. Tu enim es semper tota pulchra, tota formosa, tota immaculata, et tota speciosa. Macula nulla fuscaris, nulla sordelmacularis, omni gratia illustraris. » Sic ille.

(76) Vox *purior*, applicata Virgini in comparatione omnium creaturarum, omnino excludit peccatum originis. Nam (ut in suis Dissertationibus epistolicis epist. 6, notat vir egregie doctus et pius P. Joan Eusebius Nierembergius) communiter sumuntur diversimode ista nomina *sanctior* et *purior*. Sanctitas solet sumi pro positiva dignitate gratiæ et meritorum, ad quam pervenit creatura, unde non refertur ad præterita, sed ad præsentem statum et culmen, ad quod pervenit gratia. Puritas autem sumitur pro negativa propinquitate peccati et sordis, unde respicit etiam ad præteritum, ex quo haberi possent sordes, et tamen non fuerunt habitæ. Hinc est ut Magdalena, vel S. Maria Ægyptiaca posset dici *sanctior* sancta Agnete vel Cæcilia, et tamen non posset dici *purior* ; quia quamvis majorem sanctitatem potuerit acquirere Magdalena, non tamen adeo caruit immunditiis peccatorum. Sic etiam S. Augustinus posset dici sanctior quam S. Ludovicus episcopus, vel S. Casimirus, attamen non poterit dici purior, quia non caruit sordibus vitæ præteritæ, quibus caruit S. Casimirus. Sic etiam rex David potest dici sanctior quam sanctus Henricus imperator, et tamen non dicetur purior. Hinc constat B. Virginem, dum appellatur omnibus creaturis purior, denotari necessario caruisse in præterito labe originis, qua caruerunt angeli et protoplasti.

Digitized by Google

Ἁγνείας φωτοειδὲς σκήνωμα γεγένησαι, καὶ τὸν φωτοδότην φέρεις, σαρκούμενον ἄνθρωπον ὁφθέντα καθ' ἡμᾶς διὰ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν φθορὰν ἐξαφανίσαντα, ἄφθορε βροτῶν ἡ ἀνάκλησις.

Σοφίας καθαρὸν ἐνδιαίτημα τῆς τοῦ Πατρὸς ὑπερφυῶς, ἁγνὴ Παρθένε, γεγένησαι, δι' ἧς ἡμεῖς τῆς κακίας νυνὶ τοῦ σοφιστοῦ ἐλυτρώθημεν.

Ὄμβρισόν μοι, πάναγνε, πταισμάτων ἄφεσιν, ἐπίσκεψαί με τὸν ἀσθενοῦντα, καὶ κλυδωνιζόμενον συμφοραῖς τοῦ βίου, καὶ πάθεσι τοῦ σώματος.

Ὁ τῆς δόξης Κύριος ἐξ αἱμάτων σου παρθενικῶν ἐσαρκώθη μόνος ὡς ἐπίσταται, πανύμνητε, σώζων ἡμᾶς ἀγαθότητι.

Ὤφθης τὸ ἀνθρώπινον φύραμα θεώσασα τῇ θείᾳ γεννήσει σου, Παρθένε πανάμωμε· διό σε καταχρέος οἱ πιστοὶ δοξολογοῦμεν.

Πᾶνον ἐφ' ἡμᾶς τὰ σὰ ἐλέη, κόρη, συνήθως καὶ αἴτησαι, ἁγνή, συγχώρησιν πάντων πταισμάτων ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ ἐξ ἀπροσεξίας ἡμῖν συμβάντων.

Φωτισμόν μοι αἴτησαι, ἡ τεκοῦσα Φῶς τὸ ἐκ φωτὸς ἐκλάμψαν, τὸν σκοτασμὸν πόρρω ἀπ ἐμοῦ ἐναποδιώκουσα, καὶ πειρασμῶν καὶ τῶν ἡδονῶν, ἄχραντε Δέσποινα, προστασία ἀναίσχυντε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Εὐμένιον ἐπίσκοπον Γορτύνης, ἡμέρᾳ ιη'.

Αἱ περὶ σοῦ νῦν προφητεῖαι πεπλήρωνται, Θεοκυῆτορ Δέσποινα· ὃν γὰρ προήγγειλαν ὑψηγόρως, ἐν μήτρᾳ ἐχώρησας ἐν δύο τελείαις φύσεσι.

Μαρία τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον παθῶν μου ἀπέλασον τὸ δυσῶδες, καὶ στερέωσον κλονούμενον προσβολαῖς τοῦ δολίου παλεμήτορος.

A Lucidissimum castitatis tabernaculum facta est; lucisque datorem defers incarnatum, qui homo similis nobis apparuit propter hominum amorem, et corruptionem abolevit, o incorrupta hominum reparatio.

Sapientiæ Patris purum habitaculum supra naturæ ordinem facta es, o casta Virgo; per quam a maligni pravitate **177** nunc nos liberati sumus.

Depluc mihi, o castissima, peccatorum remissionem. Visita me infirmum, vitæque calamitatibus, et corporis passionibus, tanquam tempestatibus exagitatum.

Dominus gloriæ ex virginalibus sanguinibus tuis incarnatus est eo modo, quem ipse solus novit, o laudabilissima, salvans nos ex sua bonitate.

B Humani generis massam deificare visa es divino partu tuo, o Virgo tota immaculata, propterea nos fideles te pro debito glorificamus.

Stilla super nos misericordias tuas, o puella, juxta morem tuum, et omnium peccatorum, tam scienter quam ignoranter ex incuria perpetratorum, indulgentiam nobis impetra, o casta.

Illuminationem mihi impetra, precibus tuis, o Regina immaculata (77), quæ Lumen quodde lumine coruscavit, peperisti, procul a me tenebras tentationum, et concupiscentiarum depellens, o patrocinium quod non confunditur.

Ex Canone in festo S. P. N. Eumenii episcopi Gortynensis, die 18.

Prophetiæ, quæ erant de te, nunc impletæ sunt, C o Domina Dei Genitrix : quem enim sublimi eloquio prænuntiaverunt, in utero tuo comprehendisti in duabus perfectis naturis.

O Maria, aureum Thymiaterium, passionum mearum fœdissimum odorem depelle, meque fraudulenti hostis assultibus exagitatum, stabilem redde ac firmum.

(77) Dicitur B. Virgo Regina immaculata, quia non decuit illam, quæ futura erat Regina angelorum, cum originali macula concipi. Hinc S. Anselmus in serm. De concep. ait : « Angelos, aliis peccantibus, a peccato servavit, et feminam Matrem suam futuram ab aliorum peccatis exortam servare non potuit? In æternitate consilii sui statuit Eam dominatricem et reginam fore angelorum, et tunc inferiorem gratiam angelis datam, in consortium conceptam esse credimus hominum peccatorum? Existimet hoc qui vult : argumentis suis probet qui vult : iis, quæ dicimus, adversetur qui vult : ego, donec ostendat mihi Deus aliquid dignius excellentiæ Dominæ meæ posse dici, quæ dixi, dico; quæ scripsi, non muto. » Hinc etiam Guilielmus Parisiensis Junior, sive Bitontinus, in Postillis majoribus de festo Concep. q. 3, ait : « Virgo Maria in Matrem Dei electa, erat exaltata super angelos : sed omnes angeli fuerunt præservati ab omni peccato. Ergo a ratione fortiori et ista, quæ erat superior. » Insuper Albertus Magnus in *Bibliæ Mariæ* super libr. Job, de Maria loquens dixit : Ipsa est aquila singularis, de cujus laude et præconio loquitur Dominus ad Job 39, *Nunquid ad præceptum tuum*, sicut ad meum, qui, quidquid præcipio, inspiro, *elevabitur*, in natura, gratia et gloria etiam, et in omni prærogativa *aquila*, id est Maria, super omnes choros angelorum. » Sic ille. Cujus verba afferens in suis Dissertationibus epistolicis, epist. 6, P. Joan. Eusebius Nieremberg. in hunc modum scribit : « Superare angelos in natura, est in conditione, seu a conditione naturæ, in qua non esset super omnes angelos, si conderetur illis impurior.

In Liturgia quoque Æthiopum apostolica, quoniam ab apostolis promanasse dicitur, sic dicitur in oratione ad Virginem Dei Matrem : « Lætare, Immaculata, vere Regina. Lætare, gloria nostrorum parentum. » Quasi dicat (ut in suis Exceptionibus cap. 13, inquit Nierembergius :) Tu, quæ, utpote vera regina et augusta, duræ servorum pœnæ severæque legi de macula contrahenda non subjacuisti, atque ita humani generis amissum decus restaurasti, Tu domina, gaude. Vere regina, quod immaculata ea ratione, ut nunquam servire alicui debueris nisi Uni Deo, cui servire vere regnare est. Non igitur ullum peccatum habuit, quando id cujusdam est infelicissimæ servitutis. Lætare igitur tanto bono, tanta gloria, quam suam parentes nostri vocare possunt, cum hac illorum fuerit ignominia compensata. Sic humani generis amissum justitiæ statum, et decus, primorumque parentum collapsam gloriam magno cum fenore restituisti.

Digitized by Google

Olim sacræ voces, partus tui profunditatem præ- A nuntiaverunt ; quarum nunc eventum intuemur, o immaculata (78).

Tanquam novum infantem peperisti nobis Filium, qui **178** est ante omnia sæcula, o summe immaculata (79); qui in duabus voluntariis operationibus duplex est, homo scilicet simul et Deus.

Cum cœlestis imber in te descendisset, o Virgo perpetua : terram desolatam, divinæ scientiæ fluentis irrigans, fecundissimam reddidit.

Lucis immaterialis domicilium venter tuus factus est, o Dei Sponsa puella inviolata : illius, inquam, lucis, quæ divinæ scientiæ facibus infidelitatem imminuit ; quam laudantes clamamus : Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Sacratissimus prophetarum chorus, te vere ante B descripsit, o veneranda Virgo, appellans montem a lapicidæ manu intactum ; virgam, et portam, per quam Altissimus pertransivit, eo modo quem ipse novit, clausamque iterum reliquit.

Fers ferentem omnia divina potentia, o castissima, ac nutris uberibus tuis nutrientem omne quod spirat. Superat omnem mentis cogitationem miraculum tuum, ac stupore percellit angelos simul et homines, qui te assidue collaudant, et cum affectu beatam appellant.

Ex Canone in festo SS. martyrum Trophymi, Sabbatii, et Dorimedontis, die 19.

Generosi martyres gratiarum tuarum illuminativo fonte splendide illustrati, o Deo charissima, C sola porta lucis, profundissimas tenebras intolerabilium suppliciorum, te laudantes, pertransierunt.

Domini ex te incarnati legibus obtemperantes, generosi Athletæ iniquos devicerunt ; te enim coadjutricem habebant, quæ salvas animas nostras, o puella carens omni macula (80).

179 Te tanquam mundum Regis palatium, o virgo inviolata, martyrum cœtus invocans triplicem adjutricem, dæmonum templum dejecit, cum iis qui ad templum gloriæ supernum translati sunt, laudibus te semper honorans.

Fortissimi milites invocantes in auxilium virginem sanctam, Deo gratissimam, ac summe immaculatam, tormentorum tumorem, et rerum difficili- D lium tempestatem inconcussa mentis prudentia pertransierunt.

Virtutibus ex te missis roborati Athletæ tui,

Ἱεραὶ προκατήγγειλαν πάλαι φωναὶ τοῦ τόκου σου τὸ βάθος, ὧν νῦν ἐκβάσεις εἰδόμεν, ἄχραντε.

Νέον ὡς βρέφος ἡμῖν τὸν προαιώνιον Υἱὸν τέτοκας θελητικαῖς δυσὶν ἐνεργείαις ὑπάρχοντα διπλοῦν, ἄνθρωπον ἅμα Θεόν τε, πανάμωμε.

Ἐπὶ σὲ καταβὰς ὁ οὐράνιος ὄμβρος χερσωθεῖσαν τὴν γῆν, ἀειπάρθενε, θεογνωσίας νάμασι καταρδεύσας πολυφόρον ἔδειξεν.

Αὔλου φωτὸς οἰκητήριον ἡ σὴ μήτρα γεγένηται, τοῦ φρικτωρίαις θείας γνώσεως τὴν ἀθεΐαν μειώσαντος, ἄχραντε Θεόνυμφε κόρη, ὃν ὑμνοῦντες κραυγάζομεν· Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν.

Ἱερωτάτη προφητῶν σε προγράφει ἀληθῶς, σεμνὴ, χορεία ἀλατόμητον ὄρος, ῥάβδον καὶ πύλην δι' ἧς διῆλθεν ὡς οἶδεν ὁ Ὕψιστος, πάλιν κεκλεισμένην ἐάσας σε, Παρθένε.

Φέρεις τὸν φέροντα πάντα θεΐκῇ δυναστείᾳ, καὶ τρέφεις ἐκ μαζῶν πᾶσαν πνοὴν τὸν διατρέφοντα, πάναγνε· ὑπὲρ νοῦν σου τὸ θαῦμα ἀγγέλους καταπλῆττον καὶ βροτοὺς τοὺς ἀεί σε ὑμνοῦντας, καὶ πόθῳ μακαρίζοντας.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Τρόφιμον, Σαββάτιον καὶ Δορυμέδοντα, ἡμέρᾳ ιθ'.

Φωτιστικαῖς σου πηγαζούσαις χάρισι, Θεοχαρίτωτε, πύλη φωτὸς μόνη, οἱ γενναῖοι μάρτυρες φαιδρῶς καταυγαζόμενοι τὸ βαθύτατον σκότος τῶν ἀνυποίστων κολάσεών σε ὑμνολογοῦντες παρέδραμον.

Νομοθεσίαις ἐκ σοῦ σεσαρκωμένου Δεσπότου πειθαρχοῦντες, παναμώμητε κόρη, οἱ γενναῖοι ἀθληταὶ ἀνόμους ἐτροπώσαντο, σὲ συνεργὸν ὡς ἔχοντες, τὴν σώζουσαν τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ὦ; καθαρὸν τοῦ βασιλέως παλάτιόν σε μαρτύρων σύστημα τρισάριθμον ἐπικαλούμενοι βοηθὸν, ἄχραντε Παρθένε, ναοὺς δαιμόνων ἠδάφησαν, καὶ πρὸς ναὸν τὸν ἄνω μετετέθησαν δόξης, ἀεί σε ἐν αἰνέσει γεραίροντες.

Τὴν ἁγίαν Παρθένον, τὴν Θεοχαρίτωτον καὶ παναμώμητον οἱ στερρῶι ὁπλῖται εἰς βοήθειαν ἐπικαλούμενοι τῶν βασάνων ὄγκον καὶ τῶν δεινῶν τὴν τρικυμίαν ἀκλονήτῳ διῆλθον φρονήματι.

Νευρούμενοι ταῖς ἐκ σοῦ ἐκπεμπομέναις δυνάμε-

(78) Hinc patet B. Virginem originali macula non esse aspergendam, cum eam toties Josephus noster in hoc opere, imo omnis Ecclesia sanctorum, Sponsi vocem audiens, concinit immaculatam, inquit Catherinus in Tract. *De concept.* ad Synod. Trident. sub finem.

(79) Quomodo immaculata B. Virgo vere dici posset summe immaculata, si fuisset cum originali macula concepta ? Nec valet dicere, quod dicatur summe immaculata, quod post conceptionem fuerit summe purificata et ab originali macula mundata : quia, cum præteritum non possit esse non præteritum, in *Perhierm.* per Aristotelem, sequitur beatam Virginem fuisse cum peccato originali, perpetuo esset verum, sicut etiam in Magdalena remansit nomen peccatricis, quamvis purificata fuerit a peccatis, ne in perpetuum consequatur aureolam virginitatis.

(80) Cum S. Josephus Deiparæ neget omnem maculam, sub hac negatione generali illi etiam negasse maculam peccati originis quis inficietur, cum propositio particularis necessario includatur in generali ?

Digitized by Google

σιν οἱ ἀθλοφόροι, Χριστὲ, νομίμως ἐνήθλησαν, τὴν ἁγνὴν Μητέρα σου ἀνυμνολογοῦντες ἀπορρήτως σε κυήσασαν.

Ὑπάρχουσα Δέσποινα καθαρωτέρα πάσης τῆς κτίσεως ὑπεδέξω τὸν Λόγον ἐκ σοῦ ἀῤῥήτως ἀποτικτόμενον, ὃν οἱ γενναῖοι ποθήσαντες μάρτυρες τὴν τῶν βασάνων πυρὰν ἐνεκαρτέρησαν.

Νέον ὡς βρέφος τέτοκας τὸν Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, ἄχραντε Παρθένε, συμφυῶς νοούμενον Χριστὸν, τὸν Θεὸν ἡμῶν, ὃν οἱ γενναῖοι μάρτυρες καθομολογοῦντες ἱερῶς ἐναθλοῦσι, μεθ' ὧν σε, παναγία, μακαρίζουσι πίστει λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φυλάξας σε παρθένον ὁ ἐκ τῶν σῶν ἀνατείλας λαγόνων, ἀνέσπερος ὡς ἀληθῶς ἥλιος, Παρθένε, τοὺς ἀθλητὰς περιφανῶς ἐλάμπρυνε, διηγωνισμένους καρτερικῶς, μεθ' ὧν αὐτὸν δυσώπει ἡμᾶς κατοικτειρῆσαι τοὺς εὐσεβῶς σε μακαρίζοντας.

A Christe, legitime certaverunt, laudibus celebrantes purissimam Matrem tuam, quæ te ineffabiliter genuit.

Cum esses, o Domina, purior omnibus creaturis, suscepisti Verbum, ex te ineffabiliter natum, quod generosi martyres cum affectu concupiscentes, tormentorum probationem patienter constanterque sustinuerunt.

Tanquam novum infantem peperisti, o Virgo inviolata, Christum Deum nostrum, qui intelligitur Patri ac Spiritui coævus : quem generosi martyres confitentes, sacrum certamen obiere ; cum quibus populi, tribus et linguæ, cum fide te, o sanctissima, per universa sæcula beatificant.

Ille qui te virginem conservavit, ex tuis visce- B ribus exortus, tanquam vere sol inocciduus, o Virgo, athletas suos præclare illustravit, qui constantissime decertaverunt : cum quibus eumdem deprecare, ut misereatur nostri, qui te religiose ac pie beatam prædicamus.

Ex Canone in sanctam Susannam (80*), *die* 19 *septembris.*

Oriens solis illius, qui super occasum humanæ naturæ natus est, revera facta es, o Domina, per quem illi, qui in tenebris et in umbra versabantur, viderunt lucem.

Urna figurabat te, o casta Virgo, quæ intelligibile manna **180** tulisti, Christum scilicet, dulcedinem mundi : cui supplica, Dei Mater (81), ut ii qui te assidue glorificant, a pravarum affectionum servitute liberentur.

Fortitudo mea et laus mea Christus est, qui ex te, Deipara, exortus est, servili carne circumdatus, et nos a servitute diaboli eripuit propter bonitatem suam.

Sanctissimum templum Dei agnoscentes te, solam immaculatam (82), et creaturis omnibus superiorem, sacris te vocibus merito beatam appellamus.

Dominum universi, qui ex te natus est, exorans deprecare, o castissima, pro servis tuis, ut ab omni adversitate ac pernicie liberentur, dum te Virginem Matrem collaudant.

A damnationis vinculis solutus sum, et a maledictione per partum tuum, o castissima benedicta ; sola enim in terra Deo corpus dedisti ex puris sanguinibus tuis, o immaculatissima.

Lucidissimis splendoribus tuis illuminasti tene- C bricosum cor meum, o Virgo, quæ in terra solem Christum peperisti, cui psallimus semper : Benedictus est Deus patrum nostrorum.

Cum divinissimum Verbum castam te etiam post partum conservasset, ex te, o inviolata, cum duplici natura, atque operatione processit ; quamobrem te tanquam ejus Matrem glorificamus.

Luce tua illustra me, o casta, qui in hujus vitæ nocte cæcitate laboro, ac fluctibus jactor peccatorum, o Domina sancta, porta lucis intelligibilis.

(80*) Desideratur in Menæis impressis.

(81) Ex titulo Dei Matris solide admodum colligitur, B. Virginem sine originalis peccati macula fuisse conceptam ; nam, ut inquit S. Bernardinus Senensis serm. 49 de amore glorioso ex Bartholomeo Siculo : « Credendum est, quod voluit sumere D carnem ex carne purissima, et quod ejus Mater fuerit plusquam Eva et Adam, qui creati fuerunt sine peccato originali. » Bernardinus item de Busto in *Mariali* serm. 2 de concept. in fine ait : « Cum omnes credant B. Virginem Mariam fuisse idoneam Matrem Dei, debent etiam credere ipsam fuisse immunem ab omni labe peccati, quia aliter non fuisset congrua Mater Christi. » Consonat Bartholomeus Pisanus *De laud. B. V.* fructu 7, dum scribit : « Non fuit conveniens Matrem Dei addici morti æternali pro quacunque mensura : ergo originali caruit. Item Christus elegit Matrem incorruptam corporaliter, quare et spiritualiter. » Item Joannes Vigerius theologus Dominicanus in libro *Institutionum* capite de peccato originali in hunc modum loquens : « Si dicatur, quod Diva Virgo non habuit peccatum originale, licet processerit ab Adam secundum rationem seminalem, dicendum est, quod ipsa sola speciali gratia præventa fuit et præservata, eo quod fuit prævisa esse Mater Dei. » Sic ille. Et merito quidem, nam ut in opusculo *de Concept. B. Virginis* libr. 1, inquit Ambrosius Catharinus : Dum ipse mecum animo et cogitatione contemplor, quam grande et magnificum sit esse excelsam Dei Genitricem : tum quam vile et indignum computari sub macula et fetore peccati, et sub ira Omnipotentis, magna profecto dissonantia offendor : piæ enim aures cacophoniam istam facile sentiunt, cum hinc Matrem Dei, inde illam ipsam sub ira Dei, audiunt hinc rursum matrem Dei, inde sub fece et fetore peccati. Neque vero dubito, si sectarum affectione semota, etiam vos ipsi, o amantissimi fratres, in cordibus vestris rem eam tranquillius tractaretis, procul dubio hanc absurdam dissonantiam sentiretis. At quia nunc magistrorum traditionibus addicti, atque ideirco male affecti sunt quidam, nil mirum si a re, quantumvis absona, non patiuntur. Quod si forte non ita beatiquorumdam oculi, ut hæc videant, saltem ne sint nequam, ut his, qui vident, invideant. Sic ille.

(82) Quid est Deiparam solam esse immaculatam, nisi solam sine originali macula conceptam? ita ut cum cæteri omnes concepti in peccato fuerint, ipsa sola concepta fuerit sine illo?

Digitized by Google

181-182 *Ex Canone duplici in festo S. Phocæ martyris, et S. Codrati seu Quadrati apostoli, die 22.*

A *Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τον ἅγιον ἱερομάρτυρα Φωκᾶν, καὶ τὸν ἅγιον ἀπόστολον Κοδράτον, ἡμέρᾳ κβ'.*

Factor creaturarum natus secundum carnem ex puella quæ virum nesciebat, conservavit illam virginem post partum, sicut erat ante partum, eo modo, qui ipsi placuit.

Κόρης σαρκὶ ἐξ ἀπειράνδρου τικτόμενος ὁ Ποιητὴς τῆς κτίσεως, μετὰ τὴν κύησιν ὡς πρὸ τόκου παρθένον αὐτὴν διαφυλάττει, καθὼς εὐδόκησεν.

Abolita est pœna primorum parentum, o immaculata (83). Deum enim, qui est ante sæcula, peperisti, novum infantem natum, qui vere omnem humanam substantiam in novum statum redegit.

Ἐλύθη τῶν πρωπατόρων, ἄχραντε, τὸ ἐπιτίμιον· τὸν πρὸ αἰώνων τίκτεις γὰρ Θεὸν, νέον βρέφος τικτόμενον, καὶ νεουργοῦντα ἅπασαν τὴν ἀνθρωπίνην ὄντως ὕπαρξιν.

Ignis intolerabilis in te habitavit, o Deipara, nec combussit uterum tuum; combussit tamen passiones nostras, atque erroris sylvam in cinerem redegit.

Ἐσκήνωσεν ἐν σοὶ τὸ πῦρ τὸ ἄστεκτον μὴ φλέξαν τὴν μήτραν σου, Θεοτόκε, καὶ κατέφλεξε τὰ πάθη ἡμῶν, καὶ τὴν ὕλην τῆς πλάνης ἀπετέφρωσε.

Ex te incarnatus Deus propter viscera misericordiæ suæ cum hominibus unitus est, ac maledictionem abolevit, o sola omni benedictione cumulata Domina.

B Ἐκ σοῦ σαρκωθεὶς δι' εὐσπλαγχνίαν τοῖς βροτοῖς ἥνωται, καὶ τὴν ἀρὰν ἔλυσε, μόνη πανευλόγητε Δέσποινα.

Ex castis sanguinibus tuis incarnatus est Creator, o Deipara, atque universos corruptos renovavit.

Ἐξ ἁγνῶν σου σεσάρκωται ὁ πλαστουργος αἱμάτων, Θεοτόκε, καὶ φθαρέντας πάντας ἐκαινοποίησεν.

Sine virili consortio concepisti, o Virgo, et post partum virgo ut ante fuisti; quare incessabilibus vocibus tibi, Domina, indubitata fide clamamus: Ave.

Ἀπειρογάμως ἐκύησας, ὦ Παρθένε, καὶ μετὰ τόκον ὥφθης παρθενεύουσα πάλιν· ὅθεν ἀσιγήτοις φωναῖς τὸ, Χαῖρε, σοὶ, Δέσποινα, πίστει ἀδιστάκτῳ κραυγάζομεν.

Incarnatum Filium nobis in duabus naturis peperisti, o casta, qui ex Patre natus est ante omnia sæcula sine corruptionis aut temporis legibus, quemadmodum ipse solus novit.

Σεσαρκωμένον ἡμῖν ἐν δύο φύσεσιν Υἱὸν τέτοκας, τὸν ἐκ Πατρὸς πρὸ πάντων αἰώνων, ἀγνὴ, γεννηθέντα ἀῤῥεύστως, ἀχρόνως, ὡς μόνος ἐπίσταται.

Sapientia Dei ædificavit sibi ipsi domum ex castis sanguinibus tuis, o Domina Deipara, eo modo, qui ipsi placuit.

C Σοφία τοῦ Θεοῦ ἑαυτῇ ᾠκοδόμησεν, ὦ Δέσποινα Θεοτόκε, ἐξ ἁγνῶν σου αἱμάτων τὸν οἶκον, ὡς εὐδόκησεν.

Qui voluntate sua cœlum extendit, te alium cœlum in terra effecit, o Domina Dei genitrix, et ex te illis qui in tenebris versabantur exortus est.

Οὐρανὸν ὁ τανύσας βουλήματι ἄλλον οὐρανὸν ἐπὶ γῆς σε ἀνέδειξεν, Θεογεννῆτορ Δέσποινα, καὶ ἐκ σοῦ τοῖς ἐν σκότει ἀνέτειλεν.

183 Tanquam imber salutaris, Verbum evacuatum est in utero tuo, qui nullis verbis digne laudari potest, o sanctissima Puella, et malitiæ torrentes divina potentia desiccavit.

Ὡς ὄμβρος ὁ σωτήριος Λόγος κεκένωται ἐν τῇ ἀφράστῳ σου μήτρᾳ, παναγία Κόρη, καὶ τῆς κακίας τοὺς χειμάῤῥους θείᾳ δυναστείᾳ ἐξήρανεν.

A primorum parentum maledictione per te liberati, o Dei gratia cumulatissima, te bonorum causam agnoscimus, quippe quæ rerum omnium causam, Verbum scilicet, supra mentis verbique conceptum peperisti; unde ad te, o inviolata, clamamus: Benedicta tu, quæ Deum in carne peperisti.

Ῥυσθέντες ἀρᾶς διὰ σοῦ προγονικῆς, Θεοχαρίτωτε, καλῶν αἰτίαν σε γινώσκομεν, ὡς τὸν παναίτιον τέξασαν Λόγον ὑπὲρ νοῦν τε καὶ λόγον· ὅθεν βοῶμέν σοι, ἄχραντε· Εὐλογημένη εἶ, Θεὸν σαρκὶ κυήσασα.

Conquassatam et collapsam animæ meæ domum restaura pœnitentiæ actibus, o Puella purissima ac benignissima, quæ universum genus hominum partu tuo restaurasti.

D Σεσαθρωμένον τὸν τῆς ψυχῆς μου οἶκον, πανάμωμε Κόρη, μετανοίας τρόποις, ὡς ἀγαθὴ, ἀνακαίνισον, ἅπασαν ἀνθρωπότητα τῷ τοκετῷ σου ἀνακαινίσασα.

Sacratissimi prophetæ Dei sacratissimis vocibus prædixerunt manifeste te futuram esse Matrem Dominatoris omnium, o casta atque inviolata. Unde te in omnia sæcula laudamus.

Ἱερωτάταις σε φωναῖς ἱερώτατοι Θεοῦ, ἁγνὴ, προφῆται ἐσομένην Μητέρα προανεφώνουν τρανῶς τοῦ πάντων δεσπόζοντος, ἄχραντε· ὅθεν σε ὑμνοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Te legis arca figurabat, o castissima, et urna quæ

Νόμου σε ἐτύπου κιβωτὸς, καὶ στάμνος φέρουσα

(83) Odo Cameracensis in Expositione Canonis dist. 3, postquam dixisset Christum vocari hostiam immaculatam, quia conceptus sine omni macula culpæ, addidit: « Ab immaculata ergo sumpta est hostia, ideo et ipsa immaculata; » quasi dixerit: Quoniam Filius Dei natus fuit de Virgine, decebat illam immaculatam fuisse sine peccato originali propter honorem divinæ Maternitatis. Vide Nierembergium in *Sacrosyllabo* pag. 287, et in Dissertationib. epistolicis pag. 301.

Digitized by Google

τὸ μάννα, πάναγνε, ἡ θεία τράπεζα αὐθίς τε καὶ λυχνία χρυσαυγάζουσα, εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν τὸ φῶς κυήσασαν, τὸ φωτίζον θεογνωσίᾳ τῆς γῆς τὰ πέρατα.

Φεῖσαί μου, Κύριε, φεῖσαι, ὅταν μέλλῃς με κρίνειν, καὶ μὴ καταδικάσῃς με εἰς πῦρ, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με· δυσωπεῖ σε Παρθένος ἡ σὲ κυοφορήσασα, Χριστέ, ἀποστόλων ὁ δῆμος, καὶ σὺν προφήταις μάρτυρες.

Φώτισον, ἁγνή, τὴν ψυχήν μου ἐσκοτισμένην ἁμαρτίᾳ, καὶ αἰωνιζούσης φλογός με καὶ σκότους ῥῦσαι τῇ μεσιτείᾳ σου, ἵνα τὴν σὴν γηθόμενος ἀνευφημῶ μεγαλειότητα.

A manna continebat, pariterque divina mensa, et lucerna auro coruscans; in revelationem gentium lumen enixa, quod divina scientia orbis terræ terminos illuminat.

Parce mihi, Domine, parce, quando veneris ad me judicandum, et ne me ad ignem condemnes, neque in ira tua arguas me. Precatur te Virgo, quæ te, Christe, in utero gestavit, et cœtus apostolorum, et martyres una cum prophetis.

Illumina, casta, animam meam peccatis obtenebratam, et libera me a flamma perenni, ac tenebris, intercessione tua, ut majestatem tuam lætabundus concelebrem.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν ὁσίαν μητέρα ἡμῶν Εὐφροσύνην, ἡμέρᾳ κε'.

184 *Ex Canone in festo S. matris nostræ Euphrosinæ, die 25.*

B

Ὅλος ἐπιθυμία, καὶ γλυκασμὸς καὶ ζωή, ὁ ἐκ σοῦ ἀνατείλας ὑπερβολῇ χρηστότητος, Παρθένε πανάμωμε, ὃν δυσώπει σῶσαί με τὸν ἀπαύστως σε μακαρίζοντα.

Παθῶν με τὸ χαλεπὸν χειμάζει, κλυδώνιον πονηρῶν πνευμάτων βυθὸς συνέχει με, ἡ τῆς ἁμαρτίας καταιγὶς δονεῖ μου τὴν καρδίαν, Θεοκυῆτορ, σύ με στήριξον τὸν εἰλικρινῶς σε δοξάζοντα.

Totus desiderabilis, totus dulcedo ac vita est ille, qui exortus est ex te propter excessum benignitatis, o Virgo intemeratissima; quem supplex deprecare ut salvet me qui te incessanter beatifico.

Gravissima passionum tempestas exagitat me: malignorum spirituum gurges profundus deprehendit me: peccati procella jactat cor meum: ὁ Dei Genitrix, tu me stabilem ac firmum redde, dum te sincere glorifico.

Εἰκτείρησον, οἰκτίρμον ὑπάρχουσα, τὴν παναθλίαν

O Dei Genitrix immaculatissima (84), cum sis

(84) Concilia et Patres, dum Mariam prædicant Dei Genitricem, vel Dei Matrem, addunt fere semper titulum *immaculatæ*. Ita sexta synodus generalis sub Agathone papa Constantinopoli celebrata, C actione v: Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum incarnatum esse de Spiritu sancto, ex immaculata Domina nostra Dei Genitrice. Ita concilium Tridentinum sess. vi, Can. 4: Declarat S. synodus non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem. Ita S. Jacobus in sua Liturgia, quæ habetur in Bibliotheca Veterum Patrum: Commemorantes sanctissimam immaculatam Dominam nostram Matrem Dei. Ita Origenes homil. I, Mater Dei immaculata. Et passim Patres, tum Græci, tum Latini, qui Dei Matrem non solum immaculatam, sed plane, et plene, prorsus, omnino immaculatam, seu immaculatissimam interdum appellant. Unde immunitatis ab originali peccato privilegium in B. Virgine ex divina maternitate, sic colligo: «Vox *immaculata*, (ut inquit auctor anonymus, in quodam libello supplici sacræ Congregationi Inquisitionis oblato) D exprimit sanctitatem per negativa, hoc est, per negationem cujuscunque maculæ, ideo videtur excludere maculam pro quocunque instanti. Ergo hæc vox *immaculata*, absque alio addito restringente, Deiparæ tributa, omnino fert, ut ipsa absolute et simpliciter atque adeo per totam vitam, et per consequens in primo instanti conceptionis, omni macula caruerit. Quemadmodum enim absolute virgo ea mulier minime diceretur, quæ, ut modo castissima esset, aliquando tamen a virginitatis flore excidisset; ita Dei Mater, vel Dei Genitrix, absolute et per antonomasiam immaculata dici non posset, quantumcunque postea nituerit, si aliquando originali labi obnoxia fuisset, cum vox *immaculata* negationem alicujus contractæ maculæ singillatim denotet. Quod si objicias infirmum ab hac voce *immaculata* pro Dei Matris immunitate ab originali desumi argumentum, cum in Scriptura sæpius dicantur immaculati, qui maculæ originali sunt obnoxii, vi Psalm. 36. *Novit Dominus dies immaculatorum;* et Psalm. 18. *Tum immaculatus ero, et emundabor a delicto maximo.* Et Psalm. 17. *Et ero immaculatus cum eo*, et alibi; respondeo cum Velasquez de *Maria concepta* libro iv, Dissert. 3, annot. unica, nomina et epitheta secundum personas, quibus dantur, accipienda, et aliter dici Christus immaculatus, ut ad Hebr. ix, *Semetipsum obtulit immaculatum Deo viventi;* et 1 Petr. i, *Sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi;* aliter B. Virgo immaculata, aliter homines immaculati. Ut enim Christus Dominus in divina persona subsistens, natura sua immaculatus est, ita B. Virgini eo modo immaculatam esse competit, ut Matrem Dei decet, ac proinde undique immaculatam, juxta propriam vocis significationem, per negationem cujuscunque maculæ pro quocunque instanti dici debere. Quod quidem ut hominibus non convenit, ita cum eos immaculatos dicimus, minime volumus significare, sed eam puritatem illis subesse, quæ humanæ naturæ peccato originali subditæ propria est. Ex quo mihi inferre posse videor ex conciliorum et Patrum mente Deiparam eo sensu immaculatam dici, quod tota pulchra et sine macula actuali vel originali sit, nec aliud omnium fidelium auribus tinnire, Dei Matrem esse immaculatam, quam ipsius conceptionem immaculatam fuisse. Nam ex eo quod Dei Matrem plenis buccis dicere possumus ut debemus immaculatam, plane deducitur, juxta doctoris anonymi doctrinam, eodem titulo honorandam esse ipsius Dei matris conceptionem. Nam auctore anonymo assertore in libello supplici citato, vox *immaculata* exprimit sanctitatem per negativa, hoc est, per negationem cujuscunque maculæ, ideoque excludit maculam pro quocunque instanti. Ergo si Dei Mater immaculata est, quæcunque macula illi neganda et pro quocunque instanti. Ergo macula originalis et pro primo instanti vitæ. Altoquin, si eo instanti maculato di i *immaculata* non debet Hæc enim vox (Anonymo judice) et quamcunque maculam, et pro quocunque instanti excludit. Unde contradictione, ut puto,

Digitized by Google

misericors, miserere animæ meæ infelicissimæ, quæ ob peccati passiones graviter denigrata est et infirmata.

Tanquam novum infantem peperisti, o inviolata, illum qui est ante sæcula, et sine tempore illuxit ex Patre qui caret principio. Eumdem pro mundo supplex exora, o Sponsa Dei.

Supra mentis captum peperisti eum qui caret tempore; supra sermonis conceptum peperisti Creatorem, o sanctissima, qui redimit ab omni corruptione eos, qui te Deiparam collaudant.

Corpore circumdatum Deum incorporeum peperisti, o purissima, qui redimit nos cum timore concinentes : Benedictus es, Deus.

Tota electa, tota speciosa apparuisti, o Virgo semper gloriosa, quam Deus sanctificavit et elegit : unde te laudamus in omnia sæcula.

Lumine vultus tui, o intellectualis porta lucis, illustra me jacentem in tenebris passionum : ne nox mortis comprehendat me, quæ irritas reddat spes salutis meæ, o casta et immaculata.

Α μου ψυχήν, Θεοκυῆτορ πανάμωμε, τὴν ἐκ παθῶν ἁμαρτίας δεινῶς ἀμαυρωθεῖσαν καὶ στένουσαν.

Νέον ἀπεκύησας ὡς βρέφος, ἄχραντε, τὸν πρὸ αἰώνων Πατρὸς ἀνάρχου ἀχρόνως ἐκλάμψαντα, ὃν ὑπὲρ τοῦ κόσμου δυσώπει, Θεονύμφευτε.

Ὑπὲρ νοῦν τὸν ἄχρονον, ὑπὲρ λόγον τὸν Δημιουργὸν, παναγία, τέτοκας, λυτρούμενον πάσης φθορᾶς τοὺς Θεοτόκον σε ὑμνοῦντας.

Σώματι περικείμενον Θεὸν τὸν ἀσώματον, πανάμωμε, τέτοκας ἡμᾶς ἐκλυτρούμενον, τοὺς φόβῳ μελῳδοῦντας· Ὁ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ὅλη ἐκλεκτὴ, ὡραϊσμένη ὅλη, Θεὸς ἣν ἡγίασε, ἣν Β ἐξελέξατο, ὤφθης, Παρθένε ἀεὶ δεδοξασμένη. Ὅθεν σε ὑμνοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φωτὶ τοῦ προσώπου σου τὸν ἐν σκότει κείμενον παθῶν καταύγασον, τοῦ ζωτὸς πύλη νοητή· μὴ νὺξ καταλάβῃ με τοῦ θανάτου, ἄχραντε ἁγνὴ, τῆς σωτηρίας μου τὰς ἐλπίδας ἀνακόπτουσα.

185 *Ex Canone in Translationem S. Joannis Evangelistæ, die 26.*

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν μετάστασιν τοῦ ἁγίου εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, ἡμέρᾳ κϛ'.

Tu, quæ Deum concepisti, qui propter nos homo factus est, eumdem deprecare, o casta, ut in die judicii misereatur nostri, qui multa peccata contra illum commisimus.

Cum Verbum ex te ineffabiliter incarnatum, o Deipara, in ligno crucis exaltatus penderet, discipulo virgini te puellam tanquam virginem commendavit.

Divinum Dei templum laudemus : sanctam Virginem omnes claris vocibus beatificemus, qui per illam deificati sumus, et a gravissimis malis liberati.

Cum juxta crucem Filii tui una cum dilecto discipulo stares, immaculatissima, lacrymas effundens gemebas, et admirabaris plurimam illius erga homines pietatem.

In similitudine carnis Deus cognitus est ab hominibus ex te, purissima; quem semper deprecare, o sanctissima, ut perniciosam carnis nostræ prudentiam interimat.

Benedicimus te, inviolatissima, quæ benedictum Dominum genuisti, qui divinis benedictionibus coronavit hominum naturam maledictam, et nos, qui ad corruptionis vetustatem redacti eramus, renovavit.

Jesum Salvatorem, quem corpore induisti ex castis sanguinibus tuis, o Deo charissima, depre-

Ἡ τὸν Θεὸν συλλαβοῦσα τὸν δι' ἡμᾶς γεγονότα ἄνθρωπον, τοῦτον αἴτησαι, ἁγνὴ, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἡμᾶς οἰκτειρῆσαι, τοὺς πολλὰ ἡμαρτηκότας αὐτῷ.

Ἡνίκα Λόγος ἐκ σοῦ σαρκωθεὶς ἀπορρήτως, Θεοτόκε, ἐν ξύλῳ ἀνυψοῦτο τοῦ σταυροῦ, παρθένῳ τῷ C μαθητῇ ὡς παρθένον κόρην σε παρέθετο.

Τὸ θεῖον τέμενος Θεοῦ ὑμνήσωμεν, τὴν ἁγίαν Παρθένον περιφανῶς πάντες μακαρίσωμεν, οἱ θεωθέντες δι' αὐτῆς καὶ δεινῶν ἀπολυτρούμενοι.

Ὅτε παρέστης σὺν μαθητῇ τῷ ἠγαπημένῳ ἐν σταυρῷ τοῦ σοῦ Υἱοῦ, παναμώμητε, ξστενες δακρύουσα, καὶ ἐθαύμαζες αὐτοῦ τὴν πρὸς ἀνθρώπους πολλὴν συμπάθειαν.

Σαρκὸς ὁμοιώματι ἐγνωρίσθη τοῖς βροτοῖς Θεὸς ἐκ σοῦ, πανάμωμε, ὃν ἐκδυσώπει πάντοτε τῆς σαρκὸς ἡμῶν τὰ φρονήματα, παναγία, νεκρῶσαι τὰ ὀλέθρια.

Εὐλογοῦμέν σε, πανάμωμε, κυήσασαν εὐλογημέ- D νον Κύριον, τὸν εὐλογίαις καταστέψαντα ταῖς θείαις ἐπάρατον φύσιν τῶν βροτῶν, καὶ καινουργήσαντα ἡμᾶς παλαιωθέντας φθορᾷ.

Ἰησοῦν τὸν Σωτῆρα, ὃν ἐσωμάτωσας ἐξ ἁγνῶν σου αἱμάτων, Θεοχαρίτωτε, αἴτησαι ἡμᾶς οἰκτει-

se implicaret, qui Dei Matrem immaculatam fateretur, et ejus conceptionem immaculatam negaret. Nam si Virgo immaculata est, necesse est in sua conceptione immaculatam esse cum ea vox omnem prorsus maculam excludat et pro quocunque instanti. Addit Antonius Calderon *pro titulo Immaculatæ*, cap. 5, n. 134, amplius requiri ut Dei Mater sit immaculata, quam ut sit immaculata ejus conceptio. Hæc enim peccati originalis carentia, et pro unico instanti contenta est, cum alterius maculæ capax non sit, neque amplius duret; at Dei Matri, ut sit immaculata, non satis sit originis labe caruisse, sed etiam actus, neque in aliquo duntaxat instanti, sed semper, ejusque puritas his veluti partibus absolvitur. Monstrumque esset integram Dei Matri munditiam titulo immaculatæ concedere, et partem, id est, munditiem conceptionis negare, cum totum sine parte subsistere non possit.

Digitized by Google

ρῆσαι τοὺς δούλους σου, καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως A carc, ut misereatur nostri, qui servi tui sumus, atque ab æterno supplicio liberet nos.
ἐξάραι.

Φωνὴν προσάξωμεν χαριστήριον τῇ τοῦ Θεοῦ Μητρὶ περιφανῶς, καὶ βοήσωμεν· Χαῖρε, θρόνε Θεοῦ ὑψηλότατε, χαῖρε, φωτὸς νεφέλη, χαῖρε, παράδεισε δι' ἧς παραδείσου τῆς τρυφῆς κατηξιώθημεν.

Voces in gratiarum actionem extollamus claras ac manifestas Dei Matri, et exclamemus : Ave, throne Dei altissime; ave, nubes lucis; ave, paradise (85); per quam paradiso deliciarum digni facti sumus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Καλλίστρατον, ἡμέρᾳ κζ'.

186 *Ex Canone in festo S. Callistrati martyris, die 27.*

Μόνη γυναικῶν κυοφορεῖς ὑπερφυῶς, πανάμωμε, πεῖραν μὴ γνοῦσα ἀνδρὸς, τὸν ἕνα τῆς Τριάδος· διό σε δοξάζομεν, καὶ τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα ὑπὲρ πᾶσαν αἰτίαν καὶ λόγον.

Sola inter mulieres, o immaculatissima, sine viri cognitione, supra naturæ rationem fers in utero unum Trinitatis : propterea glorificamus te, et illum qui natus est ex te super omnem causam et rationem.

Ἱκετηρίαν ποίησον ἐκτενῆ πρὸς τὸν σὸν Υἱὸν, Παρθένε, τοῦ σῶσαι ἡμᾶς προσδοκωμένων κινδύνων, B καὶ αἰωνιζούσης κολάσεως.

Impense supplica Filio tuo, o Virgo, ut nos a periculis quæ formidamus, et ab æterno supplicio salvos faciat.

Ῥυπωθεῖσαν τοῖς πάθεσι, Κόρη, τὴν καρδίαν μου, ἀποκάθαρον, καὶ δοχεῖον ἀποτέλεσον καθαρῶν ἐνθέων ἐπιλάμψεων.

Cor meum passionibus inquinatum, emunda, o Puella; et effice illud receptaculum purum divinarum illustrationum.

Ἀνατολὴ ἐδείχθης δικαιοσύνης ἡλίου, πανάμωμε, ὃν ἱκέτευε σῶσαι τοὺς εἰλικρινῶς σε δοξάζοντας.

Oriens facta es Solis justitiæ, o summe immaculata; quem precare pro salute eorum, qui te sincere glorificant.

Ἁγίασόν μου τὸν νοῦν καὶ φώτισον τὴν καρδίαν μου, ἁγία Μῆτερ Θεοῦ, καὶ τῶν συνεχόντων με δυσχερῶν ἀπάλλαξον, ἵνα σε δοξάζω, Θεοτόκε ἀειπάρθενε.

Sanctifica mentem meam, et cor meum illumina, Mater Dei sancta, et ab angustiis, quæ me coarctant deprehensum, libera me, ut glorificem te, Deipara semper Virgo.

Τὸν ἐκ σοῦ σαρκωθέντα ὑπὲρ νοῦν τε καὶ λόγον, Θεοχαρίτωτε, ἱκέτευε σωθῆναι τοὺς πόθῳ σε τιμῶντας, καὶ συμφώνως κραυγάζοντας· Ὁ τῶν πατέρων C ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Illum qui ex te, supra mentis sermonisque conceptum, incarnatus est, exora, o divina gratia cumulatissima, pro salute eorum qui te cum affectu honorant, et concordi voce proclamant : Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Ὡς ἀνωτέρα πάντων τῶν ποιημάτων, Θεοχαρίτωτε Κόρη, τὸν λογισμόν μου ἀνώτερον τῶν τοῦ πλάνου σκανδάλων, πανάμωμε, ποίησον.

Tanquam sublimior universis creaturis, o Puella Deo gratissima, atque ab omni macula immunis (86), effice mentem meam deceptoris scandalis sublimiorem.

Φωνῇ σοι τὴν τοῦ Γαβριὴλ γεγηθότι λογισμῷ ἀνακράζομεν· Χαῖρε, χαρὰ τῶν πιστῶν, χαῖρε, λυχνία χρυσῆ καὶ τράπεζα, ὄρος καὶ πύλη νοητὴ, χαῖρε,

Gabrielis voce, lætabunda mente ad te clamamus : Gaude, gaudium fidelium; gaude, lucerna ac mensa aurea : mons et porta intelligibilis; gaude, divinum

(85) R. P. Sebastianus de Novaes, Soc. Jesu theologus, in suo *Lilio inter spinas*, fol. 149, assimilans B. Virginem cum paradiso voluptatis, ait inter alia : « Plantaverat Deus paradisum voluptatis a principio » Genes II. Si a principio adeo sui paradisi voluptuosus Deus est, qui tu a principio originali labe invisum Deo fingis paradisum? Rimare quanto voluptuosior terrestri Marianus, in quo Deus posuit hominem, non illum quidem, quem formaverat, sed in quem semetipsum transformarat, habitu inventus ut homo. Terrestrem plantavit orientem versus, spinarum immunem, loco sublimem, irriguum fluvio. Expende singula de Mariano voluptatis paradiso, sic tuo facies volupe animo. Hunc Deus ad orientem posuit, ne vel aspectu perciperet, quem gratia despexerat, occasum. Removit spinas, ne Deum læderent, non jam deambulantem in paradiso ad auram post meridiem, sed vel primo mane virgineo quiescentem paradisi in utero. *Benedixisti, Domine, terram tuam*, inquit coronatus Vates. Spinas igitur et tribulos germinare non poterat, quæ terra a Deo benedici meruit. Signanter dictum, *terram tuam*, ne tu aliquando a Deo alienam diceres. Præexcelso in monte fundavit, ne originea diluvies, quæ cæteros montes, erravi, mortales dico, submersit, hunc etiam inundaret paradisum, sive, ut terræ sordibus immineret, qui cœlitum voluptati condebatur, a terra quidem tracturus radices, sed cœlo daturus poma. Tandem Deus hunc mirifice delectavit irriguo fluvio, qui cum unus « egrederetur D de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, inde dividebatur in quatuor capita : » ut scias omnem in Deiparam effundi gratiam, sed in reliquos mortales dividi. En paradisus, ubi edere de ligno vitæ mortalibus fas est, imo necessitas summa. Etenim, nisi ex illo te nutrias, morieris. Ilic iterum ille est paradisus, in quem animantium nulli concessus aditus : hic ille, in quo cœlestem Deus posuit Adamum, non ut operaretur, at ut quiesceret et custodiret illum. » Hactenus Novaes.

(86) Hoc S. Josephi de B. Virgine elogium sæpius repetitum, non solum astruit ejusdem B. Virginis immunitatem a macula peccati actualis, sed etiam a macula peccati originalis. Non enim limitatur ad maculam peccati actualis, tam mortalis quam venialis, sed extenditur ad maculam peccati in communi, quæ omne genus maculæ intra suum ambitum comprehendit : nec unquam vere et absolute poterit B. Virgo laudari ab omni macula immunis, si non sit immunis a macula originali.

Digitized by Google

Regis Christi velieulum; gaude maledictionis solutio, o omnibus benedictionibus cumulata.

A θεῖον ὄχημα τοῦ βασιλέως Χριστοῦ, χαῖρε, λύσις τῆς ἀρᾶς, παντευλόγητε.

187 *Ex Canone in S. Epicaream, die* 27.

Ecce naturæ leges innovantur in te, o ab omni labe immunis; Deum enim paris et hominem supra naturæ rationisque leges, quem cum amore adolescentulæ ferventer dilexerunt.

Permansisti post partum supernaturaliter virgo, o Deo charissima; atque amore tui vulnerata hæc virgo et martyr alacriter decertavit, et post te, o casta, adducta est Sponso suo una cum virginibus fidelibus choreas ducens.

Verbum Patris substantiale absque ulla sui mutatione ex te, o Virgo, incarnatum est, cujus amore succensa Epicharis cœlestibus thalamis digna facta B est.

Complecteris, o Deipara, sola divina gratia plenissima, maternis ulnis tuis, illum qui complectitur et continet universa.

Odorem suavissimum Filii ex te incarnati illustrissimæ puellæ percipientes, post te, o inviolata, eidem cum animi exsultatione adductæ sunt.

Naturæ novas leges indidisti, o Virgo, quando supra naturæ ordinem peperisti; Deus enim et homo fuit ille qui ex te modo ineffabili incarnatus est.

Virgo casta post partum venerabili stupore plenum permansisti, o inviolata: Deum enim Verbum peperisti, quem virgo Epicharis in medio iniquorum tyrannorum confitens, exclamabat: Benedictus Deus, etc.

Sacratissimis vocibus sacratissimi prophetæ futuram te Dei Matrem manifeste prænuntiaverunt, o casta et inviolata: quem omnibus dominantem superexaltamus in omnia sæcula.

Duplici prædituni natura, unicam vero gerentem personam sine dubio Christum genuisti; compositum, per concurrentiam divinitatis cum humanitate, physica prorsus ac vera unione. Unde universi te benedicimus, o Maria sponsa Dei.

Σαρκὶ ἐπιδημῆσαι θελήσας ὁ διακοσμήσας πάντα Λόγος ἐν σοὶ κατεσκήνωσε, μόνην ἁγιωτέραν πάντων εὑράμενος, καὶ Θεοτόκον ἔδειξεν ἐπ' ἀληθείας, Μητροπάρθενε.

Cum Verbum, quod universa condidit et exornavit, ad carnem accedere voluisset, in te habitavit, quam solam omnibus sanctiorem invenit, et Deiparam te effecit revera, Mater et Virgo.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Γρηγόριον τὸν Δεκαπολίτην, ἡμέρᾳ κ'.

223 *Ex Canone in festo S. Gregorii Decapolitæ, die 20.*

Ἡ ἀπὸ γῆς πρὸς οὐρανὸν διήκουσα κλίμαξ οὐράνιος, δι' ἧς Θεοῦ Λόγος τοῖς βροτοῖς ὡμίλησε, εὐλογημένη πάναγνε, ἀνερμήνευτον θαῦμα, ἀκατάληπτον ὅραμα, σῶζε τοὺς εἰς σὲ καταφεύγοντας.

O scala cœlestis, quæ a terra ad cœlum pertingis, per quam Deus Verbum cum hominibus conversatus est, benedicta Virgo castissima, miraculum inexplicabile, spectaculum inintelligibile, salva confugientes ad te.

Χαῖρε, μόνη τεκοῦσα τὸν τοῦ παντὸς Κύριον· χαῖρε, τὴν ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις ἡ προξενήσασα· χαῖρε, κατάσκιον καὶ ἀλατόμητον ὄρος, τῶν πιστῶν τὸ στήριγμα· χαῖρε, πανάμωμε.

Ave, o tu quæ sola universi Dominum peperisti: salve, quæ vitam hominibus conciliasti: salve, mons umbrose, et a lapicidæ manu intacte: salve, fidelium fulcimentum, o ab omni labe immunis.

Μῆτερ Θεοῦ, εὐλογημένη, πανάμωμε, τῆς ψυχῆς μου τραύματα θεράπευσον, τὰς ἡδονὰς σβέσον τῆς σαρκὸς, τὴν ἐσκοτισμένην καρδίαν μου φωταγώγησον, εἰρήνευσον τὸν νοῦν μου καὶ παντοίας ἐκ βλάβης, καὶ ἐχθρῶν ἐπηρείας με λύτρωσαι.

O Mater Dei, benedicta, tota immaculata, medere vulneribus animæ meæ; carnis libidines exstingue: obtenebratum cor meum illumina: mentem meam pacifica, et ab omni malorum atque hostium infestatione eripe me.

Προστασία τοῦ κόσμου, Μῆτερ Ἀειπάρθενε, σὺ με κυβέρνησον, καὶ ὁδήγησόν με εἰς εὐθεῖαν ὁδὸν, καὶ κατεύθυνον πρὸς δικαιοσύνης τρίβους ὀρθὰς τὸν λογισμόν μου, καὶ ψυχῆς τὰς πορείας εὐθύνουσα.

O mundi præsidium, Mater semper virgo, tu me guberna, et deduc me in viam rectam, et ad rectas justitiæ semitas dirige mentem meam atque animæ meæ itinera, o immaculatissima.

Μαρία τὸ καθαρὸν βασιλέως παλάτιον, γενόμενόν με λῃστῶν ἀκάθαρτον σπήλαιον εὐχαῖς σου καθάρασα, τοῦ ἐκ σοῦ τεχθέντος ναὸν ἅγιον ἀνάδειξον.

O Maria purissimum regis palatium, me, impurorum latronum speluncam effectum, precibus tuis emunda, et Filii tui templum sanctum me constitue.

Νεκρὸν χρηματίσαντα τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ἀπολλύμενον, τὴν ζωὴν ἡ τεκοῦσα, ἀγνὴ Παρθένε, ζώωσον καὶ σῶσόν με, καὶ τῆς γεέννης ἐξάρπασον ψάλλοντα· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Me, ob peccatum mortuum ac perditum, tu, o casta Virgo, quæ Vitam peperisti, vivifica, et salvum me fac, et a gehenna eripe me psallentem: Benedictus Deus, etc.

Ἡ τὸν κριτὴν καὶ Κύριον ὑπὲρ λόγον κυήσασα, τοῦτον, ὡς Υἱόν σου, παναγία, αἴτησαι ἐν ὥρᾳ τῆς κρίσεως, τῆς καταδίκης, καὶ τοῦ πυρὸς, σκότους ἀφεγγοῦς, καὶ τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων λυτρώσασθαι τοὺς πίστει εὐσεβῶς μελῳδοῦντας λαούς· Ὑπερυψοῦτε εἰς τοὺς αἰῶνας...

Tu quæ judicem ac Dominum genuisti ineffabiliter, eumdem tanquam Filium tuum, o sanctissima, precare, ut in hora judicii, a damnatione, ab igne, a tenebris obscurissimis, et a dentium stridore liberentur ii qui cum fide ac pietate concinunt: O populi, superexaltate, etc.

Φωνήν σοι τοῦ Γαβριὴλ οἱ πιστοὶ περιχαρῶς προσφθεγγόμεθα· Χαῖρε, παράδεισε, ζωῆς τὸ ξύλον ἀναβλαστήσασα· χαῖρε, ἡ λύσις τῆς ἀρᾶς, μαρτύρων

Voce Gabrielis nos fideles, ad te cum gaudio clamantes, salutamus: Salve, paradise, quæ lignum vitæ protulisti (95): salve, maledictionis

gratiam videlicet, extenuat, non tamen corrumpit: per quam charitatis fervor intepescit quidem, sed non exstinguitur: quæ valetudinem imminuit animis, sed mortem non consciscit: quæ Dei erga nos amorem præfervidum fortasse etiam defervere facit, odium vero minime lacessit aut provocat. Contra vero originalis culpæ labes animi pulchritudinem corrumpit, charitatem excludit, mortem affert, et Dei Opt. Max. odium homini accersit. Immunditiam legalem, illam scilicet, quam feminæ propter sordes, quibus ex partu imbuebantur, contrahere solebant, a nitidissimo Matris suæ speculo Deus abesse voluit, ut docet Cyprianus in serm. de Nativit., Augustinus de v Hæresibus, Epiphanius in Compendio Doct., Nazianzenus orat. 40 et alii.

Si ergo Deus hujus speculi munditiem et candorem per umbratilem legalis immunditiæ maculam non parum lædi aut violari putavit, ac propterea immunditiam istam ab illo prohibuit, quonam modo peccati originalis teterrimas sordes et squalorem illi aspergi et adhærere permisit? Vide quæ de hoc speculo dixi in Vindicatione sacri ordinis Prædicator. libro 1, parte 1, argumento 8, super illa verba S. Thomæ, Fecit summus Artifex speculum unum etc.

(95) De hoc paradiso loquens inter alios vir pietate et doctrina inclytus Pater Ildephonsius Giron, ord. Prædicatorum, in suo *Promptuario concionum*, concione 2, de conceptione B. Virginis ait: « Custodivit quoque Filius Dei paradisum suum,

Digitized by Google

dissolutio, martyrum corona, **224** confessorum gloria, atque hominum piorum firmamentum.

A στεφάνωμα, ὁσίων καύχημα καὶ ἀνθρώπων εὐσεβῶν τὸ κραταίωμα.

Ex Canone in festo S. Philemonis apostoli et sociorum, die 22.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Φιλήμονα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἡμέρᾳ κβ'.

Divinus olim prophetarum catalogus multiformibus symbolis te vere a longe prædescripserunt solam parituram esse Dominum.

Σὲ προφητῶν πάλαι ὁ θεῖος κατάλογος πολυειδέσιν, ἄχραντε, συμβόλοις πόρρωθεν προεκήρυξεν ὄντως, τὴν μόνην τὸν Δεσπότην ἀποκυήσασαν.

Cum apparuisses pura, ac tota immaculata, o Virgo, suscepisti in visceribus tuis Deum Verbum, qui naturam nostram peccatorum excessibus inquinatam purificavit.

Φανεῖσα καθαρὰ καὶ πανακήρατος ἐδέξω ἐν μήτρᾳ τὸν Λόγον Θεὸν, τὸν καθάραντα τὴν φύσιν ἡμῶν ῥυπωθεῖσαν, Παρθένε, ἀτοπήμασιν.

Laudo te, vere omni laude dignissima, quæ Deum Verbum omni laude superiorem supra naturæ modum peperisti : et precor te, ut infelicis animæ meæ morbos cures, quippe quæ benigna es, o sponsa Dei.

Ὑμνῶ σε ἀληθῶς, πανύμνητε, ὑπερύμνητον Θεὸν Λόγον ὑπερφυῶς τέξασαν, καὶ δέομαι τῆς ταπεινῆς μου ψυχῆς θεραπεῦσαι τὰ νοσήματα, ὡς ἀγαθὴ ὑπάρχουσα, Θεόνυμφε. B

O Domina, salva nos gravissima tentationum tempestate jactatos, et Barbarorum immitissimorum incursibus, et crudelibus dæmonum invasionibus afflictos.

Δέσποινα, σῶσον ἡμᾶς χειμαζομένους χαλεπῷ κλύδωνι τῶν πειρασμῶν, καὶ τῶν ἀνημέρων Βαρβάρων ἐκδρομαῖς, καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων δειναῖς ἐπιθέσεσιν.

Corporatum est Verbum in ventre tuo : et propter suam misericordiam agnosci voluit homo, ut hominem efficeret Deum, o puella ab omni nævo immunis (96).

Σωματοῦται ὁ Λόγος ἐν μήτρᾳ σου, καὶ δι' εὐσπλαγχνίαν γνωρίζεται ἄνθρωπος, ἵνα Θεὸν τὸν ἄνθρωπον ἀπεργάσηται, Κόρη πανάμωμε.

Fortitudo humilium, et lucerna lucida, et mensa divina : mons, et porta impervia : thronus Dei, et palatium : virga Aaron, et urna auro fulgida facta es, o Virgo, quæ Christum, vitæ manna, portavit.

Ἰσχὺς ταπεινῶν, καὶ λυχνία φωτεινὴ, καὶ θεία τράπεζα, ὄρος καὶ πύλη ἀδιόδευτος, θρόνος Θεοῦ καὶ παλάτιον, ῥάβδος Ἀαρών τε καὶ στάμνος χρυσαυγίζουσα πέφυκας, Χριστὸν τὸν μάννα τῆς ζωῆς, Παρθένε, φέρουσα.

Novus paradisus vere nobis venter tuus apparuit, C o casta Deipara, in quo germinavit vitæ lignum, per quod illi qui fructu ligni gustato mortui erant, iterum vivificati ad paradisum reducuntur.

Νέος παράδεισος ἡμῖν ἡ γαστήρ σου ἀληθῶς, ἁγνὴ, ὡράθη, ζωῆς ξύλον βλαστάνουσα, καὶ τοὺς θανέντας καρπῷ τοῦ ξύλου πάλιν πρὸς παράδεισον ζωοποιηθέντας εἰσάγον, Θεοτόκε.

Fers ferentem omnia, et nutrientem nutris, o immaculatissima : nec partus tui rationem mente assequi potes. Superat omnem mentem miraculum tuum, quod angelos **225** atque homines stupore percellit, dum vident te solam Virginem Matrem Dei.

Φέρεις τὸν φέροντα πάντα, καὶ τὸν τρέφοντα τρέφεις, τὸν τρόπον τῆς λοχείας οὐδαμῶς ἐπισταμένη, πανάμωμε· ὑπὲρ νοῦν τὸ σοῦ θαῦμα ἀγγέλους καταπλῆττον καὶ βροτοὺς τοὺς εἰδότας σε μόνην Παρθένον Θεομήτορα.

Ex canone in festo S. Patris nostri Gregorii Acragantini [Agrigentini], die 23.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον Πατέρα ἡμῶν Γρηγόριον τὸν Ἀκραγαντῖνον, ἡμέρᾳ κγ'.

Te vere ac proprie Deiparam confiteor; Dominum enim inexplicabili modo peperisti, o Deipara inviolata, qui in duabus substantiis ac voluntatibus intelligitur. D

Θεοτόκον σε ἀληθῶς ὁμολογῶ· τέτοκας γὰρ Κύριον ἀνερμηνεύτως ἐν δυσὶν οὐσίαις, ἄχραντε Παρθένε, καὶ θελήσεσι κατανοούμενον.

Verba diviniloquorum præconum completa sunt :

Ῥῆσις κηρύκων θεηγόρων ἀνεπληρώθη· ἰδοὺ γὰρ

dum domum virginalem deliciarum suarum servavit ab omni culpa. Neque in hunc paradisum invenire potuit ingressum callidus serpens; fuit enim conclusus hortus, imo ipsa Virgo contrivit caput serpentis. » Sic ille. Et P. J. Eusebius Nieremberg. in suis Exceptionib. cap. 13, cum retulisset a S. Athanasio in homilia in Occursum Domini B. Virginem paradisum divina plantatum manu fuisse appellatam, subdit : « B. Virgo dicitur paradisus plantatus manu Domini, quoniam in plantatione suæ creationis, sola manus Dei, et gratia ejus locum habuit, non autem vestigium diaboli et ejusdem servitus. »

Quid enim fuerit affirmare Deiparam ab omni nævo fuisse immunem, quam omnem prorsus ab ipsa peccati, sive actualis, sive originalis nævum propulsare? Consonat S. Sabbas in Menæis Græcorum, die 3 Januarii, ode 3, dum Deiparam alloquens ait :

Nemo, ut tu, Domina, inculpatus est æque,
Nec præter te incontaminatus quisquam, o nævo nulli [subjecta.

Et ibidem, die 1 Januarii, Ode 9,

Tu, quæ ab omni es nævo intacta.

(96) Quid hac exclamatione opportunius pro immaculata B. Virginis conceptione astruenda? Vide Velasquez *De Maria immaculate concepta* libr. IV, dissert. 5, annot. 1.

Digitized by Google

ἐτεκεν ἡ Παρθένος νέον βρέφος τοῦ Ἀδὰμ παλαιότερον, καὶ σύνθρονον τοῦ Γεννήτορος.

Γένος βροτῶν σέσωσται τῇ ὑπὲρ νοῦν σου κυοφορίᾳ, καὶ οἱ ἐν σκότει φθορᾶς, παναγία Δέσποινα, εἶδον τὸ φῶς τὸ ἐκλάμψαν ἐκ γαστρός σου, τῆς αἰτίας τῆς ἡμῶν, Κόρη, ἀναπλάσεως.

Ὁ κόλπους τοῦ Πατρὸς μὴ κενώσας ἐν τῷ σαρκοῦσθαι, πανάμωμε, σοῦ ἐν τοῖς κόλποις ὁρᾶται, κρατούμενος ὡς βρέφος, ὃν ἐξιλέωσαι τοῖς εὐσεβῶς σε τιμῶσιν, Παρθένε Θεόνυμφε.

Νοῦς ἐννοῆσαι τὸ μέγα ἀπορεῖ τοῦ σοῦ τόκου μυστήριον· Θεὸν γὰρ ἐκύησας ἄνθρωπον γενόμενον, Ἀειπάρθενε, τὸν ἀπερινόητον.

Μητροπρεπῶς τὸν πάντων ἀπεκύησας Κτίστην, καὶ ἐν χερσὶν ἐβάστασας, χερουβικὸς ὡς θρόνος, τὸν συνοχέα τοῦ παντὸς, ἀπειρόγαμε.

Ὁ παράδοξος τόκος σου τὰς διανοίας ἡμῶν καταπλήττει, μόνη εὐλογημένη. Θεὸς γὰρ ἐκ σοῦ σάρκα προ[σ]έλαβεν, ὅπερ ἦν διαμείνας, Θεοτόκε, ἄτρεπτος τῇ φύσει ὃν ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φῶς ἡ τεκοῦσα ἄχρονον, τὸ ἐκλάμψαν ἐκ Πατρὸς, φώτισόν μου, Κόρη, τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν νοῦν, μακρὰν ἀπ' ἐμοῦ ἐκδιώκουσα τὸ σκότος τῶν παθῶν, ἵνα σε μακαρίζω, τὴν ἀειμακάριστον τῶν πιστῶν ἐλπίδα.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Κλήμεντα Ῥώμης, ἡμέρᾳ κδ'.

Ἁγίασον, Δέσποινα, τὴν ταπεινήν μου διάνοιαν, ἡ τὸν ὑπερούσιον Λόγον κυήσασα, καὶ ὑπάρχουσα πασῶν ἁγιωτέρα τῶν ἄνω δυνάμεων, θεοχαρίτωτε.

Κυριοτόκε, ἡ Θεὸν ἀπορρήτως κυήσασα τὸν Σωτῆρα τοῦ παντὸς, αὐτὸν δυσώπει σωθῆναί με πάθεσιν ἑκάστοτε περιαντλούμενον.

Ἀναπλάττεις συντριβεῖσαν καὶ φθορᾷ ὑποκύψασαν τὴν βροτείαν φύσιν, ἄχραντε, Θεὸν σωματώσασα, καὶ ὑπὲρ φύσιν τεκοῦσα, ἀπειρόγαμε· ᾧ κραυγάζομεν· Δόξα, Χριστὲ, τῇ δυνάμει σου.

Τὴν ἁγνὴν ἁγνεύοντι τιμήσωμεν νοΐ, καλλονὴν τοῦ Ἰακὼβ ταῖς ἐνθέοις πράξεσι καλλυνόμενοι, εὐσεβῶς ὑμνήσωμεν ὡς Μητέρα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Μεμύηται Ἡσαΐας τὸ βάθος τοῦ τόκου σου, καὶ παρθένον ἐν γαστρί σου ἐκήρυξεν ἔχουσαν τὸν δι' εὐσπλαγχνίαν σαρκωθέντα ἐκ σοῦ, ἀπειρόγαμε.

Ὁ τοῖς πᾶσι παρεχόμενος βουλήματι τὸ εἶναι, πάναγνε, ἐκ σοῦ ἀρχὴν χρονικὴν λαμβάνει καὶ τίκτεται, λύων τὰ χρόνια παραπτώματα τῆς συμπτωθείσης, ἄχραντε, τῶν βροτῶν ῥευστῆς οὐσίας.

Ὦ φρικτοῦ καὶ ἀῤῥήτου θεάματος! ἐν γαστρὶ κατοικεῖ ὁ ἀχώρητος, καὶ σὰρξ ἀτρέπτως γίνεται, καὶ θεοῖ με δι' οἶκτον, καὶ τὴν τεκοῦσαν μετὰ τόκον φυλάττει ἀγνεύουσαν.

A ecce enim Virgo peperit infantem novum, qui Adamo est antiquior, et æqualis considet Patri.

Genus hominum salvatum est per partum tuum, qui superat omnem cogitationem, et ii qui in tenebris corruptionis versabantur, viderunt lumen quod coruscavit ex utero tuo, o Domina sanctissima puella, causa reparationis nostræ.

Is qui Paternum sinum non reliquerat vacuum in sua incarnatione, in sinu tuo visus est, o purissima, arctatus tanquam infans, quem propitium redde iis, qui te religiose honorant, o Virgo Dei sponsa.

Hæsitat mens recogitans magnum partus tui mysterium, o Virgo : Deum enim peperisti hominem factum, quem nulla mens cogitatione assequi B potest.

Omnium Creatorem peperisti, ut Matrem talem decebat; et velut thronus cherubicus, portasti eum qui continet ac portat universum, o innupta.

Admirandus partus tuus, o sola benedicta, mentes nostras stupore percellit : Deus enim ex te carnem suscepit, o Deipara, permanens id quod erat, immutabilis natura : quem superexaltamus in omnia sæcula.

O puella quæ lucem æternam ex Patre coruscantem peperisti, illumina animam ac mentem meam, o Virgo, **226** longe repellens a me tenebras passionum, ut beatificem te, semper beatissimam spem fidelium.

Ex canone in festo S. Clementis Romani, die 24.

C

Sanctifica, Domina, miseram mentem meam, quæ supersubstantiale Verbum genuisti, et universis supernis potestatibus sanctior es, o Deo charissima.

O Dominipara, quæ Deum ineffabiliter genuisti, universi Salvatorem, eumdem deprecare ut salvet me assidue passionibus circumdatum.

Restaurasti humanam naturam contritam et corruptioni subjectam, o inviolata atque innupta, dum Deum corporasti, ac supra naturæ modum peperisti : ad quem clamamus : Gloria, Christe, potentiæ tuæ.

Castam casta mente honoremus : pulchritudinem D Jacob divinis actionibus decorantes religiose laudemus, tanquam Dei nostri Matrem.

Initiatus est Isaias profundis mysteriis partus tui, et prædicavit te virginem, quæ in utero habitura eras eum qui propter suam misericordiam ex te incarnatus est, o nescia viri.

Ille qui omnibus decreto suo præbet esse, ex te, o tota casta atque inviolata, principium temporale suscepit ac natus est, expians delicta naturæ hominum fluxæ, quæ corruerat.

O spectaculum formidandum atque ineffabile! In ventre habitat is, quem nihil capere potest, et sine ulla mutatione fit caro; meque sua deificat misericordia; et Genitricem suam post partum castam conservat.

Digitized by Google

Fers in ulnis Deum, o sanctissima, tanquam A thronus igneus inviolatus, qui humanam suscepit naturam, et **227** unione ineffabili ob immensam misericordiam suam eidem copulatus est; quamobrem omnes te magnificamus.

Φέρεις ἐν ἀγκάλαις τὸν Θεὸν, ὡς πύρινος. παναγία, θρόνος ἄχραντος, φύσιν βροτείαν εἰληφότα, καὶ ταύτης συμπλακέντα καθ' ἕνωσιν ἀπόῤῥητον, δι' οἰκτον ἀμέτρητον· ὅθεν σε πάντες μεγαλύνομεν.

Ex canone in festo S. Mercurii martyris, die 25.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Μερκούριον, ἡμέρᾳ κε'.

E virgine puella incarnatus visus est, qui propter nos homo similis nobis factus est, et Mercurium suarum passionum testem, athletam suum effecit, eenixe sibi concinentem : Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est.

Κόρης παρθένου ὡράθη σαρκούμενος ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γενόμενος, καὶ μάρτυρα πιστὸν παθῶν οἰκείων δείκνυσι Μερκούριον γενόμενον, αὐτοῦ τὸν ἀθλητὴν, αὐτῷ συντόμως ψάλλοντα· Τῷ Κυρίῳ ᾄσωμεν· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.

Ut conceptionem tuam, quæ omnem mentem excedit, rubus præfiguraret, o casta, apparuit ardens in igne, nec tamen comburebatur.

Ἵνα προτυπώσῃ σου τὴν ὑπὲρ νοῦν, ἁγνὴ, κύησιν, βάτος πυρὶ ὤφθη καιομένη, οὐδαμῶς φλεγομένη.

In te salutiferum Verbum descendit, o Virgo perennis, tanquam imber, qui infidelitatis pluvias exsiccavit. B

Ἐπὶ σὲ ὁ σωτήριος Λόγος καταβέβηκεν, Ἀειπάρθενε, ὥσπερ ὄμβρος, καὶ ἐξήρανε τῆς πολυθεΐας τὰ ὀμβρήματα.

Interime, o Virgo, vivum peccatum meum, tu quæ vitam peperisti, quæ morti tradidit mortem.

Θανάτωσον, Παρθένε, τὴν ζῶσάν μου ἁμαρτίαν, ζωὴν ἡ κυήσασα τὴν θανατώσασαν θάνατον.

Concepisti, o puella, per vocem angeli, magni consilii Angelum, et ex tuis sanctissimis sanguinibus incarnatum peperisti, o purissima, illum qui vitæ aditus universis ostendit propter ineffabilem misericordiam suam.

Συνέλαβες τῇ φωνῇ τοῦ ἀγγέλου τὸν βουλῆς μεγάλης Ἄγγελον, Κόρη, καὶ ἐκ τῶν σῶν παναγίων αἱμάτων σεσαρκωμένον, πανάμωμε, τέτοκας τὸν δείξαντα πᾶσι ζωῆς τὰς εἰσόδους δι' ἄφατον ἔλεος.

Angelorum ordines stupore percellit mysterii tui profunditas, o Deipara : Deus enim ex te incarnatus apparuit, cui concinimus : Benedictus es, Domine Deus.

Τάξεις ἀγγέλων καταπλήττει μυστηρίου σου τὸ βάθος, Θεοτόκε· ὁ Θεὸς γὰρ ἐκ σοῦ σαρκούμενος ὠράθη, ᾧ μελῳδοῦμεν· Κύριε ὁ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Nos omnes fideles te tanquam reparationis nostræ causam laudamus, o inviolata : Deum enim omnium rerum causam supra causam peperisti, qui imaginem suam malitia contritam, propria misericordia redintegravit, o sola superbenedicta et gratia plena. C

Ὡς τῆς ἡμῶν ὑπάρχουσα ἀναπλάσεως, ἄχραντε, ἅπαντες αἰτίαν οἱ πιστοὶ ὑμνοῦμέν σε. Θεὸν γὰρ παναίτιον ὑπὲρ αἰτίαν τέτοκας, τὸν τὴν συντριβεῖσαν ἐν κακίᾳ εἰκόνα οἰκείᾳ εὐσπλαγχνίᾳ ἀναπλάσαντα, μόνη ὑπερευλογημένη καὶ κεχαριτωμένη.

Illumina, o porta lucis, animam meam passionum caligine excæcatam, pravisque cogitationibus obscuratam, atque in discrimine positam, et a tentationibus, periculis **228** ac tribulationibus erue me, ut glorificem te spem roburque fidelium.

Φώτισον, πύλη τοῦ φωτὸς, τὴν τυφλώττουσαν ψυχήν μου τοῖς πάθεσι, καὶ πονηροῖς λογισμοῖς ἀμαυρωθεῖσαν καὶ κινδυνεύουσαν, καὶ ἐξελοῦ με πειρασμῶν, κινδύνων καὶ θλίψεων, ἵνα δοξάζω σε, τὴν ἐλπίδα τῶν πιστῶν καὶ κραταίωμα.

Ex canone in festo S. P. N. Alypii Cionitæ, die 26.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Ἀλύπιον τὸν Κιονίτην, ἡμέρᾳ κς'.

Verba venerandi prophetæ finem habuere. Ecce enim Virgo Deum in carne peperit, qui homines delictis ac peccatis ante contritos redintegravit. D

Ῥῆσις σεπτοῦ προφήτου πέρας ἐδέξατο· ἰδοὺ γὰρ ἡ Παρθένος σαρκὶ Θεὸν ἐκύησε βροτοὺς ἀναπλάττοντα, συντριβέντας πρότερον ἁμαρτίαις καὶ πλημμελήμασιν.

O Virgo, mundum Verbi palatium, fac animam meam domum Spiritus sancti : fonte aquæ, quæ est principium vitæ, pota me, peccati calore inflammatum, ut pro debito te glorificem.

Παρθένε, τὸ καθαρὸν τοῦ Λόγου παλάτιον, τὴν ψυχήν μου δεῖξον οἶκον τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὕδατος πηγῆς ζωαρχικῆς πότισόν με τῇ καύσει τῆς ἁμαρτίας φλογιζόμενον, ὅπως καταχρέως δοξάζω σε.

Medere, Domina, passionibus animæ meæ, mentemque et cor meum illumina, tu quæ lucis datorem peperisti, Christum Dominum omni bonitate superiorem.

Τὰ πάθη τῆς ψυχῆς μου θεράπευσον, καὶ φωταγώγησον τὸν νοῦν καὶ τὴν καρδίαν μου, Δέσποινα, ἡ φωτοδότην τεκοῦσα Χριστὸν τὸν ὑπεράγαθον Κύριον.

O puella sancta, Deum sanctum peperisti, ex sua misericordia hominem factum, qui sanctificat omnes ipsum cum fide ac timore sanctificantes.

Ἅγιον ἐκύησας Θεὸν γενόμενον βροτὸν δι' οἶκτον, ἁγία Κόρη, τὸν καθαγιάζοντα τοὺς αὐτὸν ἐν πίστει καὶ φόβῳ ἁγιάζοντας.

Nos, qui in tribulatione versamur, fortem con-

Ἰσχυρὰν παράκλησιν οἱ ἐν θλίψει ἔχομεν, ἁγνὴ,

Digitized by Google

καὶ βεβαίαν πάντες σε ἀντίληψιν, Μῆτερ Θεοῦ, κινδύνων σῶζε τοὺς δούλους σου.

Ὁ ἀπεριόριστος σάρκα ἀνελάβετο ἔννους τε καὶ ἔμψυχον ἐκ σοῦ, Ἀειπάρθενε, τοῦ σῶσαι τοὺς βοῶντας· Ὁ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Σοῦ ὁ τοκετὸς τὴν τικτομένην βλάβην κακίᾳ τοῦ ὄφεως νῦν ἀπεστείρωσε, μόνη κατάρας ἀναίρεσις, Παρθένε· ὅθεν σε τιμῶμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φωτισμόν μοι δώρησαι τῷ ἐν σκότει ὄντι τῶν παθῶν, καὶ ῥῦσαί με πονηρῶν ἔργων, καὶ φλογὸς ἐναποκειμένης μοι τῷ ἀθλίῳ καὶ ἁμαρτωλῷ, ἄχραντε Δέσποινα, προστασία τῶν ὑμνούντων σε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Στέφανον τὸν νέον, ἡμέρᾳ κη'.

Τὴν ἀδιόδευτον πύλην, τὸ καθαρὸν τῆς ἁγνείας τέμενος, τὴν καλὴν ἐν γυναιξὶ, τὴν ἁγίαν Δέσποιναν φωναῖς ἱεραῖς ὁ ἱερὸς λαὸς δοξάσωμεν.

Ἐκ σοῦ τῆς μόνης καθαρᾶς ὁ ὑπέρθεος Λόγος ἐσαρκώθη, ὡς οἶδε, καὶ διέσωσεν ἡμᾶς, τοὺς προσκυνοῦντας αὐτοῦ τὴν δι' οἶκτον θείαν συγκατάβασιν.

Ἐν σοὶ, πανάμωμε, τῆς σωτηρίας μου τὰς ἐλπίδας ἐθέμην, ἐπὶ τὴν σὴν σκέπην κατέφευγα· γενοῦ μοι, Κόρη, βοηθὸς, τῶν δεινῶν ἐξαιρουμένη με.

Ὑπεραγία, ἡ τὸν Θεὸν μόνη ἐπὶ γῆς ὡς ἀληθῶς τὸν ὑπεράγιον τέξασα, τοὺς σε Θεοτόκον ἀεὶ κηρύττοντας ἁγίασον καὶ σῶσον τῇ μεσιτείᾳ σου.

Τὴν μόνην πανύμνητον, τὴν καλὴν ἐν γυναιξὶ, τὴν τοῦ Θεοῦ λοχεύτριαν, Χριστιανῶν τὸ τεῖχος τὸ ἀῤῥαγὲς, τὴν ἄχραντον Δέσποιναν ἀδικάστῳ καρδίᾳ μακαρίσωμεν.

Ἱερώτατοι προφῆται προεδήλωσαν, ἁγνὴ, ἐκφαντικώτατα τὸ μυστήριον τῆς σεπτῆς λοχείας σου, καὶ νῦν ἡμεῖς τὰς ἐκβάσεις τηλαυγῶς κατανοοῦντες εὐσεβῶς σε μακαρίζομεν.

Ῥαντισμῷ θείου λύτρου, θεοχαρίτωτε, ἐκ πλευρᾶς κενωθέντος τοῦ σοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ, τὸν ἐκ πονηρᾶς ἁμαρτίας προσόντα μοι ῥύπον, δυσωπῶ σε, ἀπόπλυνον, Παρθένε.

Φωτὸς δοχεῖον, θεοχαρίτωτε, τῶν ἱερῶν μαρτύρων ἀληθῶς τὸ κραταίωμα, τῶν ὁσίων ἁπάντων τὸ καύχημα, σῶσον ἡμᾶς κινδύνων, καὶ περιστάσεων, καὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιδρομῆς τοὺς ἀνυμνοῦντάς σε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Παράμονον καὶ τὸν ἅγιον Φιλούμενον, ἡμέρᾳ κθ'.

Ἐν χρόνῳ τὸν ἔξω χρόνου τέτοκας βροτὸν γενόμενον, ὃν ἐκτενῶς ἱκέτευε, ἁγνὴ, ὡς Υἱόν σου καὶ Κύριον, τὰ τῆς ψυχῆς μου χρόνια πάθη ἰάσασθαι, πανάμωμε.

Στερέωσόν μου τὸν νοῦν περιτρεπόμενον πολλοῖς

A solationem habemus, et stabilem defensionem, te, inquam, o casta. Libera, o Mater Dei, a periculis servos tuos.

Ille qui est incircumscriptus atque indefinitus, carnem suscepit mente atque anima præditam, ex te, o Virgo perpetua, ut eos salvaret, qui clamant: Benedictus es, Deus, etc.

Partus tuus nunc sterilem reddidit noxam, quæ ex malitia serpentis nata erat, o Virgo, unica maledictionis exterminatio; quamobrem te in omnia sæcula honoramus.

Illuminationem largire mihi, in passionum tenebris commoranti, et libera me a pravis operibus, et a flamma quæ reservatur mihi miserabili ac peccatori, o Domina inviolata, eorum, qui te laudant, patrocinium.

229 *Ex canone in festo S. Stephani Junioris, die* 28.

Portam impervlam, mundum castitatis templum, pulcherrimam inter mulieres, Dominam sanctam, sacris vocibus sacer populus glorificemus.

Ex te sola pura Verbum superdivinum incarnatum est, eo modo quo idem novit, et salvavit nos, qui illius descensum divinum ob suam misericordiam factum adoramus.

In te, o immaculatissima, salutis meæ spes reposui, sub tuam protectionem confugi: esto mihi adjutrix, o puella, et a rebus molestis cripe me.

O supersancta, quæ supersanctum Deum sola in terra verissime peperisti, eos, qui te Deiparam semper prædicant sanctifica ac salva mediatione tua.

Solam illam omni laude dignissimam, pulcherrimam illam inter mulieres, Dei Genitricem, Christianorum murum inexpugnabilem, Dominam inviolatam, immoto minimeque dubitanti corde beatificemus.

Sacratissimi prophetæ manifestissime antea declaraverunt mysterium venerandi partus tui, o casta; et nunc nos vaticinii successus aperte agnoscentes, te devote beatificamus.

Aspersorio divini lavacri, quod ex latere Filii Deique tui effusum est, ablue, te precor, o Virgo Deo charissima, sordes, ex peccati malitia inhærentes mihi.

O Deo charissima, lucis receptaculum, vere sacrorum martyrum robur, et confessorum omnium gloriatio, salvos fac nos a periculis, et circumstantibus calamitatibus, atque ab hostium incursionibus, dum te laudibus celebramus.

230 *Ex canone in festo SS. Paramoni et Philumeni martyrum, die* 29.

In tempore peperisti eum, qui est extra tempus, hominem factum: quem enixe deprecare, o casta ac tota immaculata, tanquam Filium tuum ac Dominum, temporariis animæ meæ passionibus medeatur.

Confirma ac stabilem effice mentem meam, o

Digitized by Google

Mater Dei castissima, multis passionibus circumagitatam, ut te pro debito glorificem.

Homines ob trangressionem mortuos vivifico partu tuo omnes resuscitasti, o Virgo Maria : propterea te glorificamus, et divinis laudibus beatam appellamus.

Qui Patri ac Spiritui sancto æqualem habet honorem Dominus, ex castis sanguinibus tuis, o Virgo, incarnatus est et factus homo.

A scandalis vitæ libera me, o intemeratissima, qui in nocte cæcitatis, deformium cogitationum tenebris, ob inimici malitiam, semper occupatus sum.

Gaude tu, quæ sola hominibus gaudium peperisti : gaude, cœlum, et throne Cherubice, et gloriosissimum palatium Regnatoris sæculorum, o Domina ab omni macula immunis.

Legis umbræ, et prophetarum veneranda præconia, præfigurarunt te futuram ineffabiliter Dei nostri Genitricem, o casta, divina gratia cumulatissima, cui omnes concinimus : Benedicite, omnia opera Domini, Dominum, etc.

Illumina pupillas oculi mei cæcitate mortiferi peccati obtenebratas, o Dei Genitrix, castissima Domina. Tu enim es fidelium auxilium et illuminatio, o inviolata.

A πάθεσι, Μῆτερ Θεοῦ πάναγνε, ὅπως καταχρέως δοξάζω σε.

Νεκρωθέντας τοὺς ἀνθρώπους τῇ παραβάσει, τῷ ζωηφόρῳ τόκῳ σου, Παρθένε Μαρία, πάντας ἀνέστησας. Διό σε δοξάζομεν, καὶ θεοπρεπῶς μακαρίζομεν.

Ὁμότιμος Πατρὶ ἐνυπάρχων καὶ Πνεύματι, ὁ Κύριος ἐξ ἁγνῶν σου ἐσαρκώθη αἱμάτων, ἀγνὴ, βροτὸς γινόμενος.

Ῥῦσαί με τῶν σκανδάλων τοῦ βίου, πανάχραντε, τῆς ἐν νυκτὶ ἀβλεψίας λογισμῶν ἀτόπων κεκρατημένον, τῇ κακίᾳ τοῦ δυσμενοῦς ἀεὶ σκοτιζόμενον.

B Χαῖρε, ἡ μόνη χαρὰν ἀνθρώποις κυήσασα, χαῖρε, οὐρανὲ, καὶ θρόνε Χερουβικὲ, καὶ περίδοξον παλάτιον τοῦ βασιλεύοντος τῶν αἰώνων, πανάμωμε Δέσποινα.

Νόμου σε σκιαὶ, καὶ προφητῶν προδιεχάραξαν σεπτὰ κηρύγματα, ἀῤῥήτως μέλλουσαν ἔσεσθαι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν λοχεύτριαν, θεοχαρίτωτε ἁγνὴ, ᾧ πάντες μέλπομεν· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Φώτισον ψυχῆς μου τὰς κόρας ἀμαυρωθείσας ἀβλεψίᾳ τῆς φθοροποιοῦ ἁμαρτίας, Θεογεννῆτορ, πάναγνε Δέσποινα· σὺ γὰρ πιστῶν βοήθεια καὶ φωτισμὸς ὑπάρχεις, ἄχραντε.

231 MENSIS DECEMBER. ΜΗΝ ΔΕΚΕΜΒΡΙΟΣ.

Ex canone in S. Sophoniam prophetam (96*), *die* 3.

Humanum genus per te in sortem accepit redemptionem ; etenim Redemptorem omnium sola peperisti ; propterea beatam te dicimus, o Virgo Deipara, peccatorum auxilium, et cadentium erectio.

Conspectæ sunt in te semitæ desiderati ab omnibus. Ille enim qui sedet in sinibus Paternis, in sinu tuo, o casta, in morem infantis, residet, et voluntarie lac sugit, qui nutrit universa.

Novum nobis velut puerulum peperisti, sæculis omnibus antiquiorem, adolescentula unica speciosissima, gignens ineffabiliter Creatorem, o Virgo sanctissima, angelorum miraculum, atque hominum fidelium salus.

Diuturnas animæ meæ passiones cura, o inviolata, te precor : atque omnium peccatorum meorum chirographum discinde lancea Filii tui, neque sinas perire me sperantem in te, o purissima.

Carnis meæ appetitus mortifica, o Deipara, quæ

C Vitam peperisti, atque in viam pacis dirige semitas animæ meæ infelicissimæ, deducens me ad divinam Dei voluntatem faciendam.

Ecce nunc impleta est prophetia præconis divini : nam Virgo peperit illum, qui sæcula produxit ; cui modulantes assidue canimus, dicentes : Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Te, Dei omnium Domini Matrem, universæ generationes **232** generationum semper beatificant, o purissima, et sacris modis glorificant : omnium quippe fidelium asylum facta es, qui cum fide concinunt : Sacerdotes, benedicite ; populi, superexaltate in omnia sæcula.

D Bonorum amica Virgo, quæ Verbum bonum ac Dominum peperisti, animam meam, quæ assidue ob serpentis assultus atque ictus ad mala propendet, festinans bonam fac, o bona, tanquam unicum præsidium lassorum, et salus laudantium te.

Ex canone in festo S. Ambrosii episcopi Mediolan., die 7.

Sine semine Filium Dei, ex decreto Patris, de Spiritu divino concepisti, atque incarnatum peperisti, qui ex Patre sine matre, et ex te sine patre propter nos natus est.

Genus hominum renovasti, sola naturæ nostræ Conditorem ac Dominum enixa ; quare te glorificamus, o Deo charissima.

Ille qui universa voluntate sua formavit, sponte

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Ἀμβρόσιον ἐπίσκοπον Μεδιολάνων, ἡμέρᾳ ζ'.

Ἀσπόρως τῷ τοῦ Πατρὸς βουλήματι ἐκ θείου Πνεύματος τὸν τοῦ Θεοῦ συνείληφας Υἱὸν, καὶ σαρκὶ ἀπεκύησας τὸν ἐκ Πατρὸς ἀμήτορα, καὶ δι' ἡμᾶς ἐκ σοῦ ἀπάτορα.

Γένος ἀνθρώπων ἐκαινούργησας, μόνη κυήσασα τὸν τῆς φύσεως ἡμῶν Δημιουργόν τε καὶ Κύριον· ὅθεν σε δοξάζομεν, θεοχαρίτωτε.

Ὁ θελήματι τὰ πάντα δημιουργήσας δημιουργεῖ-

(96*) Deest in Menæis impressis.

Digitized by Google

ται θέλων ἐξ ἁγνῶν σου αἱμάτων, σώζων τοὺς εἰδότας σε ἁγνὴν Θεομήτορα.

Βουλήματι τὸ πᾶν ὁ σοφῶς ἐργαζόμενος, βουλόμενος ἀναπλάσαι τοὺς ἀνθρώπους, Παρθένε, τὴν σὴν γαστέρα ᾤκησεν.

Ἴασαι τῆς ψυχῆς μου, Παρθένε, τὰ τραύματα ἐπισκιάσει σου θείᾳ, καὶ τὸν νοῦν μου λάμπρυνον σκοτισθέντα ἀμελείᾳ καὶ κακίᾳ ἐχθροῦ πολεμήτορος.

Ἰδοὺ, Παρθένε, ἐν τῇ γαστρί σου σὺ συνέλαβες Λόγον, τοῦ Πατρὸς συνάναρχον, καὶ σαρκὶ ἀπεκύησας δωρούμενον πᾶσιν ἀνάκλησιν, τοῖς ἐν Ἀδὰμ πεσοῦσι, πανάμωμε.

Ὕψθης ὑπερτέρα οὐρανῶν, Θεὸν οὐρανίον ἀποκυήσασα τὸν τὰ ἐπίγεια, πάναγνε, οὐρανίοις ἐπισυνάψαντα, καὶ τὴν ἐπίγνωσιν αὐτοῦ πᾶσι παρέχοντα τοῖς βοῶσι· Πάντα τὰ ἔργα, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Φωνὴν σοι βοῶμεν, Παρθένε, περιχαρῶς τοῦ ἀρχαγγέλου· Χαῖρε, τῆς κατάρας ἡ λύσις· δεινῶν παντοίων, χαῖρε, ἡ λύτρωσις, ἡ τοὺς βροτοὺς θεώσασα τῇ ὑπὲρ νοῦν κυοφορίᾳ σου.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Μηνᾶν, Ἑρμογένην, καὶ Εὔγραφον, ἡμέρᾳ ι'.

Ῥυσθῆναι, Κόρη πανάμωμε, παθῶν ἐπικρατείας τοὺς δούλους σου, τὸν σὸν ἐκτενῶς ἱκέτευε Κύριον καὶ Δεσπότην, ὃν ἐκ τῶν σῶν, πάναγνε, αἱμάτων ἐσωμάτωσας ἡμῖν προσομιλήσαντα.

Μόνην γυναιξί σε τὴν ὡραίαν τῷ κάλλει εὐράμενος, σωματοφόρος ἐκ γαστρός σου προελήλυθε, Κόρη, Χριστὸς, θείαις ὡραιότησι καταφαιδρύνασα γένος ἡμῶν· ὅθεν σε γεραίρομεν.

Ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ καὶ ἄνθος, ἀνεβλάστησας τὸν φυτουργὸν πάσης τῆς κτίσεως, μαράναντα τὰ φυτὰ τῆς ἀκάρπου γνώσεως, πίστιν σε ἡμῖν ἀληθεστάτην φυτεύσαντα εὐσεβῶς, ἄχραντε Παρθένε πανύμνητε.

Ἁγίων ἀγγέλων, Παρθένε ἁγνὴ, ὑπερέχουσα ὤφθης, κυήσασα βουλῆς μεγάλης ἄγγελον Θεὸν Ἐμμανουὴλ, βροτοὺς ἐπουρανίους αὐτοῦ τῇ καταβάσει ἐργασάμενον, Κόρη, δι' εὐσπλαγχνίαν ἀδιήγητον.

Ἔστη μέχρι σοῦ, Παρθένε, ὁ θάνατος· ζωὴν γὰρ Χριστὸν ἐκυοφόρησας τὸν δωρούμενον καθαρῶς εἰς αὐτὸν τοὺς πιστεύοντας τὴν ἀθάνατον καὶ θείαν ἀπολύτρωσιν· τοῦτον, παναγία, αἴτησαι λυτρωθῆναι πταισμάτων τοὺς δούλους σου.

Οὐ φλέξας σου τὴν μήτραν, οὐ σαλεύσας παρθενίας σήμαντρα ὁ σαρκωθεὶς Λόγος ἐκ σοῦ προελήλυθε, παρέχων ἡμῖν ἀφθαρσίαν καὶ ζωὴν, Κόρη, τοῖς μέλπουσιν· Ὁ τῶν πατέρων Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Στάμνον σε τὸ μάννα κεχτημένην τῆς θεότητος ἐγνωμεν, Κόρη, κιβωτὸν, καὶ τράπεζαν, καὶ λυχνίαν, καὶ θρόνον Θεοῦ, καὶ παλάτιον, καὶ γέφυραν μετάγουσαν πρὸς θείαν ζωὴν τοὺς ἀναμέλποντας· Εὐλογείτω ἡ κτίσις πᾶσα τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψούτω εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

formatur ex castis sanguinibus tuis, salvans eos qui te veram Dei Matrem agnoscunt.

Qui consilio suo universum condidit sapienter, volens homines reformare, uterum tuum, o Virgo, inhabitavit.

Medere, Virgo, vulneribus animæ meæ divina visitatione tua, mentemque meam negligentia ac malitia bellatoris hostis obtenebratam, luce serena perfunde.

Ecce, o Virgo immaculatissima, in utero tuo concepisti Verbum Patri coæternum, et incarnatum peperisti, a quo universis ex Adam natis jam collapsis donatur reparatio.

Sublimior cœlis visa es, Deum cœlorum enixa, o castissima, qui cœlestibus terrena conjunxit, suique cognitionem **233** præbuit omnibus clamantibus : Omnia opera, laudate Dominum.

Cum voce archangeli ad te lætanter clamamus, o Virgo : Ave, maledictionis solutio : ave, omnium malorum redemptio, quæ partu tuo inexcogitabili homines deificasti.

Ex canone in festo SS. Menæ, Hermogenis et Eugraphi martyrum, die 10.

Ut servi tui a passionum tyrannide liberentur, exora, o intemeratissima Puella, impense Dominum ac Despotam tuum, quem ex castis sanguinibus tuis corporasti, o castissima, quique nobiscum conversatus est.

Solam te inter mulieres pulchritudine speciosam inveniens Christus, o Puella, incarnatus processit ex utero tuo, divina pulchritudine decorans genus nostrum ; quamobrem te veneramur.

Virga ex radice Jesse, florem protulisti universæ creaturæ satorem, qui infrugiferæ scientiæ plantas arefecit, fidem autem verissimam nobis cum devotione plantavit, o Virgo inviolata, omni laude dignissima.

Sanctis angelis eminentior apparuisti, o Virgo casta, magni consilii Angelum, Deum Emmanuel enixa, qui descensione atque humiliatione sua homines fecit cœlestes, o Puella, propter inenarrabilem misericordiam suam.

Usque ad te mors perduravit, o Virgo; vitam enim Christum genuisti, qui pure in se credentibus immortalem ac divinam redemptionem donavit. Hunc, o sanctissima, deprecare, ut servi tui a lapsibus liberentur.

Verbum ex te incarnatum, o Puella, uterum tuum non comburens, virginitatis signa non commovens, processit, præbens incorruptionem et vitam nobis concinentibus : **234** Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Te urnam, divinitatis manna continentem agnovimus, o Puella : te arcam et mensam, te lucernam ac thronum Dei, te palatium et pontem ad divinam vitam transducentem eos qui concinunt : Benedicat omnis creatura Domino, et superexaltet eum in omnia sæcula.

Digitized by Google

Splendorem fulgureum partus tui natura nostra abjecta vidit, o purissima, et a nocte ignorantiæ et a tenebrosa passionum confusione liberata est : propterea te tanquam salutis nostræ causam veneramur.

A Φέγγος ἀστραπῆς τοῦ τόκου σου ἡ ἀπωθεῖσα φύσις ἡμῶν, πανάμωμε, εἶδε, καὶ νυκτὸς ἐξ ἀγνωσίας λελύτρωται, καὶ παθῶν τῆς σκοτώδους συγχύσεως· διό σε ὡς αἰτίαν τῆς σωτηρίας ἡμῶν σέβομεν.

Ex canone in festo S. Danielis Stylitæ conf., die 11.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Δανιὴλ τὸν Στυλίτην, ἡμέρᾳ ια'.

Totus homo ac perfectus apparuit, permanens id quod erat etiam post incarnationem, immutabilis Dominus, qui ex te natus est, o Deipara.

Ὅλος ἄνθρωπος ὤφθη, μείνας ὅπερ ἦν, καὶ μετὰ σάρκωσιν, ὁ ἐκ σοῦ Θεὸς γεννηθεὶς ἀναλλοίωτος Κύριος.

Libera me, Domina, a passionum violentia, et expugna nunc hostes impugnantes me : stabilem me firma in petra divinæ voluntatis ; animam meam illumina, o porta lucis divinæ.

Ῥῦσαι τῆς τῶν παθῶν με ἐπαγωγῆς, Δέσποινα, καὶ τοὺς πολεμοῦντας ἐχθρούς με νῦν ἐκπολέμησον· στήριξον πέτρᾳ με τῇ τοῦ Θεοῦ θελημάτων· τὴν ψυχήν μου φώτισον, πύλη τοῦ θείου φωτός.

Naturæ leges in te innovatæ sunt ; Verbum enim legislatorem, o castissima, vere supra causam ac B rationem, genuisti, quod ab irrationalitate liberavit genus hominum, qui fideliter concinunt : Gloria potentiæ tuæ, o amator hominum.

Νόμοι ἐν σοὶ φύσεως κεκαινοτόμηνται· νομοδότην Λόγον γὰρ ἐγέννησας ὑπὲρ αἰτίαν ὡς ἀληθῶς, πάναγνε, καὶ λόγον, τῆς ἀλογίας ῥυσάμενον τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, τῶν πιστῶς μελῳδούντων· Τῇ δυνάμει σου δόξα, φιλάνθρωπε

Dominum enixa, supernis potestatibus sublimior facta es, hominumque naturam deificasti, o sola omni laude dignissima. Unde te verissimam Deiparam, o Virgo, nos fideles corde et ore glorificamus.

Τὸν Δεσπότην τεκοῦσα ὤφθης ὑπερτέρα τῶν ἄνω δυνάμεων, καὶ βροτῶν τὴν φύσιν ἐθεούργησας, μόνη πανύμνητε· Θεοτόκον ὄθεν παναληθεῖ ψυχῇ καὶ γλώσσῃ οἱ πιστοί σε, Παρθένε, δοξάζομεν.

Te patrocinium ac propugnaculum omnes fideles habemus, qui in profundo malorum, et in salo tribulationum semper periclitamur, o Deipara, sola hominum præsidium.

Σὲ προστασίαν πιστοὶ καὶ τεῖχος πάντες κεκτήμεθα, οἱ ἐν βυθῷ τῶν κακῶν καὶ σάλῳ τῶν θλίψεων ἀεὶ κινδυνεύοντες, Θεοτόκε μόνη, τῶν βροτῶν τὸ καταφύγιον.

Propitia esto mihi, Virgo ; et me peccati rhomphæa vulneratum **235** fomento intercessionis tuæ cura ac sana, dum clamo : Benedictus fructus ven- C tris tui.

Ἵλεος ἔσο μοι, Παρθένε, καὶ πληγέντα με ῥομφαίᾳ ἁμαρτίας ἐν μωττώσει τῆς σῆς θεράπευσον πρεσβείας κράζοντα· Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς σῆς κοιλίας.

Illi qui te Deiparam esse sentiunt, o Domina sanctissima atque omni laude celebranda, verbis tuis inhærentes nunc beatam te dicunt, quoniam beatum Deum nobis peperisti, quem in duabus naturis atque unica persona laudantes clamamus : O pueri, benedicite ; sacerdotes, laudate ; populi, superexaltate eum in omnia sæcula.

Οἱ Θεοτόκον, Δέσποινα παναγία, φρονοῦντές σε, ῥήμασιν ἐπόμενοι τοῖς σοῖς, πανύμνητε σεμνή, μακαρίζομεν, ὅτι Θεὸν μακάριον ἔτεκες ἡμῖν, ὃν ἐν δυσὶ ταῖς οὐσίαις, μιᾷ δὲ ὑποστάσει ἀνυμνοῦντες βοῶμεν· Οἱ παῖδες, εὐλογεῖτε, ἱερεῖς, ἀνυμνεῖτε, λαοί, ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Parce mihi, Salvator, qui natus, illæsam atque incorruptam Genitricem tuam conservasti post partum, cum sedebis, ut judices opera mea ; dissimulans iniquitates meas et peccata mea, tanquam impeccabilis, tanquam Deus miserator atque hominum amator.

Φεῖσαί μου, Σῶτερ ὁ τεχθεὶς καὶ φυλάξας τὴν τεκοῦσάν σε ἄφθορον μετὰ τὴν κύησιν, ὅταν καθίσῃς κρῖναι τὰ ἔργα μου, τὰς ἀνομίας παρορῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας μου ὡς ἀναμάρτητος, ἐλεήμων ὡς Θεός, καὶ φιλάνθρωπος.

Ex canone in Dominica in qua celebratur memoria primorum patrum Adæ et Evæ. D

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὴν Κυριακὴν τῆς μνήμης τῶν ἁγίων προπατόρων Ἀδὰμ καὶ Εὔας

Divinis oraculis aurem præbeamus, Christi apparitionem reboantibus. Ecce enim in spelunca nascitur, ex virgine puella ille, cujus partum horrore plenum astrologis apparens stella præmonstrat.

Ῥητῶν ἐνθέων ἀκούσωμεν, βοώντων τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάδειξιν· ἰδοὺ γὰρ σπηλαίῳ τίκτεται, Κόρης ἐξ ἀπειρογάμου, οὗ τὸν φρικτὸν τόκον προμηνύει ἀστρολόγοις ὁ ἀστὴρ ἐπιφαινόμενος.

Nunc exspectatio gentium ex Virgine procedit : et Bethleem opportune aperit paradisum Edem qui clausus erat, suscipiens Verbum corporatum, et in præsepio, secundum carnem, reclinatum.

Νῦν ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν ἐκ Παρθένου προέρχεται, καὶ Βηθλεὲμ τὴν κεκλεισμένην ὑπανοίγει προσφόρως Ἐδέμ, Λόγον σωματούμενον εἰσδεδεγμένη, καὶ φάτνῃ σαρκὶ ἐπανακλινόμενον.

Nunc redemptio nostra in præsepio reclinatur, et tanquam infans fasciis involvitur : et Magi reges veniunt ab Oriente ad videndum illum tanquam Deum ac regem natum super terram, et ad adorandum illum cum donis fideliter.

Νῦν ἡ ἀπολύτρωσις ἡμῶν ἐν φάτνῃ ἀνακλίνεται, καὶ σπαργανοῦται ὥσπερ νήπιον, καὶ Μάγοι ἀνατολῶν βασιλεῖς ἀφίκοντο, τοῦτον ὡς Θεὸν καὶ βασιλέα τεχθέντα ἐπὶ τῆς γῆς βλέψαι, προσκυνῆσαι σὺν δώροις πιστῶς.

Digitized by Google

Ὁ πλήρης κενοῦται σαρκὶ δι' ἡμᾶς, καὶ ἀρχὴν ὁ προάναρχος δέχεται, πτωχεύει δὲ ὁ πλούσιος καὶ Λόγος ὢν Θεοῦ ἐν φάτνῃ τῶν ἀλόγων, προσκλίνεται ὡς βρέφος, τῶν πάντων ἀνάπλασιν ἀπ' αἰῶνος ἐργαζόμενος. A

Who plenus erat, propter nos exinanitur secundum carnem; et qui erat ante principium, incipit esse: qui dives erat, fit mendicus; et qui est Verbum Dei, in præsepio **236** brutorum irrationalium reclinatur, ut infans, omnium qui a sæculo sunt reparationem faciens.

Νέον ἐπὶ γῆς παιδίον γνωρίζεται ὁ ὢν σὺν Πατρὶ ἀεὶ καὶ Πνεύματι, σπαργανοῦται δὲ ὁ τὴν γῆν σπαργανώσας ὁμίχλῃ σαφῶς, καὶ ἐν φάτνῃ τῶν ἀλόγων ἀνακέκλιται· τούτου νῦν προεορτάσωμεν γεγηθότες τὴν ἄσπορον γέννησιν.

Novus in terra puer agnoscitur, qui semper est cum Patre et Spiritu: fasciis autem involvitur ille qui tanquam fasciis, nebula terram manifeste circumdat; et in stabulo irrationalium reclinatur. Hujus nunc lætabundi incorruptam nativitatem festis vocibus præveniamus.

Ἰδοὺ, καθὼς προεῖπεν ὁ προφήτης, ἐν γαστρὶ συνέλαβεν ἡ ἀπειρόγαμος Θεὸν, καὶ τεκεῖν σαφῶς ἐπείγεται ἐν σπηλαίῳ Βηθλεέμ, ᾧ πάντες ψάλλομεν· Ὁ τῶν πατέρων Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ. B

Ecce, quemadmodum prædixit propheta, Virgo Deum concepit in utero, et proxima est ad illum manifeste pariendum in spelunca Bethlem: cui omnes psallimus: Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Ὤφθης ἐκ παρθενικῶν, Χριστὲ, αἱμάτων σωματούμενος ἀῤῥήτῳ λόγῳ, καὶ ὡς βρέφος τέλειον ἐν σπηλαίῳ, ὑπερβολῇ εὐσπλαγχνίας, Ἰησοῦ, ἀποτικτόμενος· ἀστὴρ δέ σε πόῤῥωθεν ἐμήνυσεν ἀστρολόγοις· Ὑμνεῖτε, πίστει κραυγάζουσι, καὶ ὑπερυψοῦτε Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Apparuisti, Christe Jesu, incarnatus ex virgineis sanguinibus, ineffabili verbo: et tanquam perfectus infans, propter excessum misericordiæ in spelunca natus es. Stella autem te a longe astrologis manifestavit, cum fide clamantibus: Laudate et superexaltate Christum in sæcula

Φορέσας με ἐκ τῆς Παρθένου προέρχεται, καὶ σπηλαίῳ τίκτεται Λόγος ὁ τοῦ Πατρὸς ἀσυγχύτως, χόρευε, ἡ κτίσις, φωναῖς εὐχαρίστως μεγαλύνουσα αὐτοῦ τὴν δι' οἶκτον παναγίαν συγκατάβασιν.

Portans me tanquam vestimentum, ex Virgine procedit, et in spelunca nascitur Verbum Patris sine commistione. Tripudiate, creaturæ, et gratis vocibus sanctissimam illius demissionem, quæ ex misericordia processit, magnificate.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἐλευθέριον, ἡμέρᾳ ιε'. C

Ex canone in festo S. Eleutherii martyris, die 15.

Ὡς θρόνος πυρίμορφος, τὸν Κτίστην φέρεις, ὡς ἔμψυχος θάλαμος καὶ τερπνὸν παλάτιον, τὸν βασιλέα χωρεῖς γενόμενον ὅπερ ἡμεῖς, Θεοχαρίτωτε.

Tanquam thronus igniformis portas Creatorem; tanquam thalamus animatus, jucundumque palatium Regem continens factum similem nobis, o Deo charissima.

Ῥάβδος δυνάμεως ἐβλάστησας τὸν Χριστὸν, ἐν ᾧ στηριζόμεθα· σὲ γὰρ ἐτύπου Ἀαρὼν ῥάβδος ποτὲ βλαστήσασα, ἀγεώργητε ἀγνὴ, περιστερὰ ἀειπάρθενε.

Virga virtutis germinasti Christum, in quo stabiles efficimur; te enim olim virga Aaronis pullulans figuravit, o casta, culturæ nescia, columba semper virgo (97).

(97) De hac columba verba faciens Bernardinus de Busto in Mariali serm. 6, de Concept. parte II, ait inter alia: « Gloriosa Virgo ab omni labe immaculata, fuit figurata per columbam albam et mundissimam, quæ de arca Noe egrediens, atque nihil fœditatis tangens, cum ramo virentis olivæ est reversa, ut habetur Genes. VIII cap., quod fuit in signum victoriæ. Ideo non debet corvus contra eam crocitare, licet eo mortuorum corporum putredine fœdato, ipsa purissima columba in nullo penitus fuerit maculata. » Sic ille. Favet S. Andreas Cretensis in canone De conceptione B. Virginis ode 6, dum inquit: D

Anna Columbam immaculatam concipiens in utero
Impleta fuit verissimo spirituali gaudio.

Quibus verbis cum Virginem primo statim initio suo dixerit columbam immaculatam, negavit fuisse primo ex peccato originali corvum. Apparuit Spiritus sanctus in columbæ specie, cum Christus Dominus in fluminis Jordani undis effigiem peccatoris ablueret. Post lustralis undæ fluxum evasuit columba, solum efformata ad signum, et tamen tam cito transitura, sedulo delectu seligitur inter alites candidior, sincerior absque felle. Dominus ergo Matrem eligeret semper mansuram novem mensium claustrum, quæ aliquando sub felle, sub labe, et deditili fuisset generis consors? Quid? Venis ad hominem in serpente callidus hostis (inquit Hugo Victorinus apud Tilmanum in Allegoriis), qui fortasse, si permissus fuisset, in forma columbæ venire maluisset, sed hoc vas sibi Spiritus sanctus reservavit, quia profecto dignum non erat, ut spiritus malignus formam homini odiosam faceret, in qua postmodum idem Spiritus sanctus apparere debuisset. » Sic ille. Et Magister Sententiarum libr. II, dist. 21: « Voluisset quidem dæmon in specie columbæ venire; hæc nempe, ut animal innoxium et simplex, ad mulierem decipiendum congruentissimum diabolo fuisset instrumentum; sed non erat consentaneum et conveniens, ut per immundum et malignum spiritum redderetur homini columba invisa et exosa, in cujus postea specie Spiritus sanctus hominibus erat appariturus. » Hæc Magister. Dignum igitur non fuit ex Hugone, columbam, in qua tot ante sæcula erat appariturus Spiritus, a callido hoste prius invadi, ne sic odiosa hominibus fieret, et inhabilis Spiritui sancto portando redderetur. Et dignum erit columbam nostram, Virginem Deiparam, Dei Filio portando ab æterno destinatam, a prima sui origine

Digitized by Google

Angelorum exercitus obstupuerunt, videntes quo pacto invisibilis, in forma nostra ex te, o Virgo Dei Genitrix, **237** accepta, visibilis factus esset : quem tu supplex precare, ut omnes qui te cum fide glorificant, salutis dignos efficiat.

A Ἐξέστησαν ὁρῶσαι ἀγγέλων στρατιαί, πῶς ὁ ἀθεώρητος μορφῇ τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκ σοῦ ὠράθη, Παρθένε Θεοκυῆτορ, ὃν ἐκδυσώπει σωτηρίας ἀξιῶσαι πάντας τοὺς πιστῶς σε δοξαζομένους

In admirationem rapit omnem mentem miraculum tuum, o Virgo; paris enim Deum cum corpore, et nutrientem lacte nutris, sine virilis tori experientia, eo modo quem solus ipse novit.

Ξενίζει πᾶσαν ἔννοιαν τὸ θαῦμά σου, ἀγνή· τίκτεις γὰρ Θεὸν μετὰ σώματος, καὶ τὸν τροφέα τρέφεις γάλακτι, πεῖραν ἀνδρὸς μὴ γνοῦσα, αὐτὸς ὡς εἶδε μόνος.

O Maria, quæ tabernaculum sanctificationis effecta es, sanctifica miseram animam meam voluptatum sordibus inquinatam, et divinæ gloriæ participem effice illam.

Ἁγιάσματος σκηνὴ δεδειγμένη, Μαρία, μιανθεῖσαν ἡδοναῖς τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν ἁγίασον, καὶ θείας δόξης μέτοχον ποίησον.

Te solam mundissimam inveniens mundissimum Verbum Dei, o Dei sponsa immunis ab omni labe, ex utero tuo natum, emundat nos fideles a sordibus nobis adhærentibus ex passionum intemperantia.

Καθαρωτάτην μόνην σε εὑρών, πανάμωμε, Λόγος καθαρώτατος Θεοῦ σου ἐκ γαστρὸς ἀποτεχθεὶς πιστοὺς καθαίρει μολυσμοῦ, Θεόνυμφε, προσγενομένου ἡμῖν ἐξ ἀκρασίας παθῶν.

Tanquam imber descendit Christus in ventrem tuum, o Virgo, et universas vere irrigavit creaturas, exsiccans lutulenta idololatriæ flumina, solus beneficus.

Ὡς ὄμβρος ἐν μήτρᾳ σου κατῆλθεν ὁ Χριστός, καὶ πᾶσαν κατήρδευσε τὴν κτίσιν ἀληθῶς, ξηράνας, Παρθένε, θολεροὺς ποταμοὺς εἰδωλομανίας, ὁ μόνος εὐεργέτης.

Parce nobis, Domine, qui ineffabilem nativitatem tuam ex Virgine collaudamus, liberans nos famulos tuos a tentationibus, passionibus et angustiis, per intercessiones ejusdem Virginis : tu quippe beneficus es, et solus amator hominum

Φεῖσαι ἡμῶν τῶν ὑμνούντων σου, Κύριε, τὴν ἐκ Παρθένου ἀνέκφραστον γέννησιν, πειρασμῶν ῥυόμενος, καὶ παθῶν, καὶ θλίψεων ταῖς ἱκεσίαις αὐτῆς τοὺς σοὺς οἰκέτας, ὡς εὐεργέτης καὶ μόνος φιλάνθρωπος.

Ex canone in S. Marinum (97*), *die* 16.

Multinoma puella, salve : sancta Maria Mater Christi, et Virgo : fidelium gloriatio, maledictionis redemptio, Evæ revocatio, miraculum inintelligibile, rubus incombustus, terra inculta.

Diviniloquorum prophetarum voces, prænuntiaverunt te, o Virgo, futuram Dei Genitricem, qui propter **238** ineffabilem misericordiam suam, humanam formam assumpsit.

Rumpitur sepes antiquæ maledictionis partu tuo : paris enim Deum Emmanuel, o castissima, qui benedictionibus universos terræ fines illustravit atque exhilaravit : quem laudantes, te cum fide glorificamus.

Novum nobis genuisti infantem, o casta, qui ex Patre sine tempore natus est ante sæcula : propterea, o Puella, te merito beatificamus.

Portam te vidit Ezechiel, o Deipara, per quam transivit Sol gloriæ, qui hominem a corruptione eripuit : quem deprecare pro redemptione servorum tuorum.

Dei genitrix Maria, impensis precibus supplica Domino ac Filio tuo, ut ab igne liberentur ii, qui cum affectu modulantes canunt : Benedictus es, Deus patrum.

Vidit te Jacob scalam, o purissima, in qua innixus erat Deus, e terra ad cœlum exaltans eos qui cum orthodoxa fide clamant assidue : Benedicite, opera Domini, Dominum.

Facta Dei Mater procul ab omni corruptela ac sorde, omnibus supernis ordinibus nunc eminentior sedes; teque laudant, et cum affectu beatam dicunt omnes generationes, quemadmodum prædixisti, o casta : propterea ab omni necessitate libera mundum precibus tuis.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Σεβαστιανὸν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἡμέρᾳ ιη'.

Novum filium peperisti, eum qui cum Patre ante

Νέον ἀπεκύησας υἱόν, τὸν πρὸ αἰώνων Πατρὶ

fuisse maledicti serpentis veneno cumulatam, ut hoc pacto humano generi amabilis esset et divinæ maternitati idonea præpararetur? Si ex mente insignis theologi (ut in suo opere *De Conceptione* n. 1432 optime ratiocinatur Pintus Ramyrez) phantastica illa specie columbæ, etiam Spiritu sancto gravida horrori hominibus veniret, quia vera aliquando columba ipsius dæmonis bajulam se gessisset, quid si illa columba, quam diabolus reipsa indueret, postea indumentum Spiritus sancti scriberetur? Si nulla latentis Dei mundities umbram priscæ columbæ nobis redderet plausibilem, quid si veritas ipsa obtruderetur? Cogita ergo

columbam nostram reipsa ab origine dæmonis bajulam, et putabis non futuram Christo horrori ut ab eadem bajulari pateretur? Foret tibi exosa species columbæ a primo sæculo, et Christo veniret grata veritas paulo ante præcorrupta? Et tamen columba nihil reipsa a dæmone contraheret, nihil Deo traderet, quid autem inde contraheret Maria, quid Deo dedit omnes norunt. Quidni ergo purissimam in intimis hospitium et singularem thronum columbam Verbo divino pararet Spiritus sanctus, qui sibi vitiatam etiam columbæ umbram penitus evitavit?

(97*) Deest in Menæis impressis.

Digitized by Google

συννοούμενον, φύσεως καινίσασα νόμους, ἁγνὴ, Παρθενομῆτορ ἄχραντε, ἐν τῇ ὑπὲρ φύσιν σεπτῇ καὶ θείᾳ γεννήσει σου.

Ἁγίασμα ὤφθης νοητὸν τοῦ πάντας ἁγιάζοντος, καὶ καθαρὸν, πανάμωμε, σκήνωμα· ἐκ σοῦ γὰρ ὤφθη Θεὸς σαρκούμενος, καὶ διπλοῦς φύσεσι κόσμῳ γνωριζόμενος ἐν μιᾷ ὑποστάσει, Θεόνυμφε.

Μόνην σε πασῶν ἐκ γενεῶν ἐξελέξατο ὁ ὑπερούσιος Θεὸς, καὶ οὐσιώθη δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος ὁ πλαστουργὸς τῆς ἀνθρωπίνης ὑπάρξεως, Θεογεννῆτορ, πανάμωμε Δέσποινα.

Ex te Deus carnem assumpsit, o Virgo; teque nunc angelis sublimiorem effecit atque omnibus rebus creatis excellentiorem: idcirco te hymnis celebramus.

Martyrum prophetarumque sanctorum, atque omnium a sæculo justorum tu gloria es, o Virgo casta: unde te manifeste, sacris vocibus una cum illis honoramus in sæcula.

Martyrum et confessorum, prophetarum, mulierum, atque omnium hierarcharum qui sancte vitam traduxerunt, tu vere gloria es, o purissima, cum quibus te honore prosequimur.

Virgo plurimis dignissima laudibus, prophetarum præconium undique resonans: hierarcharum, martyrum, et confessorum ornamentum: sanctarum feminarum lætitia, debitis laudibus celebretur in æternum

Cum Jacob elata voce dixit: Terribilis est locus iste; vidit sine dubio te in illa scala figurari, o Deipara, martyrum gloria, confessorum lætitia, angelorum splendor, omnium prophetarum atque fidelium salus.

ΗΧΟΣ Δ'.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας εἰς τὸν Ὄρθρον.

TONUS IV.

Ex canone feriæ II ad Matutinum.

C

Ὑπέρφωτε λαμπὰς τοῦ Ἡλίου τῆς δόξης, τῆς ψυχῆς μου τὸν πυρσὸν σβεννύμενον ἀεὶ ῥᾳθυμίᾳ προσάναψον θείων ἔργων τῷ ἐλαίῳ, παναγία ἐπάρδουσα, ἵνα πίστει καὶ πόθῳ δοξάζω σε.

Splendidissima lampas Solis gloriæ, flammam animæ meæ, quæ socordia ac torpore semper exstinguitur, accende ac fove divinorum operum oleo, o sanctissima, ut cum fide et affectu glorificem te.

Μαρία Κυρία, ὡς οὖσα τοῦ παντὸς τὸν Κύριον γεννήσασα, κυριευθέντα πάθεσι τὸν νοῦν μου καὶ κακίᾳ μελανωθέντα ἐλεύθερον ποίησον, καὶ καταλάμπρυνον.

O Maria Domina, omnium Dominum enixa; mentem **268** meam sub pravarum affectionum dominatu oppressam, et malitia denigratam, libera et illustra.

Ἐπὶ σὲ καθάπερ ὄμβρος τῆς σοφίας ἡ ἄβυσσος Ἰησοῦς κατῆλθε, μόνην καθαρὰν σε εὑράμενος, Θεογεννῆτορ Παρθένε, καὶ κατέκαυσεν ἁμαρτίας χειμάρρους δεινῆς θείᾳ χάριτι.

(19) Super te tanquam imber descendit sapientiæ abyssus Jesus, cum te solam puram invenisset, o Dei Genitrix Virgo, et vorticosos peccati torrentes divinæ gratiæ flammis exsiccavit.

Σοῦ τὰ θαυμάσια προφητικαὶ ἔφησαν φωναί, ὄρος καλοῦντές σε καὶ πύλην, ἄχραντε, καὶ λυχνίαν, φαεινὴν, ἐξ ἧς τὸ φέγγος ἀληθῶς τὸν θαυμαστὸν φρυκτωρεῖ, ἁγνὴ, κόσμον ἅπαντα. D

Mirabilia tua propheticæ voces prolocutæ sunt, o inviolata; appellantes te portam et lucernam splendentem, o casta: ex qua jubar vere admirabile universum mundum illuminat.

Τὴν ἀμαυρωθεῖσάν μου καρδίαν ταῖς σκοτειναῖς ἐφόδοις, θεονύμφευτε, τῆς ἁμαρτίας, τῷ φωτισμῷ τῷ ἐν σοὶ καταύγασον, ἡ τὸν Ἥλιον κυήσασα.

Cor meum tenebris peccati invasionibus obscuratum, illumina, o Sponsa Dei, luce tua; nam tu solem ipsum peperisti.

Μόνη μένεις ματὰ τόκον, Δέσποινα, παρθενικῷ κάλλει διαλάμπουσα μόνη τὰς μητέρων διέδρας· Θεὸν γὰρ μόνη ἔτεκες Λυτρωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Tu sola, o Domina, post partum Virginalis decoris lucem conservasti: sola, quæ propria matrum sunt in partu ignorasti; sola enim Deum peperisti Redemptorem animarum nostrarum.

(19) Favet Joan. Bromiardus ord. Prædic. in sua Summa prædic. parte, II, c. 3, dum ibi inter alia ait: « Filius Dei volens in aliquo loco, et de aliqua muliere naturam nostram assumere et nobiscum morari, a principio mundi nullam invenit pro hospitio dignam, quia omnes peccato originali, vel actuali, vel utroque infectæ erant. Et tandem vero in fine mundi hanc mundissimam inveniens Virginem, in qua nullum erat peccatum, vel originale vel actuale, tanquam gaudens de fortuna optata inventa, dicere potuit: Hæc requies mea, » etc.

Digitized by Google

Benedicunt omnes creaturæ Filium tuum, qui nos benedictionibus coronavit, et sustulit maledictionem ; o sola omnibus benedictionibus cumulatissima (20), Virgo gloriosa, quæ genus nostrum gratia replevisti.

A Εὐλογεῖ πᾶσα κτίσις τὸν τόκον σου εὐλογίαις ἡμᾶς στεφανώσαντα, καὶ τὴν ἀρὰν ἐξάραντα, παντευλόγητε μόνη δεδοξασμένη, ἡ τὸ γένος ἡμῶν χαριτώσασα.

Lucis tuæ radiis illumina, o Sponsa Dei, animam meam in perditionis voragine jacentem : exsurge ; hostes proturba ac dejice, qui affligunt assidue cor meum, et ad sectandas passiones meas impellunt me.

Φωτὸς τοῦ ἐν σοὶ μαρμαρυγαῖς, Θεόνυμφε, τὴν ψυχήν μου φωταγώγησον, κείμενον βόθρῳ ἀπωλείας ἀνάστησον ἐχθροὺς καταράσσουσα τοὺς θλίβοντας ἀεὶ τὴν καρδίαν μου, καὶ πρὸς τὰ πάθη συνωθοῦντάς με.

Ex canone duplici feriæ III *ad Matutinum.*

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τρίτης εἰς τὸν Ὄρθρον.

Tabernaculum immaculatum (21), Arcam, mensam, et montem, ex quo sine hominis manibus abscissus est lapis Christus omnium Dominus, Mariam Virginem hymnis honoremus.

Τὴν σκηνὴν τὴν ἄχραντον, καὶ κιβωτὸν, καὶ τράπεζαν, τὸ ὄρος οὗ ἐτμήθη ἄνευ χειρὸς ἀνθρώπου λίθος, ὁ τοῦ παντὸς Κύριος, Μαριὰμ τὴν Παρθένον B ὑμνοις τιμήσωμεν.

O nubes lucida (22), animæ meæ nubes multas et graves, illuminativis intercessionibus tuis dissolve, ut radios **269** illius, qui ex te tanquam sol exortus est, videre possim, et ex tua luce lucem inocciduam acquiram.

Νεφέλη φωτεινὴ, τῆς ψυχῆς μου τὰ νέφη τὰ πολλὰ καὶ χαλεπὰ ταῖς σαῖς φωτιστικαῖς μεσιτείαις διάλυσον, ὅπως ἴδω τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἐκ σοῦ ἀνατείλαντος, καὶ φωτὶ φῶς προσλάβωμαι ἄδυτον.

Primorum parentum tristitiam abstulisti, dum gaudium nobis peperisti, o sanctissima Deipara, vitæ scilicet datorem, ac Redemptorem, quem impenso affectu precare pro salute animarum nostrarum.

:ων προπατόρων ἔλυσας τὴν λύπην, χάριν ἡμῖν κυήσασα, τὸν ζωοδότην καὶ Λυτρωτὴν, παναγία Θεοτόκε, ὃν ἐκτενῶς ἱκέτευε σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Mundus per te veniam consecutus est, Virgo Mater, qui propter transgressionem inutilis factus fuerat : propterea canticorum odis te merito beatam appellat.

Κόσμος διὰ σοῦ ἠλέηται ὁ τῇ παραβάσει ἀχρειωθεὶς, Μητροπάρθενε · διὰ τοῦτο ᾠδαῖς ἁσμάτων καταχρέως μακαρίζει σε.

Te salutem in omni loco et tempore invoco : ne C despicias me, o purissima, quæ Deum Redemptorem ac Salvatorem meum peperisti.

Σωτηρίαν ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ, ἐπικαλοῦμαι, μὴ παρίδῃς με, πανάμωμε, ἡ Θεὸν κυήσασα τὸν Λυτρωτὴν ὁμοῦ καὶ Σωτῆρά μου.

Propitiatio ac redemptio nostra apparuit Filius tuus, o Virgo ; quem suppliciter exora pro salute eorum qui te cum animi compunctione beatificant.

Ἱλασμὸς ἡμῖν καὶ λύτρωσις ἐγνωρίσθη ὁ σὸς Υἱὸς, Παρθένε, ὃν ἱκέτευε σῶσαι τοὺς ἐν κατανύξει σε ψυχῆς μακαρίζοντας.

(20) Hac igitur etiam benedictione cumulata, quod ipsa fuerit aurora divini Solis nulla originali caligine obscurata, arca semper coronata, et in nullo temporis momento, dæmoni per peccatum subjecta ; albedo splendidissima in nulla unquam vel minima peccati obscuritate deprehensa : et amica Dei tota pulchra, a qua omnis macula non solum actualis, sed etiam originalis criminis semper exsulavit. Porro « Christus (ut in suo opere *De laud. B. Virginis* libr. 1, fruct. 7, inquit Bartholomæus Pisanus) dedit majora dona, et minus necessaria Virgini. Patet, quia eam suam Matrem fecit, ergo et minora dona dedit, scilicet præservationem a peccato originali. Item, præservavit Virginem a pœna Evæ, ergo et a culpa, » etc.

(21) Non aliam ob causam, nisi quia ab originalis peccati macula semper alienum. Hac enim macula, etsi ad momentum fuisset inquinatum, nec vere, nec absolute immaculatum dici posset. Hinc Bernardinus de Busto in Marial. serm. 2 de Concept. parte 3, ait : « Deus, cujus perfecta sunt opera Deut. 22, sacratissimum tabernaculum B. Virginis omni puritate et innocentia repletissimum formavit, in cujus sacratissimo utero factus homo novem mensibus, » Magister quoque Paulus de Luca in quodam excellentissimo sermone, in quo decem mediis probat Immaculatam B. Virginis conceptionem, inter alia inquit : « B. Virgo non fuit resoluta in pulverem. Ergo nec concepta per originalem culpam. Nam constat quod Tabernaculo Christi plus derogat peccati corruptio, quam in pulverem resolutio. » Sic ille apud Bustum, serm. 6 de Concept. parte 2.

(22) Quia nullo unquam tempore alicujus peccati obscuritati subjecta. Hinc D. Hieronymus tractans versiculum illum Psalmi 77. Eduxit eos in nube diei, dixit : Ecce Deus venit in Ægyptum in nube levi ; Nubem levem aut proprie corpus Salvatoris, D quia leve fuit, et nullo peccato gravatum, aut certe debemus accipere Mariam nullo semine humano prægravatam. « Ecce Dominus venit in Ægyptum sæculi hujus per nubem levem Virginem, et eduxit eos in nube diei. Pulchre « dixit in nube diei. » Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. » Hæc Hieronymus. Quæ profecto (inquit Catharinus in suo Tract. de Concept. ad Synod. Trident. parte 1) nisi sophistice pervertantur, perpetuam Dominæ gratiam, et innocentiam comprobant. Appellant enim Virginem nubem nullo humano semine prægravatam. Quid, obsecro, est hoc nisi apertius dicere illam nullo peccati pondere, quod ex humano semine descendit, fuisse prægravatam ? Et quid hoc est non fuisse illam nubem unquam in tenebris, sed semper in luce, nisi nunquam fuisse involutam peccato, per quod tenebræ significantur ? Quid hic dicturi sunt quantumvis ingeniosi, et ad commenta copiosi ? Sic Catharinus.

Digitized by Google

Ἀνάτειλόν μοι, Δέσποινα, ἀκτῖνα τοῦ ἐλέους σου, τῷ ἐν τῷ σκότει τῶν πταισμάτων ὑπάρχοντι, Παρθένε, καὶ πρὸς φῶς ὁδήγησον μετανοίας, ἄχραντε ἵνα πίστει σε ὑμνῶ.

Τὴν καλλονὴν ἠγάπησεν Θεός σε τοῦ Ἰακώβ, Παρθένε Κόρη, ἐπικαλλωπίζων πάντας διὰ σοῦ ἀμαυρωθέντας παραβάσει τὸ πρότερον.

Παναγία Παρθένε, ἡ προστασία ἁ πάντων τῶν πιστῶν, πρόστηθι, ῥῦσαί με ἀπειλῆς καὶ σκότους τοῦ φρικτοῦ κριτηρίου ἐν ὥρᾳ τῆς κρίσεως, ἵνα πίστει ἀεὶ ὑμνῶ σε.

Νόμου διετράνωσαν εἰκόνες τὴν σὴν φρικτὴν λοχείαν, Θεονύμφευτε, ὧν τὰς ἐκβάσεις ἡμεῖς νῦν καθορῶντες, Δέσποινα, ἐπαξίως σε δοξάζομεν.

Τὸν Σωτῆρα καὶ Θεὸν, καὶ Λυτρωτὴν, καὶ Δεσπότην σαρκὶ τεκοῦσα, πάναγνε Δέσποινα, τοῦτον ἀεὶ, ἄχραντε, δυσώπει, ὅπως λύσιν τῶν δεινῶν καὶ πολλῶν ἁμαρτιῶν τὴν ἄφεσιν λαβόντες ὑμνολογοῦμεν αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ νοῦν οἰκτιρμούς.

Ἀπαγωγῆς πονηρᾶς, καὶ προνομῆς, Παρθένε, καὶ τῆς δουλείας τοῦ ἀλάστορος τοὺς δούλους σου φύλαττε, τούς σε ψυχῇ καὶ γλώσσῃ ἀεὶ δοξολογοῦντας.

Ἡ κοιλία σου, πανάμωμε, θημονία σεπτῆς ἄλωνος ἐδείχθη κόσμῳ σῖτον φέρουσα ζωῆς τὸν τρέφοντα τὰ πάντα· διό σε ὡς αἰτίαν ἁπάντων τῶν καλῶν οἱ πιστοὶ συμφώνως ἀνυμνοῦμεν.

Ὡς πηγὴ τῆς ἡμῶν ἀναπλάσεως, συντριβέντα με ὅλον ἀνάπλασον ταῖς προσβολαῖς τοῦ ὄφεως, ὅπως πίστει καὶ πόθῳ σε μακαρίζω, Θεοτόκε Παρθένε πανύμνητε.

Φιλάγαθε Κόρη, τὸν φιλάγαθον Θεὸν κυήσασα, ἀγάθυνον, βοῶ σοι, κεκακωμένην δεινῶς καὶ ἀθλίαν μου ψυχὴν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πονηραῖς ἐπιβουλαῖς τοῦ πλάνου, ἵνα πίστει σε ὑμνῶ τὴν ἐλπίδα πάντων.

Φιλάγαθον τέξασα Θεὸν, φιλάγαθε Θεοτόκε, τοῦτον αἴτησαι πάσης με ῥύσασθαι κακίας, καὶ τοῦτον καρ-

A Oriri fac, o Domina Virgo, radium misericordiæ tuæ, mihi, qui in peccatorum meorum tenebris jaceo; et ad lumen pœnitentiæ deduc me, o inviolata, ut cum fide collaudem te.

Te speciem Jacob Deus dilexit, o Virgo puella, qui exornat pulchritudine ac fulgore per te omnes qui prius peccati nigredine fuerant deformati.

Virgo sanctissima, præsidium omnium fidelium: esto mihi præsidium ut liberes me a minis, et tenebris tremendi consessus in hora judicii, ut semper te cum fide collaudem.

Legis imagines venerandum partum tuum manifeste expresserunt, o Sponsa Dei; quarum eventus nos nunc intuentes, pro merito te, Domina, glorificamus.

B Salvatorem ac Deum, Redemptorem ac Dominum cum in carne pepereris, o Domina purissima et castissima; eumdem assidue precare pro nobis, ut malorum cessatione, multorumque peccatorum indulgentia impetrata, ejusdem miserationes, quas nulla mens comprehendere **270** potest, laudibus efferamus.

A captivitate mala, a deprædatione ac servitute crudelissimi hostis custodi servos tuos, o Virgo, qui te corde et ore semper glorificant.

Venter tuus, o mundissima, venerandæ aræ acervus factus est mundo, afferens vitæ panem, quo nutriuntur universa: propterea te tanquam causam omnium bonorum nos fideles concordi voce lau-

C damus.

Tanquam fons reformationis nostræ, me totum serpentis ictibus contritum reforma ac redintegra, ut cum fide et affectu te beatificem, o Deipara Virgo omni laude dignissima (23).

O Puella bonorum amatrix, quæ amatorem bonorum Deum peperisti; ad te clamo: bonam fac miserabilem animam meam, passionibus, pravisque ac insidiosis seductoris suggestionibus gravissimis malis infectam: ut te cum fide laudare possim, spem universorum.

O Deipara, bonorum amica, et bonorum amicum Deum enixa, eumdem roga, ut me ab omni liberet

(23) Optime in hanc rem vir piissimus et doctissimus Leonardus de Nogarolis in Epistola dedicatoria sui Officii de Immaculata Conceptione ad Sixtum IV Pontific. Max. dum ibidem inter alia: «Nullus in Mariæ laudes prorumpens, matrem eam dicet Dei simulque quondam filiam fuisse diaboli. Deformem profecto reddidit laudatam. Num Matrem dices gratiæ eam, quæ antea inimica largitoris gratiæ? Ingrati, non laudantis est officium. Numquid viam ad vitam affirmabis quæ et ipsa quandoque ignoravit viam? Te sane confundis. Spemne peccantium, et medium ad omnia tollenda peccata, quæ peccatum gustaverit? Te ipsum a veritate alienum ostendis. Extollis et deprimis, magnificas et vilipendis, sanas et percutis, teipsum censura circumvenis, benedictam dicis cui maledicere non desinis. Vis igitur laudare B. Virginem orbem terrarum introeuntem? vis festum diem constituere? Eas laudes tribue quæ ignominiam non servent.» Certe nulli dubium

D est, concipi sine peccato originali esse magnam laudem; ergo Virgini non est deneganda, cui nec Ecclesia abstulisse videtur cum illam vocat sanctam in conceptione. Aliud est esse dignum, aliud est esse dignissimum laude. Laude dignus sufficienter extollitur nonnullis laudibus illi tributis: qui vero dignissimus est laude, meretur in omnibus laudari, quæ illi non repugnant. Maria ergo cum sit laude dignissima, in omnibus et super omnes extollenda est, ac proinde etiam de conceptione. Hoc porro, inquiebat Emmanuel Palæologus imperator, evenire omnibus necesse est, qui aliquem de Maria sermonem habere voluerint, alterum enim de duobus erit, omnino aut nihil dicere de Virgine, aut si dicas, laudare. Nulla enim ratione fieri potest ut loquaris de illa, et laus non sit, quod loqueris; quandoquidem et ipsa, et quidquid ad ipsam spectat celebratissimam habet gloriam. Sic ille.

Digitized by Google

malitia, et ut cor meum illius amore vulneretur, cum odio voluptuosarum carnis passionum, ut te laudabilissimam hymnis celebrare possim.

διῶσαι τῷ ἔρωτι σαρκὸς ἡδυπαθείας μισήσαντα, ὅπως ὑμνῶ σε τὴν πανύμνητον.

Ex canone feriæ IV *ad Matutinum.*

Post partum Virgo inviolata permansisti, illum ineffabiliter enixa, qui in cruce fuit exaltatus : quamobrem nos fideles omnes te, o immaculata, magnis vocibus beatam nuncupamus.

Agna immaculata, videns te, Domine, in cruce elevatum, cum dolore flebat, ac potentiam tuam laudabat.

Tu quæ in tempore Dominum temporis expertem peperisti, atque unica virginitatem immaculatam possedisti ; videns eumdem in ligno suspensum, animam tuam **271** doloribus dissecari ac dividi sentiebas.

Ille qui solus bonus est, cum in uterum immaculatum ut carnem susciperet, ingressus fuisset, etiam crucifixus ostendi voluit, ut nos a perditione liberaret.

Clavis te populus iniquus confixit ; et nunc doloris gladius dilacerat cor meum, o Creator meus. Ita cum lacrymis Virgo clamabat.

Cum Christum Deum, qui in camino ros apparuit, et nullo modo combussit uterum tuum ; videres, o Puella, affixum ligno, inexcogitabilem illius demissionem, humilitatemque glorificabas.

Cum Domina plurimis celebranda laudibus, videret Christum morientem, et simul perimentem hostem illum qui homines occidebat ; tanquam Dominum cum lacrymis illum laudabat : ac longanimitatem illius et patientiam admirata, clamabat : Omnia opera, laudate Dominum.

Illumina, Virgo casta, animam meam peccati tenebris involutam : dissolve nubila malorum meorum, o nubes lucis, quæ olim solem obtenebratum vidisti dum crucifigeretur ille qui est immortalis.

Ex canone feriæ V *ad Matutinum.*

O Virgo, quæ semper vigilas intercedendo pro nobis : animæ nostræ passiones sopore opprime sacris precibus tuis, divinam et salutarem vigilantiam elargiens nobis, qua divina placita explere possimus.

Te præsidium, Virgo sanctissima, possidemus : commuta in gaudium tristitiam nostram, et libera nos a tribulatione quæ generat mortem.

Exercitus angelorum stupore percelluntur, o castissima, hymnis extollentes magnitudinem divini partus tui : cum quibus preces funde, o Virgo, pro salute omnium **272** illorum qui te cum fide sincera beatam appellant.

Intellectualibus oculis intuens te Isaias, o Virgo, in has voces erupit : Ecce nasciturus est Jesus Dominus, ut homines renascantur.

Populus et civitas tua supplex precatur te Dei Matrem. Libera nos ab omni necessitate, o Domina sanctissima, et ab æterna futuri sæculi damnatione.

Somno opprime insurgentes motus passionum

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τετάρτης εἰς τὸν Ὄρθρον.

Παρθένος μετὰ τὸν τόκον ἄφθορος διαμεμένηκας, τὸν ὑψωθέντα, ἄχραντε, σταυρῷ ὑπὲρ λόγον κυήσασα· ὅθεν πιστοί σε ἅπαντες μεγαλοφώνως μακαρίζομεν.

Ἡ ἄμωμός σε ἀμνὰς ἀναρτηθέντα ἐν σταυρῷ βλέπουσα, ὀδονηρῶς, Δέσποτα, ἔκλαιεν, ὑμνοῦσα τὸ κράτος σου.

Ἡ τὸν ἄχρονον ἐν χρόνῳ ἀποτεκοῦσα καὶ παρθενίαν ἄμωμον ἡ μόνη κεκτημένη, ξύλῳ ἀναρτηθέντα ὡς ἔγνως τὸν Κύριον, πόνοις τὴν ψυχὴν κατεμέ-
B ριζες.

Ὁ μόνος ἀγαθὸς ὑποδὺς μήτραν ἄφθορον σαρκούμενος καθωράθη, καὶ σταυρούμενος, ὅπως φθορᾶς ἡμᾶς λυτρώσηται.

Ἥλοις σε ὁ παράνομος δῆμος προσήλωσε, καὶ λύπης νῦν τῇ ῥομφαίᾳ τὴν ἐμὴν καρδίαν σπαράττομαι, ὦ Ποιητά μου, ἡ Παρθένος ἐβόα δακρύουσα.

Τὸν ἐν καμίνῳ δρόσον ὀφθέντα Χριστὸν τὸν Θεὸν, Κόρη, μηδαμῶς δὲ φλέξαντα τὴν νηδὺν τὴν σήν· βλέπουσα γὰρ κρεμάμενον ξύλῳ ἐδόξαζες τὴν ὑπὲρ
C νοῦν αὐτοῦ συγκατάβασιν.

Νεκρούμενον βλέπουσα Χριστὸν, καὶ τὸν νεκρώσαντα βροτοὺς νεκροῦντα ἐχθρὸν, ἡ πολύμνητος Δέσποινα ὡς Δεσπότην ὑμνεῖ κλαίουσα, καὶ τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ ἀποθαυμάζουσα ἀνεβόα· Πάντα τὰ ἔργα, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Φώτισον, ἁγνὴ, τὴν ψυχήν μου τῇ ἁμαρτίᾳ σκοτισθεῖσαν, λῦσον τῶν κακῶν μου τὰ νέφη, φωτὸς νεφέλη ἡ σκοτιζόμενον ἥλιον πάλαι βλέψασα, ἐν τῷ σταυροῦσθαι τὸν ἀθάνατον.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς πέμπτης εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ἀκοίμητον, ἁγνὴ, κεκτημένη πρεσβείαν, κατακοίμησον ἡμῶν τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ἱεραῖς μεσιτείαις σου, θείαν καὶ σωτηριώδη διορουμένη ἐγρήγορσιν πρὸς Θεοῦ θελημάτων ἐκπλήρωσιν.

Σὲ προστασίαν, παναγία Παρθένε, κεκτήμεθα, μεταποίησον ἡμῶν εἰς χαρμονὴν τὴν κατήφειαν,
D καὶ θλίψεως λύτρωσαι γεννώσης θάνατον.

Στρατηγίαι τῶν ἀγγέλων καταπλήττονται, πάναγνε, ἀνυμνολογοῦσαι μέγεθος τῆς θείας λοχείας σου, μεθ' ὧν δυσώπει, Παρθένε, πάντας σώζεσθαι τοὺς ἐν πίστει σε εἰλικρινεῖ μακαρίζοντας.

Νοεροῖς τοῖς ὄμμασι, Παρθένε, σὲ ὁρῶν Ἡσαΐας ἀνεβόᾳ· Ἰδοὺ μέλλει τίκτεσθαι κόρης θεόπαιδος Ἰησοῦς ὁ Κύριος εἰς ἀνθρώπων ἀναγέννησιν.

Λαός σου καὶ ἡ πόλις δυσωπεῖ σε τὴν τοῦ Θεοῦ Μητέρα, ἐξελοῦ ἡμᾶς πάσης ἀνάγκης, καὶ τῆς ἐκεῖ, παναγία Δέσποινα, αἰωνίου κατακρίσεως.

Κοίμησον ἐπαναστάσεις παθῶν τῆς ἐμῆς ψυχῆς

Digitized by Google

ἀγρύπνῳ δεήσει σου, δίδου μοι ἐγρήγορσιν, Κόρη, τῆς ῥαθυμίας πόρρω τὸν νυσταγμὸν ἀπελαύνουσα.

Συμπαθείας τῆς σῆς με ἀξίωσον, συμπαθέστατον Λόγον κυήσασα, εὐλογημένη Παρθένε, καὶ ἐν ὥρᾳ τῆς δίκης πρόστηθι ῥῦσαι τῆς ἐκεῖ με, ἀγνή, κατακρίσεως.

Φωνὴν σοι τοῦ θείου Γαβριὴλ προσάγομεν χαρμοσύνως, καὶ κραυγάζομεν· Χαῖρε, Παράδεισε, τὸ ξύλον ἐν μέσῳ τῆς ζωῆς ἔχων πάντοτε περίδοξον τοῦ Λόγου παλάτιον· χαῖρε, Παρθένε παναμώμητε.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς Παρασκευῆς εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ῥομφαία, ὡς ἔφησεν ὁ Συμεών, τὴν καρδίαν σου διῆλθεν, ὡς ἔδλεψας Χριστὸν σταυρούμενον μόνον, Δέσποινα, νυττόμενον τῇ λόγχῃ· ὅθεν ἀλαλάζουσα πόνους ὑπέφερες.

Ἐκ σοῦ ἡ ἀνάπλασις τῆς Εὔας ὡράθη, Παρθένε, ἀληθῶς Θεὸς σαρκὶ τικτόμενος, καὶ ἐν σταυρῷ ὑψούμενος, καὶ καταράσσων δαίμονας, θεοχαρίτωτε Δέσποινα.

Ῥήγνυται χειρόγραφον τὸ τοῦ Ἀδὰμ, λόγχῃ νυττομένου σου, Δέσποτα, ἡ Θεοτόκος ἀνεβόα τῷ σταυρῷ παρισταμένη, Κύριε, καὶ ὀδυνηρῶς ἀλαλάζουσα.

Σαρκὶ ὃν ἐκύησας Χριστὸν, Θεοχαρίτωτε, ξύλῳ ἀναρτούμενον ὡς εἶδες, θρήνων ἐπλήσθης, καὶ τὸ μακρόθυμον τούτου κατεπλήττου ἀληθῶς· ὅθεν ἐμεγάλυνες τὴν αὐτοῦ συγκατάβασιν.

Λιμὴν γενοῦ μοι, πανάμωμε, πελάγει τῶν δεινῶν θαλαττεύοντι, ἡ ναυαγήσασαν πᾶσαν τὴν φύσιν τῷ τόκῳ σου, Θεογεννῆτορ Κόρη, νῦν διασώσασα.

Νύμφη ἄμωμος, παλάτιον τοῦ Κτίσαντος, γῆ ἀγεώργητος, θρόνος πυρίμορφος ἐδείχθης, πανάμωμε· ὅθεν βοῶμέν σοι· Χαῖρε, Δέσποινα, ἡ τοὺς βροτοὺς θεώσασα θεϊκῇ κυοφορίᾳ.

Ἰδοῦσα ὑπνώσαντα ἐν ξύλῳ τὸν πᾶσιν ἐγρήγορσιν παρέχοντα θείαν καὶ σωτήριον, Μήτηρ ἡ πανάμωμος ἀλαλαγμῷ ὠδύρετο, καὶ ἀνεκραύγαζε· Τί τοῦτο καινότατον θαῦμα; ὁ ζωοποιήσας τὰ πάντα, θνήσκει θέλων.

Φώτισον, ἀγνὴ, τοὺς πόθῳ ὑμνοῦντάς σε, καὶ μεγαλύνοντας· λῦσον τῶν παθῶν ἡμῶν τὸ σκότος, Κόρη· παῦσον τὸν κλύδωνα· τοῦ πονηροῦ τὰ σκάνδαλα ἐκ μέσου ποίησον· τοὺς τῆς Ἄγαρ γόνους καθυπόταξον βασιλεῖ εὐσεβεῖ ταῖς πρεσβείαις σου.

Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ῥυόμενος ἡμᾶς καταδίκης ἀρχαίας ὁ Υἱὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ηὐδόκησεν, ἀγνὴ, καὶ Υἱὸς χρηματίσαι σου·

animæ meæ precibus tuis nunquam dormientibus. Da mihi vigilantiam, o Puella, procul abigens socordiæ ac torporis dormitationem.

Compassionis tuæ dignum me fac, quæ Verbum summa compassione præditum peperisti, o benedicta Virgo castissima; et in hora judicii assiste mihi, ut a futuræ damnationis sententia eripias me.

Ad te Divini Gabrielis vocem cum gaudio dirigimus, clamantes: Ave, Paradise, quæ vitæ lignum semper habes in medio tui. Ave, gloriosissimum Verbi palatium, Virgo omni laude dignissima.

Ex canone feriæ VI ad Matutinum.

Pertransivit gladius cor tuum, quemadmodum prædixerat Simeon, o Domina; cum Christum crucifixum vidisti solum lanceæ perfodi; quamobrem dolores sustinens in gemitus erumpebas.

Ex te reformatio Evæ revera facta est, o Virgo Domina Deo charissima: Deus scilicet in carne natus, et in cruce exaltatus, qui dæmones proturbans dejecit.

Rescinditur chirographum Adæ, dum tu lanceæ perforaris, Dominator Domine. Ita Deipara assistens cruci cum dolore atque ejulatu exclamabat.

Quando Christum quem incarnatum pepereras, ligno affixum vidisti, o divina gratia cumulatissima, lamentis **273** repleta es, et profecto illius longanimitatem ac patientiam cum stupore admirabaris, quamobrem ejusdem demissionem atque humiliationem magnificabas.

Esto mihi portus, in pelago adversitatum fluctuanti, o purissima puella, quæ universam hominum naturam naufragium passam, partu tuo, o Dei Genitrix, salvasti.

Sponsa immaculata, palatium Creatoris, terra inarata, thronus igniformis facta es, o purissima: quare ad te clamamus: Ave, o Domina, quæ divino conceptu tuo homines deificasti.

Cum immaculatissima Mater (24) videret illum dormientem in ligno, qui omnibus divinam salutaremque tribuit vigilantiam: cum dolore ejulans exclamabat: Quodnam miraculum novum, et nunquam antea auditum est hoc? Ille qui omnia vivificat, moritur voluntarie?

Illumina, o casta, eos qui te cum affectu collaudant ac magnificant: dissolve passionum nostrarum tenebras, o puella: seda tempestates: tolle e medio scandala maligni: subjice filios Agar piissimo imperatori intercessionibus tuis.

Ex canone Sabbati ad Matutinum.

Filius Dei, ut nos ab antiqua damnatione liberaret, etiam Filius tuus, o Virgo, esse voluit; quam-

(24) Cum Christus caruerit originalis peccati maculis, decuit ut ejus mater eisdem careret, eaque omnino immaculata, ne Filius Dei habuisset circa se in Matre maculam, et peccatum originis. Et se non decuit habuisse Matrem Dei sordes naturæ physicas, nimirum sordes partus naturalis, quanto magis debuit carere spiritualibus peccati. Item, si dolor partus dicitur contumelia naturæ, cum non sit culpa, sed pœna illius, ac proinde semota a Dei Matre, quanto magis ipsa culpa originalis, quæ est major contumelia humanæ naturæ, ab ea debuit excludi?

Digitized by Google

obrem per ipsum nos in filiorum adoptionem recepti, cœlestem Patrem benedicimus ; tibique laudes decantamus.

Laudem Deo offeramus, qui ex Virgine voluntarie natus est, et choris angelorum mulierum choros adjunxit.

Ille, qui te Virginem immaculatam post partum conservavit, virgines omnes quæ te circumstant, glorificavit ; cum quibus sine cessatione precare, ut animæ nostræ ab omni angustia ac tentatione serventur.

Dominus, qui habitavit in te, o Virgo ab omni macula immunis, (25) **274** fecit homines habitacula divinæ gloriæ suæ.

Ore, lingua, et corde confiteor te, o puella, castam Matrem Dei nostri ; at tu mediatione tua ab æternæ damnationis sententia libera me.

Videns olim legislator flammam non conburentem rubum, didicit illam esse figuram partus tui, o Dei Genitrix sola benedicta.

Compassione tua dignum me fac, o Dei Genitrix castissima, quæ piissimum Verbum peperisti ; et salvum me fac clamantem : Benedicite, omnia opera, Domino ; laudate, etc.

Supernis Cherubinis superior apparuisti, o mundissima, quippe quæ illum portasti qui continet universa : fac quoque mentem meam passionibus carnis superiorem ; tribuens mihi virtutem, qua Domini voluntatem exsequi possim.

TONUS PLAGIUS.

Ex canone feriæ II ad Matutinum.

O porta divinæ gloriæ, pande mihi portas pœnitentiæ, et a portis inferi erue, precor, miserabilem animam meam.

Virgo Mater, a qua Deus corpus assumpsit ; suscipe voces clamantium ad te assidue, et a variis adversitatibus libera nos.

Ex puris sanguinibus tuis incarnatus est Dominus, o omnibus hymnis celebranda, concedens per benignissimam intercessionem tuam, pœnitentiæ locum honorantibus te, utpote piissimus, atque unice hominum amator.

O Virgo inter mulieres benedicta (26), concede misericordias tuas populo tuo, quippe quæ misericordis Mater facta sis.

Ὅθεν υἱοτεθέντες δι' αὐτὸν τὸν οὐράνιον εὐλογοῦμεν Πατέρα, ὑμνοῦντές σε.

Αἶνον τῷ Θεῷ προσάξωμεν, τῷ ἐκ τῆς Παρθένου ἀποτεχθέντι βουλήματι, γυναικῶν τε χοροῖς ἀγγέλων τοὺς χοροὺς ἐπισυνάψαντι.

Ὁ Παρθένον σε φυλάξας μετὰ τόκον ἀμώμητον, τὰς παρθένους πάσας σε περιεστώσας ἐδόξασεν, μεθ' ὧν ἀπαύστως δυσώπει διασώζεσθαι πάσης θλίψεως καὶ πειρασμῶν τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ὁ Κύριος ἐν σοὶ κατοικήσας, πανάχραντε, εἰργάσατο τοὺς ἀνθρώπους τῆς αὐτοῦ θείας δόξης, Παρθένε, οἰκητήρια.

Στόματι καὶ γλώσσῃ καὶ καρδίᾳ ὁμολογῶ σε, Κόρη, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀγνὴν Μητέρα· ἀλλὰ τῇ σῇ μεσιτείᾳ ῥῦσαί με αἰωνίου κατακρίσεως.

Φλόγα τὴν βάτον πάλαι μὴ πυρπολοῦσαν βλέπων, ὁ νομοθέτης ἐδιδάσκετο τὸν τύπον τοῦ τόκου σου, Θεοκυῆτορ μόνη ἀεὶ εὐλογημένη.

Συμπαθείας τῆς σῆς με ἀξίωσον, συμπαθέστατον Λόγον κυήσασα, Θεογεννῆτορ πάναγνε, καὶ βοῶντά με σῶσον· Πάντα τὰ ἔργα, εὐλογεῖτε, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Φανεῖσα τῶν ἄνω Χερουβὶμ, πανάμωμε, ἀνωτέρα, ὡς βαστάσασα τὸν συνοχέα τῶν ἁπάντων, ἀνώτερον τὸν νοῦν μου ἀπέργασαι παθῶν τῶν τῆς σαρκὸς, δυναμοῦσά με τὸ τοῦ Δεσπότου πράττειν θέλημα.

ΗΧΟΣ ΠΛΑΓΙΟΣ Α'.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας εἰς τὸν Ὄρθρον.

Πύλη τῆς θείας δόξης, μετανοίας μοι πύλας ἀνάπτασον, καὶ ἐκ πυλῶν τοῦ ᾅδου ἐξάρπασον, δέομαι, τὴν ταπεινήν μου ψυχήν.

Παρθενομῆτορ, ἡ Θεὸν σωματώσασα, τὰς φωνὰς πρόσδεξαι βοώντων σοι πάντοτε, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς τῶν ποικίλων περιστάσεων.

Σαρκοῦται ἐξ ἁγνῶν αἱμάτων σου Κύριος μετάνοιαν τοῖς τιμῶσί σε δίδους, πανύμνητε, τῇ σῇ χρηστῇ μεσιτείᾳ, ὡς εὔσπλαγχνος καὶ μόνος φιλάνθρωπος.

Παρθένε ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, τὰ σὰ ἐλέη παράσχου τῷ λαῷ σου· τοῦ ἐλεήμονος γὰρ ἐδείχθης Μήτηρ.

(25) Favet Richardus de S. Victore, dum tractans illud Cantic., Tota pulchra es, etc., in hunc modum scribit : « Nemo tam sanctus, qui maculam non habuerit et defectum, præter ipsam B. Virginem. Luna enim quæ nocte splendet, et stellæ non sunt mundæ in ejus comparatione. Obtenebrantur enim stellæ caligine humanæ culpæ, sed beatissima Maria, Virgo tota adeo pulchra est, quam totam illustravit et perfudit Sol justitiæ, ut nec maculas habuerit nec tenebras culpæ. » Hæc Richardus. Cujus verba afferens Catharinus in suo tractatu *De concept.* ad synod. Trident. parte I, observat de originali macula loqui manifeste Richardum, tum quia indistincte loquitur, tum quia auctoritatem ex B. Job assumit, quæ (ut exponit B. Gregorius et D. Thomas) ad peccatum originale refertur, cum ait : Obtenebrentur tenebræ in caligine ejus. » Neque vero humanæ culpæ caligo proprie potest nisi ad originale referri.

(26) Quia sola inter mulieres a communi maledictione et contractione originalis peccati libera. Hinc Armandus Richelius R. E. cardinalis in suo *Catechismo*, seu *Institutione Christiana*, lect. 24, ait : « Beata Virgo dicitur benedicta in mulieribus, quia nulla fuit nec unquam erit sine peccati macula concepta cum plenitudine gratia sicut ipsa. » Bartholomæus etiam Pisanus De *laud. B. Virg.* lib. I, fructu 7. « Maria, inquit, dicitur Benedicta in mulieribus, secundum Hieronymum et Augustinum, id est, super omnes mulieres. Ergo puritas aliis concessa, Mariæ non debet negari. Ergo si Eva a Deo mundissima est facta, quare et Maria. »

Digitized by Google

Παρθένε, τῶν πιστῶν ἡ προστασία, ῥυσθῆναι ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας δυσώπει τὸν Κύριον τοὺς δούλους σου.

Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς, ὁ μήτραν Παρθένου καθυποδὺς, καὶ σώσας τὸν ἄνθρωπον, ὁ ὑπερύμνητος καὶ ὑπερένδοξος.

Ἐκ σοῦ Θεὸς ἀνέτειλε, καὶ θεογνωσίᾳ κατελάμπρυνε τοὺς ἐσκοτισμένους, πανύμνητε Παρθένε.

Φέρεις ὥσπερ θρόνος πύρινος νεύματι τὸν πάντα φέροντα, καὶ θηλάζεις, Παρθένε, τὸν πάντα διατρέφοντα.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τρίτης εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ῥῦσαι συνηθείας με, ἁγνὴ Παρθένε, πόνηρᾶς, στήριζον ἐπὶ πέτραν ἐντολῶν περιτρεπόμενον μεθοδείας, Δέσποινα, τοῦ παλαιοῦ πτερνιστοῦ, καὶ ἄξιωσον ἐμὲ Χριστῷ εὐαρεστῆσαι καλῶς ᾄδοντα καὶ ψάλλοντα ἐπινίκιον ᾠδήν.

Τέτοκας ἀπορρήτως ὠδίνων ἄνευθεν ὃν Πατὴρ πρὸ αἰώνων ἀῤῥεύστως ἀπεγέννησε, πανύμνητε Δέσποινα, ὃν δυσώπει σώζεσθαι ἀπὸ πάσης βλάβης τοὺς σοὶ προστρέχοντας.

Τῆς μετανοίας πύλας νῦν μοι ὑπάνοιξον, πύλη φωτὸς, Παρθένε, καὶ εἰσόδους τῶν παθῶν ἀπόκλεισον τῆς ταπεινῆς μου ψυχῆς.

Ἁγία Παρθενομῆτορ, μόνη πανύμνητε, ἐγκλημάτων μώμου ἡμᾶς ἀπάλλαξον, φώτισον ἡμῶν τὸν λογισμὸν, ἁγίασον καρδίαν, καὶ αἰωνίας ἡμᾶς πάντας λύτρωσαι καταδίκης δεόμεθα.

Ἡ πάναγνος Δέσποινα, ἁμαρτανόντων ἡ προστασία, τῶν πιπτόντων ἡ θεία ἐπανόρθωσις, ὡς Θεὸν τεκοῦσα δοξάζεται.

Ἐλέησόν με, μόνη πανύμνητε, τὸν ἐλεήμονα Θεὸν ὑπερβολῇ ἀγαθότητος ἀνερμηνεύτως τεκοῦσα, καὶ ῥῦσαι αἰωνίου κολάσεως.

Πύλη ἀδιόδευτε τῆς δόξης, ἄχραντε, διάνοιξόν μοι τὴν μετανοίας πύλας, προξενήσας μοι τὰς θείας εἰσόδους καὶ τὴν ἐκεῖ κατάπαυσιν.

Θεὸν ἀῤῥήτῳ λόγῳ, Παρθενομῆτορ, ἐκύησας ἡμῖν πᾶσι μετάνοιαν δίδοντα τοῖς πολλὰ πταίουσι διὰ μεσιτείας σου τῆς ἀγαθῆς, καταφυγὴ τῶν πιστῶν καὶ λιμήν.

Θεοχαρίτωτε σκηνὴ, τοῦ ἁγιάσματος σεπτὴ κιβωτὲ, λυχνία θείου φωτὸς, ἄρτου ζωῆς τράπεζα, Λόγου παλάτιον ἔμψυχον, οἶκον Πνεύματός με δεῖξον.

Καταιγὶς χείμαζέ με ἁμαρτίας, ἄχραντε ἁγνὴ, σπεῦσον ἐξελέσθαι με εἰσάγουσα μετανοίας πρὸς τοὺς λιμένας, πανάμωμε.

Λιμὴν σωτήριος ἐδείχθης πᾶσιν, ἁγνὴ, παθῶν τὸ κλυδώνιον καταπραΰνουσα, πρὸς γαλήνην τε πάντας μετάγουσα τῆς μετανοίας, σεμνὴ, τοὺς ἐν γῇ ταπεινούς.

O Virgo præsidium fidelium, Dominum deprecare, ut ab omni peccato liberet servos tuos.

275 Benedictus es, Deus, qui uterum Virginis ingressus, hominibus salutem attulisti : superlaudabilis es, et supergloriosus

Ex te, o Virgo celeberrima, tanquam sol exortus est Deus, et eos qui in tenebris versabantur, divinæ cognitionis luce illustravit.

Gestas tanquam thronus igneus illum, qui nutu gestat universa ; et lacte nutris, o Virgo, illum qui omnibus dat alimentum.

Ex canone duplici feriæ III *ad Matutinum.*

Libera me, Virgo casta, a prava consuetudine : firma supra petram divinorum mandatorum, o Domina, me, qui circumvertor ac circumagitor insidiis supplantatoris antiqui : et dignum me fac, ut et ego Christo placere possim pulchre canendo, ac psallendo canticum victoriæ.

Peperisti ineffabiliter sine doloribus illum quem Pater ante sæcula incorruptibiliter generavit ; quem deprecare, o Domina laudatissima, ut ab omni læsione serventur ii qui accurrunt ad te.

Pœnitentiæ portas aperi nunc mihi, Virgo porta lucis, et claude ingressus passionum misellæ animæ meæ.

Sancta Virgo Mater, una omni laude dignissima, a delictorum maculis libera nos : illumina mentes nostras ; sanctifica corda nostra ; omnesque nos ab æternæ damnationis sententia eripe, te precamur.

Castissima Domina, peccatorum patrocinium ; cadentium erectio divina, quæ Deum peperit, glorificatur.

Miserere mei, o sola ab universis laudanda ; quæ misericordem Deum ob nimiam ipsius bonitatem, modo inenarrabili peperisti : et ab æternis supplicis eripe me.

O immaculata, porta gloriæ per quam nulli transire **276** licet, pœnitentiæ portas aperi mihi, pandens mihi aditum ad divinos ingressus et ad requiem futuram.

Verbo ineffabili Deum peperisti, o Virgo Mater, qui pœnitentiæ spatium dat nobis omnibus multorum lapsuum reis, per benignam intercessionem tuam, o refugium, et portus fidelium.

O Deo charissimum tabernaculum : arca veneranda sanctificationis ; divinæ lucis candelabrum ; mensa panis vitæ, palatium Verbi animatum : Spiritus sancti templum effice me.

Peccatorum tempestate jactor, o Virgo summe pura, casta et immaculata ; festina ut eripias me, et ad pœnitentiæ portus deducito me.

Portus salutaris facta es universis, o Virgo casta, quæ passionum tempestates fluctusque sedas ac serenas, atque omnes qui in terra sunt miserabiles, ad pœnitentiæ tranquillitatem, o veneranda, perducis.

Digitized by Google

Novum puerum peperisti, o purissima, Christum scilicet, qui nos antiqua transgressione inveteratos, in novam reformat creaturam.

Νέον ἀπεκύησας παιδίον, πανάμωμε, Χριστὸν τὴν ἀναπλασιν ἡμῶν ἐργαζόμενον τῶν πεπαλαιωμένων τῇ ἀρχαίᾳ παραβάσει.

Angelorum gloria, hominumque salus, esto mihi fidejussoris loco, o mater Dei, ut convertar et resipiscam, et indulgentiam peccatorum præteritorum per scientiam castitatemque recipiam.

Ἄγγέλων καύχημα, βροτῶν διάσωσμα, ἐγγυητής μου γενοῦ, Μῆτερ Θεοῦ, ὅπως ἐπιστρέψω καὶ κομίσωμαι λύσιν τῶν προημαρτημένων ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ.

Exaltasti nos sublimi partu tuo a barathro peccatorum; o divina gratia plenissima: quamobrem vocibus gratum animum demonstrantibus, te, puella, laudamus in omnia sæcula.

Ὕψωσας ἡμᾶς τῷ ὑψηλῷ σου τόκῳ βαράθρων συμπτώσεως, Θεοχαρίτωτε, ὅθεν φωναῖς σε χαριστηρίοις πίστει, Κόρη, ἀνυμνοῦμεν, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

O Deo gratissima, tu facta es nubes lucida, quæ præcessit novum populum ad terram veram promissionis; et porta, quæ aditum fecit ad vitam: propterea te, o Deipara, magnificamus.

Φωτοειδὴς νεφέλη, προηγουμένη νέου λαοῦ πρὸς γῆν ἐπαγγελίας ἀληθῶς, Θεοχαρίτωτε, ἀνεδείχθης, καὶ πύλη εἰσάγουσα πρὸς ζωήν· διό σε, Θεοτόκε, μεγαλύνομεν.

Vere tu facta es, o immaculata Virgo, luciferum vehiculum Solis illius, qui ex visceribus tuis refulsit, **277** et gravissimas fraudis tenebras dissolvit; unde te pro merito ac debito cum fide magnificamus.

Φωτοφόρον ὄχημα τοῦ Ἡλίου ὤφθης ἀληθῶς τοῦ λάμψαντος ἐκ τῶν σῶν, ἄχραντε ἁγνή, λαγόνων, καὶ λύσαντος τῆς ἀπάτης σκότος χαλεπόν· ὅθεν ἐν πίστει σε καταχρέως μεγαλύνομεν.

Ex canone feriæ IV *ad Matutinum.*

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τετάρτης εἰς τὸν Ὄρθρον.

Cum Dominum ex utero tuo natum, in crucis ligno injuste exaltatum animadverteres, o Virgo, lacrymas fundebas, et illius prorsus infinitam humiliationem laudibus extollebas.

Ὅτε τὸν ἐκ γαστρός σου τεχθέντα Κύριον κατενόησας ξύλῳ ἀδίκως ἀνυψούμενον, Παρθένε, ἐδάκρυσας, καὶ τούτου ὕμνησας ὄντως τὴν ἄπειρον συγκατάβασιν.

Laudant te chori angelici, o omnibus laudibus celebranda, quæ illos incomparabiliter superas dignitate; Deum enim in carne peperisti, qui maledictionem per lignum illatam, ligno abolevit, et benedictionis fontem profudit.

Ὑμνοῦσιν ἀγγελικοὶ χοροί σε, πανύμνητε, ἀσυγκρίτως τούτους τὴν ὑπερέχουσαν· τέτοκας γὰρ Θεὸν ἐν σαρκί, τὸν ξύλῳ τὴν κατάραν τὴν διὰ ξύλου ἀφανίσαντα, καὶ τὴν εὐλογίαν πηγάσαντα.

Gladius, o benedicta Dei Mater, animam tuam pertransivit, cum Filium tuum crucifixum, et animam suam in manus Patris commendantem, vidisti.

Ῥομφαία, Θεομῆτορ, διῆλθέ σου, εὐλογημένη, τὴν ψυχήν, ἡνίκα εἶδες σταυρούμενον τὸν σὸν Υἱόν, καὶ εἰς χεῖρας ψυχὴν τὰς πατρικὰς παραθέμενον.

Te immaculatissimam Dei Genitricem appellamus (27), per quam maledictio sublata est atque exstincta, et data est redemptio, et benedictio.

Σὲ τὴν παναμώμητον Θεοῦ Λοχεύτριαν, δι' ἧς ἡ καταρὰ ἀπεστειρώθη, καὶ ἡ ἀπολύτρωσις καὶ ἡ εὐλογία ἐδόθη, μακαρίζομεν.

Admirabilis est proles tua, o Deipara, quæ facit mirabilia magna, et in sanctis glorificatur, o sola omni ex parte admirabilis Domina.

Θαυμαστὸς ὁ τόκος σου, ὁ μεγάλα θαύματα ποιῶν, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις δοξαζόμενος, Θεοτόκε, μόνη πανθαύμαστε Δέσποινα.

Nova ac peregrina est conceptio tua, o immaculatissima; Deum enim genuisti, qui ligno exstinxit flammam malitiæ, et mundum luce perfudit.

Ξένη σου ἡ γέννησις ὑπάρχει, πανάμωμε· Θεὸν γὰρ ἐκύησας τὸν ξύλῳ μαράναντα τὴν φλόγα τῆς κακίας, καὶ φωτίσαντα τὸν κόσμον.

Astabas cruci, o Domina puella, considerans Christum quem pepereras, in illa confixum: quapropter exclamabas; Ne me prole carentem relinquas, o æterne æterni Patris Fili et Verbum.

Ἵστασο σταυρῷ, κατανοοῦσα, Κόρη, πηγνύμενον, Δέσποινα, Χριστὸν ὃν ἔτεκες· ὅθεν ἐβόας· Μὴ ἄτεκνόν με δείξῃς, ἄναρχε ἀνάρχου Πατρὸς Υἱὲ καὶ Λόγε.

Plantatorem religionis ac pietatis, ipsum scilicet Creatorem, peperisti, qui in terris veram scientiam plantavit, et maledictionem, quæ ex planta pullulaverat, dissolvit: quem **278** dum magnificamus, te quoque, o Virgo, beatam appellamus.

Φυτουργὸν ἐκύησας εὐσεβείας, τὸν Δημιουργὸν φυτεύοντα ἐπὶ γῆς γνῶσιν ἀληθῆ καὶ τὴν ἐκβλαστήσασαν ἀπὸ φυτοῦ λύοντα ἀράν, ὃν μεγαλύνοντες, σὲ, Παρθένε, μακαρίζομεν.

(27) Et quidem decens omnino fuit, ut Christus fabricator Matris suæ, eam faceret immaculatissimam, et tali decoraret puritate ut esset apta et digna de qua carnem assumeret, ne despiceretur ab infidelibus et hæreticis. Et hoc probat Augustin. in libr. v contra hæreses, dicens in persona Christi: « Hæc quam despicis, Manichæe, Mater mea est, manu fabricata est mea. Ergo Matrem ex qua nascerer, feci: ego viam itineri meo præparavi, » etc. In quibus verbis ostendit Augustinus, quod postquam Christus tanquam Deus, et sapiens architectus ad libitum fabricavit Matrem suam, taliter eam fabricavit sine aliquo defectu, ne ab aliquo despiceretur, et cum tanto decore, et perfectione, ut esset apta, et digna, ut ex ea carnem assumeret, et ab omnibus veneraretur, ut in canticum B. Virginis Magnificat, observat Jacobus Christopolitanus.

Digitized by Google

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης, εἰς τὸν Ὄρθρον. A

Πύλαι τῶν προφητῶν σε χορὸς ἐκάλεσεν ὄρος θεῖον, Παρθένε, καὶ πύλην ἀδιόδευτον, ὅθεν, δυσωποῦμεν, μετανοίας πύλας, Παρθενομῆτορ, ἡμῖν ὑπάνοιξον.

Παρέστης ἐκ δεξιῶν Χριστοῦ, ὡς βασίλισσα κροσσωτοῖς χρυσέοις, θεοχαρίτωτε, περιβεβλημένη ἀληθῶς, ἡμῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν τῇ μεσιτείᾳ σου, Κόρη, προξενοῦσα πρεσβείαις σου.

Ἁγία Θεοτόκε, βοήθει μοι ταῖς ἡδοναῖς διηνεκῶς βυθιζομένῳ τοῦ σώματος, καὶ ῥᾳθυμίας ἐν κλίνῃ ἀεὶ κατακειμένῳ καὶ στένοντι.

Ὁ ἀπερινόητος, θεοχαρίτωτε, περιοχὴ σωματοφόρος γενόμενος, ἔχει με, βροτοὺς ἀπαλλάττων περιεχούσης θλίψεως. B

Κυοφόρος ἄνανδρος, Θεομῆτορ, πέφηνας ἁγνή· διὰ τοῦτο πίστει ἱκετεύω σε, τῆς ψυχῆς μου τὴν ῥᾳθυμίαν ἀπέλασον.

Ἐκ σοῦ ἡμῖν ἔλαμψεν ἀνέσπερος ἥλιος, νεφέλη ὁλόφωτε, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, φωτίζων τοὺς ἐν σκότει ἀγνωσίας, Θεοτόκε.

Σάρκα δι' ἡμᾶς ἐκ σοῦ Θεὸς φορέσας, ἁγνὴν σε πανάμωμον παντὸς τοῦ γένους ἡμῶν θείαν, Παρθένε, δεικνύει προστασίαν· ὅθεν, σὲ ὑμνοῦμεν πιστοὶ μεγαλοφώνως.

Φαεινὴν λυχνίαν σε ὁ προφήτης ἔβλεψεν, ἁγνή, λαμπάδιον νοητὸν φέρουσαν Χριστόν, δι' οὗ ἐφωτίσθημεν οἱ ἐν σκότει κείμενοι κακῶν, σε μακαρίζοντες, C Θεοτόκε Ἀειπάρθενε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς παρασκευῆς, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Νέον βρέφος ἡμῖν τὸν παλαιὸν ἡμερῶν, ἁγνὴ Παρθένε, ἀπεκύησας παλαιωθεῖσαν τὴν φύσιν ἀνακαινίσαντα ἀνθρώπων, πανάμωμε, τῷ θείῳ πάθει αὐτοῦ.

Ζωῆς ἡμῖν πρόξενος, ἁγνή, θανὼν ἐν ξύλῳ ἀναδέδεικται ὁ σὸς Υἱός τε καὶ Κύριος, ὁ δοξάζων τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

Ὡς ἑώρακας ἐν τῷ σταυρῷ Χριστὸν ὃν ἔτεκες, ἁγνή, ἀπεθαύμαζες τὴν ἄφατον αὐτοῦ μακροθυμίαν· ὅθεν σὺν αὐτῷ σε δοξάζομεν.

Ἰδοῦσα ἐπὶ ξύλῳ ὑπνώσαντα τὸν Δεσπότην, θρη- D νοῦσα ἠλάλαζες, Παρθενομῆτορ πανάμωμε.

Ῥομφαία τὴν καρδίαν σου διῆλθεν, ἡνίκα σταυρούμενον τὸν Κτίστην τεθέασαι, Παρθένε πανάμωμε, καὶ λόγχῃ θείαν πλευρὰν ἐξορυττόμενον.

Ex Canone feriæ v, ad Matutinum.

Olim prophetarum chorus vocavit te, o Virgo, montem divinum, et portam impenetrabilem; unde te supplices rogamus, o Virgo Mater, ut pœnitentiæ portas aperias nobis.

Astitisti a dextris Christi tanquam Regina, o divina gratia cumulatissima Puella, vere circumdata fimbriis aureis; mediatione tua et intercessionibus tuis cœlorum regnum nobis acquirens.

O Deipara sancta, adjuva me corporeis voluptatibus assidue immersum, atque in socordiæ lectulo semper jacentem atque suspirantem.

Ille, qui nulla potest cogitatione comprehendi, intra corporis ambitum accepti a te, o divina gratia plenissima, sese conclusit, ut homines ab angustiis, quibus comprehendebantur, liberaret.

O Dei Mater, cum sine viri opera concepisses, Virgo casta apparuisti: ideo te cum fide rogo, ut animæ meæ segnitiem depellas.

Ex te, o Deipara, nobis illuxit sol, qui ignorat occasum, o nubes undequaque lucida, Christus scilicet Deus noster ut eos, qui ignorantiæ tenebris detinebantur, illuminaret.

Cum Deus ex te, o Virgo, carne indutus esset propter nos, universi generis nostri te purissimam atque castissimam, divinum præsidium constituit: quamobrem nos fideles te magna voce laudamus.

Candelabrum refulgens vidit te propheta, o Virgo, quod spiritalem lucernam Christum ferebat, per quem **279** nos, qui in malorum tenebris jacebamus, illuminati sumus, et te, o semper Virgo Deipara, beatam vocamus.

Ex Canone feriæ vi, ad Matutinum.

Novum infantem peperisti nobis, antiquum dierum, o castissima atque purissima Virgo, qui divina passione sua, inveteratam hominum naturam renovavit.

Vitæ nobis auctor, moriens in ligno, factus est Filius et Dominus tuus, o casta, qui glorificat laudatores tuos.

Cum videres in cruce Christum, quem pepereras, o pura, ineffabilem illius patientiam admirabaris quare te cum illo glorificamus.

Cum vidisses Dominum super crucis lignum obdormisse; in lamenta et fletus erupisti, o Virgo mater purissima.

Gladius pertransivit cor tuum, o Virgo ab omni prorsus labe immunis (28), cum Creatorem cruci affixum, et divinum ejus latus lanceæ perfossum vidisti.

(28) Favet Joan. Geometra hymno 3 de B. Virgine, dum ipsam B. Virginem sic salutat:

Ave, primævi libera labe Patris.

Favet etiam hymnus cujusdam Missalis antiqui apud Bolingkem in *Parnasso Mariano*, ubi sic legitur.

Ave, Regina cœlorum.
Omni laude dignissima;
Quæ concepta es vitiorum
Sine labe purissima.
Salve, Virgo singularis,
Vere sacra margarita.
Salve, quia stella maris,
Et sine labe concepta.

Sed et S. Gregorius papa, ut refert Jo. Vitalis in *Defensorio B. Virginis* lib. 4 cap. 2, Deiparam

Digitized by Google

Post partum virgo, qualis ante partum fueras, perseverasti. Deus enim erat qui nascebatur, ut homines Deos faceret. A

Μετὰ τόκον, ἁγνὴ, ὡς πρὸ τόκου διαμένεις· θεὸς γὰρ ἦν ὁ τεχθείς, ἵνα θεώσῃ βροτούς.

Gabriel divinarum nuptiarum conciliator ac pronubus ad te missus, o Virgo, exclamavit dicens: Ave, lucidissimum palatium Christi omnium regis, in quo cum habitaverit, omnes homines deificabit.

Νυμφαγωγός σοι Γαβριὴλ, Παρθένε, ἀποστελλόμενος, Χαῖρε, ἐβόησε λέγων, φωτεινότατον παλάτιον τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ, ἐν ᾧ οἰκήσας βροτοὺς θεώσει πάντας.

Lux nobis ex te, o Virgo, exorta est Jesus, qui crucifixus creaturas suas hilari luce perfudit, ac tartareas tenebras eliminavit.

Φῶς ἡμῖν ἐκ σοῦ, ἁγνὴ, ἀνατέταλκεν Ἰησοῦς, καὶ ἐφαίδρυνε τὴν κτίσιν σταυρούμενος, καὶ δαιμόνων τὸ σκότος ἀπεδίωξεν.

280 *Ex Canone Sabbati, ad Matutinum.*

Ἐκ τοῦ Κανόνος τοῦ Σαββάτου, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ad te, o omnibus digna laudibus, clamamus: Gaude, quæ gaudium ipsum peperisti. Illumina mentem atque animam nostram, atque omnes manuduc ad semitas scientiæ: et precare Filium tuum ac Deum, o Domina illibata, ut nobis omnibus concedat indulgentiam peccatorum. B

Χαῖρε, σοὶ κραυγάζομεν τῇ κυησάσῃ τὴν χαράν, πανύμνητε, φωταγώγησον ἡμῶν τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ πρὸς τρίβους γνώσεως πάντας ὁδήγησον, καὶ πταισμάτων ἴλασμὸν δοθῆναι πᾶσιν αἴτησαι, Δέσποινα ἄχραντε, τὸν Υἱόν σου καὶ Θεόν.

Ut te, o benedicta inter mulieres, vidit mulierum cœtus, certatim Filio tuo sese obtulit, o Virgo Mater.

Εὐλογημένη γυναικῶν, σὲ ὡς ἔβλεψε κατάλογος γυναικῶν, ἐνήθλησε καὶ τῷ σῷ Υἱῷ προσενήγκατο, Παρθενομῆτορ.

Ille qui erat æternus, nunc ex te factus est sub tempore: eumdem nunc exora, o Virgo, ut peccata omnia animæ meæ ex longo tempore perpetrata aboleat.

Ὁ ἄχρονος γέγονε νῦν ὑπὸ χρόνον ἐκ σοῦ, Παρθένε, τοῦτον αἴτησαι διαλῦσαι ἅπαντα τῆς ψυχῆς μου τὰ χρόνια πταίσματα.

Te Laudamus, o Virgo, per quam apparuit Deus factus homo in terra. Salve terra fecundissima, quæ mysticam spicam fructificasti omnes spiritus nutrientem.

Ὑμνοῦμέν σε, Παρθένε, δι' ἧς ἐφάνη ὁ Θεὸς ἐπὶ γῆς, βροτὸς γενόμενος· Χαῖρε, γῆ εὔκαρπε, ἡ καρποφοροῦσα στάχυν μυστικὸν τὸν διατρέφοντα πᾶσαν πνοήν.

Tu, Domine, qui a principio Evam formasti; Virginis uterum ingressus, meam operaris reformationem, forma servi indutus, cum sis Dominus omnium. C

Ὁ διαπλάσας κατ' ἀρχὰς τὴν Εὔαν, Κύριε, παρθένου νηδὺν καθυποδὺς τὴν ἐμὴν ἐργάζῃ ἀνάπλασιν, δούλου σχῆμα ἐνδυσάμενος ὁ Δεσπότης τῶν ἁπάντων.

Qui te orthodoxe Deiparam esse sentimus, ab igne, tenebrisque æternis intercessione tua liberemur, et ab hostibus invisibilibus, qui nos oppugnant, eruamur.

Ὡς Θεοτόκον σε φρονοῦντες γνώμῃ εὐθεῖ, πυρὸς αἰωνίζοντος καὶ σκότους, Δέσποινα, ῥυσθείημεν τῇ μεσιτείᾳ σου, καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν πολεμούντων ἡμᾶς.

Laudibus celebremus Virginem gratia plenam, tanquam portam, quæ fert ad divinum ingressum; tanquam scalam Dei, per quam feliciter ascenditur; tanquam certam ac securam eorum qui salvantur ductricem.

Ὡς πύλην φέρουσαν πρὸς θείαν εἴσοδον, ὡς εὐδιάβατον τὴν κλίμακα Θεοῦ, τῶν σωζομένων ἀσφαλῆ ὁδηγίαν, τὴν κεχαριτωμένην ὑμνήσωμεν Παρθένον.

Insania mentis incitatus peccata multa commisi, superest nunc ut me condigna pœna sequatur; a qua libera me, o Virgo, dum corde firmo ac stabili ad tuam divinam protectionem recurro, quæ est unicum præsidium fidelium. D

Φρενοβλαβῶς, Παρθένε, ἁμαρτίας πράξας πολλὰς, τὴν κόλασιν ἐκδέχομαι λοιπὸν, ἀφ' ἧς με λύτρωσαι τὸν ἀδιστάκτῳ καρδίᾳ τῇ θείᾳ σκέπῃ σου προστρέχοντα, τῆς μόνης προστασίας τῶν πιστῶν.

281 TONUS PLAGIUS II.

ΗΧΟΣ ΠΛΑΓΙΟΣ Β'.

Ex Canone feriæ II, ad Matutinum.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς δευτέρας, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Una cum martyribus, atque omnibus angelis supplica, o casta, omnium Domino pro salute eorum qui te cum fide glorificant.

Μετὰ μαρτύρων, ἁγνὴ, μετὰ τῶν πάντων ἀγγέλων, τὸν κτίστην τῶν ἁπάντων ἐκδυσώπει σωθῆναι τοὺς πιστῶς σε δοξάζοντας.

Novus paradisus nobis facta es, o Virgo, habens

Νέος ἡμῖν παράδεισος ἐδείχθης ζωῆς, ἁγνὴ, σὺ

Virginem ab omni prorsus labe liberam, agnoscens eam allocutus est dicens:

Salve, ave, sancta parens,
Omni prorsus labe carens.

Vide S. Ambros. Serm. 22 in psalm. 118, ubi deprædicat B. Virginem per gratiam ab omni integram labe peccati.

Digitized by Google

ξύλον μέσον ἔχων, ἐξ οὗ φαγὼν, ἄχραντε, τῆς νεκρώσεως Ἀδὰμ τῆς πονηρᾶς ἀπολύεται.

A in medio tui lignum vitæ, ex quo comedens Adam, a mala morte liberatur.

Ῥαθύμως μου τὴν ζωὴν ἐκδαπανήσας, ἀγνὴ, πρὸς τὴν σὴν προστρέχω ἀντίληψιν, οἰκτειρον, σῶσόν με.

Cum ego, o casta Virgo, vitam meam in socordia otioque malo absumpserim ac dissipaverim, ad tuam protectione recurro : miserere mei, et salva me.

Τὴν οὐράνιον πύλην ὑμνήσωμεν, δι ἧς πάντες εἰσέρχονται ἁμαρτωλοὶ πρὸς ὁδοὺς συγχωρήσεως.

Cœlestem portam laudibus celebremus, per quam peccatoribus universis indulgentiæ aperiuntur ac patent ingressus.

Ἁγία μῆτερ Θεοῦ, τὴν βεβηλωθεῖσαν καρδίαν μου πράξεσιν ἐναγέσι συμπαθείᾳ σου ἁγίασον.

Mater Dei sancta, cor meum coinquinatum, operibus puris, pietate tua commota, sanctifica.

Δούλου μορφὴν ὑποδύντα Δεσπότην, Κόρη, τίκτεις, ὃν ἱκέτευε τῶν παθῶν τῆς δουλείας, ἁγνὴ, ἐλευθερῶσαί με.

Dominum servi forma indutum peperisti, o Puella castissima : quem precare ut me a servilibus passionibus liberet.

Ὑπάρχουσα ἀγγέλων τιμιωτέρα, Θεὸν τὸν ἅγιον τέτοκας ὑπερβαλλόντως ἁγιασθεῖσα, Θεοτόκε Παρθένε· διό μου τὴν ψυχὴν καθοδήγησον.

B Angelis honorabilior es, o Virgo Deipara, quæ Deum sanctum peperisti, in excellentissimo sanctitatis gradu constituto : propterea dux esto ac directrix animæ meæ.

Φώτισόν με ἁμαρτίᾳ σκοτισθέντα, ἀπαθείας τὸ φῶς ἡ κυήσασα, ἵνα ὑμνῶ σε, ἀγνὴ Ἀειπάρθενε.

O semper casta Virgo, quæ impassibilitatis lucem peperisti, illumina me peccati tenebris involutum, ut cantem laudes tuas.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τρίτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ex Canone duplici feriæ III, *ad Matutinum.*

Ὤφθης πύλη τῆς ζωῆς, θανάτου πύλας τῷ τοκετῷ σου λύσασα, ἀγνὴ· ὤφθης γῆ ἐκλεκτὴ δι' ἧς ἀνυψώθη ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς τὸ τῶν ἀνθρώπων φύραμα.

Vitæ janua facta es, o Virgo, quæ portas mortis partu tuo dejecisti : Terra electa facta es, per quam humani generis massa a terra in cœlum sublevata est.

Δόλῳ ἀπαύστως ὁ ἐχθρὸς θηρεύει με ὁ πονηρὸς, τῆς αὐτοῦ με ἐνέδρας, πανάμωμε, ἐξάρπασον, καὶ ποιεῖν τοῦ Δεσπότου, Θεοτόκε, εὐόδευσον τὸ θέλημα.

282 Hostis malignus assidue me dolis ac fraudibus suis venatur ; tu, o purissima, ab insidiis illius C eripe me ; et prospere dirige me, o Deipara, ut Domini voluntatem exsequi valeam.

Συνέλαβες, ἄχραντε, τὸν συνοχέα παντὸς τοῦ κόσμου· διὰ τοῦτο, ἱκετεύω σε, λύτρωσαί με πάσης συνεχούσης κολάσεως.

Concepisti, o inviolata, illum qui universum mundum capit et continet : propterea te deprecor, ut ab omni supplicio inferni carceris liberes me.

Θρόνος Θεοῦ ἐδείχθης, Θεοτόκε, ἐν ᾧ σαρκὶ καθίσας τοῦ ἀρχαίου ἐξήγειρε πτώματος τοὺς ἀνθρώπους· ἐν φωναῖς χαριστηρίοις ὑμνοῦντάς σε.

Thronus Dei facta es, o Deipara, in quo ille sedens incarnatus, ab antiquo casu erexit homines, qui idcirco te gratis vocibus collaudant.

Ἐπτάφωτόν σε λυχνίαν τὸ πῦρ τῆς θεογνωσίας φέρουσαν, Κόρη, ὁ προφήτης πάλαι προεώρακε, φαίνων τοῖς ἐν σκότει κινδυνεύουσι, πανάμωμε, τῆς ἀγνωσίας· διὸ βοῶ σοι, φώτισόν με, δέομαι.

Prævidit te olim propheta, o Puella ab omni nævo libera (29), candelabrum septem luminibus ornatum, habens ignem divinæ scientiæ, qui lucem præbet iis, qui in ignorantiæ tenebris periclitantur : ideo ad te voces extollo, precorque, illumina me.

Μὴ κρίνῃς με, Κύριε, κατὰ τὰ ἔργα μου, δυσωπῶ σε, ἀλλὰ ἵλεώς μοι φάνηθι, δυσωπεῖ σε σὺν τῷ Βαπτιστῇ ἡ τεκοῦσά σε.

D O Domine, precor te, ne me judices secundum opera mea, sed propitius esto mihi ; de quo precatur te cum Baptista, Genitrix tua.

Πύλη ἀδιόδευτε, διάνοιξον πύλας μοι, δέομαι, μετανοίας ἀληθοῦς, καὶ δεῖξόν μοι τὴν τρίβον τῆς σωτηρίας, ἁγνὴ, ἡ πάντων ὁδηγία.

O porta, per quam nulli hominum conceditur via, aperi mihi, precor, veræ pœnitentiæ portas, et ostende mihi semitam salutis, o Virgo omnium dux et directio.

Περιποικιλμένη θείαις ἀγλαΐαις τὸν ὡραῖον ἐν κάλλει ἐκύησας, Παρθένε. Αὐτὸν οὖν ἀεὶ ἐκδυσώπει σωθῆναι

Divinorum splendorum circumdata varietatibus, speciosum forma peperisti, o Virgo. Eumdem igi-

(29) Ab omni, scilicet, nævo tam actualis quam originalis culpæ, a quo per divinam gratiam præservata fuit. Hinc Ivo Carnotensis in Serm. de Nativit. Domini dixit, Dei Filium in Matre sua omnem nævum originalis culpæ delevisse, præservando, scilicet, non auferendo, ut optime explicat Joannes A. S. M. doctor theologus Gallus in suo opere de conceptione edito Tolosæ anno 1649, sicut actuale delevit, hoc est, præservavit.

Digitized by Google

tur assiduis precibus interpella, ut ab interitu et corruptione liberet nos, qui te cum fide et affectu glorificamus.

Templum Dei facta es, o summe immaculata, in quo cum ille tanquam sacerdos inhabitasset, humanam substantiam deificavit, et fideles templa sua mirabiliter effecit.

Hymnum gratiarum actionis offerimus tibi nunc, o Virgo pura, per te ab antiqua maledictione liberati, atque omnis benedictionis fructum consecuti.

Germinasti illum sine semine, quem Pater incorruptibiliter germinavit : et post partum virgo permansisti, **283** quemadmodum fueras ante partum : propterea beatitudinem, et gloriam concede mihi perpetuam, o Inviolata, quippe quæ es Dei Mater.

Illum, cui cum tremore assistunt cœlestes acies, tu peperisti, o casta, hominibus unitum propter suam bonitatem : Eumdem impenso affectu precare, ut misereatur servorum tuorum.

Novum nobis infantem peperisti Antiquum dierum, qui novas in terris semitas demonstravit, et vetustate confectam naturam nostram renovavit ; o Virgo benedicta.

Custodi, o Puella Deo charissima, in humilitate vitam meam, tu quæ dæmonum fastum ac superbiam partu tuo contrivisti, et exalta me a stercore passionum, et famelicum gratiæ tuæ satura me, dum concino : Laudate, opera, Dominum, etc.

Voce angeli te salutamus, o benedicta Virgo castissima : Ave, quæ Deum incomprehensibilem in se continuisti ! Ave, maledictionis solutio, et benedictionis introductio ! Ave, o unica, quæ paradisi portas aperuisti.

O Virgo, quæ ipsis Cherubim sanctior apparuisti, quippe quæ Deum omni sanctitate superiorem peperisti, sanctifica nos omnes, qui noctu diuque vocibus sanctis te sanctificamus.

Ex Canone feriæ IV, *ad Matutinum.*

Ut omnibus filiis Adam impassibilitatem acquireres, passionem sustines, Domine, super crucem : terra tremit et concutitur. Tu vero, o Domina, maternis permota visceribus, in voces querulas ac flebiles erumpis.

O fili, cum te peperi, speciosum forma super omnes filios hominum cognovi ; et quomodo nunc, Christe, cruci **284** affixus pulchritudine cares ? Ita cum lacrymis Virgo loquebatur.

Gladio passionis filii tui vulnerata es, o Domina, cum eumdem crucifixum, ac latus ipsius purissimum propter nos lancea perfossum vidisti.

Cum Christum, qui solus ab universo capi non potest, in utero meo cepissem, ac deinde sine doloribus peperissem ; nunc dolores partus experior, dum eumdem in cruce sublatum video. Ita Deipara illacrymans aiebat.

ἡμᾶς ἐκ φθορᾶς, τοὺς ἐν πίστει καὶ πόθῳ σε δοξάζοντας.

Ναὸς Θεοῦ ἐδείχθης, πανάμωμε, ἐν ᾧ οἰκήσας ἱερῶς τὴν βροτῶν οὐσίαν ἐθέωσεν, ποιήσας τοὺς πιστοὺς ναοὺς ἑαυτοῦ παραδόξως.

Ὕμνον σοι, Παρθένε, εὐχαριστίας προσάγομεν νῦν, διὰ σοῦ, ἁγνή, οἱ σεσωσμένοι ἐκ τῆς ἀρχαίας κατάρας, καὶ πᾶσαν εὐλογίαν καρπούμενοι.

Ἐβλάστησας ἄνευ σπέρματος ὃν ἐγέννησε Πατὴρ ἀῤῥεύστως, ἔμεινας μετὰ τόκον παρθένος ὡς πρὸ τόκου· διὸ μεμακάρισαι καὶ δεδόξασαι, ἄχραντε, ἀπαύστως, ὡς Μήτηρ οὖσα Θεοῦ.

ὯΙ παρειστήκεισαν τρόμῳ τὰ ἐπουράνια τάγματα, τοῦτον τίκτεις, ἁγνή, ἑνωθέντα τοῖς βροτοῖς ἀγαθότητι, ὃν ἐκτενῶς ἱκέτευε οἰκτειρῆσαι τοὺς δούλους σου.

Νέον ἡμῖν βρέφος ἀπεκύησας τὸν Παλαιὸν ἡμερῶν νέας ἐπὶ γῆς τρίβους ὑποδεικνύντα, καὶ τὴν παλαιωθεῖσαν φύσιν καινουργοῦντα, ἀνύμφευτε εὐλογημένη.

Συντήρησόν μου τὴν διάνοιαν ἐν ταπεινώσει, Κόρη θεοχάριτωτε, ἡ τῷ τόκῳ σου συντρίψασα ἐπάρσεις τῶν δαιμόνων, καὶ ὕψωσόν με ἀπὸ τῆς κοπρίας τῶν παθῶν, καὶ πεινῶντα τὴν χάριν σου κόρεσον μελῳδοῦντα· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φωνὴν σοι προσάγομεν τὴν τοῦ Γαβριὴλ ἀγγέλου, πάναγνε, εὐλογημένη· Χαῖρε, ἡ χωρήσασα Θεὸν τὸν ἀχώρητον· χαῖρε, κατάρας λύσις, καὶ εὐλογίας εἰσαγωγή· χαῖρε, μόνη παραδείσου ἡ τὴν θύραν ἀνεῴξασα.

Φανεῖσα τῶν Χερουβὶμ ἁγιωτέρα, Παρθένε, ὡς τὸν Θεὸν τεκοῦσα τὸν ὑπεράγιον, πάντας ἡμᾶς καθάγιασον, τοὺς ἐν φωναῖς ἁγίαις πίστει ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ σε ἁγιάζοντας.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ἵνα ἀπάθειαν πᾶσι τοῖς ἐξ Ἀδὰμ προξενήσῃς, Δέσποτα, πάθος φέρεις ἐν σταυρῷ, καὶ ὁρῶσα σείεται ἡ γῆ, θρηνῳδοῦσα μητρικῶς ᾠδάς, Δέσποινα.

Ὡραῖον κάλλει σε, Υἱέ, ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους ἐν τῷ τίκτειν ἐπέγνων, καὶ πῶς σταυρούμενος νῦν κάλλος οὐκ ἔχεις, Χριστέ ; ἡ Παρθένος ἔλεγε δακρύουσα.

Ῥομφαίᾳ τέτρωσαι τοῦ πάθους, Δέσποινα, τοῦ ἐκ σοῦ σαρκωθέντος, ὅταν αὐτὸν ἔβλεψας σταυρούμενον καὶ λόγχῃ ἄχραντον πλευρὰν δι' ἡμᾶς ἐξορυττόμενον.

Πατρὶ χωρήσασα Χριστὸν μόνον τὸν ἀχώρητον παντὶ ὠδίνων ἀνεύθεν τέτοκας, νῦν δὲ ὀδυνῶμαι ἐν τῷ σταυροῦσθαί σε, Χριστέ, ἡ Θεοτόκος κλαίουσα ἔλεγεν.

Digitized by Google

Πατρὸς τὸ ἀπαύγασμα, πῶς ἐπήρθη ἐν σταυρῷ, A φωταγωγῶν τὰ σύμπαντα, καὶ καταράσσων σκότους τὸν ἀρχηγόν; ἡ πάναγνος Δέσποινα μητρικῶς θρηνῳδοῦσα ἀπεφθέγγετο.

Quomodo splendor Patris in crucem subiatus est, qui universa luce perfundit, et tenebrarum principem proturbat ac dejicit? Dicebat Domina sanctissima, tanquam mater ingemiscens ac plorans.

Ὁ ὑπάρχων ἀναλλοίωτος θεότητι ἠλλοίωσας κρεμάμενος σταυρῷ κτίσιν ἅπασαν, ἡ Παρθένος ἔλεγεν, Υἱὲ, καὶ βλέπουσα ταῦτα θρηνωδῶς ἐκπληττομένη τὴν φρικτὴν οἰκονομίαν σου.

Immutabilis secundum divinitatem, in cruce suspensus mutasti, o Fili, omnes creaturas, aiebat Virgo; et hæc aspicieus, in lamenta erumpebat, cum stupore considerans tremendam illius dispositionem.

Ἰακὼβ σε προεῖδε, Παρθένε, κλίμακα πρὸς οὐράνιον ὕψος ἡμᾶς ἀνάγουσαν, τοὺς εἰς τὸν βυθὸν τῶν κακῶν ὀλισθήσαντας· ὅθεν σε ὑμνοῦμεν, ἁγνὴ, εἰς τοὺς αἰῶνας.

Prævidit te Jacob, o Virgo, scalam quæ nos in profundum malorum delapsos ac perditos ad cœlestem altitudinem eras sublevatura: quamobrem nos te, o pura, laudibus extollimus in sæcula.

Φρικτὴν λοχείαν ὑπέστης, Δέσποινα, ἐν τῷ φρι- B κτῶς σε τίκτειν, ὃν ἡ κτίσις σταυρούμενον ἐν ξύλῳ θελήσει, μακρόθυμε, ἔφριξε καθορῶσα, πάλαι ἡ ἄμεμπτος ἔκλαιε βοῶσα μητρικῶς ἣν μεγαλύνομεν.

Partum sacro horrore plenum, cum te in lucem mirabiliter edidi, sustinuisti: Nunc vero cum creaturæ omnes videant te sponte in ligno confixum, exhorrescunt, o patientissime Fili. Ita exclamabat olim maternum in morem ingemiscens purissima illa, quam nunc magnificamus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ex Canone feriæ v ad Matutinum.

Ὁ συνυπάρχων Πατρὶ, ὁ συναΐδιος Υἱὸς ἐπ' ἐσχάτων βουληθεὶς κατῴκησε τὴν μήτραν σου, Θεοτόκε, εἰς ἡμῶν τῶν πιστῶν ἀναγέννησιν, ὅθεν ὑμνοῦμέν σε.

Filius coæternus Patri, voluit in fine temporum in utero tuo habitare, o Deipara, ut nos fideles regeneraret: quam ob causam tibi hymnos decantamus.

Λύσιν ἡμῖν, ἁγνὴ, ἁμαρτημάτων τὸν Λυτρωτὴν δοθῆναι ἐκδυσώπει, τὸν σκοτασμὸν, ἄχραντε, τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἀεὶ ταῖς σαῖς πρεσβείαις σκεδάζουσα. C

285 Deprecare, o casta et inviolata, Redemptorem, ut nobis peccatorum nostrorum absolutionem concedat: atque assiduis intercessionibus tuis elimina tenebras animarum nostrarum.

Ἀνύμφευτε Δέσποινα, εὐλογημένη Θεοκυῆτορ, τοὺς ὑμνοῦντάς σε περίσωζε πάσης βλάβης, μόνη τῶν ἀνθρώπων βοήθεια.

O Domina innupta, Dei genitrix benedicta, salva nos, qui te laudamus, ab omni malo: tu enim es unicum humani generis auxilium.

Ὁ τὸ εἶναι ἡμῖν παρεχόμενος, σοῦ τὴν μήτραν κατῴκησε, Θεοτόκε, ὃν αἴτησαι σωθῆναι ἡμᾶς.

Ille qui dedit nobis esse; uterum tuum inhabitavit, o Deipara. Eumdem pro nostra salute deprecare.

Παρθένε μόνη ἁγνὴ, κεχαριτωμένη βοήθειά μοι ἀεὶ χειμαζομένῳ ταῖς τοῦ βίου περιστάσεσιν.

O Virgo sola pura (30), et gratia plena, esto mihi auxilium, assiduis adversarum rerum, et vitæ calamitatum fluctibus agitato:

Δέσποινα πάντων τῶν ἀνθρώπων, ἁγία Θεοτόκε, τῆς δουλείας με τῶν παθῶν σαῖς πρεσβείαις τελείως ἐλευθέρωσον.

O Domina omnium hominum, sanctissima Deipara, a servitute passionum mearum tuis intercessionibus penitus libera me.

Ὑμνοῦμέν σε, Παρθένε Θεοκυῆτορ, δι' ἧς ἀρὰ ἀπεστείρωται, καὶ εὐλογία πᾶσιν ἐπῆλθε τοῖς εἰδόσι D σε μόνην Μητέρα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἄνανδρον.

Laudamus te, o Virgo Dei genitrix, per quam maledictio sublata est, et advenit benedictio iis omnibus qui te Dei nostri purissimam atque a viri admistione integerrimam Matrem agnoscunt.

(30) Ecclesia in catechismo Clementis VIII per quem iste pontifex jussit Ecclesiæ fideles erudiri in doctrina Christiana, illa verba Salutationis angelicæ *Gratia plena*, ita explicat: « Gratia plena, quia quod primum gratiæ effectum, scilicet peccati deletio, Virgo sanctissima nunquam maculam habuit peccati originalis, aut actualis, mortalis vel venialis. » Ludovicus etiam Granatensis ordinis Prædicatorum in catechismo Trigeshomiliario homil. 27, eodem Salutationis angelicæ verba, *Gratia plena*, in hunc modum declarat: « *Gratia plena*, hoc est, singulariter electa ab æterno Deo omnipotenti, et annuntiata mirabiliter ab initio mundi per prophetarum revelationes atque in conceptione sua custodita admirando et singulari modo ab omni macula peccati, tam originali, quam suæ ipsius personæ, denique complete adornata omnibus gratiæ donis. » Vide S. Bonaventuram tom. III, serm. 2, de B. Virgine ubi inquit: « Domina nostra fuit plena gratia præveniente in sua sanctificatione, gratia scilicet præservativa contra fœditatem originalis culpæ. » Vide etiam Joannem Vitalem Hispanum in *Defensione B. Virginis* lib. IV, c. 1, ubi ex plenitudine gratiæ, quam B. Virgini annuntiavit angelus, hanc elicit consequentiam: « Sancta Virgo habuit plenitudinem gratiæ, ut in quodam esse totali. Ergo ipsa fuit ab originali præservata. » Vide insuper Bartholomæum Pisanum in lib. I, de Laud. B. Virg. fructu 7, sic ibi inter alia fantem: « Maria vocatur Mater Gratiæ, igitur nulla gratia sibi defuit quoad numerum, secundum Hieronymum, et sic quoad usum, igitur habuit gratiam præservationis ab originali. »

Digitized by Google

Tu quæ lucem genuisti, cordis mei pupillas excæcatas illumina, ut per te salutem consecutus, laudes tuas concinam, o omni laude dignissima.

A Φῶς τεκοῦσα, τῆς καρδίας μου τὰς κόρας ἀβλεπτούσας, πανύμνητε, φώτισον, ἵνα ὑμνῶ σε διὰ σοῦ σωζόμενος.

Ex Canone feriæ VI, *ad Matutinum.*

Cum te speciosum forma, nullam in passione speciem aut decorem habere videret innupta puella, quæ est fidelium decor et ornamentum : materna pietate commota ejulabat, teque cum affectu glorificabat

Cum illum, qui ex te natus erat, lancea vulneratum vidisti, vulneratum est cor tuum, o omnibus sanctis superior purissima Virgo (31) et stupore perculsa, dixisti : Quid tibi retribuit, o fili, populus divinæ legis violator.

286 Ego te sine doloris passione peperi ; et quomodo nunc te video passionibus admistum ? quomodo has perfers, o Fili æterne ? Glorifico longanimitatem tuam. Ita exclamans aiebat Virgo.]

Ex radice Jesse, o Virgo, pullulasti, et tanquam florem protulisti satorem mundi, qui ejusdem mundi surculos arefecit divina crucis planta, quam secundum carnem suscepit.

Cum pastorem ac Dominum vidisset agna in ligno elevatum, in lamenta, utpote mater, erumpens clamavit : Quodnam mysterium novum est hoc, o fili ? Quomodo cum sis immortalis in essentia, mortem suscepisti, volens a corruptione homines liberare ?

Crucifigeris voluntarie, o Fili æterne, exclamabat Deipara ; et dum ego aspicio, nunc doloris mœrorisque baptismate immergitur anima mea : Moreris tu, Redemptor, qui præbes vitam canentibus : Benedictus es, Deus, etc.

O Fili altissime et æterne ; sputa, probra, crucem toleras ; calamo per ludibrium percuteris, aiebat Deipara ; magnam patientiam tuam glorifico, Fili, quem pueri benedicunt, sacerdotes laudant, populi superexaltant in sæcula.

Fers, o Domina inviolata, ferentem omnia, et tenes in manibus ut infantem, illum, qui nos de manu bellatoris hostis liberavit : et intueris in ligno Crucis exaltatum, illum, qui ex malitiæ nos profundissima voragine eripuit.

Ex Canone Sabbati, ad Matutinum.

Cherubim atque Seraphim sanctitate superior

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Παρασκευῆς, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Κάλλος ἐν τῷ πάσχειν ὡραῖον ἐν κάλλει οὐκ εἶδος ἔχοντα ἡ ἀπειρόγαμος κατενόουσά σε Κόρη, τῶν πιστῶν τὸ ἐγκαλλώπισμα, μητρικῶς ἠλάλαζε, καὶ πόθῳ σε ἐδόξαζεν.

Σὺ τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα ὡς ἔβλεψας τιτρωσκόμενον λόγχῃ, ἐτρώθης τὴν καρδίαν, ὑπεραγία παναμωμε, καὶ θαμβουμένη ἔλεγες· Τί σοι ἀπέδωκε, τέκνον, δῆμος ὁ παράνομος ;

B Ἐκτός σε πάθους ἀπεκύησα, καὶ πῶς βλέπω σε νῦν πάθει προσομιλοῦντα ; πῶς φέρεις τοῦτο ; ἐκραζεν, ἄναρχε Υἱὲ, ἡ Παρθένος, δοξάζω σου τὸ μακρόθυμον.

Ἐκ ῥίζης, Κόρη, Ἰεσσαὶ βλαστάνεις, καὶ ὡς ἄνθος προσφέρεις τὸν φυτουργὸν τοῦ κόσμου, παραφυάδας ξηράναντα θείῳ φυτῷ τοῦ σταυροῦ, ὃν σαρκὶ κατεδέξατο.

Τὸν ποιμένα πρῶτον καὶ Δεσπότην ξύλῳ ὁρῶσα ἡ ἀμνὰς ἐναπηωρήμενον θρηνῳδοῦσα μητρικῶς ἐβόα· Τί τοῦτο, τέκνον, τὸ καινὸν μυστήριον ; πῶς ἀθάνατος τὸ κατ' οὐσίαν ὑπάρχων, θάνατον δέδεξαι, τοὺς βροτοὺς θέλων ἐκ φθορᾶς ἀπολυτρώσασθαι ;

C Σταυροῦσαι θέλων, ἡ Θεοτόκος ἐκραύγαζε· καὶ ὁρῶσα, ἄναρχε Υἱὲ, λύπῃ τὴν ψυχήν νῦν καταβαπτίζομαι· θνήσκεις γὰρ παρέχων ζωὴν τοῖς μελῳδοῦσι· Λυτρωτὰ ὁ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ὑψιστε, ἄναρχε Υἱὲ, φέρεις ἐμπτύσματα, καὶ ὀνείδη, καὶ σταυρὸν, καλάμῳ παικτικῶς τυπτόμενος, ἡ Θεοτόκος ἐβόα· δοξάζω τὴν σὴν μακροθυμίαν, ὃν παῖδες εὐλογοῦσιν, ἱερεῖς ἀνυμνοῦσι, λαοὶ ὑπερυψοῦσιν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φέρεις τὸν φέροντα πάντα, καὶ κατέχεις ὡς βρέφος ἐν ταῖς χερσὶ τὸν ἐκ χειρὸς ῥυσάμενον ἡμᾶς πολεμίου ἐχθροῦ, ἄχραντε Δέσποινα, καὶ ὁρᾷς ἐπὶ ξύλου ὑψούμενον σταυροῦ τὸν ἐκ βόθρου κακίας ἡμᾶς ῥυ-

D σάμενον.

Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ἱερωτέρα, ἁγνὴ, τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ

(31) Favet Jacobus Christopolitanus dum in Comment. suo super *Magnificat* inter alia ait : « Nulla fuit gratia data alicui creaturæ, quin fuerit data Virgini Mariæ. Sed primi parentes, et angeli fuerunt creati in gratia. Ergo hoc non defuit Virgini Mariæ. » Sic ille. Bartholomæus etiam de Pisis in suo Opere *de Laud. B. Virg.* lib. I, fructu 7, ait : « Non minus fuit digna Mater Christi, quam angelus, Adam et Eva ; sed in sua factione nullam maculam habuerunt. Igitur... » Item : « Non minus est digna Maria, quam aliquis qui in puris naturalibus crearetur. Sed ille non haberet peccatum. Igitur nec Maria habuit. » Bernardinus quoque Bustensis in suo *Mariali* serm. 5, de conceptione parte 1, ita loquitur : « Cum angelis Dominus dederit innocentiam in creatione illorum, ut habetur II Sent. d. 4, et per Augustin. in VIII, *De civit. Dei*, et similiter primi parentes fuerint originali justitia decorati, ut habetur a Theologis in 2, d. 29 et ab Anselmo lib. 1 de conceptu Virginali, requiritur quod si dicta gratia data non fuisset B. Virgini, suis servis ipsa inferior exstitisset ; quod est valde absonum. Et ideo est concludendum, quod etiam ipsa fuit in sua conceptione originali justitia insignita : quia non fuit minus chara Filio suo, quam angeli vel primi parentes. » Sic Bustus.

Digitized by Google

ἀνεδείχθης τεκοῦσα τὸν Ποιητὴν τῆς κτίσεως, ὃν ἀναπαύστως δυσώπει οἰκτειρῆσαι τοὺς δούλους σου, τοὺς σε δοξάζοντας.

Αἱ τὸν Χριστὸν ποθήσασαι γυναῖκές σε τὴν αὐτὸν ἀπορρήτως τετοκυῖαν, πανάχραντε Δέσποινα, γεγηθότι λογισμῷ περιεστῶσαι χορεύουσιν.

Ὁ Κύριος, ἄχραντε, ἐκ σοῦ ἀῤῥήτως σάρκα φορέσας, τῶν γυναίων τὸν κατάλογον ἐν ἀνδρείᾳ διηγωνισμένον προσήκατο.

Ῥυομένη ἡμᾶς πάσης φάνηθι τοῦ ἐχθροῦ βλάβης, Δέσποινα, δυσωποῦσα Χριστὸν τὸν μόνον εὔσπλαγχνον.

Σαρκὶ τεκοῦσα Χριστὸν τῆς σαρκός μου τὰ πάθη θανάτωσον, καὶ ζώωσον, Παρθένε, τὴν ψυχήν μου μεσιτείᾳ σου.

Ὁ σὲ παρθένον δείξας ἁγνὴν καὶ μετὰ τόκον, τῶν ἁγίων τε γυναικῶν τὰς χορείας ἀκολουθούσας ἔσχηκας.

Ὅλην σε πλησίον Θεοῦ, Παρθένε, χορὸς γυναικῶν ἠγάπησεν, καὶ σοῦ ὀπίσω προσηνέχθη τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων συμφώνως μακαρίζων σε, ἄχραντε.

Φῶς τεκοῦσα φωταγώγησον, Παρθένε, τῆς ψυχῆς μου τὸ σκότος, διώκουσα τῆς ἁμαρτίας, ἁγνὴ, τὸ βορύτατον.

A fuisti, o Virgo, quadoquidem creaturarum omnium Factorem peperisti; quem assiduis obsecrationibus ora ut misereatur **287** servorum tuorum, qui gloriam tuam decantant.

Mulieres, quæ Christi amore ac desiderio flagrabant; circa te, o Domina immaculatissima, quæ eumdem ineffabiliter pepereras, læto animo stabant ac tripudiabant.

Dominus ille, qui ex te, o inviolata, ineffabiliter carne amictus est, mulieres, quæ strenue decertaverunt, virorum fortium catalogo ascripsit.

Libera nos, Domina, ab omni inimici læsione, tuis precibus apud Christum, qui solus habet viscera misericordiæ.

B Tu Virgo, quæ Christum in carne peperisti, carnis meæ passiones mortifica, et animam meam vivifica intercessione tua.

Ille, qui te virginem etiam post partum servavit, fecit ut sanctarum mulierum chori tripudiantes te sequerentur.

Te totam proximam Dei, o Virgo, mulierum chorus dilexit; et post te oblatus est omnium Domino, concordi voce te beatam appellans, o intemerata.

O Virgo casta, quæ lucem peperisti, illumina tenebras animæ meæ, gravissimam ac densissimam peccati caliginem eliminans.

ΗΧΟΣ ΒΑΡΥΣ.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς δευτέρας, εἰς τὸν Ὄρθρον.

C

Ἡ προστασία τῶν πιστῶν, ἡ τῶν ἁμαρτανόντων ἐπιστροφὴ πρὸς Θεὸν, Παρθένε πανάμωμε, τῇ πρεσβείᾳ σου, σῶσόν με.

Μόνη τεκοῦσα τὸν οὐράνιον βασιλέα, Παρθένε, ἐν ἐμοὶ τὴν βασιλεύουσαν ἁμαρτίαν κατάβαλε, καὶ οἰκτείρασα σῶσόν με.

Παρθένε ἁγνὴ, θεοχαρίτωτε, χαριτώσασα τὸν νοῦν μου τοῦ σκοτασμοῦ τῆς ἀγνοίας τελείως ἐλευθέρωσον.

Διὰ σοῦ, παναγία, σοὶ ποιήσας μεγαλεῖα ὁ Θεὸς ὑπὲρ λόγον ἐκ σοῦ ἐσωματώθη. Αὐτὸν οὖν ἱκέτευε ἐκτενῶς ὑπὲρ πάντων.

Ὑμνοῦμέν σε, ὑπερύμνητε Κόρη, κυήσασαν ὑπερύμνητον Λόγον, ὃν πᾶσαι αἱ δυνάμεις ἀνυμνοῦσιν D οὐρανῶν ἀσιγήτοις φωναῖς.

Βάτος σε προεικόνιζεν, ἁγνὴ, μὴ φλεγομένη· τὸ πῦρ γὰρ ἀπεκύησας τὸ ἄστεκτον, Παρθένε, διὸ βοῶ σοι· Κατάφλεξόν μου τὰ ὑλώδη παθήματα.

Ἐλύθη τῆς κατάρας τῷ τόκῳ σου, Παρθένε, τὸ ἀνθρώπινον φύραμα· τὸν γὰρ παντευλόγητον εὐλογίαις τὰ πάντα κοσμοῦντα ἐκύησας.

Φωτιστικαῖς φρυκτωρίαις τοῦ ἀνατείλαντος Λόγου ἐκ σοῦ, Παρθένε ἁγνὴ, καταύγασόν με ἁμαρτιῶν καὶ παθῶν ἐν τῷ σκότει καλυπτόμενον.

TONUS GRAVIS.

Ex Canone feriæ II, ad Matutinum.

O Virgo tota pura, patrocinium fidelium, peccatorum conversio ad Deum; salvum me fac intercessione tua.

O Virgo, quæ singulari privilegio cœlestem regem peperisti; peccatum quod in me dominatur, dejice, et miserata salvum fac me.

O Virgo casta, divina gratia plenissima, imple gratia mentem meam, et ab ignorantiæ tenebris perfecte libera me.

Per te, o sanctissima, Dominus, qui fecit tibi magnalia, **288** supra rationis captum ex te corporatus est. Eumdem ergo pro universis obnixe precare.

Laudamus te, o Puella omni laude superior, quæ Verbum superlaudabile peperisti, quod universæ cœlorum potestates vocibus nunquam silentibus collaudant.

Præfiguravit te, casta, rubus, qui non comburebatur; ignem quippe intolerabilem peperisti, o Virgo, propterea clamo ad te: Materiales passiones meas combure.

Per partum tuum, o Virgo, humana massa a maledictione soluta est: etenim illum totum benedictum peperisti, qui universa benedictionibus exornat.

Illuminativis splendoribus Verbi quod ex te velut sol exortum est, o Virgo casta, illumina me, peccatorum ac passionum tenebris involutum.

Digitized by Google

Ex Canone duplici feriæ III, ad Matutinum. A *Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τρίτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.*

Animam meam plurimis peccatis vitiatam maleque affectam, medica manu cura, Virgo Dei genitrix, ut in vocibus gratiarum actionis cum impenso affectu semper glorificem te.

Τὴν πολλαῖς κεκακωμένην ἁμαρτίαις τὴν ψυχήν, Θεογεννῆτορ Παρθένε, θεράπευσον, ὅπως ἐν φωναῖς εὐχαριστίας ἐκτενῶς ἀεὶ δοξάζω σε.

Peperisti, o sanctissima, incomprehensibile Verbum in carne secundum hypostasin nobiscum conversatum: quod tu precibus tuis assiduis precare pro salute eorum qui te semper beatam appellant.

Τέτοκας, παναγία, τὸν ἀπερίληπτον Λόγον σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡμῖν προσομιλήσαντα· τοῦτον πάντοτε δυσώπει σῶσαι τοὺς πιστῶς σε ἀεὶ μακαρίζοντας.

Dei portam prævidit te propheta, o Virgo inviolata, per quam ipse, modo sibi tantum noto, transivit. Ideo tibi supplico, ut ipsa pœnitentiæ portas aperias mihi.

Πύλην Θεοῦ προεῖδεν ὁ προφήτης, δι' ἧς αὐτὸς διῆλθε καθὼς οἶδε, Παρθένε ἄχραντε· διό σε ἐκδυσωπῶ, μετανοίας πύλας αὐτή μοι ἄνοιξον.

O Domina pura ac benedicta, quæ Deum inexplicabili modo peperisti; eumdem, una cum divino ejus Baptista, precare incessanter pro nobis hujus vitæ miseriis, in quas incidimus, circumdatis, peccatorumque nexibus detentis. B

Εὐλογημένη, ἡ Θεὸν ἀνερμηνεύτως τεκοῦσα, σὺν τῷ θείῳ τούτου βαπτιστῇ δυσώπει, ἀγνή, ἀπαύστως, Δέσποινα, ὑπὲρ ἡμῶν τῶν συμφοραῖς περιπιπτόντων τοῦ βίου καὶ συνεχομένων ἁμαρτήμασιν.

289 Ex puris sanguinibus tuis incarnatus est Dominus, qui pœnitentiam omnibus hominibus concedit intercessionibus tuis.

Σεσάρκωται ἐξ αἱμάτων σου ἁγνῶν ὁ Κύριος τὴν μετάνοιαν βροτοῖς δωρούμενος πᾶσι μεσιτείαις σου.

Legis umbræ per multas figuras demonstraverunt te, o purissima, Deum esse parituram: quem exora ut me ab omni iniquitate, corporisque passionibus liberet.

Νόμου σκιαὶ πολυειδῶς τὴν τεξαμένην τὸν Θεὸν ἐδήλωσαν, ὃν ἱκέτευε, πανάμωμε, πάσης ἀνομίας με καὶ παθῶν ῥυσθῆναι τοῦ σώματος.

O solis nubes lucida, emitte mihi jubar luminis spiritalis veræ pœnitentiæ, et dispelle tenebras pravarum cogitationum: ut cum fide te laudem salutem fidelium. C

Ἡ τοῦ ἡλίου νεφέλη φωτεινή, λάμψον μοι φῶς νοερὸν τῆς ἀληθοῦς μετανοίας, καὶ ἀπέλασον σκότος τῶν πονηρῶν λογισμῶν, ἵνα πίστει ὑμνῶ σε ὡς σωτηρίαν πιστῶν.

Occide terrenam carnis meæ prudentiam, o Deipara casta et inviolata, quæ vitam peperisti, quæ mortem morte divina potentia penitus abolevit.

Νέκρωσον τῆς σαρκός μου τὸ γεῶδες φρόνημα, Θεοτόκε, ζωὴν ἡ κυήσασα, θανάτῳ τὸν θάνατον παντελῶς θείᾳ δυναστείᾳ, ἄχραντε σεμνή, ἀφανίσασα.

Ex profundo negligentiæ et effrenatarum libidinum educ me, o benignissima, quæ profundum piissimæ misericordiæ abyssum peperisti; et lacrymarum fontem largire mihi.

Βυθοῦ με ῥᾳθυμίας τῶν ἀμετρήτων παθῶν, ἡ τὸν βυθὸν εὐσπλαγχνίας τεκοῦσα, ἀνάγαγε, ἀγαθή, καὶ δακρύων πηγὴν μου δώρησαι.

Velut pluvia in uterum tuum Verbum descendit, quod deprecare, te oro, o Virgo sanctissima, ut malorum meorum, quorum nulla est mensura, fluxus exsiccet.

Ὡς ὑετὸς ἐν γαστρί σου ὁ Λόγος κατέβη, ὃν αἴτησαι, παναγία Παρθένε, τὰ ῥεύματα ξηρᾶναι τῶν ἀμέτρων μου κακῶν, ἱκετεύω σε.

Volumen novum vidit te propheta, in quo Verbum Patris scriptum fuit. Unde te suppliciter oro, o casta, ut precibus tuis Jesum renovatorem universi roges ut scribat me in libro viventium. D

Τόμον καινόν σε προφήτης ἔβλεψεν, ἐν ᾧ Λόγος γέγραπται Πατρός· ὅθεν, ἀγνή, ἐκδυσωπῶ, βίβλῳ με ζώντων γραφῆναι ἱκέτευε τὸν καινουργὸν τοῦ παντὸς ἐκδυσωπῶν Ἰησοῦν.

Animam habens gravissimarum passionum morbo peremptam, supplex te rogo, o Domina, quæ partu tuo infernum peremisti, per pœnitentiæ actus vivifica me.

Νενεκρωμένην ψυχὴν κεκτημένος ταῖς χαλεπαῖς παραβάσεσι, σὲ τὴν νεκρώσασαν ᾅδην τῷ τόκῳ σου ἱκετεύω, Δέσποινα, μετανοίας τρόποις με ζώωσον.

O Deipara firmissimum præsidium et spes Christianorum, in hora tremendi judicii esto advocata mihi, qui plura peccata perpetravi, et a gehenna formidabili libera me, inter oves quæ ad dexteram collocabuntur, annumerans.

Θεοτόκε ἡ βεβαία προστασία καὶ ἐλπὶς Χριστιανῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ φρικτῇ πρόστηθί μοι ἐπταικότι πολλά, καὶ ῥῦσαι τῆς γεέννης τῆς φοβερᾶς, προβάτοις με δεξιοῖς ἀριθμήσασα.

Igne intolerabilis ardoris in visceribus suscepto, nullam, o Virgo, experta es combustionem. Ideo

Ὑπῆρξας ἄφλεκτος δεξαμένη ἐν σπλάγχνοις τὸ πῦρ τὸ ἄστεκτον, ὦ Παρθένε· διό με ἐξάρπασον τοῦ

Digitized by Google

πυρὸς τοῦ ἀσβέστου, δροσίζουσά με νῦν γνησίας μετανοίας πεοικαλλέσι τρόποις.

Φορέσας με ὁ Κύριος ἐκ σοῦ προῆλθεν, ἁγνή. Αὐτὸν οὖν ἐκδυσώπησον στολὴν φεδρῦναί με φωτὸς, Παρθένε, ἐκδυθέντα τῶν παθῶν νῦν τὸν σάκκον τὸν βαρύτατον.

Φῶς ἡ τεκοῦσα τὸ θεῖον, θεοχαρίτωτε, τὴν σκοτισθεῖσαν ψυχήν μου ταῖς παραβάσεσι φώτισον, δέομαι, καὶ σκότους αἰωνίου ἐλεύθερόν με δεῖξον, ὅπως σε μεγαλύνω καὶ δοξάζω, ἀειμακάριστε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ῥήγνυται γραμματεῖον τὸ τοῦ Ἀδὰμ, ἀνεβόα ἡ πάναγνος Δέσποινα, λόγχῃ, Υἱὲ, τρωθέντος σου· ὅθεν ὑμνῶ σου τὸ πάθος πᾶσι τὸ πηγάσαν ἀπάθειαν, Δέσποτα.

Τὸν ἑκουσίως ἀμνὸν ἐπὶ τὸ πάθος ἐλθόντα καθορῶσα, μήτηρ καὶ ἀμνὰς, δακρύων πηγὰς προχέεις λέγουσα· Τί τοῦτο, τέκνον ἱερόν; πῶς θανατοῦσαι, ζῶσαι πάντας τοὺς θανέντας προμηθούμενος;

Ἱκετηρίαν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σε ὑμνούντων, Θεοτόκε, ποίησον, ὅπως εὕρωμεν βοήθειαν καιρῷ περιστάσεως, οἱ αὐτοῦ τὸ πάθος δοξάζοντες.

Ποίοις ὄμμασι βλέψω ὄμμα τὸ ξηραῖνον πάσας ἀβύσσους, Υἱέ μου, σβεννύμενον, σταυρῷ κρεμαμένου σου; ἡ ἀγνὴ Παρθένος ἐβόα, θρήνοις ἑαυτὴν συντα- C ράσσουσα.

Νέον βρέφος τίκτεις τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἀχρόνως Πατρὶ συν[εν]ούμενον, Θεοτόκε, νεοποιοῦντα σταυρῷ τὸ ἀνθρώπινον πεπαλαιωμένον ἁμαρτίαις, τῇ τοῦ ἀρχεκάκου συμβουλῇ, πανάμωμε.

Πῶς οὐ πενθήσω, γλυκύτατον τέκνον, ἐπὶ σταυροῦ θεωροῦσά σε; πῶς οὐ θρηνήσω, ἀδίκως σου πάσχοντος, κριτὰ [δικαιότατε; ἡ Παρθένος Μήτηρ ἐφθέγγετο.

Νόμου σε πάλαι κιβωτὸς προδιετύπου, οὐ πλάκας ἔνδον φορέσασα, ἀλλὰ Χριστὸν τὸν νομοδότην, ἁγνὴ, ὃν ἄνομος ἐν σταυρῷ λαὸς προσήλωσεν, ἡμᾶς βοῶντας σώζοντα. Πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον D ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φῶς νοητὸν ἐν σταυρῷ ἀπήστραψεν ὁ σὸς, πανάχραντε, Υἱὸς, καὶ ἀρχὰς τὰς τοῦ σκότους παρεδειγμάτισε, πανάμωμε, τοῦ ἡλίου ἡμαύρωσε φέγγος, καὶ πιστῶν τὸ πλήρωμα, ἁγνὴ, κατεφώτισεν.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ἄχραντε Θεοτόκε, σὺν ἀσωμάτοις ἀγγέλοις, προφήταις, καὶ μάρτυρσι, καὶ ἀποστόλοις πρέσβευε, ὅπως ἄφεσιν πταισμάτων λάβωμεν, Παρθένε, καὶ πλούσιον ἔλεος.

Ὁ τοὺς ἀΰλου; λειτουργοὺς, Θεοτόκε, ποιήσας ἐκ σοῦ γεγέννηται δι' ἔλεον ἄφατον ἀνθρώποις καθορώμενος.

ab igne inexstinguibili eripe me, rorem spargens super me, veræ **290** scilicet pœnitentiæ actus, quibus decoretur anima mea. A

Veste carnis meæ indutus Dominus, ex te, o casta, prodivit. Eumdem ergo deprecare, o Virgo, ut me stola lucis exornet, gravissimo passionum mearum nunc sacco spoliatum.

O divina gratia cumulatissima, quæ divinam lucem peperisti; illumina, quæso, animam meam transgressionibus obtenebratam, et ab æternis tenebris libera me, ut magnificem atque glorificem te, o semper beatissima.

Ex Canone feriæ IV, *ad Matutinum.*

O Fili, exclamabat castissima Domina, scinditur Adæ chirographum, dum tu lancea vulneraris: quamobrem passionem tuam, Domine, laudibus extollo, ex qua impassibilitatis fons omnibus emanavit. B

Agnum, qui ad passionem venerat voluntarie sacrificandus, aspiciens mater et agna, lacrymarum fontes effundens, aiebat: Quodnam sacrificium est hoc, o fili? quomodo mortem subis, qui omnes mortuos vivificare disponis?

Offer supplices preces pro nobis, qui laudes tuas celebramus, o Deipara; ut tempore adversitatis inveniamus auxilium, dum nunc Filii tui passionem glorificamus.

Virgo casta, lamentis sese afflictans, et discrucians, has voces effundebat: Fili mi, quibus oculis intueri possim exstinctum oculum illum, qui universas exsiccat abyssos, dum tu suspenderis in cruce? C

Novum infantem paris, o purissima Deipara, illum scilicet qui ante sæcula sine tempore simul cum Patre esse intelligitur, qui humanum genus principis malorum astu et consilio peccatis inveteratum, cruce sua novitati restituit.

291 Quomodo non lugebo, dulcissime fili, dum video te cruce pendentem? quomodo non conquerar, dum tu injuste pateris, o justissime judex? Hæc Virgo Mater loquebatur.

Olim te legalis arca præfigurabat, o pura, quæ non duas tabulas, sed ipsum in te gessisti legislatorem Christum, quem populus legis violator cruci D affixit, et qui salvat nos clamantes: Omnia opera Domini, Dominum benedicite, etc.

Luce spiritali in cruce fulguravit tuus Filius, o intemeratissima Virgo: et tenebrarum principes palam traduxit: solis splendorem obscuravit, et fidelium multitudinem illuminavit.

Ex Canone duplici feriæ V, *ad Matutinum.*

O Deipara Virgo illibata, una cum angelis incorporeis, prophetis, martyribus, et apostolis intercede pro nobis, ut peccatorum remissionem et copiosam misericordiam consequamur.

Ille qui immateriales spiritus ministros suos fecit, ex te o Deipara genitus est propter ineffabilem misericordiam humanis oculis expositus.

Digitized by Google

Qui cœlestes potestates verbo creasti; qui prophetis, discipulis, atque omnibus martyribus gratiam largitus es, tu, Deus, eorumdem, et immaculatæ matris tuæ intercessionibus, universis salutem, et misericordiam, utpote benignissimus ac piissimus concede.

A Ὁ τὰς δυνάμεις οὐρανῶν καθυποστήσας τῷ λόγῳ, ὁ προφήταις χάριν παρασχών, καὶ τοῖς μαθηταῖς, καὶ πᾶσι μάρτυρσι, τούτων πρεσβείαις, ὁ θεὸς, καὶ τῆς ἀχράντου Μητρός σου, σῶσον πάντας, οἰκτειρον ὡς εὔσπλαγχνος.

O forceps, quæ divinum carbonem in sacris visceribus tuis absque ulla prorsus combustione suscepisti, combure, o castissima, peccata nostra.

Ἡ λαβὶς ἡ τὸν θεῖον ἄνθρακα δεξαμένη ἐν τοῖς θείοις σου σπλάγχνοις, μηδ' ὅλως φλεχθεῖσα, κατάφλεξον ἡμῶν, πάναγνε, τὰ πταίσματα.

O Dei Mater electa (32), una cum sacris apostolis, martyribus et prophetis deprecare, ut a periculis, tribulationibus, **292** et peccatis liber esse possim.

O immaculatissima, quæ carentem tempore in carne peperisti, eumdem roga ut a temporalibus passionibus liberet nos, qui laudes tuas hymnis celebramus.

Ἐκύησας ἐν σαρκὶ τὸν ἄχρονον, ὃν δυσώπει τῶν χρονίων παθῶν ἡμᾶς λυτρώσασθαι ὑμνοῦντάς σε, B πανάμωμε.

Domine Deus meus, qui ex innupta puella natus es, ejusdem et apostolorum tuorum intercessionibus, propitiare peccatis meis; et a futuro supplicio libera me.

Κύριε ὁ Θεός μου, ὁ τεχθεὶς ἐκ κόρης ἀπειρογάμου, ταύτης παρακλήσεσι καὶ τῶν ἀποστόλων σου, ἱλασμὸν πταισμάτων μοι δίδου, καὶ μελλούσης ῥῦσαι κολάσεως.

O Maria Domina omnium creaturarum, et Dei genitrix, libera miserum cor meum ab inimico, qui impudenter quærit in illud exercere dominium.

Μαρία Κυρία πάσης κτίσεως, ἐχθροῦ ἀναιδῶς κυριεύειν ζητοῦντος τὴν ταπεινὴν καρδίαν μου, Θεογεννῆτορ, λύτρωσαι.

Illumina, o lucis genitrix, animam meam passionum tenebris obductam; et cum apostolis, prophetis, atque martyribus deprecare, ut omni peccato, ab omni læsione atque improbitate inimici server incolumis.

Ἡ τὸ φῶς τεκοῦσα, φώτισον τὴν ἐσκοτισμένην ψυχήν μου τοῖς πάθεσι, καὶ δυσώπει σὺν ἀποστόλοις, προφήταις, καὶ μάρτυρσι, πάσης ἁμαρτίας, πάσης βλάβης, πάσης τῆς κακίας τοῦ ἐχθροῦ ῥυσθῆναί με.

Medere, o purissima, infelici animæ meæ incurabiliter ægrotanti, ex mundanæ hujus vitæ fraudibus, et multorum peccatorum profluvio.

Ἴατρευσον ἀνιάτως νοσοῦσαν, πανάμωμε, τὴν ἀθλίαν ψυχήν μου τοῦ βίου ταῖς ἀπάταις, καὶ πολλῶν ἁμαρτιῶν ἐπικλύσεσιν. C

Cum angelis, apostolis, et martyribus, Filium tuum ac Dominum roga, o mundissima, ut a tentationibus, periculis, et angustiis eruantur servi tui.

Μετὰ μαρτύρων ἀγγέλων, καὶ ἀποστόλων, πανάμωμε, τὸν σὸν Υἱὸν ἐκδυσώπει, καὶ Κύριον, σωθῆναι τοὺς δούλους σου πειρασμῶν, κινδύνων καὶ θλίψεων.

O casta Deipara undequaque laudabilis, omnis lingua cum fide glorificat te, quæ es gloria et decus generis nostri, et eorum qui errant, directio.

Ἅπασα γλῶσσα πίστει δοξάζει σε, ἁγνὴ, δόξαν χρηματίζουσαν καὶ καύχημα τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ ὁδηγίαν τῶν πλανωμένων, Θεοτόκε πανύμνητε.

Ignem peperisti, et incombusta mansisti, o Virgo maritalis tori nescia: propterea illum exora quem peperisti, una cum angelorum choris, atque apostolis, ut salvos faciat eos, psallunt fideliter: Omnia opera Domini, laudate Dominum, etc.

Ἄφλεκτος τεκοῦσα τὸ πῦρ διεφυλάχθης, Παρθένε ἀπειρόγαμε· διὸ ἱκέτευε ὃν ἔτεκες, σὺν ἀσωμάτων χοροῖς, σὺν ἀποστόλοις, τοὺς πιστῶς σωθῆναι ψάλλοντας· Πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Omnis lingua laudat et glorificat te; o Virgo Dei D

Ὑμνεῖ σε πᾶσα γλῶσσα δοξάζουσα, Θεὸν τὸν ὑπερ-

(32). Opportune in hoc S. Josephi elogium B. Virgini tributum Bartholomæus Pisanus *De laud. Virg.* lib. I fruct. 7, dum ait: « Sapiens debet eligere quod est perfectius et melius: sed Christus est Sapientia increata, et cum melius sit, et eligibilius habere Matrem sine omni macula, quam cum macula, et potuit eam sic habere. Igitur, » etc. Opportune etiam Bernardinus de Busto in *Mariali* serm. 1, de concept. parte III, dum inquit: « Cum Christus ab æterno elegerit B. Virginem in Matrem, juxta illud quod canitur, *Elegit eam Deus, ac prælegit eam;* concludendum est quod ipse, cui omnia futura erant præsentia, a cunctis malis, et damnis peccati originalis eam voluit præservare, ut boni filii debitum adimpleret. » Et ibidem serm. 2, parte III; « Quos Deus ad aliquod elegit, ita præparat, et disponit, ut ad illud Apostoli II ad Corinth. III: *Idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti.* Sapiens enim regulator ea, quæ sunt ad aliquem finem debet regulare secundum ordinem ipsius finis, juxta dictum philosophi II Metaph. Et probatur per c. *Prodest* 23. q. quia princeps, assumendo aliquem ad officium suum, dicitur velle dispensare cum eo meliori modo, quo potest. Item: Qui vult consequens vult etiam omne necessarium antecedens: et crimen est sacrilegii dubitare, an is dignus sit quem imperator elegerit? Sed gloriosa Virgo Maria fuit electa divinitus ab æterno ut esset Mater Dei, ipsa dicente illud Eccli. XXIV, *Ab initio et ante sæcula creata sum.* Et Proverb. VIII. *Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fuerit,* quæ omnia attribuit Ecclesia B. Virgini. Ergo Deus per gratiam suam eam ad tam mirabile opus idoneam præservavit. » Sic ille.

Digitized by Google

ὑμνητον τέξασαν, Παρθένε θεόνυμφε, ὃν δυσώπει ἀπαύστως σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Φωτεινοτάτην λαμπάδα μέσον σε ἔχουσαι χοροστασίαι μαρτύρων, καὶ ἀποστόλων, ἀγνὴ, φῶς ἀπαστράπτουσαν ἐνθέων χαρισμάτων φωτίζονται ἀθλως, καὶ πάντας τοὺς ἐν πίστει μεγαλύνοντάς σε φωτίζουσιν.

Φέρεις τὸν φέροντα πάντα ἐν ταῖς ἁγίαις χερσί σου, ὃν ἐκδυσώπει, ἁγνὴ, τοῦ ἀλλοτρίου τῆς κακουργίας ἡμᾶς ἀχειρώτους περισώζεσθαι.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς παρασκευῆς, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Τὸν ἀνατείλαντα ἐκ σοῦ ὑπερβολῇ εὐσπλαγχνίας ἐν σταυρῷ καθορῶσα θρηνῳδεῖς, Δέσποινα, τοῦτον δοξάζουσα.

Λύσιν ἡμῖν ὀφλημάτων, ἁγνὴ Παρθένε, δίδου, ταῖς μητρικαῖς σου πρεσβείαις, ἡ τὸν σταυρῷ παγέντα, ἄνθρωπον γενόμενον, Θεὸν Λόγον κυήσασα.

Ἀπεκύησας ἄνευ σποράς, Παρθένε, τὸν Λόγον, τὸν σταυρῷ ἐξαφανίσαντα τὴν φθορὰν ἀγαθότητι.

Ἡγίασεν ὁ Θεὸς τὴν μήτραν σου, ἁγία σεμνὴ, κατοικήσας ἐν αὐτῇ, καὶ ἐν σταυρῷ ὑψούμενος τὴν κτίσιν συνανύψωσεν.

Ὑμνολογεῖς τὸν ἐκ σοῦ σαρκωθέντα, καὶ θρηνῳδεῖς ἐν σταυρῷ ὑψωθέντα, αὐτὸν κατανοοῦσα, Μητροπάρθενε ἁγνὴ, παναμώμητε.

Ἡ παναγία πανάγιον Λόγον τὸν ἐξ αὐτῆς ἀνατείλαντα, ἐν τῷ ἁγίῳ σταυρῷ ἀνυψούμενον, καὶ καθαγιάζοντα τοὺς βροτοὺς ὁρῶσα, ὠδύρετο.

Ἁγίων τάγματα λιτανεύουσι, Κόρη, τὸν ἐκ γαστρός σου προελθόντα Δεσπότην, τὸν δείξαντα ἐν σταυρῷ τούτοις τρίβον ἀθλήσεως, ἁγνὴ, καὶ δοξολογοῦσιν ὡς πάντων βασιλίδα.

Φιλάγαθε τῶν Χερουβὶμ ἁγιωτέρα, ἡ Θεοῦ Θεὸν Λόγον σαρκὶ ἀποτεκοῦσα, τὸν ἀνυψωθέντα σαρκὶ σταυρῷ ἐθελουσίως, ὑπὲρ πάντων ἐκτενῶς τοῦτον πρέσβευε.

Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ὑπεραγία ἡ Θεὸν ὑπεράγιον Λόγον ἀποκυήσασα, ἁγίασον ἅπαντας τοὺς πίστει σε δοξάζοντας.

Μὴ κενώσας τοὺς κόλπους τοὺς πατρικοὺς ὁ Λόγος,

A sponsa (33), quæ Deum superlaudabilem peperisti; quem tu supplex roga incessabiliter prō salute animarum nostrarum.

Martyrum atque apostolorum chori habentes te, o Virgo, in medio, tanquam fulgentissimam lampadem, divinorum **293** charysmatum radios effundentem, spiritualiter illuminantur; ipsi vero eos omnes, a quibus tu magnificaris, illuminant.

Portas eum, qui portat universa, in tuis manibus divinis, o Virgo. Ipsum roga, ut ab alieni malignitate nos inutiles et nihil valentes tueatur.

Ex Canone feriæ VI *ad Matutinum.*

B Cum videres, o Domina, illum, qui ex te exortus fuerat, ob excessum misericordiæ suæ in cruce pendentem, in lamenta erumpens, eumdem glorificabas.

Maternis tuis intercessionibus concede nobis debitorum remissionem, o Virgo, quæ Deum Verbum hominem factum et cruci affixum peperisti.

Sine semine Verbum genuisti, o Virgo, qui per crucem ex sua benignitate corruptionem abolevit

Sanctificavit Deus vulvam tuam habitans in illa, o Virgo veneranda; et in cruce exaltatus, simul creaturas exaltavit.

C Hymnis collaudas illum qui ex te incarnatus est; et in cruce videns exaltatum, lamentis prosequeris; o mater Virgo casta, omni laude decoranda.

Cum sanctissima videret sanctissimum Verbum, quod ex ipsa solis instar exortum fuerat, in sancta cruce exaltatum, atque homines sanctificantem; in lamenta fletusque erumpebat.

Sanctorum exercitus deprecantur, o castissima puella, Dominum illum, qui ex utero tuo processit; et qui in cruce ostendit illis viam strenuæ decertationis; teque ut omnium Reginam glorificant.

D O bonorum amica, sanctior Cherubim, quæ Deum Dei Verbum in carne progenuisti, qui et in cruce voluntarie **294** secundum carnem exaltatus est: apud eumdem pro universis strenue intercede.

Ex Canone Sabbati, ad Matutinum.

O omnium sanctorum sanctissima, quæ Deum Verbum omni sanctitate sanctiorem peperisti, sanctifica omnes qui glorias tuas cum fide decantant.

Verbum e sinu Patris nunquam discedens

(33) Huic B. Virginis elogio splendorem affert Bernardinus de Busto in *Mariali* serm. 2, de Concept. parte III, dum ibidem ait: « Indubitanter tenendum quod Deus dilectam Sponsam suam (B. Virginem) ante creationem mundi electam ab omnis peccati turpitudine præservavit. Quis enim est hominum, qui, si posset sponsam suam facere, illam non absque omni macula procrearet? Sic ille.

Digitized by Google

in sinu tuo ut infans receptum est, o immaculata : et ex te principium sumpsit, qui est sine principio.

Precare, o laudatissima, Deum quem peperisti, ut gregem tuum ab omni tentationum ac tribulationum genere liberet.

O Virgo sanctissima, quæ Dei thalamus indissolubilis facta es : eidem supplica, ut me thalami spiritalis faciat habitatorem.

O Virgo sanctissima, quæ Verbum sanctissimum incarnatum peperisti, quod omnis spiritus laudat et sanctificat, sanctifica servos tuos.

Tanquam angelis honorabiliorem Deiparam hymnis veneremur.

Mulierum omnium cœtus, quæ sese in virtute exercendo ac decertando, Dominum quæsiverunt, vultum tuum divinum, o purissima, assidue deprecantur.

Cum peccandi sim cupidus, tribunal horrendum contremisco judicis qui ex te ortus est, o Virgo : in quo tu me, utpote benignissima, indemnatum conserva.

TONUS PLAGIUS IV.

Ex Canone feriæ II, ad Matutinum.

Medicam manum tuam adhibe mihi, mortiferarum corporis atque animi passionum morbo graviter ægrotanti ; **295** ut te, o casta, cum fide semper beatam appellem.

Te, o sanctissima, custodem in tentationibus habeo : tu es, post Deum, præsidium meum semper vigilantissimum. Te, o castissima, in die judicii liberatricem ab omnis damnationis sententia invenium.

Te purissimum Domini receptaculum, cum fide precor, o Dei genitrix ; ab omni macula purifica me, et purissimi Spiritus divini domum effice me.

Puella casta, occide passionum mearum motus, tu quæ partu tuo peccatum vivens primi parentis occidisti.

Ut te, o ab omni labe purissima (34), gratiarum actionis vocibus semper glorificem ; animæ meæ tenebras elimina ; et luce pœnitentiæ me delictis obscuratum illumina.

Deus Dei Verbum, cum in uteri tui tabernaculo habitasset, o divina gratia plenissima ; fecit te omnium qui in certamine superabantur, præsidium : quamobrem clamant : Benedictus es, Deus patrum, etc.

Tu, o Virgo, eorum qui stant, es firmitas ; co-

(34) Favere videtur S. Thomas Aquinas dum in I Sent. d. 44, a. 3, in hunc modum scribit : Puritas intenditur per recessum a contrario, et ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit, et talis fuit puritas B. Virginis, quæ a peccato originali immunis fuit. « Sic ille. Sanctus item Thomas a Villa Nova, serm. 3, de Nativit. Domini prope finem, dum ibidem his utitur verbis : « Decuit Matrem Dei esse purissimam sine labe, sine peccato, unde non solum quando puella, sed quando parvula, sanctissima, et in utero sanctissima, et in Conceptione sanctissima. Non enim decebat sanctuarium Dei, domum Sapientiæ, reliquiarium Spiritus sancti, urnam mannæ cœlestis aliquam in se habere labem. »

ἐν τοῖς κόλποις σου ὡς βρέφος κρατούμενος ὡράθη, ἀρχὴν ἐκ σοῦ λαβών, ἄχραντε, ὁ ἄναρχος.

Ἱκέτευε δν ἐκύησας Θεὸν, πανύμνητε, πειρασμῶν παντοδαπῶν καὶ θλίψεων ῥύσασθαι τὴν ποίμνην σου.

Νυμφὼν ἀκατάλυτος ὀφθεῖσα Θεοῦ, δυσώπει αὐτὸν, παναγία Παρθένε, νυμφῶνός με οἰκήτορα τοῦ νοητοῦ γενήσεσθαι.

Ἁγίασον, παναγία Παρθένε, τοὺς δούλους σου, τὸν πανάγιον Λόγον σαρκὶ ἀποτεκοῦσα, ὃν ὑμνεῖ πᾶσα πνοὴ ἁγιάζουσα.

Ὡς τῶν ἀγγέλων τιμιωτέραν τὴν Θεοτόκον ὑμνολογοῦμεν.

Ὁ τῶν γυναίων ἁπάντων κατάλογος, ὁ ἀσκήσει καὶ ἀθλήσει, πανάμωμε, ζητήσας τὸν Κύριον, λιτάνευσι ἀπαύστως τὸ θεῖόν σου πρόσωπον.

Φιλαμαρτήμων ὑπάρχων, τὸ δικαστήριον τρέμω τὸ φοβερὸν τοῦ ἐκ σοῦ, ἁγνὴ, τεχθέντος, ἐν ᾧ με, ἀγαθὴ, ἀκατάκριτον συντήρησον.

ΗΧΟΣ ΠΛΑΓΙΟΣ Δ'.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ἴασαι νοσοῦντά με χαλεπῶς τῆς θανατηφόρου ἀσθενείας τῶν σαρκικῶν, ἁγνὴ, ψυχικῶν τε παθημάτων, ὅπως ἐν πίστει ἀεὶ μακαρίζω σε.

Σὲ φρουρὸν, παναγία, ἐν πειρασμοῖς κέκτημαι, σὲ μετὰ Θεὸν προστασίαν ἔχω ἀκοίμητον, σὲ ῥυομένην με ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς δίκης πάσης κατακρίσεως εὗροιμοι, πάναγνε.

Σὲ τὸ καθαρὸν δοχεῖον τοῦ Δεσπότου πίστει δυσωπῶ, καθάρισόν με πάσης, Θεογεννῆτορ, κηλίδος, καὶ οἶκον δεῖξον τοῦ καθαροῦ καὶ θείου Πνεύματος.

Νέκρωσον, ἁγνὴ, τῶν παθῶν μου τὰ κινήματα, ἡ νεκρώσασα τῷ τόκῳ σου τὴν ζῶσαν, Κόρη, ἁμαρτίαν τοῦ προπάτορος.

Ἵνα φωναῖς εὐχαρίστως πάντοτε, πανάμωμε, δοξάζω σε, ψυχῆς μου δίωξον τὸ σκότος, καὶ μετανοίας φωτὶ τὰ ζοφερὰ λῦσόν μου ἐγκλήματα.

Ὁ Θεοῦ Θεὸς Λόγος ἐν γαστρί σου σκηνώσας, θεοχαρίτωτε, ἁπάντων προστασίαν τῶν καταπονουμένων καὶ βοώντων δεικνύει σε· Ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ἱσταμένων βεβαίωσις ὑπάρχεις, καὶ πεσόντων

Digitized by Google

ἀνόρθωσις, Παρθένε · διὸ καταπτωθέντα με ἀνάστησον, ἵνα σε δοξάζω τὴν κεχαριτωμένην.

Φώτισον, πύλη τοῦ φωτὸς, τῆς καρδίας μου τὰ ὄμματα, δέομαι, καὶ ἀπημαύρωσε τῆς ἁμαρτίας σκότος βαθύτατον, καὶ μετανοίας μου αὐγὴν κατάπεμψον, Δέσποινα, καὶ αἰωνίου πυρὸς μεσιτείαις σου, ἁγνὴ, ἐλευθέρωσον.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τρίτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Μετανοίας μοι, Παρθένε, καθυπόδειξον ὁδοὺς, καὶ τῆς ἀπαγούσης με πρὸς ἁμαρτίαν ἐπίστρεψον τρίβον, ἵνα σε ὑμνῶ τὴν πολυύμνητον καὶ παμμακάριστον.

Κατερραγμένων ἐπανόρθωσις, Θεοτόκε, πτωθέντα ἔγειρον ἐκ βόθρου τῶν κακῶν μου, καὶ ἐδραίωσον, Δέσποινα, ἐν πέτρᾳ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν.

Πανύμνητε, Δέσποινα, μεγαλοφώνως σε ἀνυμνοῦμεν, πλήρωσον πάσης χαρᾶς τὴν ἐμὴν διάνοιαν, παρεχομένη μοι πένθος ἀγαθὸν, καὶ μετανοίας ἀφορμὰς, καὶ γνῶσιν σωτήριον.

Ἁγία Θεοτόκε, ἡ τὸν ἅγιον Λόγον ἀποτεκοῦσα, σαρκὶ ἀναπαυόμενον μόνον ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, ἁγίασόν μου τὸν νοῦν ταῖς πονηραῖς ἐργασίαις ἀεὶ ἐπιμένοντα.

Ἡ μανναδόχος σε στάμνος, Θεοτόκε, ποτὲ προεικόνιζε· Χριστὸν γὰρ ἐβλάστησας τὸ μάννα τῆς γνώσεως ἐπομβρίζοντα πᾶσι τοῖς τιμῶσί σε.

Ὑπὲρ αἰτίαν τέκτεις τοῦ παντὸς τὸν αἴτιον, ὑπερβολῇ χρηστότητος βροτὸν γεγενημένον· ὅθεν συμφώνως σε, ἁγνὴ, μακαρίζομεν.

Κυματούμενον σάλῳ με τῆς ἁμαρτίας, ἁγνὴ, τῇ σῇ μεσιτείᾳ πρὸς σωτηρίαν μετανοίας, βοῶ, ἴθυνον, Δέσποινα, παγγαλήνους λιμένας, ὅπως βλέψω φῶς τῆς σωτηρίας ὁ ἐσκοτισμένος ἀεὶ τῇ ῥαθυμίᾳ.

Φωτιστικαῖς, πανάμωμε, ἀστραπαῖς τοῦ ἐκ τῆς σῆς προελθόντος μήτρας Υἱοῦ καὶ Θεοῦ, τοὺς πίστει ὑμνοῦντάς σε φαίδρυνον, καὶ σκότους ἡμᾶς τοῦ ἀφεγγοῦς καὶ τῆς αἰωνιζούσης ἐξέλου κολάσεως τῇ σῇ μεσιτείᾳ.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Παρισταμένη τῷ σταυρῷ σου, Κύριε, ἡ ἀπειρόγαμος, καὶ τὰς ἐν σοὶ τρώσεις καθορῶσα, Δέσποτα, τιτρωσκομένη ἔλεγεν· Οἴμοι, τέκνον! ὠδῖνας ἀποφυγοῦσα τῷ τόκῳ σου, νῦν ὀδυνηρῶς κατατρύχομαι

Ἡ πολύμνητος ἀμνὰς τὸν ἄρνα θεασαμένη πρὸς ἑκούσιον ἑλκόμενον πάθος, καὶ σταυρούμενον σαρκὶ, ἠλάλαζε δακρύουσα, καὶ τὴν μακροθυμίαν ὕμνει τὴν τούτου δοξάζουσα.

Τὸν ἑαυτῆς μόσχον ἡ ἄμεμπτος δάμαλις κατιδοῦσα ξύλῳ ἀναρτώμενον, Τέκνον, ἔβόα ἀλαλαγμῷ, πῶς σε πανάμωμον δῆμος οὐδ' ὅλως ᾠκτείρησεν αὐτὸν οἰκτειρηκότα, ἀλλὰ σκέψει δολίᾳ θανατῶσαι ἀδίκως προείλετο;

A rum qui cadunt erectio : quamobrem me jam collapsum erige, ut te gratia plenam glorificem.

Illumina, precor, o porta lucis, oculos cordis mei, quos densissimæ peccati tenebræ obscuravere ; et emitte mihi, Domina, pœnitentiæ radium ; et intercessionibus tuis, o Virgo casta, ab igne perenni libera me.

Ex Canone feriæ III, ad Matutinum

Pœnitentiæ vias demonstra mihi, o Virgo, et a semita quæ me ad peccatum deducit, averte me, ut laudem te omni laude dignissimam et omni beatitudine cumulatissimam.

Prostratorum erectio, o Deipara, e barathro malorum meorum me collapsum erige ; et in petra di-

B vinorum **296** mandatorum stabilem firma me, o Domina.

Laudabilissima Domina, magnis tuas laudes vocibus extollimus : imple omni gaudio mentem meam ; luctum utilem, pœnitentiam opportunam, et scientiam salutiferam concedens mihi.

Deipara sancta, quæ Verbum sanctum, quod solum omnibus sanctis requiescit, incarnatum peperisti : sanctifica mentem meam, in pravis operibus semper immorantem.

Urna illa, in qua manna continebatur, olim te, Deipara, præfiguravit : Christum enim germinasti, qui omnibus honorantibus te scientiæ manna velut imbrem demittit.

Supra omnes causas ac rationes, causam atque

C auctorem universi peperisti, propter nimiam suam benignitatem, hominem factum. Unde te, o pura, consona voce beatam nuncupamus.

Me in peccati salo fluctuantem, intercessione tua, o casta, ad tranquillissimos salutaris pœnitentiæ portus, precor, Domina, deducito ; ut perpetuis socordiæ tenebris involutus, tandem aliquando salutis lumen aspiciam.

Fulgurantibus radiis Filii et Dei tui, qui ex utero tuo processit illumina et exhilara, o intemeratissima, eos qui te cum fide collaudant ; et intercessione tua a tenebris obscurissimis Averni, et a perenni tormento eripe nos.

Ex Canone feriæ IV ad Matutinum.

D Assistens Virgo innupta cruci tuæ, Dominator Domine, atque intuens vulnera tua, ipsa etiam vulnerabatur, ac dicebat : Hei mihi, fili ! dolores partus, cum tu nascereris, effugi ; et nunc doloribus premor ac discrucior.

Agna illa, quæ plurimis ubique laudibus celebratur, **297** videns Agnum ad voluntariam passionem attractum, ac secundum carnem crucifixum, ejulabat cum lacrymis, et illius longanimitatem cum laudibus glorificabat.

Juvenca immaculata videns vitulum suum in cruce suspensum, cum gemitu clamabat : O Fili ; quomodo populus prævaricator nullam tui miserationem habuit, qui illius misertus es ? sed fraudulento consilio te injuste interficere decrevit.

Digitized by Google

Novum spectaculum intueor (exclamabas, o omni laude dignissima) : Quomodo tu, qui aspectu universam concutis terram, in cruce exaltatus obdormisti: cum tamen eos qui dormierunt a sæculo suscitaturus sis? Adoro, o Fili, patientiam tuam.

A Ξένον θέαμα βλέπω, ἔκραζες, πανύμνητε, πῶς ὁ τῷ βλέμματι πᾶσαν γῆν σαλεύων, ἐπὶ ξύλου ὑψούμενος ὕπνωσας, τοὺς ὑπνοῦντας μέλλων ἐκ τοῦ αἰῶνος ἀνυπνίζειν; προσκυνῶ σου, Υἱὲ, τὸ μακρόθυμον.

Te Dominum vitæ, et speciosum forma super filios hominum olim peperi (exclamabat Virgo), et quomodo moreris nunc, o fili, non habens speciem neque decorem in cruce suspensus, qui nutu omnia pulchritudine exornas.

Κύριόν σε τῆς ζωῆς καὶ ὡραῖον ἀπεκύησα κάλλει ὑπὲρ υἱοὺς ἀνθρώπων, ἡ Παρθένος ἐκραύγαζε, καὶ πῶς θνήσκεις νῦν, Υἱὲ, κάλλος οὐκ ἔχων ἐν τῷ σταυροῦσθαι, ὁ καλλωπίζων πάντα νεύματι;

O Verbum, sol nesciens occasum (aiebat Virgo), quomodo nunc in ligno extensum occidisti; et sol videns, destitit a cursu suo, non ferens sese apparere ac lucere dum tu pateris, o Domine; laudo et adoro divinam potentiam tuam.

Ὁ ἄδυτος ἥλιος, πῶς ἔδυς ξύλῳ, Λόγε, τεινόμενος; ἡ Παρθένος ἐβόα· καὶ βλέπων ἔστη τοῦ δρόμου ἥλιος, φαίνειν μὴ σθένων, σοῦ πάσχοντος, Δέσποτα; Ὑμνολογῶ, προσκυνῶ τὸ θεῖον κράτος σου.

B

Cum dolore suspirans, cum materno affectu ejulans, et coarctationem atque angustiam cordis reprimere non valens, oculis in cruce defixis ad eum qui ex utero tuo natus erat, exclamabas: O Fili, quodnam spectaculum est hoc? quomodo pateris tu, qui natura es impassibilis, atque hominum genus omnino vis a corruptione liberare?

Ὀδυνηρῶς στενάζουσα, μητρικῶς ἀλαλάζουσα, καὶ τὴν ἐκ τῶν σπλάγχνων συνοχὴν μὴ φέρουσα, σταυρῷ ἐνητένιζες τῷ ἐκ τῆς σῆς τεχθέντι γαστρὸς, Τέκνον, ἐκβοῶσα, τί τὸ ὅραμα τοῦτο; πῶς πάσχεις, ὁ τῇ φύσει ἀπαθὴς, πάντα τε θέλων τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων φθορᾶς ἐλευθερῶσαι;

Cum fugerim dolores matrum eo tempore quo te peperi, o mitissime Fili; nunc dum te voluntarie passionem amplecti, et dolores subire video, viscera mea discruciantur, et anima mea repletur doloribus. Ita exclamabat castissima illa, quam nos pro merito magnificamus.

Φυγοῦσα τὰς ὠδῖνας τὰς μητρικὰς τῷ καιρῷ τῆς λοχείας, μακρόθυμε, ἐν τῷ δὲ νῦν πάθει ἑκουσίως προσομιλεῖν, καὶ ἄλγος καθυφίστασθαι, ἤλγησα τὰ σπλάγχνα, καὶ τὴν ψυχὴν ὀδύνης ἐπληρώθην, ἡ πάναγνος ἐβόα, ἣν ἐπαξίως μεγαλύνομεν.

298 *Ex Canone feriæ* v, *ad Matutinum.*

C ‖ *Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.*

Præter naturæ leges, peperisti, o intemeratissima, legislatorem ac Deum, hominem factum : quem, utpote benignum, deprecare, ut ignoscat nobis ea quæ contra legem deliquimus, dum assidue clamamus : Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est.

Νομίμων δίχα τῆς φύσεως τέτοκας τὸν νομοδότην καὶ Θεὸν ἄνθρωπον γενόμενον· αὐτὸν ὡς ἀγαθὸν ἱκέτευε, πανάμωμε, ἡμῶν τὰς ἀνομίας παριδεῖν τῶν βοώντων πάντοτε· Τῷ Κυρίῳ ᾄσωμεν· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.

Deprecare, o Virgo, illum qui bonus est, ut peccatorum absolutionem, et a gravissimis vitæ hujus adversitatibus liberationem, mihi largiatur.

Λύσιν δωρηθῆναί μοι, ἄχραντε, ἁμαρτιῶν αἰτησαι τὸν ἀγαθὸν, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ χαλεπῶν περιστάσεων.

Da mihi vires, o inviolata, ut cœlestes cogitationes in anima mea excolere possim, et illius motus ad vitæ ingressus dirige.

Γεωργεῖν με νοήματα, ἄχραντε, οὐράνια ἐνδυνάμωσον, καὶ τῆς ψυχῆς μου κατεύθυνον πρὸς ζωῆς εἰσόδους τὰ κινήματα.

Aquarum vitæ fluentis plena cum sis, o Puella, potum nobis omnibus præbe, dum te pia ac religiosa mente laudamus.

D Ναμάτων ζωηρρύτων ἀνάπλεως οὖσα, Κόρη, πάντας ἡμᾶς πότισον εὐσεβοφρόνως ὑμνοῦντάς σε.

Palatium Regis altissimi, et thronus igniformis facta es, o Virgo, Cherubim et Seraphim modo ineffabili sublimior : quamobrem omnis spiritus te tanquam Creatoris matrem laudibus extollit.

Παλάτιον ὑψηλοῦ βασιλέως, καὶ πυρίμορφος γεγένησαι θρόνος, τῶν Χερουβὶμ ἀνωτέρα, Παρθένε, καὶ Σεραφὶμ ὑπὲρ νοῦν χρηματίσασα· ἐντεῦθέν σε πᾶσα πνοὴ ὡς Μητέρα δοξάζει τοῦ Κτίσαντος.

Impetum mortis repressisti dum immortalem Deum peperisti; quem roga, o casta, ut passiones miserabilis corporis mei mortificet, et vita dignum me faciat.

Ἔστησας ῥύμην τοῦ θανάτου, τὸν ἀθάνατον Θεὸν ἀποκυήσασα· ὃν δυσώπει, ἁγνὴ, τὰ πάθη θανατῶσαι τοῦ ταπεινοῦ μου σώματος, καὶ ζωῆς με ἀξιῶσαι.

Offer Domino supplicationem, ut misereatur, et salutem tribuat iis qui ad te confugiunt, o sanctissima Deipara, hominum auxilium.

Ἱκετηρίαν προσάγαγε Κυρίῳ ἐλεήσαι καὶ σῶσαι τοὺς ἐπὶ σοὶ καταφεύγοντας, παναγία Παρθένε, ἀνθρώπων βοήθεια.

Cum sis lucis domicilium, illumina, o Virgo, ani-

Φωτὸς οὖσα δοχεῖον, φώτισον, Παρθένε, τὴν σκο-

Digitized by Google

τισθεῖσαν ψυχήν μου τοῖς πάθεσιν, ὅπως ἐν πίστει καὶ πόθῳ ἀεὶ δοξάζω σε.

A meam meam pravarum affectionum tenebris involutam, ut cum fide affectu semper cantem gloriam tuam.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς Παρασκευῆς, εἰς τὸν Ὄρθρον.

299 *Ex Canone feriæ* VI, *ad Matutinum.*

Ὡς ἔβλεψέ σε σταυρῷ τὸν τὰ πάντα βλέποντα ἠλούμενον ἡ ἄμεμπτος, ὀδυρομένη ἔλεγε· Τί τοῦτο, τέκνον ἐμόν; Τί σοι ἀνταπέδωκαν οἱ ἀπολαύσαντες πολλῶν σου δωρημάτων; πῶς ὑποίσω τὸν πόνον; Δόξα τῇ σῇ, εὐσπλαγχνε καὶ μακρόθυμε, οἰκονομίᾳ φρικτῇ.

Ubi immaculata (35), vidit videntem omnia in cruce sublatum, dolore perculsa, ita locuta est: Quid est hoc, fili mi? quid tibi retribuerunt, qui a te tot beneficia acceperunt? quomodo dolorem sustinebo! Gloria sit venerandæ dispositioni tuæ, o misericordissime ac patientissime.

Νομίμων δίχα τῶν ἀνθρωπίνων σε τέκνον ἔτεκον, καὶ πῶς ἄνομοι ὑψοῦσί σε ξύλῳ μέσον ἀνόμων, τὸν μόνον νόμους ζωῆς ἐκτιθέμενον; ἡ Θεοτόκος θρηνῳδοῦσα ἀπεφθέγγετο.

Te præter leges humanas peperi, o Fili; et quomodo legis violatores in lignum te sustulerunt in medio transgressorum legis, qui solus vitæ leges condidisti? Ita gemebunda Deipara loquebatur. B

Νέον βρέφος ἐκύησας τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ὄντα παντέλειον, καὶ σταυρῷ, Κόρη πανάμωμε, τελειοῦντα πάντα ἀγαθότητι.

Novum infantem peperisti, qui erat ante omnia sæcula perfectissimus, o Puella tota pura; et in signo crucis omnia perficit bonitate sua.

Νενοσηκότας, Παρθένε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἡμᾶς ἰάτρευσας, κυήσασα τὸν Σωτῆρα ἰατρόν τε τῶν ὅλων, ἐν ξύλῳ τοῦ σταυροῦ τραυματισθέντα, ἄχραντε, τὸν παρέχοντα ἀφθαρσίαν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν.

Nos peccati morbo ægrotantes, curasti, o Virgo inviolata, dum omnium Salvatorem et medicum peperisti: qui in ligno crucis vulneratus, immortalitatem animabus nostris elargitur.

Ῥομφαία τὴν σὴν διῆλθε καρδίαν, καθορώσης σὸν Υἱὸν, ἄχραντε Κόρη, ἠλωμένον ἐν ξύλῳ, καὶ πάθη φέροντα, καὶ λόγχῃ θείαν πλευρὰν ἐξορυττόμενον θελήματι, καὶ κατασφάττοντα ἐν αὐτῇ τὸν πολέμιον δράκοντα· ὅθεν θρηνῳδοῦσα μητρικῶς τοῦτον ἐμεγάλυνες.

Gladius cor tuum pertransivit, o intemerata Puella, cum Filium tuum in ligno extensum vidisti; passiones sponte tolerare; et divino latere lancea perfosso, in eodem inimicum draconem mactare ac jugulare: unde maternis querelis dolorem tuum divulgans, illum magnificabas.

Λύπῃ πεπλήρωμαι, ὁρῶσά σε, Υἱὲ, ἀδίκως πάσχοντα, τέτρωμαι ψυχὴν, λόγχῃ τρωθέντος σου τὴν πλευρὰν, ἡ Θεοτόκος ἐβόα κλαίουσα καὶ ὀδυρομένη, μόνη Δέσποινα· ἣν ἐπαξίως πάντες μακαρίζομεν, καὶ εὐσεβῶς κραυγάζομεν· Ὁ ὑπερύμνητος τῶν πατέρων καὶ ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Tristitia plena sum, cum video te, o Fili, injuste patientem: vulneratur anima mea, dum latus tuum lancea perfoditur. Ita cum lacrymis, et dolore vociferabatur Deipara Domina unica, quam merito omnes beatam dicimus, et devote exclamamus. Benedictus es, Deus, etc. C

Νοητὴν νεφέλην, καὶ σκηνὴν ἁγιάσματος, θρόνον Θεοῦ καὶ πύλην, φωτὸς λυχνίαν, καὶ ἀνατολὴν τοῦ Λόγου οἱ πιστοί σε πάντες κατονομάζομεν, πάναγνε Παρθένε, τοῦ πάντα τεκτηναμένου Μήτηρ ὑπάρχουσα εὐλογημένη.

Nubem intellectualem, tabernaculum sanctificationis, thronum Dei et portam, lucis candelabrum, et Orientem **300** Verbi, universi te fideles nominamus, o Virgo castissima, et Mater benedicta illius qui universa fabricavit.

Φωτοειδὴς παστὰς ὡράθης, Παρθένε, τοῦ οἰκήσαντός σου τὴν ἄφθορον νηδὺν, καὶ πάθος μακάριον καθυπομείναντος ἐθέλοντι, καὶ πᾶσι τὴν ἀπάθειαν παρασχόντος δι' ἄφατον ἔλεος, ὃν πίστει προσκυνοῦντές σε εὐσεβῶς μεγαλύνομεν.

Thalamus luce plenus facta es, o Virgo, illius qui immaculatum uterum tuum habitavit, ac beatam passionem voluntarie sustinuit, atque omnibus impassibilitatem concessit propter ineffabilem mi sericordiam suam, quem cum fide adorantes, te devote magnificamus. D

(35) Vox *immaculata* cum absolute omnis maculæ carentiam importet, nullam limitationem dicit, et ad omnia vitæ tempora atque momenta protenditur, sicut infinitum simpliciter, et absolute prolatum ex neutro extremo finem admittit; neque immensum proprie vocabis quod alicui mensuræ subesse potest. Quin potius si hæc nomina efferantur de re, quæ secum admittit aliquo modo formam, quæ per illas voces negatur, quilibet affirmabit locutionem esse hyperbolicam et impropriam. Ad eumdem modum dictio *immaculata*, cum omnis maculæ carentiam dicat pro omni temporis differentia, et apponatur B. Virgini in sensu proprio, non hyperbolico, ut admittit communis doctorum consensus, haud dubie ejus innocentiam pro omnibus vitæ suæ instantibus sinu suæ significationis coercet. Quam maculæ carentiam pro omni differentia temporis acute sapientissimus attigit Idiota libr. *De contemplat.* B. Virg. locum illum Cantic. cap. IV, *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te*, explanans: *Tota pulchra es*, ait: « Virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto, et peccati macula, sive mortalis, sive venialis sive originalis non est in te nec unquam fuit, nec erit. Ex quo patet, quod vox *immaculata* innocentiam, et exceptionem ab omni peccato, pro omni temporis differentia secum apportet. » Vide Vegam in Theologia Mariana, Palæstra 4, Certamine 3, n. 510.

Digitized by Google

Ex Canone Sabbati, ad Matutinum.

Chorus mulierum sciens te Domini esse genitricem, o Virgo; post te strenue decertans, eidem Domino oblatus est.

Dominus Jesus, qui nullibi capi potest, uterum tuum sanctificatum sine ulla arctationis angustia inhabitavit, o Virgo inviolata.

Divinum legislatorem supra naturæ leges peperisti, o ab omni nævo immunis (36) : qui perditam hominum naturam reformavit.

Abolevisti primorum parentum damnationem, o casta, dum omnium justificatorem atque unicum Dominum in carne peperisti.

Habitavit in te, o pura, splendor Patris, et immaterialibus radiis divinitatis suæ idololatriæ tenebras dissipavit, et mundum illuminavit.

Ut eras tota pura (37), sic Verbum corporatum in utero tuo suscepisti. Illud ipsum Verbum deprecare, o castissima, ut corporis animæque peccatis purificet me ad te fide pura confugientem.

Ostende te mihi, o Virgo, et animæ meæ tenebrosissima nubila splendore tuo depelle, tu, quæ Justitiæ Solem peperisti.

301 Tu, o purissima, quæ in ulnis tuis bonorum plenitudinem portasti, imple preces servorum tuorum, et semitas nostras ad Deum dirige, et da nobis facultatem ut cum virtute vitam traducamus.

A Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Κύριον τετοκυῖαν γυναικῶν χορός σε ἐπιστάμενος, σοῦ ὀπίσω, Παρθένε, ἐναθλήσας αὐτῷ προσενήγκατο.

Ὁ μηδαμοῦ χωρούμενος Ἰησοῦς ἀστενοχωρήτως τὴν σὴν κατῴκησεν ἡγιασμένην γαστέρα, ἄχραντε Παρθένε, καὶ Κύριος.

Νόμου θεῖον τὸν πάροχον φύσεως νομίμως ἄνωθεν τέτοκας ἀναπλάττοντα, πανάμωμε, τῶν βροτῶν τὴν φύσιν ὁλισθήσασαν.

Ἔπαυσας, ἁγνή, προπατόρων τὸ κατάκριμα, τὸν τοὺς πάντας δικαιώσαντα σαρκὶ τεκοῦσα, Ἰησοῦν τὸν μόνον Κύριον.

Ἐσκήνωσεν ἐπὶ σοὶ Πατρὸς, ἁγνὴ, τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ταῖς ἀΰλοις αὐγαῖς αὐτοῦ τῆς Θεότητος τὸ σκό-
B τος διέλυσε τῆς πολυθεΐας, καὶ τὸν κόσμον κατεφώτισεν.

Ὅλη ὡς καθαρὰ καθυπεδέξω ἐν μήτρᾳ τὸν Λόγον σωματούμενον· αὐτὸν ἐκδυσώπει καθᾶραι πταισμάτων με, καὶ ψυχῆς καὶ σώματος, πάναγνε, τὸν ἐπὶ σοὶ καθαρᾷ πίστει προστρέχοντα.

Ἐπιφανεῖσα, Παρθένε, τῆς ψυχῆς μου τὰ σκοτεινότατα νέφη τῷ φωτισμῷ σου ἀπέλασον, ἡ τῆς δικαιοσύνης τεκοῦσα τὸν Ἥλιον.

Φέρουσα τὸ πλήρωμα τῶν ἀγαθῶν ἐν ταῖς ἀγκάλαις, πλήρωσον ἡμῶν, πανάμωμε, τὰς ἐντεύξεις τῶν δούλων σου, καὶ τὰς πρὸς Θεὸν ἡμῶν πορείας κατεύθυνον ἐναρέτως, ἐνδυναμοῦσα πολιτεύεσθαι.

EX TRIODIO GRÆCORUM (38).

Ex Canone in Dominica in qua legitur Evangelium parabolæ filii prodigi.

ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΙΩΔΙΟΥ.

C Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς ἐν ᾗ ἀναγινώσκεται τὸ Εὐαγγέλιον τῆς παραβολῆς τοῦ ἀσώτου.

Deus, in me omnem benignitatem demonstrans; ignosce mihi, utpote beneficus, multitudinem delictorum meorum, divinis Matris tuæ precibus permotus.

(36) Nam ut optime omnino, inquit vir doctissimus Antonius Navarrus ex Dominicana familia, tom. I, serm. 1, de Concept. B. Virginis : « Ipsa sola est, cui ex filiis hominum donatum est ex virili semine procedere originalis labis immunem. Et juste quidem, nam si a lege communi quosdam excipi justis ex causis legimus, Assuerus enim inquit suæ conjugi Esther : *Non pro te lex hæc est posita.* Et licet statutum est hominibus semel et in brevi mori, Elias et Enoch adhuc vivunt præter taxatum communem annorum vitæ hominum numerum. *Dies enim annorum nostrorum in ipsis septuaginta sunt, si autem in potentatibus octoginta, et amplius eorum labor et dolor*, et hi duo quandiu plus vixerint, omnibus patet. Et qui tempore judicii ultimi in consummatione sæculi inventi fuerint, si Hieronymi sententiæ inhæremus, morientur omnes juxta illud Pauli : *Deinde nos qui vivimus, qui residui sumus, rapiemur obviam Christo in aera.* Cur ergo non castissima Virgo a lege tam dura peccati originalis excipienda erit? » Sic ille.

(37) Dixerunt quidam (ut in suo Tract. de Concept. ad synod. Trident. part. 1, inquit Ambrosius Catharinus) quod, quando B. Virgo concipiebatur, non erat tum Mater Dei cui honor deberetur, et ideo non sine originali macula fuisse conceptam, nec fuisse totam puram dum conciperetur. Quasi vero tunc esset Dei Mater cum erat in utero, et tamen sanctificabatur, nec propter aliud, D. Thoma teste, nisi quia futura erat Dei Mater. Cur igitur et hanc præservationem ab originali tantæ Matri non donent? Vere non erat tunc Mater Dei, sed electa erat ut esset, et a Filio suo electa. Te hic cum eodem Catharino convenio et obnixe rogo, ut paulisper semota omni affectione respondeas. Si datum tibi esset ut Matrem posses eligere qualem velles, imo ut eam posses ipsemet fabricare, fabricaresne habentem maculam, crudelis videris. Quod si dicas : Justitia etiam hoc exigebat ut talis conciperetur, et nos objicimus Justitia : etiam exigebat ut talis nasceretur. Cur ergo non talis nata est? Hic te medium teneo, et addo : Si justitia quæritur, et non justitia nitimur, quia Christus hanc præcelsam pro Matre sua meruit liberationem. Ita igitur de illo cogita qui juste poterat hoc privilegium suis meritis imputare et ab initio donare Matri suæ. Quid est enim tam grande quod passione sua non obtinuerit? Si igitur in hoc dono salva fuit justitia, quomodo putas defuisse misericordiam? Considera hæc, rogo te, qui stas ex adverso, et sedato animo recognosce non in contentione repositam esse veram gloriam, sed in veritatis agnitione et defensione.

(38) Triodium est liber Græcorum ecclesiasticus e Canticorum sive canonum ita dictorum, quibus abundat, ratione et modo ita appellatus. Cæteri canones, qui in officiis divinis in usu sunt, novem odis seu strophis constant, at qui in isto volumine continentur, ut plurimum tribus tantum conflantur, licet interdum sint et canones novem odarum, et canones quatuor odarum, qui tetraodi appellantur. Continet autem Triodium officium in

Digitized by Google

O pulcherrima inter mulieres; dita etiam me bonorum pulchra specie, qui ob multa peccata mea mendicus factus sum, ut glorificem te, o casta.

O hominum auxilium; o spes firmissima omnium Christianorum; o refugium eorum, qui salutem consequuntur : salva me, Virgo inviolata, maternis tuis advocationibus; et futuræ vitæ dignum me fac.

Παναγία Παρθένε, κεχαριτωμένη, ἡ τὸν ἱλασμὸν πάντων τέξασα, τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων τὸ βαρὺ φορτίον σοῦ ταῖς ἱκεσίαις ἐλάφρυνον.

A O Virgo tota sancta, gratia plena (39-40), quæ omnium propitiatorium peperisti, gravissimum delictorum meorum pondus subleva precibus tuis.

Σωτῆρα καὶ Δεσπότην κυήσασα Χριστὸν, τῆς σωτηρίας με, Κόρη, ἀξίωσον πτωχεύσαντα ἐκ πάντων ἀγαθῶν, Παρθένε ἁγνὴ, ἵνα ὑμνῶ τὰ σὰ μεγαλεῖα.

O Puella, quæ Christum Dominum ac Salvatorem peperisti, dignum me fac salute, qui omnibus bonis spoliatus sum, ut magnalia tua, Virgo casta, collaudem (41).

Τῶν Χερουβὶμ φανεῖσα καὶ Σεραφὶμ, Θεοτόκε, καὶ πάσης λαμπροτέρα ἐπουρανίου στρατιᾶς, σὺν τούτοις ἐκδυσώπει ὄνπερ ἐσωμάτωσας θεῖον Λόγον, πανάμωμε, ἀνάρχου Πατρὸς, ὅπως τῶν ἀγαθῶν τῶν αἰωνίων πάντες ἀξιωθῶμεν.

O Deipara, quæ Cherubim et Seraphim, atque universo exercitu cœlesti splendidior apparuisti (42); una cum illis, **302** o purissima, divinum Verbum Patris principio carentis exora, ut omnes digni efficiamur bonis sempiternis.

Θεογεννῆτορ ἁγνὴ, ἡ τῶν κατερραγμένων ἐπανόρθωσις μόνη, ἐπανόρθωσον κἀμὲ, παντοίαις ἁμαρτίαις συντετριμμένον ὅλον καὶ τεταπεινωμένον.

O casta Dei genitrix, unica erectio dejectorum, erige etiam me, qui totus ab omnibus peccatis contritus sum, et vilis effectus.

Ecclesiis Græcorum recitari solitum a Septuagesima, quam illi vocant Dominicam Publicani et Pharisæi, ad Sabbatum sanctum. Vide plura de Triodio apud virum eruditissimum Leonem Allatium in opere *De libris ecclesiasticis Græcorum*, dissertat. 1, a pag. 69 et deinceps. Porro Theotocia, quæ ex Græcorum Triodio in hoc opere attuli, non solum excerpta sunt ex Triodio Græce Venetiis impresso, sed ex Triodio Græce ms. quod exstat in perantiquo codice celeberrimæ bibliothecæ Barberinæ num. 118, in quo quædam sub Josephi nostri nomine reperiuntur, quæ in Triodio impresso desiderantur.

B magis laudent Virginem, qui ejus immaculatam conceptionem prædicant, quam qui alia ejus magnalia, privilegia, prærogativas et gratias gratis datas celebrant, ait, « Magis laudari Deiparam, dum a peccato originali præservata prædicatur, quam dum aliæ ejus prærogativæ, aut gratiæ gratis datæ (ut sunt accelerato usus rationis, optima corporis temperies, forma venusta atque elegans, præservatio ab omni infirmitate et corruptione post mortem, celeris resurrectio, corporis glorificatio, virtutes infusæ, spiritus prophetiæ, etc.) recensentur. Probatur : quia quod B. Virgo neque per momentum privata fuerit gratia sanctificante, majus ipsius bonum, et major excellentia est, quam multæ prærogativæ, et gratiæ gratis datæ, quæ in ipsa Virgine fuerunt; quia ponere Virginem etiam per momentum peccato originali maculatam, est illam constituere spiritualiter mortuam, Deo inimicam, servituti Satanæ obstrictam : hoc vero est majus malum, quam carentia omnium prærogativarum et gratiarum gratis datarum : per hanc enim carentiam nunquam formaliter constituta fuisset mortua spiritualiter, inimica Deo, et Satanicæ servituti obstricta. Sed qui prædicat Virginem a peccato originali præservatam, affirmat illam neque per momentum caruisse gratia sanctificante. Ergo magis laudatur virgo dum præservata a peccato originali prædicatur, quam dum aliæ ejus prærogativæ aut gratiæ gratis datæ recensentur, quia sic majus ejus bonum, et major excellentia commendatur.

(39-40) Si Virgo tota sancta, ergo omnis peccati et maculæ semper expers. « Sanctitas » enim ex Dionysio Areopagita libro *De divinis nominibus*, cap. 12, « est ab omni scelere libera, perfectaque, ac omni ex parte incontaminata, » sive, ut alii legunt, « immaculata puritas. » Quam definitionem probat S. Thomas in 3, d. 3. q. 5, 2, 1, in c. Perinde C igitur est Deiparam a S. Josepho totam sanctam dici, ac omnis labis expertem, et omni ex parte immaculatam. Vide Velasquez *De Maria immaculate concepta* libr. IV, dissert. 2, annot. 4, n. 6 et 7, ubi probat vocem sanctam, multo opportuniorem, et significantiorem esse ad Mariæ conceptionem puram, et illibatam, ac omnis culpæ nesciam exprimendam, quam vocem immaculatam, quod præter incontaminatam puritatem, sive cum illa simul, tanquam consectariam proprietatem, aut effectum a causa subsecutum, etiam significet rem Deo, et Dei usibus mancipatam et consecratam, ac proinde adversus injuriam et vim profanam religione quadam munitam, et quæ sit omni observatione inviolata, ut tam jurisperiti quam Latinæ linguæ auctores observant. Ita jure consultus Marcianus in l. 1. *De rer. divisione* dixit : « Sanctum proprie dicitur, quod ab injuria hominum defensum atque munitum est : » ut videatur definiisse B. Virginem totam sanctam, id est ab Adami injuria in suo conceptu divina gratia defensam atque munitam. Porro dum S. Josephus B. Virginem absolute appellavit totam sanctam, talem in omni differentia temporis fuisse, manifeste indicavit, ac proinde etiam in primo suæ conceptionis instanti, et qui eam originale peccatum tunc contraxisse opinantur, ipsam tunc non solum totam non sanctam, sed totam peccato et macula infectam fuisse asserere coguntur.

(41). P. Joan. Baptista Novatus in suo opere *De eminentia Deiparæ*, cap. 3, q. 5, quærens, utrum

(42). Cum Cherubim, et Seraphim, atque universi spiritus angelici a Deo fuerint in gratia creati, his certe B. Virgo splendidior non apparuisset, si quando primo apparuit, nempe in ipso suæ conceptionis instanti, non solum sine gratiæ luce, sed cum peccati obscuritate fuisset inventa. Et licet ad immunitatem Deiparæ ab originali labe exprimendum satis dixisset S. Josephus, si dixisset, ipsam Deiparam, quando primo apparuit, tanquam Cherubim, et Seraphim, atque universos spiritus angelicos, in gratia splendidam apparuisse : attamen consulto dixit Deiparam apparuisse angelis splendidiorem, quia omnipotens Deus Spiritu sancto cooperante, pro sua sapientia, potentia, bonitate et benignitate Mariæ animam tali puritate, sanctitate et gratiæ splendore præparans, qualis Matri Unigeniti sui conveniebat, necessaria ratione multo splendidiorem, excellentorem ac sublimiorem cœlestibus spiritibus effecit. Vide Velasquez *De Maria immaculate concepta*, libr. I Dissert. 2, annot. 2.

Digitized by Google

Illuminantibus intercessionibus tuis, o Virgo, intellectuales oculos meos, malitia obtenebratos, illumina, precor : et ad pœnitentiæ vias adduc me, ut debitis laudibus prosequar te, quæ Verbum ineffabile corpore induisti.

Ex canone in Dominica Carnisprivii, Vespere.

Nocte peccatorum obscuratus, ad te, quæ Solem justitiæ Christum, iis qui in tenebris versabantur, peperisti, nunc impenso affectu confugio ; o Domina, salva me.

Victi sunt in te, o castissima Virgo, naturæ termini : enixa enim absque virili copula Deum, immaculata post partum veluti ante partum, o casta, permansisti.

O Virgo omni laude dignissima, quæ sola fidelium auxilium es apud Deum firmissimum, libera me a tenebris, et a supplicio quod male viventibus est præparatum.

Ne cesses pro nobis exorare Deum, qui bonus est, et solus conscius infirmitatis nostræ : ut a peste, fame, terræmotu, omnique adversitate liberetur civitas, quæ te honorat, o Deipara, spes terrigenarum.

Ex canone in die tertia Tyrophagi.

O Virgo, omni laude celebranda, esto nobis via pœnitentiæ, deducens nos ad portas salutis.

O Puella, quæ massam nostram terrenam, cœlestem effecisti : animæ meæ sulcum terrenum et corruptum, tuarum **303** miserationum imbre fœcunda virtutibus, dum clamat, et superexaltat Christum in sæcula.

Te forte propugnaculum, et spem firmam, pie religioseque collaudantes deprecamur. Exora, o Virgo, filium tuum pro nostra salute.

Ex canone in die quarta, Diluculo.

Compesce tumultum passionum mearum; medere vulneribus animæ meæ : a somno torporis excita me, intercessione ac protectione tua, o sanctissima regina, Mater et Virgo.

Aperi nobis, o Virgo, pulsantibus, et misericordiam tuam invocantibus, o paratissimum hominum refugium, et firmum in rebus omnibus auxilium, et fortissimum in necessitatibus præsidium.

Velocissima intercessione tua, vigilantissima protectione tua, fortissimo auxilio tuo, o Domina casta, conserva nunc fideles famulos tuos ab omni impetu hostili; et a passionibus et peccatis, atque a tentationibus salva nos.

Ex canone in die quarta, Vespere.

Concepisti ineffabiliter, et peperisti supernaturaliter, o Dei genitrix, Dominatorem creaturarum; quem incessanter deprecare ut nos, qui te beatam nuncupamus, ab omni ira liberemur.

Tu, quæ omnium es Domina, supplicationes servorum tuorum suscipiens, o regina sancta Deipara, eripe me a tenebris, atque ab igne inextinguibili : abole multitudinem malorum meorum mediatione tua, atque unica intercessione tua.

Φωτιστικαῖς πρεσβείαις σου, Παρθένε, τοὺς νοεροὺς μου ὀφθαλμοὺς ἐσκοτισμένους κακίᾳ φώτισον, δέομαι, καὶ πρὸς ὁδοὺς μετανοίας εἰσάγαγε, ὅπως χρεωστικῶς σε ὑμνολογῶ τὴν ὑπὲρ λόγον τὸν Λόγον σωματώσασαν.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς τῆς Ἀποκρέω, ἑσπέρας.

Νυκτὶ παραπτώσεων ἠμαυρωμένος, πρὸς σὲ τὴν κυήσασαν τοῖς ἐν σκότει Ἥλιον δικαιοσύνης Χριστὸν, νῦν καταφεύγω ἐκτενῶς, Δέσποινα, σῶσόν με.

Νενίκηνται, Πάναγνε, ἐν σοὶ οἱ ὅροι, Παρθένε, τῆς φύσεως· μένεις γὰρ τέξασα ἄνευ ἀνδρὸς τὸν Θεὸν, ὡς πρὸ τοῦ τόκου, σεμνὴ, πάλιν ἀπήμαντος.

Παρθένε πανύμνητε, ἡ μόνη πρὸς Θεὸν πιστῶν ἐνυπάρχουσα βοήθεια στερρὰ, τοῦ σκότους με ῥῦσαι καὶ κολάσεως τῆς ἀποκειμένης τοῖς πονηρῶς βιοῦσιν.

Ὑπὲρ ἡμῶν δυσωποῦσα τὸν Ἀγαθὸν μὴ ἐλλίπῃς τὸν τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν ἐπιστάμενον μόνον, λοιμοῦ, λιμοῦ τε, καὶ σεισμοῦ, καὶ πάσης κακώσεως λυτρώσασθαι τὴν τιμῶσάν σε πόλιν, Θεοτόκε, ἡ ἐλπὶς τῶν γηγενῶν.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τρίτης τῆς Τυροφάγου.

Παρθένε πανύμνητε, ὁδὸς ἡμῖν γενοῦ τῆς μετανοίας, σωτηρίας ὁδηγοῦσα πρὸς τὰς πύλας.

Ἡ οὐρανώσασα ἡμῶν τὸ γεῶδες, Κόρη, τὸ φύραμα, τὴν γεωθεῖσαν καὶ καταφθαρεῖσαν τῆς ψυχῆς μου αὔλακα τῷ ὄμβρῳ σῶν οἰκτιρμῶν καρποφόρον ἀρεταῖς ἀνάδειξον, βοῶσαν καὶ ὑπερυψοῦσαν Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Σὲ τὴν κραταιὰν προστασίαν καὶ βεβαίαν ἐλπίδα ἀνυμνοῦντες εὐσεβῶς ἐκδυσωποῦμεν· Τὸν Υἱόν σου δυσώπει, Παρθένε, τοῦ σωθῆναι ἡμᾶς.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Κατεύνασον τὸν τάραχον τῶν παθῶν μου, θεράπευσον τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς μου, ἐξέγειρον ἐξ ὕπνου με ῥᾳθυμίας τῇ μεσιτείᾳ σου, τῇ προστασίᾳ σου, παναγία Δέσποινα, Μητροπάρθενε.

Ἄνοιξον κρούουσιν ἡμῖν, καὶ τὸ ἔλεος τὸ σὸν προσκαλουμένοις, ταχινὴ τῶν ἀνθρώπων καταφυγὴ, καὶ στερρὰ ἐν πᾶσι βοήθεια, Παρθένε, καὶ τῶν ἐν ἀνάγκαις βεβαία προστασία.

Τῇ ὀξυτάτῃ σου πρεσβείᾳ, τῇ ἀγρύπνῳ σου σκέπῃ, τῇ κραταιᾷ σου, Δέσποινα ἁγνὴ, νῦν βοηθείᾳ συντήρησον τοὺς πιστούς σου οἰκέτας ἐκ κάσης ἐναντίας προσβολῆς, καὶ παθῶν, καὶ πταισμάτων, καὶ πειρασμῶν διάσωσον.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης, ἑσπέρας.

Συνέλαβες ὑπὲρ λόγον καὶ ἔτεκες ὑπὲρ φύσιν, Θεογεννῆτορ, τὸν Δεσπότην τῆς κτίσεως, ὃν ἀπαύστως πρέσβευε ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἐκ πάσης ὀργῆς τοὺς σε ἀεὶ μακαρίζοντας.

Ἡ πάντων δεσπόζουσα τὰς ἱκεσίας δεχομένη, Δέσποινα, τῶν δούλων σου, ἁγία Θεοτόκε, τοῦ σκότους με λύτρωσαι, καὶ πυρὸς τοῦ ἀσβέστου, τῶν κακῶν μου τὰ πλήθη ἐξαλείψασα τῇ ἐν σῇ μεσιτείᾳ, καὶ μόνῃ τῇ θείᾳ σου πρεσβείᾳ.

Digitized by Google

Ὅτι ἀνέδειξέ σε Θεὸς, Παρθένε ἁγνὴ, βοήθειαν τοῦ A γένους τῶν βροτῶν, μὴ ἐλλίπῃς ἐκτενῶς καθικετεύουσα αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν πιστῶν.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς πέμπτης, ἑσπέρας.

Ἁγία Παρθένε, ἡ τῶν πιστῶν ἀντίληψις μόνη, τὴν πρεσβείαν σου συνεργὸν καιρῷ τῆς νηστείας πᾶσι δίδου τοῖς Θεοτόκον ἁγνήν σε γινώσκουσι.

Ὡς αἰτίαν σε πάντων τῶν ἀγαθῶν, Δέσποινα, πάντες ἐκτενῶς δυσωποῦμεν συνεισελθεῖν ἡμᾶς τῇ μεσιτείᾳ σου τῷ τῆς νηστείας ἀγῶνι, καὶ πέρας δωρήσασθαι τούτου σωτήριον.

Καθαρὸν ἱλαστήριον τῶν ἁμαρτανόντων, ἁγία Δέσποινα, μεσιτείᾳ σου διάῤῥηξον τῶν ἁμαρτιῶν μου τὸ χειρόγραφον. B

Τῆς νηστείας πύλας μέλλοντες εἰσέρχεσθαι, ἐκδυσωποῦμέν σε, τοῦ Θεοῦ τὴν πύλην, συνελθεῖν τοῖς οἰκέταις σου, Δέσποινα, καὶ πλατῦναι πάντως τοὺς λογισμοὺς, καὶ διανοίας τὰ σωτήρια πράττειν τὰ θελήματα.

Ταῖς φωτοβόλοις σου ἀστραπαῖς, Δέσποινα τοῦ κόσμου ἀγαθὴ, τὸ τῆς ψυχῆς μου ἀπέλασον σκότος, καὶ τὴν νύκτα τῆς ἁμαρτίας μου, προθύμως ἵνα ψάλλω καὶ μακαρίζω σε.

Ἡ μόνη τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀνθρωπίνης ὑπάρξεως τῷ θείῳ σου τοκετῷ, ἁγνὴ, ἐπιῤῥώσασα, συνεργός μοι φάνηθι πρὸς τὸ τῆς νηστείας εἰσιόντι θεῖον στάδιον.

Μόνη βοήθεια ἀνθρώπων, βοηθὸς ἡμῖν καιρῷ τῆς C ἐγκρατείας τοῖς σοῖς δούλοις γενοῦ, ὅπως ἐν μετανοίᾳ εὐαρεστοῦντες λάβωμεν οὐρανῶν τὴν βασιλείαν.

Θεοκυῆτορ πάναγνε, ἐπὶ σὲ καταφεύγομεν, οἰκτειρον ἡμᾶς τῇ ἀγαθῇ πρεσβείᾳ σου, καὶ δίδου εὐίλατον τὸν Υἱόν σου καὶ Κύριον ἅπασιν ἡμῖν ἐν τῷ καιρῷ τῆς νηστείας, τῆς νῦν εἰσαγομένης εἰς πιστῶν σωτηρίαν τῶν σε ὑμνολογούντων εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Καταπιπτόντων ἐπανόρθωσις, ἁμαρτωλῶν μεσῖτις, ξένων ἀνάψυξις, λυπουμένων παράκλησις, παναγία Παρθένε, τὴν τῆς ψυχῆς μου λύπην διασκέδασον, ἁγνὴ, καὶ παράκλησιν ἄνωθεν ἐκ Θεοῦ μοι δοθῆναι δυσώπει, μελῳδοῦντι προθύμως, καὶ ὑπερυψοῦντί σε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φιλάγαθε Παρθένε, τὸν ἀγαθὸν ἡ τεκοῦσα Σωτῆρα, D ἁγάθυνον πάντας ἡμᾶς, πάθεσιν ἀμέτροις καὶ λογισμοῖς κεκακωμένους, Δέσποινα, καὶ βεβαρυμένους ἁμαρτιῶν φορτίοις δυσβαστάκτοις, ἵνα σε καταχρέως ὡς Θεοτόκον μεγαλύνωμεν.

Ἡ προστασία πάντων τῶν εἰς σὲ πεποιθότων, ἡ ἐν ἀνάγκαις ἄγρυπνος ὑπάρχουσα προστάτις, Θεοτόκε, τῆς αἰωνιζούσης λύτρωσαι ἡμᾶς γεέννης, καὶ τῶν ἀποκειμένων κολάσεων πικρῶν, ὅπως χρεωστικῶς ὑμνοῦμεν τὰ μεγαλεῖά σου.

Ἦχος β'.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας τῆς ἑβδομάδος α'.

Ἡ τὴν πηγὴν τῆς ἀπαθείας κυήσασα τραυματισθέντα πάθεσι, Κόρη, θεράπευσον, καὶ πυ-

Quandoquidem Deus constituit te humani generis auxilium; ne omittas, o Virgo casta, impense eumdem pro nobis fidelibus deprecari.

Ex canone in die quinta, Vespere.

304 O Virgo sancta, unicum fidelium auxilium, concede adjutricem intercessionem tuam tempore jejunii, omnibus te Deiparam castam agnoscentibus.

Te, ut omnium bonorum causam, Domina, universi obnixe deprecamur, ut te mediatrice, in jejunii agonem simul descendamus, et ad salutarem ejusdem finem deveniamus.

Purum peccantium propitiatorium, o Domina sancta, intercessione tua effringe peccatorum meorum chirographum.

Jejunii portam ingressuri, te Dei portam deprecamur, o Domina, ut adjuves famulos tuos, atque penitus dilates mentes et cogitationes ad salutaria desideria perficienda.

Lucidissimis splendoribus tuis, o bona mundi Domina, discute tenebras animæ meæ, et noctem peccati mei, ut alacriter psallam, teque beatificem.

O casta, quæ sola divino partu tuo humanæ naturæ imbecillitatem corroborasti; esto mihi auxiliatrix, dum divinum jejunii stadium ingredior.

Unicum hominum auxilium, esto nobis servis tuis adjutrix tempore abstinentiæ; ut in pœnitentia, Deo placite hilariterque servientes, recipiamus regnum cœlorum.

O castissima Dei Genitrix, ad te confugimus: miserere nostri benigna intercessione tua, et redde propitium Filium tuum ac Dominum nobis omnibus tempore jejunii nunc incipientis, in salutem fidelium: qui te hymnis celebrant per omnia sæcula.

Labentium erectio; peccantium mediatrix; peregrinorum refrigerium; tristium consolatio, Virgo sanctissima; animi mei mœrorem dispelle, o casta, et impetra **305** mihi precibus tuis a Deo desuper consolationem; dum hilariter cano, teque superexalto per omnia sæcula.

Amica bonorum Virgo, quæ bonum Salvatorem peperisti, bonos effice nos universos, o Domina, immoderatis animi perturbationibus et cogitationibus malos effectos, et importabilibus peccatorum sarcinis gravatos, ut te, prout æquum est, tanquam Deiparam glorificemus.

O omnium, qui in te confidunt, patrocinium, quæ vigilantissima in necessitatibus es protectrix; libera nos, o Deipara, a gehenna perenni, et ab amarissimis suppliciis jam præparatis, ut debite laudemus magnalia tua.

TONUS II.

Ex canone feriæ II primæ hebdomadæ Quadragesimæ.

Impassibilitatis fontem enixa, me passionum vulneribus confectum medica manu cura, o Puella: et

Digitized by Google

ab igne æterno eripe me, quæ sola es Dei gratia plenissima (43).

ρὸς αἰωνίου ἐξάρπασόν με, μόνη Θεοχαρίτωτε.

Tu, o casta, quæ cœlificasti substantiam nostram terrenam et corruptibilem; ferventi intercessione tua fac ut dirigantur preces et supplicationes nostræ ad tuum atque omnium Deum et Regem.

Ἡ οὐρανώσασα ἡμῶν τὴν γεώδη καὶ φθαρτὴν, ἁγνὴ, οὐσίαν, τῇ θερμῇ σου πρεσβείᾳ κατευθυνθῆναι ἡμῶν ἐντεύξεις καὶ δεήσεις ποίησον πρὸς τὸν σὸν καὶ πάντων Θεὸν καὶ βασιλέα.

Infirmatam omnibus pessimorum dæmonum invasionibus miseram animam meam, medica, o Domina immaculata (44), tu quæ medicum Christum redemptionem nostram peperisti: te enim, o Puella, Virginem incorruptam agnovimus.

Ἐξασθενήσασαν πάσαις προσβολαῖς τῶν κακίστων δαιμόνων τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν ἴασαι, ἄχραντε Δέσποινα, ἰατρὸν τεκοῦσα Χριστὸν τὴν ἀπολύτρωσιν ἡμῶν, τῶν εἰδότων σε κόρην Παρθένον ἀδιάφθορον.

TONUS II.

Ex canone feriæ III ejusdem hebdomadæ.

ΗΧΟΣ Β'.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τρίτης τῆς αὐτῆς ἑβδομάδος.

O terra, ab aratoris manu immunis, quæ universi Nutritorem produxisti, qui aperiens manum beneplacito **306** suo, implet omne animal divina virtute: fortifica pane vitali corda nostra debilitata ac fracta ex satietate gravissimorum peccatorum nostrorum.

Ἡ ἀγεώργητος ἡ γῆ ἡ βλαστήσασα τὸν τοῦ παντὸς Τροφέα τὸν ὑπανοίγοντα χεῖρα, καὶ εὐδοκίᾳ τῇ αὐτοῦ ἐμπιπλοῦντα πᾶν ζῶον ἰσχύϊ θεΐκῃ, στήριξον ἄρτῳ ζωτικῷ παρειμένας καρδίας τῷ κόρῳ τῶν δυσχερῶν ἡμῶν παραπτώσεων.

O Dei Genitrix casta, medicinam adhibe ulceribus animæ meæ, cordisque passionibus, ac mentis volubilitati; quippe quæ sola peccatorum es auxiliatrix, et murus eorum qui hostium deprædationibus sunt expositi.

Θεογεννῆτορ ἁγνὴ, τῆς ψυχῆς μου τὰ ἕλκη καὶ καρδίας τὰ πάθη, καὶ νοὸς τὰς ἐκτροπὰς θεράπευσον, ὡς μόνη ἁμαρτωλῶν βοηθὸς καὶ πορθουμένων τεῖχος.

Quis auditas faciet laudes tuas, o Virgo, quæ inexcogitabili modo peperisti laudabilem Dominatorem ac Dominum, quem primarii angelorum ordines collaudant. Eumdem tu deprecare, o Virgo innupta, pro populo, qui sese peccatis obstrinxit.

Τίς ἀκούσας ποιήσει τὰς αἰνέσεις σου τῆς τεκούσης ὑπὲρ νοῦν τὸν αἰνετὸν καὶ Δεσπότην, ἁγνὴ, καὶ Κύριον, ὃν ὑπεραινοῦσιν ἀγγέλων ταξιαρχίαι; Αὐτὸν οὖν ἐκδυσώπει ὑπὲρ λαοῦ ἡμαρτηκότος, Παρθένε ἀπειρόγαμε.

TONUS II.

Ex canone feriæ IV ejusdem hebdomadæ.

ΗΧΟΣ Β'.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης τῆς αὐτῆς ἑβδομάδος.

Tu quæ in omnes creaturas exerces imperium, o Domina; quippe quæ Dominum ipsum peperisti, libera me a servitute dolosi omnium hostis.

Δεσπόζουσα ἁπάντων τῶν ποιημάτων, Δέσποινα, ὡς τὸν Δεσπότην τέξασα, τῆς δουλείας με ἐλευθέρωσον τοῦ δολίου τοῦ μόνου πολεμήτορος.

Te refulgentem lampadem, et lucernam, in qua ignis Divinitatis commoratus illuminavit eos qui in

Σὲ τὴν φαεινὴν λαμπάδα καὶ λυχνίαν, ἐν ᾗ τὸ πῦρ τῆς Θεότητος οἰκῆσαν ἐφώτισε τοὺς νυκτώδει

(43). « Plenum (inquit Pelbartus in *Stellario* libr. IV, p. 1, q. 2, a. 3) est cujus nulla pars est vacua, IV, Phys. Ergo, subdit idem, pars originis, id est, conceptionis Mariæ, non fuit a gratia vacua, quod fuisset, si in peccato originali concepta foret; » Sic Pelbartus. Dicitur porro B. Virgo a Josepho « sola divina gratia plenissima; » quia sola per singularem Dei in se benevolentiam, ab omni prorsus peccato, quod gratiam excludit, semper alienissima: vel quia sola a primo suæ conceptionis instanti, et per omne vitæ tempus, divinis oculis in omnibus gratiosissima: vel quia cum ejus gratiæ plenitudo sit ex ejus dignitate mensuranda et maternitatis ejus dignitas omnem quamcunque hominibus possibilem dignitatem superet, plenitudo etiam gratiæ ipsius omnem puro Adæ filio communicabilem dignitatem excedet, et privilegium immunitatis ab originali peccato, quod gratiam excludit, in se includit. Hinc Paulus de Heredia in tract. *De Concept. B. V.*, ad Innocent. VIII, in illa verba *Ave Maria, gratia plena*. « Plenitudini, inquit, convenit, ut sit per totam essentiam subjecti, quia si ita non esset, nunquam plena esset: essentia vero subjecti divisa est in principium, medium, et finem; sequitur gloriosam Virginem plenam fuisse gratia in principio, medio, et fine; ergo concepta fuit absque peccato originali. » Sic ille.

(44). Si diligenter evolvantur libri, disputationes, tractatus, et varia scripta eorum qui contra immaculatam conceptionem scripserunt vel eidem modeste subscribere recusarunt, nusquam legetur apud illos titulus immaculatæ, toties a Josepho nostro attributus Virgini: nihil enim disputationem sustinentes volebant dicere repugnans, ut ab Aristotele in *Topicis* didicerant, et probe callebant titulum immaculatæ quomodocunque enuntiaretur, æque esse opinionis Virginem a peccato originali eximentis protestativum. Hinc Hieronymus ab Angesto, exacti judicii theologus, lectura 5, sui *Propugnaculi* contra nolentes gloriosissimam Virginem Mariam dici immaculatam, nullo alio pugnat argumento, quam probatione præservationis ipsius ab originali peccato, ratus non posse illi titulum immaculatæ competere, quam vel unius instantis macula fœdasset. Vide *Armamentarium Seraphicum* pro titulo immaculatæ Conceptionis pag. 153.

Digitized by Google

συσχεθέντας φθορᾷ, ἄχραντε, γεραίρομεν ἅπαντες εὐλογοῦντες, εὐλογημένη, τὸν τόκον σου.

A obscura corruptionis nocte detinebantur, te, inquam, universi veneramur, o immaculata ac benedicta, prolem tuam laudibus celebrantes.

Κριτὴν δικαιότατον καὶ μόνον εὐδιάλλακτον ἡ τεκοῦσα, Παρθένε, Χριστὸν τὸν Κύριον, ῥῦσαί με τῆς κρίσεως, Κόρη, καὶ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς τιμωρίας, ἣν μοι προεξένησεν ἁμαρτίας ἡ ἀπόλαυσις.

Christum ac Dominum, judicem justissimum, et solum placabilissimum, enixa, o Virgo puella, libera me a judicio, et ab igne, atque a supplicio, quod mihi peccati voluptas comparavit.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης, τῆς αὐτῆς ἑβδομάδος.

Ex canone feriæ v ejusdem hebdomadæ.

Κράξομαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ θλιβόμενος πρός σὲ, καὶ σωθήσομαι, καὶ ἡδονῶν ὑπερβήσομαι τεῖχος βοηθείᾳ καὶ τῇ σῇ, Παρθένε, δυνάμει τειχιζόμενος.

Clamabo die ac nocte tribulatus, ad te, et salvus ero, et voluptuosarum affectionum transgrediar murum auxilio tuo, o Virgo, virtute communitus.

Ἀνέμεινας ἄφλεκτος τὸ πῦρ τεκοῦσα τῆς Θεότητος, Παρθένε, ἀλλὰ κατάφλεξον πάθη ψυχῶν, τῶν πίστει βοώντων σοι τὴν φωνὴν τοῦ ἀγγέλου, χαρᾶς μόνη πρόξενε.

307 Incombusta permansisti ignem Deitatis enixa, o Virgo, sed combure tu passiones animarum eorum qui cum fide clamant ad te, voce angeli B utentes, o sola gaudii conciliatrix.

Ἡ οὐρανώσασα τὸ ἡμῶν γεῶδες φύραμα τῇ ἐν σοὶ τοῦ Θεοῦ, πανάμωμε, ἐνοικήσει, ῥῦσαι πάντας κινδύνων.

Tu, quæ massam nostram terrenam cœlificasti per inhabitationem Dei in te, o purissima, omnes eripe a periculis.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς παρασκευῆς τῆς αὐτῆς ἑβδομάδος.

Ex canone feriæ vi ejusdem hebdomadæ.

Ὁ φωτισμὸς τῆς ἐμῆς ἀσθενείας, ἡ σωτηρία τῆς ἀμαυρωθείσης, ἁγνή, ψυχῆς μου, σῶσόν με, σῶσον ἀπολλύμενον, Κόρη, καὶ χιτῶνα τῆς ἀφθαρσίας με ἔνδυσον φθαρέντα δεινοῖς πλημμελήμασι.

O casta, obscuratæ animæ meæ illuminatio, imbecillitatis meæ salus, salva me, o Puella, salva me pereuntem; et incorruptibilitatis tunica indue me, gravissimis peccatis corruptum.

Ἐν ἀμελείᾳ τὴν ζωὴν δαπανήσας, νυσταγμῷ τῆς ἁμαρτίας τὴν ψυχὴν ἐβαρύνθην· τῇ δὲ ἀκοιμήτῳ σου πρεσβείᾳ προστρέχω, μὴ δόῃς με εἰς θάνατον, Κόρη πανάχραντε, ὑπνῶσαι.

In negligentia ac socordia vitam meam absumpsi, et peccati sopore gravissimo anima mea immersa est. Nunc autem ad vigilantissimam intercessionem tuam recurro: ne permittas me in mortem ob-C dormire, o Virgo Deipara.

Me miserum, irrationabilium actionum sordibus animo et corpore inquinatum (te precor cum clamore et suspiriis, o Dei Mater, omni ex parte perditus), munda me abstersiva intercessione tua; et miserere mei, ac salva me.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς δευτέρας τῆς ἑβδομάδος β'.

Ex canone in die secunda secundæ hebdomadis.

Ἀμόλυντε σκηνή, παναγία Παρθένε, μολυνθέντα με δεινῶν παθῶν ἐπαγωγαῖς τῇ πηγῇ τοῦ ἐλέους σου κάθαρον, καὶ δός μοι ὄμβρους κατανύξεως, Δέσποινα, ἁμαρτίας βυθὸν ἀφανίζουσα.

O tabernaculum immaculatum (45) sanctissima Virgo, emunda me maculatum gravissimarum passionum illecebris, fonte misericordiæ tuæ: et da mihi, Domine, imbres compunctionis, profundum peccati gurgitem exterminans.

Ἐν γαστρί σου σκηνώσας ὁ Ὕψιστος, οὐρανῶν πλατυτέραν σε ἔδειξε, καὶ προστασίαν ἄμαχον τῶν βοώντων, Παρθένε· Πάντα τὰ ἔργα, εὐλογεῖτε, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

In utero tuo habitans Altissimus, te cœlis latiorem effecit, o Virgo, et præsidium inexpugnabile clamantium: **308** Omnia opera, benedicite et laudate Dominum.

Μαρία Κυρία τοῦ παντὸς, παντοίοις με δουλωθέντα ἁμαρτήμασι σὺ ἐλευθέρωσον, Παρθένε· τὸν γὰρ ἐλευθερωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν αὐτὴ ὑπὲρ λόγον ἐκύησας τὴν οὐσιώδη ἀγαθότητα.

D O Virgo Maria Domina universi, omnium peccatorum me servum effectum vindica in libertatem; tu enim liberatorem animarum nostrarum essentialem bonitatem ineffabiliter genuisti.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τρίτης τῆς ἑβδομάδος β'.

Ex canone in die tertia hebdomadis secundæ.

Ἡ μόνη κυήσασα τὸν ἄναρχον Λόγον, πανάμωμε,

O immaculata (46), quæ sola æternum Verbum ex

(45). Ut verificetur hoc elogium, quod absolute Josephus tribuit Virgini Deiparæ, nempe, quod ipsa dicatur tabernaculum immaculatum, requiritur, quod ipsa in nulla sui parte fuerit aliqua macula infecta; si enim aliquando maculata fuisset (quod sane accidisset si originalis peccati maculam contraxisset), non posset nec vere nec absolute dici tabernaculum immaculatum.

(46). Si beatissima Virgo in ultimo instanti suæ vitæ unum commisisset peccatum veniale, non posset dici absolute immaculata, idem etiam procul dubio dicendum esset, si in primo suæ conceptionis, ac esse instanti aliquod peccatum veniale committeret. Ex, quo evidenter sequitur illam a Josepho nostro absolute non posse vocari immaculatam si peccati originalis fœdaretur turpitudine. Nam si exigua peccati venialis macula impedimento foret in primo conceptionis instanti, quo minus immaculata nuncuparetur, quanto magis macula peccati originalis denominationem immaculatæ prohiberet? Vide P. Joan. Eusebium Nierembergium in *Exceptionibus* cap. 2.

Digitized by Google

te incarnatum absque ulla mutatione illius, peperisti, et post partum Virgo, virilis copulæ expers, permansisti, deprecare pro omnibus, ut a corruptione liberetur vita nostra.

Ἐκ σοῦ σαρκωθέντα μὴ τραπέντα, καὶ μείνασα Παρθένος, μετὰ τόκον, ἀνύμφευτε, ἱκέτευε ὑπὲρ πάντων λυτρωθῆναι ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Virginem, montem lapicidæ manu non tactum; candelabrum luciferum, scalam per quam felicissime ascenditur; Dei sedem (47), fideles beatificemus.

Τὸ ἀλατόμητον ὄρος τὴν Παρθένον, τὴν φωτοφόρον λυχνίαν, τὴν εὐδιάβατον κλίμακα, τοῦ Θεοῦ χωρίον, πιστοὶ, μακαρίσωμεν.

Vehiculum regale; nubem lucidam; montem pinguissimum; montem coagulatum, te deprecamur, o Virgo a toro maritali immunis medere passionibus animarum nostrarum.

Τὸ βασιλικὸν ὄχημα, τὴν φαιδρὰν νεφέλην, ὄρος τὸ πιότατον, ὄρος τετυρωμένον, ἀπειρόγαμε, σὲ δυσωποῦμεν, Παρθένε, ἴασαι τὰ πάθη τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ex canone in die quarta II *hebd., ad Matut.*

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης τῆς ἑβδομάδος β', εἰς τὸν Ὄρθρον.

O casta, quæ collapsorum es erectio, me in concupiscentiarum præcipitium delapsum, reduc ad vitam, et propter gravissima peccata in barathrum dejectum, erige.

Καταπιπτόντων ἐπανόρθωσις, ἡδονῶν ὑρημένῳ συμπτωθέντα με, καὶ ἁμαρτίαις χαλεπαῖς ἐμπεσόντα εἰς βάραθρα ἐξανάστησον, ἁγνὴ, καὶ πρὸς ζωὴν καθοδήγησον.

O Virgo, quæ sine ulla cultura cœlestem spicam protulisti, quæ divina potentia enutrit universa, imple esurientem miseram animam meam.

Ἡ ἀγεώργητος βλαστήσασα τὸν ἐπουράνιον στάχυν, τὸν διατρέφοντα θείᾳ δυναστείᾳ τὰ σύμπαντα, Παρθένε, ἔμπλησον πεινῶσαν τὴν ταπεινὴν ψυχήν μου.

Quoniam in malitiæ profundis demersus sum, et contrariarum cogitationum tempestatibus jactor, dæmoni obediens, et voluptatibus inserviens: adjuva me, o casta Virgo Mater: et ad salutis viam dux esto mihi.

Ὅτι εἰς βάθος κακίας ἀπέρριμμαι, καὶ λογισμοῖς ἐναντίοις χειμάζομαι, δαίμοσι πειθόμενος, ἡδοναῖς δουλούμενος, βοήθησόν μοι, ἁγνὴ Παρθενομῆτορ, πρὸς σωτηρίαν ὁδὸν ὁδηγοῦσά με.

309 *Ex canone in die* V, *ad Matutinum.*

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Tu, quæ Christo ex carne tua carnem mutuo dedisti; mortifica carnis meæ passiones, o casta Virgo vitæ genitrix.

Σάρκα τῷ Χριστῷ ἐκ τῆς σῆς δανείσασα, νέκρωσον σαρκός μου τὰ πάθη, ζωοκυῆτορ ἁγνὴ Παρθένε.

Rubum igne succensum prævidit te Moyses, o Dei Mater Virgo: propterea extingue affectionum mearum fornaces, et ab igne gehennæ eripe et salva me.

Βάτον πυρὶ καιομένην Μωσῆς σε προεθεώρει, Θεομῆτερ Παρθένε· διό μου κατάσβεσον τῶν παθῶν τὰς καμίνους, καὶ πυρὸς γεέννης ἐξάρπασον καὶ σῶσον.

Virginitas et partus in te supra naturam concurrerunt, o arca venerandæ sanctificationis, Virgo Mater casta. Ideo cum fide ad te clamo: Sanctifica me totum; totum libera ab omni violentia passionum, quæ tribulant me.

Παρθενία καὶ τόκος συνέδραμον ὑπὲρ φύσιν ἐπὶ σὲ, κιβωτὲ τοῦ σεπτοῦ ἁγιάσματος, Μητροπάρθενε ἁγνή· διὸ πίστει βοῶ σοι· Ὅλον με ἁγίασον, ὅλον ἐκλύτρωσαι πάσης ἐνεργείας παθῶν τῶν θλιβόντων με.

Ex canone in Parasceve II *heddomadis.*

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς παρασκευῆς τῆς ἑβδομάδος β'.

Castam casta mente honoremus: speciem Jacob divinis actionibus decoremus: religiose eam laudemus, ut Dei nostri matrem.

Τὴν ἁγνὴν ἀγνεύοντι τιμήσωμεν νοΐ, καλλονὴν τὴν τοῦ Ἰακὼβ ταῖς ἐνθέοις πράξεσι καλλυνόμενοι, εὐσεβῶς ὑμνήσωμεν, ὡς Μητέρα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

O porta Dei clausa, per quam solus Dominus transivit; dedue me in semitas divinas, et salutis portas aperi mihi, o Deo charissima: ad te enim confugio, o Virgo, unicum generis humani præsidium.

Ἡ πύλη Θεοῦ ἡ κεκλεισμένη, ἣν μόνος διώδευσεν ὁ Κύριος, ὁδήγησόν με πρὸς τρίβους σε θείας, καὶ διάνοιξον τῆς σωτηρίας πύλας μοι, θεοχαρίτωτε· πρὸς σὲ γὰρ καταφεύγω, Παρθένε, μόνη προστασία τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

Parce mihi, Christe, quando veneris cum gloria ad judicandum mundum, dissolve nebulam malorum meorum, intercessionibus illius quæ te genuit, et fac me hæredem cœlestis regni tui.

Φεῖσαί μου, Χριστὲ, ὅταν ἔλθῃς κρῖναι τὸν κόσμον μετὰ δόξης, λῦσον τὴν ἀχλὺν τῶν κακῶν μου ταῖς ἱκεσίαις τῆς κυησάσης σε, καὶ κληρονόμον ποίησον τῆς οὐρανίου βασιλείας σου.

(47). Quod, ut Maria digna Dei sedes esset, in qua per incarnationem consideret, a peccato originali expers esse debuerit, pluribus demonstrat Velasquez in suo opere *De Maria immaculate concepta* libr. 1, dissert. 1, annotat. 3, quem tu consule.

Digitized by Google

Ἐκ τοῦ Κανόνος τοῦ Σαββάτου τῆς ἑβδομάδος β'. A

Νηστεύειν με καὶ ἀπέχεσθαι πάσης ἁμαρτίας ἐνδυνάμωσον, Κόρη, τὸν δυνατὸν, ἀναμάρτητον Λόγον σωματωθέντα ἀῤῥήτως κυήσασα, καὶ δίδου μοι καθαρτικὸν μολυσμάτων, Πανάμωμε, δάκρυον.

Ὕμνον προσάγω σοι, Παρθένε, μὴ παρίδῃς με κακοῖς κεκρατημένον, ἀλλὰ δίδου, ἁγνὴ, διόρθωσιν τελείαν διὰ νηστείας πάσης τε ἀγωγῆς ἀγαθοτρόπου.

Ἰεζεκιὴλ σε πύλην ἀδιόδευτον, ἁγνὴ, προεῖδε, μετανοίας πύλας πᾶσιν ὑπανοίγουσαν ἀπεγνωσμένοι; ὅθεν δυσωπῶ σε τρίβους μοι ὑπάνοιξον τὰς πρὸς τὰ; ἐκεῖθεν φερούσας καταπαύσεις. B

Φάνηθι, ἄχραντε Δέσποινα, θεῖος συνεργὸς τοῖς ἀχρείοις οἰκέταις σου, καιρῷ τῆς ἐγκρατείας τὰς προσευχὰς ἡμῶν προσάγουσα Κυρίῳ τῷ τῶν αἰώνων βασιλεύοντι.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς δευτέρας τῆς ἑβδομάδος γ', εἰς τὸν Ὄρθρον.

Χαίροις ὁ πανάγιος ναὸς, ὁ πόκος ὁ θεόδροσος, ἐσφραγισμένη πηγὴ τοῦ ἀθανάτου ῥείθρου, τὴν ποίμνην σου, Δέσποινα, φύλαττε ἐκ παντοίων πολεμίων ἀπολιορκήτως.

Τὸν ἀγεώργητον βότρυν συλλαβοῦσα ἐσκοτισμένον με μέθῃ τῆς ἁμαρτίας σωφρόνισον, Θεοτόκε Παρθένε, ἐλπὶς τῶν ψυχῶν ἡμῶν. C

Σὺ εἶ, Θεοτόκε, τὰ ὅπλα ἡμῶν καὶ τεῖχος, σὺ εἶ ἡ ἀντίληψις τῶν εἰς σὲ προσερχομένων· σὲ καὶ νῦν εἰς πρεσβείαν κινοῦμεν, ἵνα λυτρωθῶμεν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.

Θεοχαρίτωτε ἁγνὴ καὶ εὐλογημένη, μετὰ τῶν ἄνω δυνάμεων καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ τῶν πάντων ἀσωμάτων, πρέσβευε ἀτελευτήτως ὑπὲρ πάντων ἡμῶν, τὸν ἐκ σοῦ γεννηθέντα δι' εὐσπλαγχνίας, ἵνα δίδοται ἡμῖν, πρὶν ἡ τέλος ἔλθῃ, συγχώρησιν καὶ ἱλασμὸν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἐπανόρθωσιν τοῦ βίου, ὅπως οἰκτιρμὸν εὑρεῖν δυνηθῶμεν.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τρίτης τῆς ἑβδομάδος γ'. D

Τὰς χεῖράς σου τὰς θείας, αἳς τὸν Κτίστην ἐβάστασας, Παρθένε παναγία, σαρκωθέντα χρηστότητι, προτείνασα δυσώπησον αὐτὸν λυτρώσασθαι ἡμᾶς ἐκ πειρασμῶν, καὶ παθῶν, καὶ κινδύνων, τοὺς πόθῳ ἀνευφημοῦντάς σε, καὶ βοῶντάς σοι· Δόξα τῷ ἐνοικήσαντι ἐν σοὶ, δόξα τῷ προελθόντι ἐκ σοῦ, δόξα τῷ ἐλευθερώσαντι ἡμᾶς διὰ τοῦ τόκου σου.

Σῶσόν με, σῶσόν με, ἡ τὸν Σωτῆρα τέξασα· ἴδε τὴν θλῖψιν μου, ἁγνὴ, ἣν ἡ πληθὺς τῶν ἀμετρήτων μου κακῶν ἐμποιεῖ καθ' ἡμέραν τῇ ἀθλίᾳ μου ψυχῇ, ἐξ ἀπογνώσεως.

Κριτὴν ὃν ἐγέννησας, Παρθένε Μαρία, δυσώπει ἐν ὥρᾳ τῆς κρίσεως με, ἁγνὴ, οἰκτεῖραι καὶ σῶσαι

Ex canone in Sabbato II *hebdomadis.*

O Puella, da mihi vires, ut jejunare, et ab omni peccato abstinere possim, quæ potentissimum Verbum ab omni peccati labe immune, corpore vestitum ineffabiliter peperisti; et concede mihi lacrymas, o purissima, **310** quibus maculas meas emundem.

Hymnum offero tibi, o Virgo: ne despicias me malis obsessum: sed concede mihi, o casta, perfectam correctionem per jejunium, ac vitæ omnis probe peractæ rationem.

Prævidit te Ezechiel, o casta, portam per quam nulli patebat via; quæ omnibus desperatis aperis portas pœnitentiæ: unde tibi supplico; ut mihi vias aperias, quæ ad cœlestem requiem me perducant.

Esto, o Domina immaculata, divina coadjutrix inutilibus servis tuis tempore abstinentiæ, preces nostras offerens Domino regi sæculorum.

Ex canone in feria II *hebd.* III, *ad Matutinum.*

Salve, o templum sanctissimum, o vellus divino rore infusum, o fons signate fluentis immortalis: gregem tuum custodi, Domina, ab hostium universorum oppugnatione immunem.

Tu quæ racemum absque ullius cultura concepisti, me peccati ebrietate obtenebratum ad sobrietatem restitue, o Virgo Deipara, spes animarum nostrarum.

Tu es, o Deipara, arma nostra, et murus: tu refugium ad te confugientium. Nunc itaque te oratricem nostram constituimus, ut ab hostibus nostris liberemur.

O divina gratia plenissima, casta, et benedicta, una cum supernis virtutibus et archangelis, omnibusque incorporeis deprecare incessanter pro nobis omnibus illum qui ex te natus est per viscera misericordiæ; ut concedat nobis, antequam finis adveniat, indulgentiam, et propitiationem peccatorum, vitæque correctionem, ut misericordiam invenire possimus.

311 *Ex canone in feria* III *hebdomadis* III.

O Virgo sanctissima, extende divinas manus tuas, quibus portasti Creatorem, propter suam benignitatem incarnatum; eumque precare supplici-ter, ut a tentationibus, perturbationibus et periculis eripiat nos, qui te cum affectu celebramus, et ad te clamamus: Gloria ei qui in te habitavit: gloria ei qui ex te processit: gloria ei qui nos per partum tuum in libertatem vindicavit.

Salva me, salva me, tu quæ Salvatorem peperisti: vide tribulationem meam, o casta, quam multitudo immensorum malorum meorum infert quotidie miseræ animæ meæ, ex desperatione.

O casta Virgo Maria, deprecare Judicem, quem generasti, ut in hora judicii misereatur mei, et

Digitized by Google

salvet me damnationi obnoxium : o unicum præsidium generis humani.

Montem a lapicida intactum ; portam imperviam, sublimiorem cœlo, universisque rebus creatis ; speciem Jacob ; urnam totam auream, et pontem ; et Matrem Creatoris, Virginem fideles beatificemus.

Ex canone in feria IV *hebd.* III, *ad Matutinum.*

Incarnatum ex te, o immaculata, Verbum processit, ut primorum parentum lapsum erigeret per viscera misericordiæ suæ.

Dei Sapientia, domum sibi ædificans, ex te incarnata est ineffabili sui ipsius demissione, o Virgo innupta ; tu enim sola ex omnibus generationibus B electa es, incorrupta in habitationem incorrupti Verbi.

Ex te, o Virgo, paupertatem nostram accepit sponte, ille qui dives est suapte natura : visibilis autem factus **312** est nobis ille qui invisibilis a supernis choris laudatur, imaginem contritam restituens propter suam bonitatem.

Ex canone in feria V *hebd.* III, *ad Matutinum.*

Domina sancta, Christi Dei nostri Mater ; cum omnium factorem ineffabili ratione pepereris ; exora una cum sacris apostolis assidue bonitatem illius, ut nos ab animi perturbationibus liberet, et peccatorum veniam nobis largiatur.

Lucerna inextinguibilis, thalame undequaque C coruscans, Seraphim sublimior, vehiculum cherubicum, ab omni macula immunis (48), a gravissimis peccatis et periculis libera me.

Generationes generationum beatificant te, ut olim prædixisti, o divina felicitate cumulatissima : sola enim hominibus beatum Verbum peperisti, quod ex te, modo inexplicabili, corpus assumpsit.

Luce divina illumina me, o Virgo Deipara, genitrix lucis ; animæque meæ caliginem dissipa, ut beatificem te, quam universæ hominum generationes, quemadmodum antea prophetasti, beatam appellant.

Ex canone in feria VI *hebd.* III, *ad Matutinum.*

Novum, ut infantem, peperisti o castissima, Crea- D torem meum ; quem deprecare, te oro, ut me multa malitia inveteratum, renovare dignetur.

Compesce, o Christi Dei Mater, malitiam cordis mei undequaque periclitantis : collide jacula dæmonum, et arcus oppugnantium miseram animam meam.

Sanctissima Domina, spes mea et refugium meum, medere vulneribus animæ meæ ; mentem meam pacifica ; ut et ego gaudens collaudem mirabilia tua, o Deipara semper Virgo.

(48). Universum genus maculæ tam actualis quam originalis his verbis a B. Virgine removit Josephus, cum hæc verba absolute, simpliciter, et sine limitatione ulla prolata, ad cujuslibet maculæ immunitatem significandam sint ex se idonea.

τὸν κατάκριτον, μόνη προστασία τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

Τὸ ἀλατόμητον ὄρος, τὴν ἀδιόδευτον πύλην, τὴν ἀνωτέραν οὐρανοῦ, καὶ τῆς κτίσεως πάσης, τὴν καλλονὴν τοῦ Ἰακώβ, τὴν στάμνον τὴν πάγχρυσον, καὶ γέφυραν, καὶ Μητέρα τοῦ Κτίστου, τὴν Παρθένον μακαρίσωμεν, πιστοί.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης τῆς ἑβδομάδος γ', εἰς τὸν Ὄρθρον.

Σωματούμενος ἐκ σοῦ, Κόρη, προῆλθεν ὁ Λόγος, τὴν ἔκπτωσιν, ἄχραντε, τῶν προπατόρων διὰ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν διορθούμενος.

Ἐκ σοῦ τοῦ Θεοῦ ἡ Σοφία οἶκον ἑαυτῇ δομησαμένη ἐσαρκώθη ἀπορρήτῳ συγκαταβάσει, Κόρη ἀπειρόγαμε· σὺ γὰρ μόνη πασῶν γενεῶν ἐκλέλεξαι ἄφθορος ἀφθάρτου εἰς κατοικίαν Λόγου.

Ἐκ σοῦ τὴν ἡμῶν πτωχείαν, Παρθένε, θέλων ἐφόρεσεν ὁ πλούσιος τῇ φύσει· ὁρατὸς δὲ γέγονεν ἡμῖν ὁ ἀοράτως τοῖς ἄνω χοροῖς ὑμνούμενος, τὴν συντριβεῖσαν εἰκόνα ἀναπλάττων ἀγαθότητι.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης τῆς ἑβδομάδος γ', εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ἁγία Δέσποινα, Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Μῆτερ, ὡς τὸν ἁπάντων ποιητὴν ἀπορρήτως τεκοῦσα, ἱκέτευε, σὺν ἀποστόλοις ἱεροῖς ἐκάστοτε, τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ παθῶν ἡμᾶς λυτρώσασθαι, καὶ ἄφεσιν ἡμῖν δοῦναι ἁμαρτημάτων.

Λυχνία ἄσβεστος, νυμφῶν ὀλόφωτε, Σεραφὶμ ὑπερτέρα, Χερουβικὸν ὄχημα, πανάμωμε, ἁμαρτιῶν με χαλεπῶν καὶ κινδύνων ἐλευθέρωσον.

Γενεαὶ γενεῶν σε, θεομακάριστε, μακαρίζουσι, ὡς πάλαι προεφήτευσας· μόνη γὰρ βροτοῖς τὸν μακάριον τέτοκας Λόγον ἀπορρήτως ἐκ σοῦ σωματωθέντα.

Φωτὶ τῷ θείῳ με φωταγώγησον, ἡ τοῦ φωτὸς, Παρθένε, Θεοτόκε, λοχεύτρια, καὶ ψυχῆς μου τὸν ζόφον ἀπέλασον, ὅπως σε μακαρίζω, ἣν μακαρίζουσι πᾶσαι τῶν ἀνθρώπων γενεαὶ, ὡς προεφήτευσας.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς παρασκευῆς, τῆς ἑβδομάδος γ', εἰς τὸν Ὄρθρον.

Νέον ἀπεκύησας ὡς βρέφος, πάναγνε, τὸν Πλαστουργόν μου, ὃν δυσωποῦσα πεπαλαιωμένον με ἐν πολλῇ κακίᾳ ἀνακαινίσαι δέομαι.

Παῦσον τῆς ἐμῆς πολυωδύνου πᾶσαν καρδίας τὴν κάκωσιν, Μήτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ· θραῦσον δαιμόνων τὰ βέλη καὶ τὰ τόξα τῶν ἐκπολεμούντων τὴν ταπεινὴν ψυχήν μου.

Παναγία Δέσποινα, ἡ ἐλπίς μου, καὶ καταφυγή, τὰ τραύματα τῆς ἐμῆς ἴασαι ψυχῆς, τὸν νοῦν μου εἰρήνευσον, ἵνα κἀγὼ χαίρων ἀνυμνῶ τὰ μεγαλεῖά σου, Θεοτόκε ἀειπάρθενε.

Digitized by Google

Ἐκ τοῦ Κανόνος τοῦ Σαββάτου τῆς ἑβδομάδος γ', εἰς τὸν Ὄρθρον.

A **313** *Ex canone in Sabbato Dominicæ* III, *ad Matutinum.*

Ἵνα σε φωναῖς διαπρυσίοις ἀνευφημοῦμεν, Κόρη, τὰς φωνὰς ἡμῶν ταύτας προσδέχου, καὶ ἱλασμὸν ὀφλημάτων λήψεσθαι τὸν Υἱόν σου καθικέτευε.

Ut te claris vocibus concelebrare possimus, Puella, suscipe has oblationes nostras, et Filium tuum precare ut debitorum nostrorum propitiationem recipiamus.

Τέτοκας νομίμων δίχα φύσεως τὸν Πλαστουργὸν γενόμενον ἄνθρωπον, ἄχραντε· αὐτὸν οὖν δυσώπει πάντων τὰς ἀνομίας νῦν παριδεῖν καὶ τὰ πταίσματα.

Peperisti, præter leges naturæ, Creatorem hominem factum, o immaculata : eumdem ergo supplici ter exora, ut iniquitates et peccata universorum dimittat.

Ὡς τεκοῦσα Θεὸν ἀναμάρτητον, τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας ἐξάλειψον ταῖς μητρικαῖς πρεσβείαις σου, Θεοτόκε, καὶ σῶζε ἀναβοῶντας· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Tu quæ Deum ab omni peccati labe immunem peperisti, dele peccata nostra maternis intercessionibus tuis, o Deipara, et salva clamantes : Benedicite, opera Domini, Dominum.

Φωτὸς οἰκητήριον ἡ σὴ γεγένηται, παναγία, μήτρα, πάναγνε· ὅθεν πιστῶς ἀναβοῶ σοι· τὰς κόρας τῆς ψυχῆς μου καταύγασον, καὶ τρίβον τὴν εὐθεῖαν ὑπόδειξον τῷ σε γνησίως μακαρίζοντι. B

Lucis habitaculum factus est sanctissimus uterus tuus, o castissima : unde cum fide ad te proclamo : Illumina pupillas animæ meæ, et viam rectam ostende mihi dum te legitime beatam appello.

Ἐκ τοῦ Κανόνος διπλοῦς τῆς τρίτης τῆς ἑβδομάδος δ', εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ex canone duplici in feria III, *hebd.* IV *ad Matutinum.*

Σάρκα γενόμενον ἀναλλοιώτως τὸν Χριστὸν, Παρθένε, κυοφορεῖς, ὃν ἐκτενῶς ἱκέτευε σαρκικῶν παθῶν ἀπαλλάξαι τοὺς προσκυνοῦντας σταυρὸν ὃν καθυπέμεινε σαρκί.

Christum sine mutatione carnem factum, o Virgo, gestas in utero : eumdem obnixe precare, ut a carnalibus passionibus liberet eos qui crucem, quam secundum carnem sustinuit, adorant.

Ἄρρητον τὸ θαῦμα τῆς σῆς κυήσεως, Μητροπάρθενε· πῶς γὰρ λοχεύεις καὶ ἀγνεύεις ἐν ταυτῷ; πῶς παιδοτοκεῖς, καὶ ἀγνοεῖς πεῖραν ὅλως ἀνδρός; ὃ εἶδεν ὁ ὑπὲρ φύσιν ἐξ ἐμοῦ καινοπρεπῶς Λόγος C Θεοῦ γεννηθείς.

Ineffabile est miraculum conceptionis tuæ, o Virgo Mater : quomodo enim concipis, et simul casta permanes? quomodo puerum paris, et viri experientiam prorsus ignoras? Ipse solus novit, qui supra naturam ex me, cum esset Verbum Dei, nova ratione genitus est.

Νοητὸν ὡς ἁγίασμα τὸν ἐν ἁγίοις Θεὸν ἀναπεπαυμένον τίκτεις, ἁγία Θεομῆτορ ἁγνὴ, πάντα τὰ πέρατα ἁγιάζοντα θείᾳ προσκυνήσει σήμερον, Παρθένε, ξύλου παναγίου, ἐν ᾧ σαρκὶ ἐπάγη.

Tanquam spiritale sanctuarium, Deum, qui in sanctis requiescit, paris, o sancta et casta Virgo Dei Mater : illum, inquam, qui hodie universos terræ fines sanctificat divina adoratione sanctissimæ crucis, in quam secundum carnem adactus est.

Μόνη ἄφθορος κύεις, μόνη θηλάζεις βρέφος μὴ λοχεύουσα, μόνη τὸν Κτίστην τίκτεις, καὶ Δεσπότην σου, εἰ καὶ δούλη καὶ Μήτηρ· σὲ, Παρθενομῆτορ, ὑμνοῦμεν εἰς αἰῶνας.

314 Sola sine corruptione concipis, sola lactas infantem, partus sordium nescia : sola edis in lucem Creatorem, et Dominum tuum ; ancilla es et Mater. Te, Virgo parens, laudamus in sæcula.

Αἱ γενεαὶ σε ἅπασαι μακαρίζουσιν, ἁγνή· Ἰησοῦς γὰρ μόνος ὁ τεχθεὶς ἐκ τῆς σῆς νηδύος, αὐτὸς ὡς ἐπίσταται, ἐποίησε, Κόρη, μετὰ σοῦ, Παρθένε, μεγαλεῖα, ὃν δυσώπει σώζεσθαι ποίμνην καὶ λαόν σου. D

Universæ generationes te beatam dicunt, o casta, solus enim Jesus ex utero tuo natus, ut ipse novit, fecit, o Virgo Puella, magnalia tecum (49) : ipsum eumdem deprecare pro salute gregis et populi sui.

Ἐν τῷ σταυρῷ ὡς ἵστατο ἡ ἀμνάς σου, Ἰησοῦ, τὸν ποιμένα καὶ Δεσπότην αὐτῆς σε ὁρῶσα πικρῶς ἐπωδύρετο, καὶ σπλάγχνα κινοῦσα ἐπὶ σοῦ, Χριστὲ, ἀνεκαλεῖτο· Τί τὸ ξένον θέαμα; ἡ ζωὴ πῶς θνήσκεις;

Ut Agna tua stans juxta crucem, vidit te in ea, o Jesus, pastorem et Dominum suum ; deflebat amare, et visceribus commota super te, Christe, ita te compellabat : Quod novum spectaculum est hoc? quomodo moreris, o vita?

(49). « Quid magnum (inquit in sua *Sacra Deipara* pag. 331, P. Sylvester de Saavedra) si a peccato originali non præservavit Virginem, quæ illi Mater futura erat? Naturalis est propensio in cognatorum utilitatem, honorem et gloriam. Unde rogantibus Sinai montis abbatem piissimis monachis, cur Deus tanta, et tot contulisset homini beneficia, respondit referente Philippo presbytero Dioptræ lib. III c. 3 : Quia cognatus nobis et ejusdem substantiæ, ejusdem generis ac formæ, homo natus videlicet, ac proinde naturaliter deditus est ac diligit cognatos, et generis sui substantiæque. Perbelle hæc autem cadunt in sacram Deiparam, quam Dominus magnam effecit, id est omnino liberam, et quam sub tyrannide peccati originalis nunquam permisit.

Digitized by Google

Ex duplici canone in feria v mediæ hebdomadæ, ad Matutinum.

Maria, venerandum Domini receptaculum, erige nos collapsos in chaos gravissimæ desperationis, et peccatorum, et tribulationum : tu enim salus es peccatorum, et auxilium, et forte præsidium, et salvos facis servos tuos.

Mater boni Dei, bonam fac animam meam, quam Malignus mala consuetudine depravavit, misere inescans me : ut te causam salutis laudibus semper celebrem, quæ plurima laude es dignissima.

Peperisti, o Puella, sine viri opera, ab omni labe immunis, Deum, qui pugillo continet fines terræ, et omnibus est antiquior.

Patris sinu non derelicto, in sinu Virginis reclinatus es propter inclinationem humani generis, cujus similitudinem accepisti propter viscera misericordiæ tuæ : unde te homines laudamus in sæcula.

Tu, quæ gaudium concepisti ad vocem archangeli, abole nunc mœrorem cordis mei, qui corrumpit animam **315** meam : et da mihi, o casta, luctum gaudii effectorem; ut in futuro sæculo divinam consolationem invenire possim.

Te gloriosam ac solam Deiparam, quæ Verbum incomprehensibile in tuo ventre continuisti, et secundum carnem peperisti, hymnis magnificamus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος διπλοῦς τῆς πέμπτης τῆς μέσης ἑβδομάδος, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Μαρία, τὸ σεπτὸν τοῦ Δεσπότου δοχεῖον, ἀνάστησον ἡμᾶς πεπτωκότας εἰς χάος δεινῆς ἀπογνώσεως, καὶ πταισμάτων, καὶ θλίψεων· σὺ γὰρ πέφυκας ἁμαρτωλῶν σωτηρία καὶ βοήθεια, καὶ κραταιὰ προστασία, καὶ σώζεις τοὺς δούλους σου.

Μῆτερ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ, ἀγάθυνόν μου τὴν ψυχήν, ἣν ὁ Πονηρὸς συνηθείᾳ πονηρᾷ ἐκάκωσεν, ἀθλίως δελεάσας με, ὅπως ὡς αἰτίαν σωτηρίας ὑμνολογῶ σε ἀεὶ τὴν πολυύμνητον.

Ἐκύησας, Κόρη ἀνανδρε, Θεὸν, πανάμωμε, τὸν κατέχοντα δρακὶ τὰ πέρατα, καὶ πάντων ἀρχαιότερον.

B Κόλπων οὐκ ἐκστὰς τῶν πατρῴων ἐν κόλπις ἀνεκλίθης Παρθένου, ἐπ' ἀνακλήσει τοῦ γένους, οὗ ἐφόρεσας διὰ σπλάγχνα, Ἰησοῦ, τὸ ὁμοίωμα. Ὅθεν σε ὑμνοῦμεν βροτοὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Χαρὰν συλλαβοῦσα τοῦ ἀρχαγγέλου τῇ φωνῇ, τῆς ἐμῆς νῦν καρδίας τὴν λύπην ἀφάνισον τὴν ψυχοφθόρον, καὶ δίδου, ἁγνὴ, χαροποιὸν πένθος, ὅπως εὕρω ἐκεῖ τὴν θείαν παράκλησιν.

Σὲ τὴν ἔνδοξον καὶ μόνην Θεοτόκον, τὴν τὸν ἀχώρητον Λόγον ἐν γαστρὶ χωρήσασαν καὶ τεκοῦσαν σαρκὶ ὕμνοις μεγαλύνομεν. Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς Παρασκευῆς τῆς μέσης ἑβδομάδος, εἰς τὴν τοῦ τιμίου σταυροῦ προσκύνησιν.

Ex canone feriæ VI hebd. mediæ in adorationem venerandæ crucis.

C *Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου τῆς μέσης ἑβδομάδος εἰς προσκύνησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ.*

Cum te, o Fili, ineffabili modo peperi, dolores partus effugi; nunc autem tota doloribus repleta sum : video enim te tanquam malefactorem in ligno suspensum, qui terram absque ullo fulcimento suspendisti. Ita castissima illacrymans loquebatur.

Cum vitam in cruce mortuam Virgo veneranda vidisset, cordis dolorem cohibere non valens, tota commovebatur et exclamabat : Hei mihi, Fili mi! quid tibi populus prævaricator et iniquus retribuit?

Ex utero virginali te peperi, o Fili, et nunc videns te in ligno suspensum, conturbor et hæreo, et altitudinem mysterii, et multorum judiciorum inorum profunditatem non comprehendo. Ita castissima exclamabat; quam nos vocibus incessabilibus tanquam Dei Matrem beatificemus.

Cum videres in cruce illum qui, propter bonitatem suam, ex te, o immaculatissima, incomprehensibili ratione natus est, vulnerabantur viscera tua, ac dicebas : Hei mihi, divine Fili? quomodo pro omnibus dolore cruciaris? Pietatem tuam adoro; sit tibi gloria.

Da nobis vires, o casta, ut ab omni malitia jejunemus, et ut a pravis malisque actionibus semper abstinemus : virtutem nobis concede tu, quæ es omnium hominum præsidium.

316 Mentis meæ angustias dilata intercessione tua, o Domina, quæ universas insidiarum vias hostis nos oppugnantis coangustasti, et per angu-

Ὅτε σε, Τέκνον, ἀπορρήτως ἔτεκον, ὠδῖνας ἔφυγον, καὶ πῶς νυνὶ ὅλη ὀδυνῶν πεπλήρωμαι; ὁρῶ γάρ σε κρεμάμενον ὡς κακοῦργον τῷ ξύλῳ, τὴν γῆν ἀσχέτως κρεμάσαντα, ἔλεγεν ἡ πάναγνος κλαίουσα.

Νενεκρωμένην τὴν ζωὴν ἐπὶ σταυροῦ θεωροῦσα, καὶ μὴ φέρουσα τῶν σπλάγχνων τὸν πόνον, ἐδονεῖτο ἡ σεμνὴ Παρθένος ἀνακράζουσα· Οἴ μοι, Υἱέ μου, τί σοι δῆμος ἀνόμων ἀπέδωκεν;

Παρθενικῆς, Τέκνον, ἐκ μήτρας σε ἔτεκον, καὶ ὁρῶσα ξύλῳ σε κρεμάμενον ἐξαπορῶ, καὶ οὐ συνορῶ ὕψος τοῦ μυστηρίου, καὶ βάθος πολλῶν κριμάτων σου, ἡ πάναγνος· ἐβόα, ἣν φωναῖς ἀσιγήτοις ὡς D Μητέρα Θεοῦ μακαρίζωμεν.

Ἐν σταυρῷ καθορῶσα τὸν δι' ἀγαθότητα ἐκ σοῦ, πανάμωμε, ὑπὲρ νοῦν τεχθέντα, ἐτιτρώσκου τὰ σπλάγχνα καὶ ἔλεγες· Οἴ μοι, θεῖον Τέκνον, πῶς ὑπὲρ πάντων ὀδυνᾶσαι; προσκυνῶ σου τὸ εὔσπλαγχνον· Κύριε, σοὶ ἡ δόξα.

Νηστεύειν ἡμᾶς, ἁγνὴ, κακίας πάσης ἐπίσχυσον, καὶ φαύλων καὶ πονηρῶν ἀπέχεσθαι πράξεων ἀεὶ ἐνδυνάμωσον, προστασία πάντων τῶν ἀνθρώπων χρηματίζουσα.

Νοός μου τὴν στένωσιν τῇ σῇ πρεσβείᾳ πλάτυνον, Δέσποινα, ἡ στενώσασα πάσας τὰς μεθοδείας τοῦ πολεμήτορος, καὶ δι' ὅδου με στενῆς κατευθύ-

Digitized by Google

σον πρὸς πλατυσμὸν τῆς ζωῆς βαδίζειν, Μῆτερ Θεοῦ.

Νῦν ὡς ἀρνίον ἄκακον καθορῶ σε κρεμάμενον, καὶ ὑπὸ ἀνόμων τῷ σταυρῷ πηγνύμενον, Υἱέ μου προάναρχε, τοῖς ὀδυρμοῖς συγκόπτομαι καὶ ταῖς μητρικαῖς περιστατοῦμαι ὀδύναις, ἡ πάναγνος ἐδόα, ἣν φωναῖς ἀσιγήτοις ὑμνοῦμεν καταχρέως, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φθορᾶς σε δίχα τέτοκα ἐκ γαστρὸς, πρὸ αἰώνων Πατὴρ ὃν ἐγέννησε, καὶ πῶς φθορεῖς ἄνθρωποι σπαράττουσί σε, Υἱὲ, καὶ τὴν πλευρὰν ὀρύττουσι λόγχῃ. καὶ τὰς χεῖρας σὺν τοῖς ποσὶν ἠλοῦσιν ἀπανθρώπως; ἡ πάναγνος ἐδόα, ἣν ἐπαξίως μεγαλύνωμεν.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τοῦ Σαββάτου τῆς μέσης ἑβδομάδος, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ὁ Θεοῦ Θεὸς Λόγος ζητῶν θεῶσαι τὸν ἄνθρωπον, ἁγνὴ, ἐκ σοῦ σαρκοῦται καὶ βροτὸς ὁρᾶται, ὃν ἀπαύστως δυσώπει, εὑρεῖν ἡμᾶς ἔλεος; ἐν καιρῷ τῆς ἀπολογίας.

Σὲ τὴν μόνην ἀγαθὴν ἐκδυσωποῦμεν, Παρθένε, κεκακωμένους ἡμᾶς ἀγάθυνον, καὶ ἐκτενῶς τὸν Χριστὸν δυσώπει φύσει ὄντα ἀγαθὸν, ἐγκρατείας τὸν καιρὸν τὰ ἀγαθὰ πράττοντας ἀποπληρῶσαι ἡμᾶς ὑμνολογοῦντας αὐτόν.

Τὸν σταυρὸν Χριστοῦ τὸν τίμιον, Θεοτόκε ἁγνὴ, βλέψαντας, καὶ ἐκ καρδίας προσκυνήσαντας ἡμᾶς, ταῖς σαῖς πρὸς τὸν Δεσπότην ἀξίωσον πρεσβείαις ἰδεῖν καὶ τὰ πάθη τὰ σεπτὰ αὐτοῦ, παθῶν κεκαθαρμένους.

Σαρκός μου τὰς κινήσεις ἀπονέκρωσον, ἡ Θεὸν σαρκὶ ἀποτεκοῦσα ὑπὲρ νοῦν, καὶ παράσχου φωτισμὸν τῇ διανοίᾳ μου, ἁγνὴ, νεφέλη οὖσα φωτός.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς δευτέρας τῆς ἑβδομάδος ε', εἰς τὸν Ὄρθρον.

Τὴν ὡραιότητα τῆς παρθενίας σου, καὶ τὸ ὑπέρλαμπρον τὸ τῆς ἁγνείας σου ὁ Γαβριὴλ καταπλαγεὶς ἐδόα σοι, Θεοτόκε· Ποῖόν σοι ἐγκώμιον προσαγάγω ἐπάξιον; τί δὲ ὀνομάσω σε, ἀπορῶ καὶ ἐξίσταμαι. Διὸ, ὡς προσετάγην, βοῶ σοι· Χαῖρε, ἡ κεχαριτωμένη.

Πολυώνυμε Κόρη, χαίροις, ἁγία Παρθένε, Θεοκυῆτορ Μαρία, τῶν πιστῶν καύχημα, κατάρας λύτρωσις, κλίμαξ ἐπουράνιε, ἀκατανόητον θαῦμα, βάτε ἀκατάφλεκτε, γῆ ἀγεώργητε.

Ἡ μετὰ τόκον ἄφθορος μείνασα, πανάμωμε, λύτρωσαι, δεόμεθα, ἁγνὴ, καταφθορᾶς τοὺς δούλους σε πιστῶς τοὺς μελῳδοῦντας ἐν ὁμονοίᾳ ψυχῆς· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα.

Μετὰ μαρτύρων, μετὰ προφητῶν τὴν τεκοῦσάν σε, μετὰ ὁσίων πάντων, Χριστὲ, δυσωποῦσαν πρόσδεξαι ἀεὶ, ὑπὲρ δούλων τῶν παροργισάντων σε τὸν μόνον φιλάνθρωπον Δεσπότην, ὃν ἐπουράνιαι τάξεις τρέμουσι.

stam viam feliciter deduc me, ut ad latitudinem vitæ perveniam, o Dei mater.

Cum videam te nunc, o Fili mi æterne, tanquam agnum innocentem suspensum, et pro iniquis in cruce confixum, discrucior querelis, et doloribus maternis circumdor : clamabat castissima, quam vocibus assiduis debite laudamus in sæcula.

Sine corruptione ex utero te peperi, o Fili, quem Pater ante sæcula generavit : et quomodo homines corruptibiles te dilacerant; et lancea latus tuum perfodiunt, et manus ac pedes inhumaniter clavis configunt? Ita castissima exclamabat : quam nos pro merito magnificemus.

Ex canone in Sabbato mediæ hebd., ad Matutinum.

Verbum Dei divinum volens hominem deificare, ex te, o casta, incarnatum est, et homo apparuit : quem sine cessatione deprecare, ut in tempore reddendæ rationis, misericordiam invenire possimus.

Te solam bonam deprecamur, Virgo, ut nos malitia infectos, bonos efficias; et impense Christum exores, qui natura bonus est; quatenus abstinentiæ tempus in bonis operibus explere possimus, eumdem Christum collaudantes.

Dum pretiosam Christi crucem intuemur, et ex corde adoramus; precibus tuis apud Dominum dignos nos effice, o casta Deipara, ut venerandas illius passiones a passionibus nostris purificati, intelligere possimus.

Tu, quæ Deum in carne, intelligibili ratione peperisti, carnis meæ commotiones mortifica; et concede **317** menti meæ illustrationem, cum sis, o casta, nubes lucis.

Ex canone in feria II *Dominicæ* V, *ad Matutinum.*

Virginitatis tuæ pulchritudine, et immenso castitatis tuæ splendore obstupefactus Gabriel, clamabat ad te Dei para : Quo te encomio digne celebrare possim : et quo te nomine appellem : prorsus ignoro, et mente excedo : propterea, juxta id quod imperatum est mihi, exclamo ad te : Ave, gratia plena.

Salve, multis nominibus celebrata Puella; sancta Dei Genitrix Maria, fidelium gloria, maledictionis redemptio, scala cœlestis, miraculum omni intellectu superius, rubus incombustus, terra nunquam aratro proscissa.

O purissima atque castissima, quæ post partum incorrupta permansisti, redime, te precamur, a corruptione servos tuos, qui fideliter concinunt unanimi consensu : Benedicite, opera, etc.

Genitricem tuam semper suscipe, Christe, cum martyribus, prophetis, atque omnibus sanctis te deprecantem pro servis tuis, qui ad iracundiam provocaverunt te Dominum placabilissimum solum amatorem hominum, et omnipotentem, quem cœlestes exercitus contremiscunt.

Digitized by Google

Ex canone in feria III *hebd.* V, *ad Matutinum.* A *Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τρίτης τῆς ἑβδομάδος ε', εἰς τὸν Ὄρθρον.*

Divinum Verbi tabernaculum facta es, o sola castissima Virgo Mater, quæ puritate angelos superasti; me super omnes carnalibus peccatis fœdatum emunda intercessionibus tuis, o veneranda; divinis irrigationibus præbens magnam misericordiam.

Θεία γέγονας σκηνὴ τοῦ Λόγου, μόνη πάναγνε Παρθενομῆτορ, τῇ καθαρότητι ἀγγέλους ὑπεράρασα, τὸν ὑπὲρ πάντας ἐμὲ ῥερυπωμένον σαρκὸς πλημμελήμασιν ἀποκάθαρον πρεσβείαις σου, τοῖς ἐνθέοις νάμασι παρέχουσα, σεμνὴ, τὸ μέγα ἔλεος.

Requievit in te Christus, o sola benedicta, atque ex te carnem suam suscepit.

Ἐπανεπαύσατο Χριστὸς ἐν σοὶ τῇ μόνῃ εὐλογημένῃ, καὶ σάρκα τὴν ἑαυτοῦ ἐκ σοῦ ἐφόρεσεν.

Miserationum tuarum stillicidiis, o semper Virgo inviolata, **318** passionum cordis mei sordes, emunda, donans mihi lacrymarum canales, quibus anima mea purificetur.

Τῶν οἰκτιρμῶν σου καὶ ῥανίσιν, Ἀειπάρθενε ἀμόλυντε, τοὺς μολυσμοὺς τοὺς ἐμπαθεῖς τῆς καρδίας μου ἀπόπλυνον, δακρύων ὀχετούς μοι παρεκτικοὺς καθάρσεως ψυχικῆς δωρουμένη.

Animam meam passionum voluptuosarum nigredine obtenebratam, illumina, o casta, quæ lucem peperisti, ut cum fide semper magnificem te.

Ex canone in feria IV *hebd.* V, *ad Matutinum.* B *Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τετάρτης τῆς ἑβδομάδος ε', εἰς τὸν Ὄρθρον.*

Cum videres, o veneranda, illum qui ex puris sanguinibus tuis corpus acceperat, atque ex te modo inexcogitabili natus fuerat, suspensum in ligno in medio malefactorum, visceribus discruciabaris, et materno affectu plorans clamabas: Hei mihi, Fili mi! quæ est hæc divina atque ineffabilis dispositio tua, per quam plasma tuum vivificasti? misericordiæ tuæ viscera collaudo.

Τὸν ἐξ αἱμάτων σου ἀγνῶν σωματωθέντα, καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν ἐκ σοῦ, σεμνὴ, τεχθέντα, ἐπὶ ξύλου κρεμάμενον μέσον τῶν κακούργων ὁρῶσα, τὰ σπλάγχνα ἤλγεις, καὶ μητρικῶς θρηνοῦσα ἐβόας· Οἴ μοι, τέκνον, τίς ἡ θεία καὶ ἄφατος οἰκονομία σου, δι' ἧς ἐζώωσας τὸ πλάσμα σου; ἀνυμνῶ σου τὸ εὔσπλαγχνον.

Porta salutaris, pons deducens ad Deum; Christianorum præses, Domina castissima; me vitæ calamitatibus circumdatum, fluctibusque jactatum, guberna, o Puella.

Ἡ σωτήριος πύλη, ἡ πρὸς Θεὸν γέφυρα, ἔφορος Χριστιανῶν ἡ προστάτις, πάναγνε, Δέσποινα, περιστατούμενον ταῖς συμφοραῖς με τοῦ βίου καὶ κλυδωνιζόμενον, Κόρη, κυβέρνησον.

O Dei genitrix castissima, animæ meæ vulnera, et peccati cicatrices abole, exsiccans atque exurens fontibus e latere Filii tui manantibus, et purificans fluentis quæ ex ipso procedunt: ad te enim vocem attollo, et ad te confugio, et te invoco gratia plenam. C

Θεογεννῆτορ πάναγνε, τῆς ψυχῆς μου τὰ τραύματα, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὰς οὐλὰς ἐξάλειψον, πηγαῖς ἀποσμήχουσα ταῖς ἐκ πλευρᾶς τοῦ τόκου σου, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς ἀποκαθαίρουσα ῥείθροις· πρὸς σὲ γὰρ ἀνακράζω, καὶ σὲ καταφεύγω, καὶ σὲ ἐπικαλοῦμαι τὴν κεχαριτωμένην.

Concepisti, o Virgo, sine semine, eum qui universa creavit, Verbum Dei, absque voluntate carnis: absque corruptione peperisti, et absque doloribus, qui cæteras matres invadunt: propterea te Deiparam lingua et corde confitentes, magnificamus.

Συνέλαβες, Παρθένε, δίχα σπορᾶς τὸν τὰ σύμπαντα δημιουργήσαντα Λόγον Θεοῦ ἄνευ θελημάτων τῶν τῆς σαρκὸς, ἄνευ φθορᾶς δὲ τέτοκας, ἀνεπῳδίνων τῶν μητρικῶν· διό σε Θεοτόκον καὶ γλώσσῃ καὶ καρδίᾳ ὁμολογοῦντες μεγαλύνομεν.

Ex canone in feria VI *hebd.* V *ad Matutinum.* *Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς παρασκευῆς τῆς ἑβδομάδος ε', εἰς τὸν Ὄρθρον.*

Cum videret te castissima in cruce sublatum, ejulabat corde vulnerata, ac dicebat: Propter viscera misericordiarum tuarum, Domine, pati voluisti, præbens omnibus impassibilitatem. D

Ὁρῶσά σε ἐν σταυρῷ ἠρτημένον ἡ παναγία, ἠλάλαζε τετρωμένη τὰ σπλάγχνα καὶ ἔλεγε· Διὰ σπλάγχνα, Κύριε, σῶν οἰκτιρμῶν παθεῖν ἠνέσχου, πᾶσι παρέχων ἀπάθειαν.

319 Urnam te, divinum Deitatis manna continentem agnovimus, o Puella; arcam, et mensam, et candelabrum, thronum Dei et palatium, et pontem ad divinam vitam traducentem eos qui concinunt: Benedicat omnis creatura Dominum, etc.

Στάμνον σε τὸ θεῖον μάννα κεκτημένην τῆς Θεότητος ἔγνωμεν, Κόρη, κιβωτὸν, καὶ τράπεζαν, καὶ λυχνίαν, θρόνον Θεοῦ, καὶ παλάτιον, γέφυραν μετάγουσαν πρὸς θείαν ζωὴν τοὺς ἀναμέλποντας· Εὐλογείτω ἡ πᾶσα κτίσις τὸν Κύριον.

O Domina universis sublimior, fac me passionum malitia superiorem, dum te verissimam Deiparam glorifico, et partum tuum hymnis celebro, o immaculata, Deo charissima, incomprehensibiliter honoratum.

Πάντων ὑπερτέρα, Δέσποινα, τῆς τῶν παθῶν κακίας δεῖξον ὑπέρτερον τὸν δοξάζοντα καναληθῆ σε Θεοτόκον, καὶ ὑμνοῦντα τὸν τόκον σου, ἄχραντε, τὸν ἀκαταλήψιᾳ, θεοχαρίτωτε, τιμώμενον.

Digitized by Google

Ἐκ τοῦ Κανόνος τοῦ Σαββάτου τῆς ἑβδομάδος ε', εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ex canone in Sabbato hebd. v, ad Matutinum.

Tu quæ sola es omni laude dignissima, iis qui te fideliter laudant, precare ut concedatur peccatorum remissio, et divinorum charismatum distributio, et Verbum sanctissimum exora.

Ἡ τοῦ νόμου τὸν Δοτῆρα, Ἀειπάρθενε κυήσασα, ἱκέτευε τὰς ἀνομίας ὑπεξᾶραι πάσας ἐν καιρῷ τῷ νῦν ἐνεστῶτι τοῖς καλῶς προαιρουμένοις ἐξασκεῖν θείας νηστείας σπουδήν.

Virgo perpetua, quæ legis Datorem genuisti, eumdem precare, ut e medio tollat omnes iniquitates eorum, qui præsenti tempore in divino jejunio sese sollicite exercere deliberant.

Ἱκεσίαις οἰκτίρμων τῆς κυησάσης σε, καὶ ἁγίων μαρτύρων, καὶ ἀποστόλων σου, φώτισον ἡμῶν τὰς ψυχὰς τοῦ δοξάζειν σε ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς εἰς τοὺς αἰῶνας.

Deprecationibus Genitricis tuæ, o misericors, et sanctorum martyrum et apostolorum tuorum, illumina animas nostras, ut glorificemus te in exsultatione animi per sæcula universa.

Φωνῇ ἀγγέλου βουλῆς τὸν Ἄγγελον τῆς τοῦ Πατρὸς ἀῤῥήτως Θεὸν, Θεοτόκε, ἐκύησας· τὰς φωνὰς οὖν τῶν δούλων σου πρόσδεξαι, ἃς ἐν τῷ τῆς νηστείας χρόνῳ προσάγομεν, καὶ ταύτας προσάγαγε Θεῷ, ὥσπερ θυμίαμα.

Ad vocem angeli Angelum consilii Patris ineffabiliter concepisti, o Deipara : voces ergo suscipe servorum tuorum, quas jejunii tempore offerimus, easque tu Deo offer, instar thymiamatis.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τρίτης τῶν Βαΐων, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ex canone in feria III *in Ramis Palmarum, ad Matutinum.*

Ἀρχὴ σωτηρίας ἡ τοῦ Γαβριὴλ προσηγορία πρὸς τὴν Παρθένον γέγονεν· ἤκουσε γὰρ τὸ, Χαῖρε, οὐκ ἀπέφυγε τὸν ἀσπασμὸν, οὐκ ἐδίστασε ὡς ἡ Σάῤῥα ἐν τῇ σκηνῇ, ἀλλ' οὕτως ἔλεγεν· « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. »

Principium salutis fuit allocutio Gabrielis ad Virginem : audivit enim, Ave. Non refugit salutationem ; non dubitavit ut Sarra in tabernaculo ; sed ita dixit : « Ecce **320** ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. »

Χαῖρε, σοὶ βοῶμεν, τῇ κυησάσῃ τὴν χαρὰν, ἡ κεχαριτωμένη Θεοτόκε Παρθένε, Θεὸν ὃν ἔτεκες δυσώπει λυτρωθῆναι κινδύνων καὶ φθορᾶς τοὺς ἀνυμνοῦντάς σε ἀεί.

At te clamamus, Gaude, quæ gaudium concepisti, o gratia plena Deipara Virgo : Deum, quem peperisti, deprecare, ut liberet a periculis et corruptione eos qui te assidue concelebrant.

Παναγία Παρθένε, σύ με διάσωσον, τῆς ἐμῆς ἀσθενείας γενοῦ βοήθεια, ἡ τὸν θελητὴν τοῦ ἐλέους κυήσασα, ὃν ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Virgo sanctissima, tu me salvum fac, et meæ infirmitatis esto auxilium, quæ misericordiæ amatorem concepisti, quem superexaltamus in omnia sæcula.

Ἐκ σοῦ, Παρθένε θεοχαρίτωτε, τοῖς ἐν νυκτὶ παθῶν κεκρατημένοις ἀνέτειλε τοῦ φωτὸς καὶ εἰρήνης Χριστὸς χορηγός, τὴν ἐξ ἀπροσεξίας λύων παράβασιν, καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν ἡμῖν σαφῶς δωρούμενος.

Ex te, o Virgo Deo charissima, iis qui in nocte passionum detinebantur, exortus est auctor lucis et pacis Christus, transgressionem ex negligentia ortam diluens, et manifeste nobis redemptionem dilargiens.

Ἐκ τοῦ Κανόνος διπλοῦ τῆς τετάρτης τῶν Βαΐων, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Ex canone duplici in feria IV *in Ramis Palmarum, ad Matutinum.*

Τῷ τιμίῳ σταυρῷ τοῦ Υἱοῦ σοῦ φυλαττόμενοι, Δέσποινα ἁγνὴ Θεοτόκε, πᾶσαν προσβολὴν τοῦ πολεμήτορος ἅπαντες ῥᾳδίως ἐκτρεπόμεθα· διό σε καταχρέως δοξάζομεν ὡς Μητέρα τοῦ φωτὸς καὶ μόνην ἐλπίδα τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Pretiosa Filii tui cruce custoditi, Domina casta Deipara, omnem hostis impetum facile omnes evitamus : propterea te pro debito glorificamus tanquam Matrem lucis, atque unicam spem animarum nostrarum.

Μὴ φλαχθεῖσα τῷ πυρὶ τῆς Θεότητος, ἁγνὴ, κατάφλεξόν μου τὰς ὑλώδεις ὁρμὰς τῶν παθῶν, ὅπως πιστῶς, ἁγνὴ, δοξάζω σε.

O casta, quæ a Divinitatis igne nequaquam combusta es, combure materiales affectus passionum mearum, ut cum fide, o casta, te glorificem.

Παρθενομῆτορ ἄχραντε, ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐξ ἧς Χριστὸς ἀνέτειλε, τὸ ζωηφόρον ἄνθος τῶν γηγενῶν, δι' ἧς ἐλυτρώθημεν φθορᾶς καὶ θνητότητος, σὲ ὑμνοῦμεν πάντες, ἁγνή.

Virgo Mater immaculata, virga Jesse, ex qua Christus exortus est, flos, qui vitam protulit terrigenis ; per quam redempti sumus a corruptione et mortalitate ; te universi, o pura, collaudamus.

Ἐν σοὶ, Παρθένε ἁγνὴ, ἐθεωρήθησαν πᾶσαι τοῦ Θεοῦ αἱ πορεῖαι, τοῦ φυλάξαντος τὴν σὴν ἁγνείαν μετὰ τόκον ἐσφραγισμένην σαφῶς εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

In te, Virgo casta, conspectæ sunt omnes viæ Dei, qui conservavit puritatem tuam post partum manifeste sigillatam in omnia sæcula.

Ἰδοὺ πᾶσαι γενεαὶ μακαρίζομέν σε, ἄχραντε, τὰ μεγαλεῖα τὰ σὰ καθορῶντες· σὺ γὰρ τίκτεις ὑπερφυῶς τὸν τοῦ κόσμου παντὸς Ποιητὴν, Θεὸν ὄντα καὶ βροτόν.

Ecce omnes generationes beatam te dicimus, o inviolata, magnalia tua contemplantes : tu enim supernaturaliter paris universis Conditorem Deum et hominem.

Digitized by Google

Inter mulieres tu sola speciosa facta es, o casta omni miraculo superior, quæ pulcherrimum Verbum concepisti. **321** Ipsum ergo deprecare, ut formosam reddat deformitatem cordis mei.

Puerperam virginem quis audivit, et matrem sine viro? Tu efficis hujuscemodi prodigium, Maria : sed dicito mihi, quomodo? Ne scruteris profunda divini partus mei. Verissimum est hoc; sed ab humana mente comprehendi non potest.

Ex canone in feria v, *in Ramis Palmarum, ad Matutinum.*

Animæ meæ passiones dolorificas et carnis meæ morbos velociter cura, o purissima : mentis meæ siste instabilitatem; et fac me dignum ut cum tranquillitate animi offeram puras preces Regi omnium, et exorem pro remissione lapsuum meorum, o Deipara.

Ex te divina scaturivit aqua immortalitatis et vitæ, o Dei Genitrix purissima et castissima; per quam, bibentes a mortifera siti liberantur.

Te lucis portam fulgidam vidit Propheta, o purissima : lucis enim datorem nobis similem factum ineffabili ratione peperisti, quem superexaltamus in universa sæcula.

In duabus voluntatibus et essentiis peperisti nobis unigenitum Filium Patris, o Puella immaculata, hominem factum, ut nos ille supremus Deus divinæ naturæ participes efficeret.

Ex canone in feria VI, *in Ramis Palmarum ad Matutinum.*

O Virgo purissima, Mater Christi Dei, gladius pertransivit sanctissimam animam tuam, cum crucifixum voluntarie Filium et Deum tuum aspiceres; quem ne cesses, o benedicta, rogare, ut nobis tempore jejunii peccatorum indulgentiam largiatur.

Misericordiæ tuæ stillicidiis irriga, o immaculatissima (50), **322** cor meum flamma peccati liquefactum; et exstinctam cordis mei lucernam, tu quæ es porta lucis, accende.

Sacræ prophetarum voces te prædicant symbolice, o Virgo, portam, et montem, et tabernaculum sanctum : lucis nubem, ex qua sedentibus in tenebris et umbra exortus est sol, unicus lucis dator.

Tremendus est partus tuus, o Deipara Mater Christi : propterea beatam te fideliter appellamus, et venerabiliter glorificamus generationes generationum in sæcula. Amen.

Ἐν γυναιξὶ σὺ μόνη ὡραιώθης, ὦ ὑπερθαύμαστε ἁγνή, ὡραιότατον τὸν Λόγον ἀποκυήσασα, τὸν ὑπὲρ πάντας φανέντα βροτοὺς ὡραῖον. Αὐτὸν οὖν ἐκδυσώπει τὸ εἰδεχθὲς καθωραΐσαι, Παρθένε, τῆς καρδίας μου.

Παιδοτόκον παρθένον τίς ἤκουσε, καὶ μητέρα πλὴν ἀνδρός; Μαρία, ἐκτελεῖς τὸ τεράστειον, ἀλλὰ φράζε μοι τὸ πῶς; Μὴ ἐρεύνα τὰ βάθη τῆς θεοτοκίας μου· τοῦτο πανάληθες, ὑπὲρ δὲ ἀνθρώπινον νοῦν ἡ κατάληψις.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης τῶν Βαΐων, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Τῆς ψυχῆς μου τὰ πάθη τὰ πολυώδυνα, καὶ σαρκός μου τὰς νόσους ἐν τάχει ἴασαι, τὰς τοῦ νοός μου ἐκτροπὰς στῆσον, πανάμωμε, καὶ ἐν γαλήνῃ λογισμοῦ εὐχὰς προσφέρειν καθαρὰς τῷ βασιλεῖ τῶν ἁπάντων ἀξίωσον, Θεοτόκε, καὶ ἐξαιτεῖσθαι πταισμάτων ἄφεσιν.

Ἐκ σοῦ τὸ θεῖον ὕδωρ ἀνέβλυσεν ἀθανασίας καὶ ζωῆς, Θεοκυῆτορ πανάμωμε, οὗ οἱ γενόμενοι, δίψης ἁγνῆ, θανατηφόρου ῥυσθήσονται.

Πύλην σε φωτὸς πεφωτισμένην βλέπει ὁ προφήτης, πανάμωμε· τὸν φωτοδότην γὰρ τίκτεις ἀφράστως ἡμῖν ὁμοιωθέντα, ὃν ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ἐν δυσὶ θελήσεσι καὶ οὐσίαις τέτοκας ἡμῖν Υἱὸν τὸν μονογενῆ, Κόρη, τοῦ Πατρός, γενόμενον ἄνθρωπον, ἵνα ἡμᾶς δείξῃ κοινωνοὺς φύσεως, ἄχραντε, θείας ὁ ὑπέρθεος.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς παρασκευῆς τῶν Βαΐων, εἰς τὸν Ὄρθρον.

Παρθένε πανάμωμε, Μῆτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ῥομφαία διῆλθέ σου τὴν παναγίαν ψυχήν, ἡνίκα σταυρούμενον ἔβλεψας ἑκουσίως τὸν Υἱὸν καὶ Θεόν σου, ὃν, εὐλογημένη, δυσωποῦσα μὴ παύσῃ, συγχώρησιν πταισμάτων καιρῷ νηστείας δωρήσασθαι.

Ῥανίσι τοῦ ἐλέους σου κατάρδευσον, πανάχραντε, τὴν ἐκτακεῖσάν μου καρδίαν φλογμῷ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὸν ἐσβεσμένον μου τῆς καρδίας ἄναψον λύχνον, πύλη τοῦ φωτός.

Ἱεραί σε τῶν προφητῶν κηρύττουσι φωναὶ συμβολικῶς πύλην καὶ ὄρος, καὶ σκηνὴν τὴν ἁγίαν, φωτὸς νεφέλην, ἐξ ἧς τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ καθημένοις ἀνέτειλεν ἥλιος, Παρθένε, ὁ μόνος φωτοδότης. Φρικτή σου ἡ λοχεία, Θεοτόκε Μῆτερ Χριστοῦ· διό σε μακαρίζομεν πιστῶς, καὶ δοξάζομεν σεπτῶς αἱ γενεαὶ γενεῶν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

(50) Cum vox immaculatæ et multo magis immaculatissimæ, æque ac vox virginitatis innocentiam quamdam nunquam labe opposita contaminatam sonet, perspicuum est S. Josephum, dum Virginem absolute immaculatam, atque immaculatissimam toties nominavit, voluisse nunquam ullam ei inexstitisse peccati maculam, ac proinde nec originalem quidem, quæ teterrima est atque mortalis. Unde ex mea sententia, non bene aliqui, qui Virginem quidem recte dici immaculatam admittunt, conceptionem tamen negant dicendam esse immaculatam. Nam si Virgo est immaculata, ergo nunquam inquinata est ulla macula etiam originali in conceptione, cum conceptio non sit subjectum maculæ originalis, sed sit actio nectens animam corpori, vel utriusque unio, in qua non cadit macula, sed in animam, prout substantem illi actioni vel conceptioni. Vide P. Theophilum Raynaudum in opere prænotato: *Pietas Lugdunensis erga immaculatam B. Virginis Conceptionem.*

Digitized by Google

EJUSDEM S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI

THEOTOCIA (51)

Sive Allocutiones ad beatam Virginem Deiparam.

Ex canone feriæ II *hebd.* II (*a*).

Cum Christum ex mortuis secundum carnem resurgentem vidisses, o Dei genitrix, gaudebas. Sed nunc cum affectu ad te clamo, o casta, gratulabundus, ut eumdem deprecceris ut mihi concedat in futuro sæculo divinam tuam advocationem ac patrocinium reperire.

In ulnis ferens Christum ex te corporatum, Virgo, ipsum roga ut ulnis me colligat nunc errantem per omnia abrupta vitæ, ac passim quotidie per negligentiam offensantem.

323 Obstupescit universus orbis, Domina, ad cogitatione superius mysterium partus tui. Paris enim Emmanuelem vere Deum immaculatissima (52), eumdemque propter nos hominem, qui cruce sua solvit tyrannidem mortis.

Ex canone feriæ III *hebd.* II.

O miracula! o stupore plenum nuntium! Paris enim carne Deum, qui solvit mortis vincula, et corruptione homines liberavit, Virgo apud Deum gratiosissima.

Viso quem peperisti Deo cum resurgeret ex mortuis, apparuisti gaudio plena, Virgo Maria : illum A igitur ora, Virgo, ut ex corde nostro dolorem penitus omnem abstergat.

Lumen inocciduum splendens ex mortuis cum vidisses, gaudio repleta es magno, et congavisa es, Virgo, sanctissimis discipulis, cum quibus nobis impetra remissionem innumerabilium culparum, Deipara tutela fidelium.

Ex canone feriæ IV *hebd.* II.

Spectata es superior angelis, cum Deum corporasses crucifixum sepultum, et mortuis incorruptionem, o Virgo, largientem : Quem deprecare ut servet nos laudantes te.

Mortificato tuus, o Virgo, Filius inferno, sicut prædixerat, e mortuis surrexit. Illum ora, ut a peccati et supplicii pernicie liberet omnes qui ad te in fide clamant.

Lætissimum totum, forma incomparabilem, ut Sponsa conspicata, Virgo e tumuli thalamo in carne procedentem, gaudio repleta es. Quem supplica ut corruptione ac pœna nos liberet.

324 *Ex canone feriæ* V *hebd.* II.

Qui te ut templum pulcherrimum condidit Jesus (53), Rex maximus, descendens in inferos tene-

(51). In pervetusto codice pergamenaceo Græce ms. celeberrimæ bibliothecæ Barberinæ n. 118, præter Triodium (de quo supra diximus) a pag. 217 et deinceps, exstat aliud Triodium, quod incipit ab Antipaschate (seu ab octava Paschæ, nimirum a feria 2 post Dominicam in Albis) usque ad Dominicam omnium Sanctorum, quæ apud Græcos est prima post Pentecostem, cum sua hebdomada sequenti : et, præterquam quod in ipso titulo præfert auctorem Josephum, canon feriæ 2 hebdomadis 2, hanc habet acrostichidem : *Canit ista Joseph.* Hoc Triodium (quod tanquam pretiosissimum thesaurum mihi detexit vir clarissimus, a me alias, licet non pro meritis, laudatus Leo Allatius et D. Carolus Moronus, eminentissimi D. Francisci Barberini S. R. E. cardinalis vice cancellarii bibliothecarius, vir eruditissimus, et non solum de me, sed de plumis hominibus eruditis optime meritus, et merens, mihi humanissime communicavit) præter canones trium odarum (a quibus Triodium denominatur), habet etiam canones tetraodios, id est quatuor, ne canones integros, novem odarum. Et licet in eo quædam sint folia abscissa, atque alicubi character ob antiquitatem ita consumptus, ut vix legi possit, Theotociis tamen, quæ remanserunt, et legi potuerunt, Lectorem fraudari non sum passus, sed ea, ut Marianis cultoribus prodessent, ex prædictis canonibus fideliter excerpta, et partim a P. Petro Possino soc. Jesu theologo viro doctissimo ac eruditissimo, partim vero a P. Ludovico Maracclo fratre meo, de Græco in Latinum sermonem translata, supra in hoc opere exhibui :

(52). Licet vox immaculata, sæpissime a Josepho nostro B. Virgini tributa, et quod sit negativa, et juxta suæ significationis amplexum, totius ac cujuslibet maculæ carentiam comprehendat : frequenter tamen idem Josephus ipsam B. Virginem etiam immaculatissimæ titulo appellavit, ut perspicue intelligatur, eamdem B. Virginem fuisse in omni genere puram, ac omnem puritatem possibilem attigisse, quam nequaquam attingere, si impuritatem originalem admisisset. Huic Matthæus Cantacuzenus imperator in Canticum canticorum firmiter adhærens B. Virginis totali puritati *Super immaculatam*, quasi dicere voluerit ascendisse supra omnem puritatem creatam, adhuc ultra justitiam etiam originalem, si fieri posset. Favet S. Eustachius Antiochenus in Hexaemeron, dum ibi Virginem appellat *Acrantos* quæ dictio est totius puritatis ac omnis maculæ exclusionis significativa. Quapropter vir eruditissimus Leo Allatius ejus interpres et commentator dicit quod significat, quod *Tota pulchra est, nec ullam admittit omnino maculam.* Et Lexicon locupletatum a Budeo ducit, quod significat : *Nulla aspersus macula, nulla labecula notatus.* Vide Nicrembergium in Exceptionibus cap. 6 et 13.

(53). Si B. Virgo ut templum pulcherrimum a Deo est condita, nullo pacto dum conderetur, idest dum conciperetur, contraxit originale peccatum, quod non solum omnem amovet ab anima pulchritudinem, sed eam macula inficit atque deturpat. Hinc Thomas de Kempis serm. 25 ad Novitios ait : « Spirituale Dei Templum, quod est B. Virgo Maria ab omni labe pura, supra omnia templa sanctorum prænitet. » Sed optime S. Gregorius Nazianzenus in Epist. ad Nemesium, dum inquit : « In multorum hominum ore hic sermo versatur, Deum hominem, id est, Christum, ex Virginis sinu ortum esse, quem, id est sinum Virginis, Spiritus sanctus, cum Dei magni templo coagmen-

(*a*) Hic canon, ut alii infra nonnulli, Græce non exstat in Pentecostario Græcorum.

Digitized by Google

brosum habitaculum vacuum fecit, incorrupta Deipara Virgo, ad resuscitandum mortales ut omnipotens.

Vidisti e mortuis excitatum, Virgo, quem carne ineffabiliter conceperas Verbum, et gaudio anima repleta es, illius condescensionem ac demissionem hymnis exaltans, o casta, in sæculum.

Lumen allucens sedentibus in umbra mortis cum peperisses, e mortuis ut vidisti exoriens, immaculata (54), cum mulieribus cunctis unguenta ferentibus glorificabas, choros ducens.

Ex canone feriæ VI *hebd.* II.

Sanctum Dominum virtutum incorrupta peperisti (55), Eum qui evacuavit inferorum regiam, quique resurgens secum resuscitavit hominum massam.

O cœlis excelsior, Cherubim superior, pretiosiorque mundo toto, sanctissima Virgo, intercede pro iis qui te in fide semper glorificant.

Mortuos nos peccatis, quæ vitam æternam peperisti, Deipara, vivifica, et prospera ut faciamus quæ ad veram vitam conducunt, ut fideliter te semper beatificemus.

Ex canone Sabbati hebd. II.

Domina omnium (regem enim Deum concepisti, o casta) vere tu es, o immaculatissima : illum deprecare pro servis tuis.

Quomodo peperisti, Virgo, Creatorem tuum?

tavit templum sanctum exstruens, Mater enim Virgo templum Christi fuit, Christus autem Verbi. » Quem locum afferens Gregorius de Valentia tom. IV in 3, p. d. 2. q. 2, a. 1, subdit : « De ipsa etiam Virgine, quatenus fuit templum Dei, dicere videtur, quod fuerit sancta exstructa, id est formata. Sic ille. Consonat S. Proclus orat. VI in qua locutus de Josepho, dixit : « Non meminerat potuisse eam (Mariam) effici Dei templum, quæ ex mundo erat formata luto : » quasi diceret, Mariam Dei templum effectam, quia ex mundo luto formata, id est, sine originali labe concepta. De puritate originali hujus templi locutus Joannes Taulerus in serm. de Purific. dixit : « Prævenit hoc sapientia æterna, nolens electissimum templum suum aliqua labe aspergi. » Porro (ut in suo *Mariali* serm. 6, de Concept. B. Virginis inquit Bernardinus Bustensis) sapiens architectus volens præclarum aliquod atque admirabile palatium construere, diu prius in mente sua præconcipit illud, antequam ipsum erigat, et adesse producat. Deus ergo, qui omnium est artifex, omnia prospiciens, ut dicitur Sap. 1, volens Filio suo templum virgineum fabricare atque domum sibi dignam construere, prius, id est ab æterno præordinavit illam præservare a submersione originalis peccati, ne, si in illo inficeretur, Majestati suæ incongrua habitatio redderetur. Si enim præservavit corpus ejusdem Virginis ab omni corruptione, multo magis præservavit ejus animam, quæ excellentius dicitur templum Dei, quam corpus. Unde Ambrosius in I libr. *De Virginibus* ait : « Nam si corpus Virginis Dei templum est, anima ejus quid est? » quasi dicat multo dignius templum. Et post multa : « Gloriosa Virgo Maria figurata est per domum, et templum, quod Salomon ædificavit Deo, de qua habetur III Reg. VI. Sed templum materiale dicitur sanctum juxta illud Psal. X : *Dominus in templo sancto suo.* Ergo et ipsa Mater Dei fuit sancta et nunquam maculata. Unde de ipsa dicitur illud Aggæi II : *Magna erit gloria domus illius novissimæ plus quam primæ.* Et ideo de ista domo divina, scilicet benedicta Virgine, dicit David Psal. XCII : *Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudine dierum.* Quod non esset verum si aliquando fuisset peccato infecta. Similiter falsum esset illud, quod dicitur III Reg. VI, in figura Virginis, scilicet, nihil erat in templo, quod non auro tegeretur, id est, charitate vestiretur. Falsum etiam esset illud, quod in eodem capite scriptum est, scilicet : *Malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo Domini cum ædificaretur.* Non ergo malleo peccati originalis, vel securi, vel aliis ferramentis peccati actualis fuit benedicta Virgo percussa, vel vulnerata. » Sic Bustus : « Merito (inquit P. Simon Vuagnerek in *Mariana Pietate Græcorum*, n. 196, ubi Mariam Salomonis templo assimilat) a prima sui origine intaminatum fuit hoc templum, neque enim homini habitatio præparatur, sed Deo. » (I *Paral.* XXIX, 1.) Et P. Hieronymus Lanuza ord. Prædic. ad probandum, B. Virginem sine originali peccato fuisse conceptam, dixit inter alia : « B. Virgo adumbrata fuit insigni illo templo per Zorobabel ædificato, cujus ore Spiritus sanctus edixit : *Manus Zorobabel cæperunt ædificare Domum istam.* (*Zachar.* IV, 9.) » B. Hieronymus tradit Zorobabelis nomen significare *Magistrum insignem in Babel* : et ad Christum referri : *Vos vocatis me Magister, et bene dicitis.* (*Joan.* III, 13.) Manus illius duæ in efformanda Virgine, quando concepta fuit, operam dederunt. Non ait *manus* in singulari : quia ambas ad hanc ædificationem adhibuit. Non solum manum, cujus ope esse naturale concedit, sed etiam alteram, quæ confert esse gratiæ. In efformatione nostra manum primo adhibet, cujus ope confert esse naturale, quod operatur in conceptione nostra : alteram deinde manum, qua esse spirituale, et sic in illam facilis patet dæmonis ingressus, quia tunc temporis unica tantum Dei manus adhibetur. Verum in conceptione Virginis duabus simul manibus usus est Deus; illa, quæ confert esse naturæ humanæ; ista, qua esse supernaturale gratiæ : *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* (*Cant.* VIII, 3.) Sinistra respectu bonorum naturalium, dextra respectu bonorum gratiæ, quibus Virginem circumdedit, quemadmodum agere solet qui alium amplectitur, et manu utraque extensa constringit. Sic Lanuza. Vide Bartholomæum de los Rios in *Horizonte Mariano* tract. 1 cap. 6.

(54) Titulus *immaculatæ*, quem Josephus Noster toties B. Virgini attribuit, optime explicat exemptionem, et immunitatem a peccato originali in B. Virgine, quod recte animadvertit Hieronymus ab Angesto lectura 3, sui *Propugnaculi*, ubi probat non posse Virgini titulum *Immaculatæ* competere, si per instans illam macula piaculi originalis attaminasset. Idcirco nunquam Ecclesia sanctorum cuipiam, si Christum demas et Virginem, titulum *Immaculatæ* attribuit per modum cognominis, et absolute prolati, qui titulus nititur illis Canticorum verbis cap. IV : *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Ubi omnem puritatem Naturæ communicabilem innuit, et omnem maculæ notam ab ea procul arcet, ut videre est apud Christophorum de la Vega in *Theologia Mariana*, Palæstra 4, certam. 3, n. 519.

(55) Ex D. Thoma p. p. q. 98, a 2, ad 4, parere sine dolore et læsione virginitatis, est effectus connaturalis justitiæ originalis, et status innocentiæ. Ergo si Virgo incorrupta, hoc est sine dolore et læsione virginitatis peperit sanctum Dominum Virtutum, non contraxit peccatum originale. Vide pro hoc argumento Andream Peruzzinum in *Analysi purissimæ Conceptionis*, pag. 165, et Ludovicum Crespi a Boria in *Propugnaculo theologico pro definibilitate immaculatæ Conceptionis B. Virginis Mariæ*, pag. 62 et 63.

Digitized by Google

Inopinatum, **325** et ineffabile miraculum! Ubi enim Deus vult, vincit ordinem naturæ.

Celebramus te mortalium genus ut omnium salutem, o Laudabilissima (56), ad vitam revocati. Per te siquidem omnes maledictionis mortis liberationem nacti sumus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς β', ἀπὸ τοῦ Πάσχα· τῶν ἁγίων γυναικῶν μυροφόρων, καὶ Ἰωσὴφ τοῦ δικαίου.

Τὴν ἀρχαίαν ἀρὰν ἐν γαστρί σου λύσασα, σεμνή, ἀνεβλάστησας ἡμῖν τὴν εὐλογίαν, βρέφος τεκοῦσα· οὗτος γὰρ Θεός ἐστι, καὶ σάρκα φορεῖ.

Μακαρία εἶ, σεμνή, ἡ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ, ἐξ ἧς ἡ ῥάβδος καὶ τὸ ἄνθος ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα δι' ἡμᾶς ἀνεβλάστησας. B

A Expers naturæ legum, et matrum usum nesciens peperisti filium sine dolore, Virgo, qui te manu sua in matris utero formavit. Unde omnes generationes merito laudantes te semper beatam prædicant.

Ex canone Dominicæ secundæ post Antipascha, Sanctarum mulierum unguenta ferentium, et Josephi justi.

Antiquam maledictionem in tuo ventre solvens, o veneranda, germinasti nobis benedictionem Christum pariens. Hic enim Deus est, et carnem gestat.

Beata et venerabilis ex radice Jesse, ex qua virga, et flos Christus secundum carnem propter nos germinavit.

Magnalia (57) tua, o incontaminata, quis prædicare sufficiet? Quis dicat terrigenarum ut Creatorem conceperis corruptionis expers, solventem vincula multorum criminum? potest enim quæcunque vult facere.

Σὲ τὴν ἀσπόρῳ κυήσει γεννήσασαν ὑπὲρ φύσιν τὸν καινίσαντα τὴν φύσιν Χριστὸν τὸν μόνον Δεσπότην ἀνυμνοῦμεν οἱ πιστοί.

Γαστρὶ ἀγεωργήτως συνέλαβες, ἁγνὴ, τῆς ἀφθαρσίας τὸν βότρυν ὡς ἄμπελος, ἐξ οὗ τῆς ἀθανασίας οἱ κρουνοὶ ὡς οἶνον ἡμῖν πηγάζουσι τὴν αἰώνιον ζωήν.

Ἐν τῇ γαστρί σου, ἄχραντε, πῶς ἐχώρησας βρέφος, ὃν τρέμουσι δυνάμεις αἱ τῶν ἀγγέλων ὡς Θεόν; εἰ μὴ ὡς ἠβουλήθη, ὡς οἶδεν, ἐσκήνωσεν, πάντας θέλων σῶσαι τοὺς ἐξ Ἀδὰμ γηγενεῖς, λύσας C τὸν Ἀδὰμ τῆς ἀρᾶς ἐκείνης τῆς διὰ βρώσεως πικρᾶς.

Te seminis experte conceptu enixam supra naturam eum, qui innovavit naturam Christum solum Dominum prædicamus fideles.

Ventre sine cultoris opera Christum concepisti incorruptionis botrum, ut vitis : ex quo immortalitatis fontes, ut vinum, nobis fundunt æternam vitam.

In tuo utero, o immaculata, quomodo continuisti infantem illum, quem, utpote Deum, angelicæ potestates contremiscunt? Certe, ut ipse voluit, ut ipse novit, in me habitavit, cupiens salvare universos ex Adam **326** prognatos, qui Adam ipsum ab illa maledictione absolvit, quæ ex amaro cibo provenerat.

Ἐν τῇ γαστρί σου, ἁγνὴ, τὸν ἀείζωον ἄρτον φυραθέντα ἀφύρτως ἐν φυράματι ἡμῶν ἐγέννησας ἀτρέπτως ἕνα Χριστὸν τὸν Θεὸν ἐν δυσὶ ταῖς οὐσίαις.

In tuo ventre, casta, semper vivum panem sine fermento commistum massæ nostræ genuisti, immutabiliter unum Filium, et Christum in duabus substantiis.

Εὐφραινέσθω Ἰεσσαὶ, χορευέτω καὶ Δαβίδ· Ἰδοὺ γὰρ ἡ Παρθένος, ἡ θεόφυτος ῥάβδος ἐβλάστησε τὸ ἄνθος τὸν ἀείζωον Χριστόν.

Gaudeat Jesse, choros agat et David : Ecce enim Virgo divini satus virga germinavit florem semper vivum Christum.

Ex canone feriæ II, hebd. III.

Vidisti Christum ex mortuis exortum Justitiæ Solem, Deo gratissima, quem roga, ut omnium te laudantium corda illuminet.

Sacerrimis te vocibus Dei Matrem glorificamus,

(56) Inter alias Laudes, quas B. Virgini laudabilissimæ attribuere debemus, ut ab ea favores et gratias reportemus, haud postrema esse debet ejus Immunitas a peccato originali. Unde in Missali Romano antiquo apud Balinghem in *Parnasso Mariano*, pag. 25, canebatur; D quod ex Horis B. Virginis secundum usum Romanum affert idem Balinghem loco citato pag. 34, his verbis Deipara salutabatur :

Nos ergo dulci carmine
Laudemus in hac Virgine
Conceptum sine nubilo.
Hanc conceptam ex semine
Et mundam ab origine
Laudet chorus cum jubilo,
Ut mota dulci modulo
Nos servet in hoc sæculo
Mundos ab omni crimine.
Et in mortis articulo
Liberet a periculo
Et inferni voragine.

Ave, Regina cœlorum
Inter omnes mitissima:
Ave, decus Angelorum
Inter omnes pulcherrima,
Simul et Archangelorum
Omni laude dignissima,
Quæ concepta es vitiorum
Sine tabe, purissima.

(57) Cum nemo neget per appellationem « Incontaminatæ » affirmari a Josepho, et aliis Patribus puritatem actualem B. Virginis, ita ut nunquam vel veniali culpa fuerit infecta; cur non etiam significetur puritas originalis, cum multo plus contaminet originale peccatum, quam veniale?

Et in quodam Officio de Immaculata Conceptione,

Digitized by Google

ut supernis ordinibus manifeste sanctiorem, et divinum pontem transmittentem mortales ad supermundanos choros.

Lucis genitrix Virgo, divina tua luce illustra cogitationes nostras et corda : intercessionibus tuis perturbationum caliginem dissipans, et omnes per gratiam participes faciens diei vespere carentis.

Ex canone feriæ III, *hebd.* III.

Omnia continentem concepisti, immaculata Domina. Eum qui contrivit portas inferi, et qui resurrexit, sicut dixerat, die tertio.

Tu es omnium vita : tu vivorum, et mortuorum, consolatio, o Verbum, gaudium, et illuminatio, quæ effulsisti ex Virgine, et die tertia gloriosus e sepulcro resurrexisti.

Viso e mortuis resurgente, Deipara, tuo Filio, et Deo, repleta es gaudio gaudii lætitiæque omnium causa. Propterea **327** te lætanter omnis anima celebrat, et glorificat semper, o Virgo.

Ex canone feriæ IV, *hebd.* IV.

Gladius animam tuam, Virgo immaculata, pertransiit, quando Christum cruci affixum vidisti : Exsultasti autem eumdem e sepulcro conspicata redivivum.

Te splendidam nubem spiritualis solis, Deo gratissima, laudantes prædicamus. Corda nostra illumina, tenebras e cunctis expellens negligentiæ, et perturbationum, o Dei Sponsa.

O maculæ plane omnis expers (58), roga sine intermissione Christum Deum nostrum, ut eos qui te semper beatam prædicant, liberet e tentationum, et perturbationum procella, et tenebris laqueisque insidiose perplexis diaboli.

Sanctum sanctorum supra mentis captum genuisti, o Deipara, qui sanctificationem, redemptionem, et remissionem peccatorum fidelibus, Te mediante, concedit, qui illius resurrectionem glorificant.

Ex canone feriæ V, *hebd.* III.

Luctus tibi, immaculata Virgo, conversus est in gaudium, quando vidisti tuum Filium, et Dominum Christum e mortuis die tertia gloriose resurgentem, et mundum illuminantem.

Apparuisti capacior cœlis, o Virgo, Deum complexa, qui sub terra condi sustinuerat, et mira bonitate morte propria immortalitatem omnibus largitus fuerat, quem pie glorificantes te, ut par est, beatam appellamus.

328 *Ex canone in Parasceve hebd.* III.

Sanctifica corda nostra, sanctissima Dei sponsa (59), quæ vidisti sanctissimum Deum Verbum, e morte resurgentem, et in lætitia clamasti : Omnis substantia laudet Dominum.

Apparuisti, Virgo Mater, aurora Solis Justitiæ : quem cum vidisses excitatum e mortuis, sicut dixerat, et mundum totum illustrantem, gavisa es, o sancta, laudans illum ut benignum.

Præter naturæ legem peperisti ineffabiliter Verbum Deum; Quem impiorum consilio, Domina inculpatissima, crucifixum, sepultum, et resurgentem e mortuis ut vidisti, repleta es gaudio, eum pro nobis rogans laudantibus te.

Ex canone in Sabbato hebd. III.

Puerum peperisti tu quidem, sed Virgo permansisti.

(58) Deiparam Virginem Mariam, omnis plane maculæ, etiam levissimæ peccati actualis, semper expertem fuisse, extra controversiam est : valde enim decuit ut illa, cui tanta cum Christo affinitas, et conjunctio fuit, nullo unquam actualis peccati etiam venialis macula fuerit contaminata, ut optime argumentatus est D. Thomas 3, p. q. 27, a. 4. Ergo Deipara multo magis debet fuisse expers a macula peccati originalis, cum longe magis dedeceat Dei Matrem macula mortalis, cujusmodi est peccatum originis, quam macula venialis, quæ tametsi est voluntaria (non item originalis), tamen levicula est, nec hominem a Deo alienat. Præterquam quod ex immunitate maculæ cujusvis peccati actualis in Deipara, recte infertur immunitas a macula peccati originalis, ex doctrina magni Patris Augustini, quæ fert peccata actualia esse infelicia germina peccati originalis, ita ut ubicunque peccatum actuale invenitur, præcesserit originale, ubi autem nullæ unquam sordes actualis, saltem venialis, reperiuntur, defuerit originale. Ita enim loquitur Augustinus, lib. V *contra Julianum* c. 9 : « Illud sane magnum verumque dixisti, eum posuisses testimonium Apostoli dicentis : *Qui peccatum non fecit :* notandum esse, quod judicaverit Apostolus sufficere ad ostendendum in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit nullum eum fecisse peccatum. Ut doceret, inquis, quia qui non fecit, habere non potuit, omnino verissimum est. Profecto enim peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. Nam propterea nullus est hominum, præter ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominum, præter ipsum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis exortu. » Sic ille. Ex cujus doctrina liquet peccatum originis subsequentia habere peccata actualia, et e contrario in Adami posteris, ubi nullæ reperiuntur actuales maculæ, non antecessisse originalem. Cum igitur B. Virgo maculæ cujusvis peccati actualis semper fuerit plane expers, sequitur manifeste, quod fuerit etiam plane expers maculæ peccati originalis.

(59) Atque idcirco sine originali peccato concepta. Nam ut inquit Bernardinus de Busto in *Mariali* serm. 7, *de Concept.* parte II, « Decens fuit et consonum rationi, ut Sponsa castissima Dei, nunquam careret gratia sui Sponsi, sed semper jungeretur illi glutino charitatis, ita ut nec quidem per momentum inter ipsam, et Sponsum inimicitia contraheretur, nec divortium fieret. Si autem in peccato originali fuisset Benedicta Virgo concepta, pro illo tunc non fuisset ejus amica, sed inimica, et a Sponso suo divertisset, et separata fuisset. Sed inter ipsam, et Deum semper fuit amicitia et dilectio. Unde ipsa inquit Cant. VI : *Ego Dilecto meo, et Dilectus meus mihi*, scilicet conjunctus est, et semper fuit unitus. Ergo sine peccato concepta fuit. » Sic Bustus. Hinc S. Petrus Chrysologus in serm. *de Annun.* n. 140, dixit : « Pervolat ad Sponsam festinus interpres, ut a Dei Sponsa humanæ desponsationis arceat, et suspendat affectum : neque auferat a S. Josepho Virginem, sed reddat Christo, cui est in utero pignorata cum fieret. » Quibus verbis non solum supponit, sed etiam expresse fatetur Virginem Dei Sponsam caruisse peccato originali : nam si cum hoc concepta fuisset in utero cum fieret, id est, cum concipereturn, non fuisset pignorata Christo, sed dæmoni.

Digitized by Google

sisti, sicut eras antequam pareres, Incorrupta Virgo Deipara. Nam Deus, quem peperisti, naturam innovavit.

Tibi et soli convenit, ut salutis, et gaudii procuratrici, illud quod angelus attulit, Ave, quod cum fide tibi recinimus, Maria semper Virgo.

Liberata per te est prima Parens antiqua maledictione. Non jam amplius illa in dolore pariet. Tu

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς γ', τοῦ παραλύτου.

Τὴν τιμῶσαν ταύτην, ἁγνὴ, πόλιν σε πάντοτε πιστῶς περίσωζε κινδύνων ἀλώσεως Βαρβάρων, πολέμου ἐμφυλίου, καὶ μαχαίρας, καὶ πάσης ἄλλης ἀπειλῆς.

Ἄσπορον ἔσχες σύλληψιν, καὶ ὑπὲρ νοῦν τοκετὸν, Παρθενομῆτορ ἄχραντε· ἔργον φρικῶδες, θαῦμα μέγιστον, ἀγγέλοις τιμώμενον, βροτοῖς δοξαζόμενον, Κόρη Δέσποινα.

Ἡ ἁγνὴ, πῶς θηλάζεις; πῶς δὲ ἐγέννησας βρέφος τοῦ Ἀδὰμ ἀρχαιότερον; πῶς ἐν ἀγκάλαις φέρεις υἱὸν, τὸν ἐπὶ ὤμων Χερουβικῶν φερόμενον· Ὡς ἐπίσταται, ὡς οἶδεν ὁ τὸ πᾶν οὐσιώσας.

Τὴν ἄσπορον λοχείαν σου, ἁγνὴ, τὴν ἀκατάληπτον ὑμνοῦμεν γέννησιν, μακαρίζοντες ὡς Μητέρα σε τοῦ Ποιητοῦ πάντων καὶ Δεσπότου.

Ὁ πάντα θείῳ νεύματι φέρων κρατεῖται, Θεοτόκε Παρθένε, ἐν ταῖς ἀγκάλαις σου, πάντας ἡμᾶς ἁρπάζων χειρὸς δουλείας τοῦ πονηροῦ, ὡς οἰκτίρμων.

Παρθενεύεις τεκοῦσα ὑπὲρ λόγον τὸν πρὸ πάντων αἰώνων γεννηθέντα ἐκ τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς ἀῤῥεύστως. Διὰ τοῦτο, ἁγνὴ, σὲ μακαρίζομεν.

Τόμον σε πάλαι ἐθεάσατο Ἡσαΐας, Ἀειπάρθενε, ἐν ᾧ δακτύλῳ τοῦ Πατρὸς Λόγος ἄχρονος ἐγέγραπτο, ἐκ πάσης ἀλογίας σώζων ἡμᾶς, τοὺς λόγοις σε ἱεροῖς ἀνυμνοῦντας.

Φωτοφόρου προῆλθε γηδύος σου μέγας ὁ Ἥλιος Χριστὸς, καὶ τὸν κόσμον ἐφώτισεν, ἄχραντε, ἐπιλάμψεσι φαιδραῖς, καὶ τὸ σκότος ἐξῆρε τὸ τῆς παραβάσεως· ὅθεν ὑμνοῦμέν σε πάντων ὡς αἰτίαν καλῶν, θεονύμφευτε.

enim sine dolore, Dei Genitrix, Christum peperisti. Quare te merito felicem prædicamus, et Dominum glorificantes laudamus.

Ad te ipsum recepisti gentem sanctam, eos, qui erant longe a te faciens prope corpore a Virgine suscepto, o Salvator, et non populum tuum vocasti populum tuum divinum; propterea omnes te nunc adoramus, o omnipotens.

329 *Ex canone Dominicæ* III, *in Paralyticum.*

Urbem hanc, quæ te, o Virgo, semper fideliter adorat, tu undequaque tuere a periculis captivitatis Barbarorum, civilium bellorum tenebris, a gladio, atque infaustis omnium malorum augu-
B riis.

Seminis expertem habuisti conceptum, partum vero cogitatione superiorem, incorrupta Dei Mater. Opus stupendum, miraculum maximum, ab angelis honoratum, ab hominibus glorificatum, Virgo Domina.

Quomodo, Virgo, lactas? Quomodo genuisti parvulum Adam seniorem? Quomodo in ulnis gestas illum qui gestatur supra humeros Cherubicos? Eo modo quem ipse scit et novit, qui rebus universis dedit esse.

Conceptionem tuam sine semine, o casta, partum tuum incomprehensibilem laudamus, Beatam Te nuncupantes, utpote Matrem Dei Factoris omnium ac Domini.

C Qui nutu divino cuncta sustinet, tenetur, Deipara Virgo, tuis ulnis, omnes nos eripiens e servitute diaboli ut misericors.

Virgo perseveras postquam peperisti ineffabiliter genitum ante omnia sæcula sine successione ex Patre principio carente: propterea, casta, te beatam prædicamus.

Librum te olim vidit Isaias, o semper virgo, in quo digito Patris Verbum initio carens conscriptum est, quod ex omni irrationali actu et motu liberat nos sacris te verbis collaudantes.

Prodiit ex lucifera tua alvo magnus Sol Christus, et mundum illuminavit, o immaculata, radiis lætissimis, tenebrasque expulit transgressionis. Unde
D laudamus te ut omnium causam bonorum, o Dei Sponsa.

330 *Ex canone feriæ* II, *hebd.* IV.

Incarnatum Dominum ineffabiliter ex tuo purissimo sanguine, Deipara, et propter nos morte in carne suscepta resuscitatum intuens e sepulcro, cum ingenti gaudio glorificasti et magnificasti.

Concepisti, inculpatissima (60), Eum qui cuncta continet, eum ipsum carne generans qui deinde

(60) Non aliam ob causam B. Virgo dicitur *inculpatissima*, nisi quia fuit prorsus ab omni culpa immunis. Si autem B. Virgo fuit ab omni culpa immunis, ergo non solum ab actuali veniali, ut omnes concedunt, sed etiam, et multo magis, ab originali. Si enim Deus a venialibus culpis B. Virginem non fecisset immunem, nunquam ei inimica, et invisa fuisset, utpote habens in se gratiam sanctificantem, charitatem enim non expellunt leves defectus: at non reddendo immunem ab originali mortali, vi istius fuisset objectum condignum odio Dei, et filia iræ et abominationis. Si a venialibus non reddidisset immunem, adhuc jus retinuisset ad hæreditatem æternam, quæ est clara ipsius visio; at non reddendo immunem a peccati originalis infectione, excluderetur de facto a consecutione, illius gloriæ. Item positis in B. Virgine culpis levibus, minime dici poterat, maledictus dies, et hora in qua concepta fuisset: at originali exsistente vere

Digitized by Google

mortem triduana sua morte spoliavit. Quem ora, ut animæ meæ vitia mortificet, meque salvum faciat.

Serva et libera civitatem ac populum confugientem ad te, Dei genitrix Virgo, quæ Christum peperisti, ex omni adversaria ira, et excidio, incursione gentium, ut te, prout decet, hymnis honorantes magnificemus.

Ex canone feriæ III, *hebd.* IV.

Sicut Aurora Solem in ulnis ferens, Virgo exorta es nobis in nocte sedentibus (61).

Ut Deificaret humanum genus Deus homo factus

dicerétur maledicta conceptio B. Virginis sicut, et Job, et reliquorum hominum. Hinc Bustus in *Mariali*, serm. 7, *de Concept.* part. I, ait : « Si Deus præservavit, et defendit Virginem gloriosam a veniali peccato, quod non privat gratia Dei, et stare potest cum charitate, ut dicunt theologi, in 4, d. 21, et hoc ut esset idonea Mater sua, et ob amorem quem ipsi ab æterno portavit : ergo inconveniens videtur credere quod permiserit illam labi in originali peccato privante gratia divina. Non enim esset verus amor, si quis defenderet amicum suum, ne vel modicum leviter verberaretur, quem tamen per gulam suspendi, vel capite permitteret detruncari. » Sic Bustus.

(61) Angelicus Doctor 3, p. q. 27, a. 2, illum locum Jobi III, ubi de diabolo dicitur *Exspectet lucem et non videat, nec ortum surgentis auroræ*, in sensu litterali (etsi metaphorico) exponit de nocte peccati originalis his verbis : « *Exspectet Lucem*, id est, Christum, et non videat, quia nihil inquinatum incurrit in Sapientiam, quæ est Christus, ut dicitur Sap. VII; *nec ortum surgentis auroræ*, id est, B. Virginis, quæ in suo ortu a peccato originali fuit immunis. » Sic ille. Cum autem, idem D. Thomas in cap. I Matthæi, duplicem ortum, seu nativitatem agnoscat, scilicet nativitatem in utero, quæ est prima formatio, et nativitatem ex utero, qua quis exit in lucem : « Nasci de Matre, inquit, est in lucem prodire, in Matre nasci est ipsum concipi. » Ex hoc loco argumentum bonum elici posse videtur ad confirmandum fuisse sanctam, et immaculatam non modo Virginis nativitatem, ad quam eum locum refert S. Thomas, sed etiam Conceptionem? « Neque enim potest negari, inquit Valentia in III p. D. Thomæ, tomo IV, disp. 2, q. I, puncto 2, quin vel maxime Conceptio ipsa Virginis fuerit quoque ejus ortus; rei namque ortum maxime dicimus esse ipsum rei principium. » Hinc Catherinus in sua Disputat. pro immaculata B. Virg. Concept. lib. I, ad quosdam, qui adducentes hunc Jobi locum : *Exspectet lucem et non videat, nec ortum surgentis auroræ*, et de peccato originali ibi sermonem esse asserentes, quod non vidit Lucem, quæ est Christus, quo illum penitus non conclusit, nec ortum, id est, Nativitatem surgentis Auroræ, quæ est Maria : inde inferebant, quod sola nativitas, et non conceptio Mariæ excipiebatur, et ab eo peccato erat immunis, in hunc modum respondet : Exponunt ortum Auroræ pro Nativitate Mariæ, quæ fuit ex utero; cur non potius pro illa quæ fuit in utero? Cur enim viri isti, ut sæpissime, et multis locis contra Dominæ puritatem perpetuam agentes, ortum, et nativitatem pro ipsa conceptione accipiunt, atque exponunt etiam verbis, et mente auctorum repugnantibus, ut suo loco monstrabo; nunc autem, ubi ratio maxime suadebat, et pius favor Matri Dei, ortum auroræ pro nativitate, quæ ex utero, non quæ in utero, velint nos recipere, ut hoc Dominæ privilegium expugnent? At nos discemus potius pro gloria Reginæ nostræ simili modo exponere, sicut illa faciunt contra illam, ut ortum ipsum pro ipso primo ortu accipiamus, qui fuit in utero cum est concepta, quem ortum procul dubio atra illa peccati nox non vidit. Quod autem ita vere exponi debeat, primum facit, quod ipsa decenter pro aurora significatur, quæ Christi luci adjungitur, quæ certe simul cum est, cum luce ipsa est, nunquam est enim aurora sine luce. Secundo facit et maxime, quod cum de stellis loquitur Job, per quas procul dubio sancti ipsi significantur, obtenebratas illas caligine noctis hujus pronuntiat? quod certe non videretur verum, si ortum ex utero etiam in quibusdam ipsorum spectaremus, ut de Joanne Baptista, et Jeremia omnes concedimus, sicut scriptum est : « Antequam exires de vulva, sanctificavi te. « (*Jerem.* I, 5.) Non igitur recte excepta fuisset sola aurora in ortu, tanquam peccato illius noctis libera, si per ortum posterior significaretur nativitas, cum et hoc de aliquibus stellis verum esset. Et tamen sanctissimus Job, ut illam luci, id est, Christo adjungeret, et super omnes stellas, id est, sanctos, singulariter magnificaret, solum ejus ortum excipit, ut stellas omnes præ illa obscuratas faceret. Sic Catherinus. Prædicta etiam Jobi verba a S. Thoma allata expendens Andreas Pintus Ramirez in suo opere *De concept. B. Virg.* n. 367, in hunc modum scribit : « Quam libere ortus ab utero hic explicatur, tam libere ortum in utero, id est conceptionem passivam, possumus explicare, et fortasse magis congrue vulgatam nostram (qui est optimus explicandi modus) aliis versionibus conciliantes. » Sanctes enim Pagninus Thomista fideliter ex Hebræo sic vertit : « Exspectet lucem, et non sit, nec videat splendorem auroræ. » Ortus ergo apud nostrum interpretem splendorem significat, et splendor absolute de quovis Mariæ instanti venit usurpandus. Vatablus legit : « Exspectet lucem, et non adsit, nec videat palpebras auroræ. » Has palpebras frustra ad nativitatem magis deferas, quam ad conceptionem. In re ergo dubia magis congrue ad honorem Virginis locus ducitur, quam trahitur ad impium. Sed audi quid pro littera Pineda ibi : « Inter reliquas translationes hæc palpebrarum illustrior est, quod oculum cœli respiciat : namque solem cœli oculum videtur aurora quasi post nocturnum soporem, et clausa lumina, iterum diductis, et apertis palpebris vigilantem, et videntem mundo reddere. » Divini ergo Oculi, id est, Verbi, palpebra erit Maria, si Aurora est ex mente D. Thomæ, et quis tanti Oculi palpebras lippas, et conniventes quandoque existimabit? Si nihil in Divinam lucem Christum incurrit inquinatum, cur ejus Mater, ubi lux ista, tanquam inter palpebras, nobis fulguravit, denigratur? Si Maria Aurora est Solis immaculati, cur maculata, imo oppetens, quod Concepta appetit, profanatur? Majus est, quod voluit B. Petr. Dam. ad hunc locum serm. de Assumpt. « Hæc est, inquit, Aurora, quam ille non vidit, qui vidit omne sublime, ut erat B. Job, ut illi multa suppressione claudatur dicens : *Non videat ortum surgentis Auroræ*. Sicut Aurora terminum noctis, et diei principium adesse testatur, sic et Virgo noctem expulit sempiternam. » Minus enim congrue tam multa suppressione, id est abstrusione, clausa dicitur Aurora nostra, si ipsas appetentis illius primitias dæmon oppressit : minus congrue clauderetur, si hostis primum illius ostium reseravit. Absit : non solum non tetigit, sed nec eam videre ausus est princeps superbiæ sublimium spectator; quam jam se suosque oppressuram, et æterno clausuram carcere pertimebat. Hactenus Ramirez. Vide S. Thomam in psalm. XLV, ubi explicans de B. Virgine illa verba : « Adjuvabit Eam Deus mane diluculo, » inquit, Deum Mariæ existendi adhuc in utero, auxiliatum fuisse : « Et

Digitized by Google

est ex te, inculpatissima Virgo, quem pulcherrimum e sepulcro prodeuntem, victorem Orci conspexisti lætitia exundans.

Lucis datorem peperisti Dominum porta facta

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης τῆς ἑβδόμαδος δ'. ἐν τῇ Μεσοπεντηκοστῇ.

Μόνη ἐχώρησας τὸν Κτίστην τὸν ἴδιον, Θεογεννῆτορ, ἐν γαστρὶ, καὶ σαρκὶ ἐκύησας ἀφράστως, καὶ Παρθένος ἔμεινας, μηδὲν τῆς παρθενίας λυμανθεῖσης· τοῦτον, ἁγνὴ, ὡς Υἱόν σου καὶ Θεὸν ἀπαύστως ἱκέτευε ὑπὲρ τῆς ποίμνης σου ἀεί.

Εἷς τῆς Τριάδος ὤν, γενόμενος σὰρξ ὡράθης, οὐ τρέψας τὴν οὐσίαν, οὐδὲ φλέξας τῆς τεκούσης τὴν ἄφθορον γαστέρα, Θεὸς ὢν ὅλος καὶ πῦρ.

Ἡ ἐν γαστρὶ τὸν Θεὸν ἀπερίγραπτον χωρήσασα, Θεόνυμφε Παρθενομῆτορ ἁγνὴ, μὴ παύσῃ πρεσβεύουσα ὑπὲρ ἡμῶν, ὅπως διὰ σοῦ ῥυσθῶμεν τῶν περιστάσεων· πρὸς σὲ γὰρ ἀεὶ καταφεύγομεν.

Γέγονεν ἡ κοιλία σου ἁγία τράπεζα ἔχουσα τὸν οὐράνιον ἄρτον, ἐξ οὗ πᾶς ὁ τρώγων οὐ θνήσκει, ὡς ἔφησεν ὁ παντὸς, Θεογεννῆτορ, τροφεύς.

Παρθένον μετὰ τόκον ὑμνοῦμέν σε, παρθένον καὶ μητέρα δοξάζομέν σε μόνην, ἁγνὴ Θεόνυμφε Κόρη· ἐκ σοῦ γὰρ ὄντως Θεὸς ἐσαρκώθη ζωοποιήσας ἡμᾶς.

Ἐν γαστρί σου ἐχώρησας τὸν ἀχώρητον Λόγον, ἐκ μαζῶν σου ἐθήλασας τοῦ κόσμου τὸν τροφέα, ἀγκάλαις ἐβάστασας τὸν παροχέα ἡμῶν, Θεογεννῆτορ ἁγνή.

Πῶς ἐγέννησας, εἰπὲ, τὸν ἐκ Πατρὸς ἀχρόνως προεκλάμψαντα, καὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι ἀνυμνούμενον; Ἢ ὡς οἶδεν ὁ μόνος εὐδοκήσας ἐκ σοῦ τεχθῆναι, Θεοτόκε.

lucis, quem e sepulcro fulgurantem intuita, repleta es gaudio. Ipsum exora ut mihi concedat, o Virgo venerabilis, luctum lætificum, futuræ consolationis pignus et causam.

331 *Ex canone feriæ* IV, *hebd.* IV, *in sanctam Mesopentecosten.*

Sola comprehendere tuo utero potuisti Conditorem tuum, Dei Genitrix, et carne genuisti incorrupta virgo permaneus, nec pudore uspiam maculato. Hunc, Sancta, Filium et Deum tuum ne cesses exorare pro tuo grege.

Unus Trinitatis, etsi caro factus, agnitus es non mutasse,' Domine, substantiam, nec ambussisse Genitricis incorruptum ventrem, cum Deus omnino et ignis sis.

Tu quæ in utero tuo Deum incircumscriptibilem genuisti, o Dei Sponsa Virgo Mater casta, ne cesses intercedere pro nobis, ut per te a circumstantibus malis liberemur : ad te enim semper confugimus.

Fuit alvus tuus sancta mensa habens cœlestem panem Christum, ex quo quicunque comederit, non morietur, ut dixit, o Dei Genitrix, universorum nutritius.

Virginem post partum laudamus te, Deipara : Virginem et Matrem glorificamus te, o sola casta Dei sponsa puella, ex te enim vere incarnatus est Deus, qui renovavit nos.

Ventre tuo comprehendisti, quem nullus comprehendit locus. Uberibus tuis lactasti mundi altorem : ulnis portasti eum qui nos sustinet, Dei Genitrix Virgo.

Quomodo genuisti, age dic : Eum qui ante omne tempus ex Patre resplenduit, quinque cum Spiritu sancto glorificatur? Certe ut ipse scit, ut solus voluit ex te gigni, Deipara.

hoc est quod dicit, quod auxiliatus est ei Dominus in ipso ortu matutino. »

Andreas etiam Duvallius doctor Sorbonicus in suo tract. *De Conceptione B. Virginis*, afferens hæc Jobi verba : « Exspectet lucem et non videat ; nec ortum surgentis auroræ, » quæ S. Thomas in sensu litterali, etsi metaphorico, exponit de Christo, et de B. Virgine, ait : Sicut aurora propter proximitatem, quam cum sole habet, nunquam obtenebratur, ab eo quippe duntaxat quindecim gradibus, ex astrologis, semper distat ; sic neque anima Virginis, Deo tantopere proxima, ullius peccati, etiam originalis tenebris unquam est comprehensa. Nec respondeas, per ortum Auroræ intelligendam esse Virginis nativitatem, quæ proprie appellatur ortus, siquidem conceptio non minus, imo magis dici potest ortus, quam nativitas, cum ipsa sit principium existentiæ, qua res dicitur ex potentia suarum causarum extrahi. Unde Lucæ I, de Christo, qui adhuc utero Matris suæ detinebatur scribitur : *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Nec dicas fetum conceptum, et detentum adhuc in utero, nondum esse extra hanc causam, nempe Matrem, quam certum est, esse causam per se : et hinc est, quod ipse fetus non habeat angelum custodem, donec sit egressus ex utero ipso : itemque si Mater martyrium subeat, corona martyrii, ita ut Mater, donetur. Respondeo enim fetum habere propriam existentiam distinctam ab ipsa Matris, quod autem matre indigeat, est tantum ut conservetur in suo esse, non autem ut simpliciter producatur. Quod autem specialem angelum ad sui custodiam non habeat, est quia tunc eo non indiget : nullum enim aliud peccatum potest subire quam ex parte Matris, ut satis constat, ideoque alio angelo, ab ipso matris, opus non habet. Et licet, si martyrio mater afficiatur, coronetur etiam martyrio fetus ille, quem supponimus esse animatum, est, quia reipsa propter odium Christi, et Christianæ religionis occiditur ad occisionem matris prægnantis. Ex quo colligitur fetum conceptum, et anima informatum, optime dici posse natum, et extra suas causas. » Hactenus Duvallius. Bernardinus. Denique de Busto in *Mariali*, serm. 5. *de Concept.* part. III, probans B. Virginem fuisse in aurora præfiguratam Cantic. VI, ubi dicitur : « Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens? » ait inter alia : Aurora a lumine incipit, et semper in lumine crescit, quousque soli jungatur, et nunquam lumine privatur ; sic B. Virgo a lumine divinæ gratiæ incipiens, nullis unquam est peccatorum tenebris obscurata, sed semper in virtutum omnium claritate succrescens, tandem cum Sole Justitiæ dulcissimo Filio suo in cœlesti gloria mirandis circumdata fulgoribus est conjuncta. Sic ille.

Digitized by Google

Continuisti alvo tua, Virgo mater, unum Trinitatis, Christum regem, quem laudat universa creatura, quem tremunt supernæ turmæ. Hunc roga, augustissima, ut nostras animas salvet.

A Ἐχώρησας ἐν γαστρί σου, Παρθενομῆτορ, τὸν ἕνα τῆς Τριάδος Χριστὸν τὸν ζωοδότην, ὃν ὑμνεῖ πᾶσα κτίσις, καὶ τρέμουσιν οἱ ἄνω θρόνοι· αὐτὸν δυσώπει, παμμακάριστε, σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

332 *Ex canone feriæ* V, *hebdomad.* IV.

Super te sapientia Patris æterni descendit sicut pluvia in vellus, o casta et incarnata citra mutationem, vias vitæ ostendit nobis scientibus te Virginem post partum et Matrem.

Mundi universi Domina effecta, Dei Genitrix, mundanis me scandalis et vitiis corporis, æternisque suppliciis gehennæ libera, ut te laudem.

O tua cogitatione superiora miracula, sanctissima Virgo! Tu enim peperisti incarnatum Deum, qui divina resurrectione sua cuncta salva fecit.

Ex canone Parasceve hebdomad. IV.

Sancta Dei Genitrix, quæ sanctum sanctorum Verbum principio carentis æterni Patris ex eo resplendens peperisti. Roga ipsum indesinenter, ut sanctificet et illuminet animas et corda nostra, qui desideramus te laudare.

Domus Dei agnita es, castissima Virgo Deipara (62), quippe illi carnem vere animatam ex tuo incorrupta sanguine largita, o immaculatissima, unde te honoramus.

Incarnatur Christus ex te, ineffabiliter Verbum exsistens Patris, Virgo Deipara, et crucifigitur volens propter nos, et resurrectione post triduum fines orbis illustrat, cum quo te, ut par est, Beatam prædicamus.

Ex canone Sabbati hebd. IV.

Lacte nutris Nutritium mundi, et portas in ulnis, o Virgo, illum qui divina potestate sua portat universum. Propterea te ut Deiparam laudamus.

Auxiliatrix eorum qui periculis urgentur, Portus B et **333** Salus confugientium ad te, Dei genitrix sancta, eos qui cum fide te laudant, tuo patrocinio protege, et ab omnibus malis libera per intercessiones tuas eos, qui fideliter modulantur laudes tuas.

Tu quæ gaudium peperisti, et mœstitiam exterminasti, laudatissima Domina, intercessionibus tuis divinam lætitiam impetra iis, qui te fide ferventi, ut vere Dei genitricem celebrant.

Te ut mundi Dominam obsecramus, Sancta (63), ut populum tuum liberes ab omnibus malis, fame, peste, vexatione hostili, quoniam tu præsidium inexpugnabile Christianorum es, Maria Virgo.

Ex canone Dominicæ IV, *in Samaritanam.*

Salve, throne ignee; salve, candelabrum totum aureum: salve, nubes luminis; salve, Verbi palatium, et mensa spiritualis, quæ Christum panem vitæ digne portasti.

O Virgo Mater, quæ modo inexplicabili in tuo utero Deum universorum concepisti; et supra men-

C *Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς δ', τῆς Σαμαρειτίδος.*

Χαῖρε, θρονε πυρινε, χαῖρε, λυχνία πάγχρυσε, χαῖρε, φωτὸς νεφέλη, χαῖρε, παλάτιον τοῦ Λόγου καὶ νοητὴ τράπεζα, ἄρτον ζωῆς ἀξίως Χριστὸν βαστάσασα.

Ἀνερμηνεύτως συλλαβοῦσα ἐν τῇ γαστρί σου τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, Παρθενομῆτορ, ὑπὲρ ἔννοιαν καὶ

(62) Sufficit dicere B. Virginem fuisse Domum Dei, ut intelligamus illam sine originali macula conceptam. Nam ut sanctus Thomas a Villanova serm. 3 *De Nativit. B. Virg.*, ait: « Non decebat Domum Sapientiæ aliquam in se habere labem, propter quod anima, cum infunderetur, nullam habuit ex carne, neque contraxit labem peccati. » Sic ille.

Ludovicus quoque Carvajalus in Declamat. expostularia pro Conceptione B. Virginis, in persona ejusdem Virginis in hunc modum loquitur: « Antequam ego formata essem in utero, fui destinata ut essem Mater Dei, et cum in visceribus matris formarer, tunc domus mea, tanquam domus Dei, fabricabatur, non tanquam spelunca Satanæ. » Sic ille apud *Armamentarium Seraphicum* pag. 42. Et in quodam Officio antiquo Immaculatæ Conceptionis apud Ballinghem in *Parnasso Mariano*, pag. 39, B. Virgo salutatur his verbis:

Salve, Virgo sapiens,
Domus Deo dicata,
Columna septemplici
Mensaque exornata,
Ab omni contagio
Mundi præservata:
Ante sancta in utero
Parentis, quam nata.

(63) Hieronymus Lanuza Ord. prædicatorum, inter alias rationes, quas excogitavit ad probandam immaculatam B. Virginis Conceptionem, hanc nobis proposuit: Observavit S. Thomas, inquit ille, populo antiquo Deum abstulisse casuum et peccatorum occasiones, ut essent sancti, quia nasci ex illis Sanctus sanctorum debebat: « *Sancti* D *eritis, quia ego sanctus sum;* et pedum, quibus gradiebantur, curam gessisse, ne in culpæ vacuum inciderent: *Pedes sanctorum suorum servabit.* Si ergo priscis illis, ne pedes illorum sordes contraherent, præibat ipse, mundando iter, et obvias offensiones seponendo, ob eam tantum causam, quod ex illis nasci debebat Christus; quanto magis Matri tutiandi occasiones auferret, eamque præservaret a sordibus, ut in omnibus vitæ passibus sancta foret? « *Pes tuus non impinget Dominus*, etc. Unde cum Deus jam ipsis vicinus esset, minime dubium est, quin eam puram, et sanctam in primo Conceptionis suæ gressu conservaret. Sic Lanuza, hinc Origenes homil. 1 in Matth. beatam Virginem non solum sanctam, sed plenissimam sanctitatem nuncupavit, ut sic innueret ipsam nullius peccati consortium admisisse. Qua enim ratione plenissima diceretur Mariæ sanctitas, si eam gratia vacuam fuisse aliquando concedatur?

Digitized by Google

λόγον τέτοκας, μείνασα παρθένος ὡς πρὸ τόκου, Θεόνυμφε.

Ἀκατάφλεκτον βάτον σε ὁ νομοθέτης ἐώρα πάλαι, Δανιὴλ δὲ ὄρος ἅγιον κατενόει, μόνη Μητροπάρθενε Δέσποινα.

Σὲ πύλην ἀδιόδευτον, καὶ χώραν ἀγεώργητον, καὶ κιβωτὸν τὸ μάννα φέρουσαν, καὶ στάμνον, καὶ λυχνίαν, καὶ θυμιατήριον τοῦ ἀΰλου ἄνθρακος ὀνομάζομεν, ἀγνή.

Παρθένον μόνην τίκτουσαν, καὶ νηδὺν ἄφθορον τηρήσασαν ὑμνοῦμέν σε, ἀγνή, θρόνον Κυρίου, καὶ πύλην, καὶ ὄρος, καὶ νοητὴν λυχνίαν, νυμφῶνα ὁλόφωτον τοῦ Θεοῦ, καὶ σκηνὴν δόξης σαφῶς, κιβωτόν τε καὶ στάμνον, καὶ τράπεζαν.

Μετὰ λοχείαν φρικτὴν παρθένος, ἁγνή, διεφυλάχθης, ἁγία Θεοτόκε· διό σε ἅπασα ἀγγέλων χορεία καὶ τῶν ἀνθρώπων γενεαὶ ἅπασαι ἀσιγήτοις ἀνυμνοῦσι φωναῖς, χωρίον καθαρὸν τοῦ ἀχωρήτου.

Ἄνθρακι καθαίρεται ὁ Ἡσαΐας προκηρύττων τὸν νοητὸν ἄνθρακα σαρκούμενον, Παρθένε, ἐκ σοῦ ὑπὲρ ἔννοιαν, καταφλέγοντα πάντων τῶν βροτῶν τὰ ὑλώδη ἁμαρτήματα, καὶ θεοῦντα δι' οἶκτον τὴν φύσιν ἡμῶν, παναμώμητε.

Φωτὸς γενομένη οἰκητήριον, ἁγνή, καταύγασον τὰς κόρας τῆς ψυχῆς μου ἀμαυρωθείσας πολλαῖς μεθοδείαις τοῦ ἐχθροῦ, καὶ βλέψαι ἀξίωσον τρανῶς τὸ ἀναλάμψαν φέγγος ἐκ σοῦ ὑπὲρ ἔννοιαν καθαρᾷ καρδίᾳ.

A tis captum, verborumque conceptum, eumdem peperisti : virgo, qualis ante partum fueras, o Dei Sponsa, permansisti.

Olim te rubum incombustum vidit legislator : Daniel vero te montem sanctum animadvertit, o Regina sola virgo et mater.

Te portam imperviam, et agrum a cultura immunem ; et arcam manna continentem et urnam, et candelabrum, et immaterialis carbonis turribulum nominamus, o pura.

Virginem solam parientem, et vulvam incorruptam servantem : thronum Domini, portam, et montem ; spiritale candelabrum, thalamum Dei lucidissimum, tabernaculum gloriæ manifeste ; arcam, urnam, et mensam, te laudamus, o

B casta.

334 Post partum venerandum Virgo, casta, conservata es, o sancta Deipara : propterea te omnes angelorum chori, atque hominum generationes universæ vocibus incessantibus collaudant, o pura sedes illius qui nullo potest loco contineri.

Carbone purificatus est Isaias, qui spiritualem carbonem vaticinans prædicavit, ex te, o Virgo, inexcogitabili ratione incarnatum, qui materialia omnium peccata comburit, nostramque naturam misericorditer deificat, o immaculatissima.

O pura, quæ lucis habitaculum facta es, illumina pupillas animæ meæ, multis inimici insidiis obscuratas ; et fac me dignum ut perspicue puro corde intueri possim nitorem ex te supra quam

C mente concipi possit, fulgurantem.

Ex canone feriæ II. *hebd.* V.

Lucis domicilium facta, o Virgo, illumina pupillas animæ meæ plurimis hostis insidiis obscuratas, et dignum me fac, ut clare videre possim puro corde illud jubar, quod ex te supra mentis captum effulsit.

Exortus est formosus ut Sponsus ex mortuis, qui bonitate sua cogitationes excedente, ex tuis visceribus incarnatus est. Quare visa cum apostolis resurrectione post triduum, illum glorificasti.

Quam venerabilis est partus tuus, o laudatissima, per quem nos omnes ab horribili damnatione libe-

D rati clamamus : Salve, o omnium hominum salus : salve, collapsi mundi erectio.

Eum qui mortuis inspirat vitam, ut vidisti, o immaculatissima, e sepulcro redivivum cum gloria, repleta es dulcedine animi, clamans : Fili mi et Deus mi, magnifico tuam cogitatione superiorem benignitatem.

Ex canone feriæ III, *hebd.* V.

Incarnatus visus est ex sanguinibus tuis ineffabiliter, o castissima, supersubstantialis Deus, et reputatus inter mortuos ille qui est omnium vita, potenter resurrexit : **335** quem tu cum vidis-

(64) Porro B. Virgo Dei Thalamus minime undequaque, id est, omni ex parte, atque omni ex genere, luce coruscasset, si in ipso primo sui esse principio, tetris originalis peccati tenebris obvoluta apparuisset. De hoc autem Dei Thalamo loquens Bernardinus Bustensis in Mariali, serm. 6, *de Conceptione*, part. I, ait inter alia : « Quis in lecto fetido, et immunditiis pleno, jacere potius assentiret, quam in strato mundissimo, et ab omnibus immunditiis elongato ? Nemo enim præsumitur carnem suam odio habere (ut inquit Glossa in Rubrica. § In jus voc.). Beata igitur Virgo Maria quia thalamus divinæ fuit gloriæ, non fuit aliqua peccati sorde polluta. » Sic ille. Hinc sanctus Melito Asianus episcopus Sardensis, homil. de Transitu Virginis dixit : « Domine, præelegisti hanc ancillam tuam fieri immaculatum tibi thalamum. » Ubi satis insinuare videtur (inquit in suis *Exceptionibus*, cap. 13, P. Joan. Eusebius Nierembergius) immunitatem Virginis a peccato originali. cum dixerit non solum electam immaculatum Dei thalamum, sed præelectam, nimirum per singulare puritatis privilegium a principio suæ Conceptionis. Eamdem a peccato originali immunitatum insinuare voluit, Joannes Geometra in *Catena Græca* ad cap. I Luc. dum Mariam appellavit Thalamum præpurum. Et auctor hymni Græci apud Buteonem, et Raynaudum in *Nomenclatore Mariano*, dum eamdem nuncupavit « Thalamum Verbi incontaminatum, et Thalamum undique relucentem. » Quomodo enim Thalamus præpurus, incontaminatus, atque undique relucens, si impuritati, fœditati, atque obscuritati peccati originalis fuisset aliquando subiectus ?

Digitized by Google

ses, animi alacritate repleta es, eumdem magnifi- A cans.

Jesum quem corpore induisti supra cogitationem, casta Domina, resuscitatum intuens e mortuis, clamabas : Quam speciosa pulchritudo tua, Fili mi, per quam ad antiquam formam Adam nunc mutatus renovatur,

Luminis tui radiis dissipa meæ ignorantiæ, Deipara, caliginem, ut fidei vocibus prædicem perpetuo mirabilia tua.

Ex canone feriæ IV. *hebd.* V.

Qui secundum propriam naturam invisibilis erat, visibilis est factus incarnatus ex te, inculpatissima Domina, et crucem mortemque volens sustinuit.

Quæ Dominum Deum peperisti vitæ mortique dominantem, da nobis, o casta, dominium evadere insidiantis nostræ liberati maligni hostis.

Ut porta lucis ex orci penetrabilibus solem intuita exortum, Virgo, et collustrantem terminos terræ, divina completa es suavitate, inculpatissima.

Ex canone feriæ V. *hebd.* V.

Cum Filium tuum e sepulcro resurgentem vidisses, o Virgo inviolata (65), cum illius apostolis gaudebas, cum quibus te glorificamus.

Serva me ab igne gehennæ et ab æterna damnatione, immaculata : frange perturbationum mearum vehementem procellam, et dirige me ad tranquillos vitæ portus. C

Vidisti Christum resuscitatum cum mulieribus unguenta ferentibus, et converso in gaudium luctu, illum glorificabas. Unde alta voce te felicem prædicamus, Dei Genitrix.

337 *Ex canone Dominicæ* V, *in Cœcum a Nativitate.*

Alvum tuam conjugii expertem inhabitavit Dominus, o Virgo, per viscera miserationum suarum salvum facere volens hominem corruptum astutia inimici. Hunc igitur obsecra, ut civitatem hanc omni excidio liberet, et incursione gentium.

Virginali ex ventre peperisti Deum incarnatum, a quo impetra, sanctissima Domina, ut misereatur nostri. D

Partum tuum, incorrupta, natura superiorem glorificamus, beatam te, inculpatissima, fide prædicantes, tanquam Dei universorum Genitricem.

Quomodo peperisti sine virilis copulæ experimento, o casta Virgo Mater? quomodo nutristi eum, qui universas nutrit creaturas? Ut ipse solus novit, qui universi est auctor et Deus.

(65) Hic titulus Inviolatæ, non solum ostendit B. Virginem fuisse illibatam in corpore per integritatem virginitatis, sed etiam illibatam in anima per immunitatem a peccato originali. Unde P. Joan. Eusebius Nierembergius in suis *Exceptionibus*, pag. 176, observat sanctum Leonem papam in Epistola ad Julianum Coensem, quæ exstat apud Binium in concilio Chalcedonensi, dum in ea vocat

Ex canone in Parasceve hebd. V.

Sancta inculpatissima, sanctum in sanctis quiescentem enixa, hunc ut vidisti e sepulcro fulgentem sicut sponsum ex thalamo, extulisti laudibus, benignitatem ejus commendans.

Sicut ex te prodiit Deus in aspectum, Virgo, minime resignatis virginitatis tuæ signaculis ; ita e sepulcro emicuit signati lapidis inviolata sigilla linquens, quo viso superabundasti gaudio benedicens divinam ejus potentiam.

Eum qui nutu fert cuncta Deum utero gestasti, Virgo, factum hominem per suam misericordiam, Deo gratissima. Quem enixe roga ut illuminet corda nostra beatificantium te tanquam castam vere B Dei Genitricem.

Ex canone Sabbati hebd. V.

Excedit omnem cogitationem divinus partus tuus : universorum enim factorem et Deum in carne paris, quem precare, o Domina, pro eorum, qui laudes tuas canunt, salute.

Virgo post partum, ut et ante partum fueras, o casta, apparuisti. Leges enim in te naturæ, o immaculata, immutatæ sunt. Propterea te, o casta, fideles beatam dicimus.

